
BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
G
162
NAPOLI

TRISMEGISTVS
LEGALIS.

ABBATIS IACOBI PHILIPPI MASSOLÆ I.C.

TRISMEGISTVS LEGALIS

Cæſarei, Pontificij, ac Diuini Iuris Libamina;

VARIIS, ET PERIVCVNDIS RATIOCINIIS

ADMIXTA

Omnibus tàm in Licæo, quàm in Foro verſantibus, aptiſſimè porrigens

Maximè verò Aduocatis

OPVSCVLIQVE DE AVGMENTO MONETÆ

Pro qualibet Quæſtione ſoluenda verè Methodici

CENTVRIÆ ETIAM S. R. ROM. DECISIONVM

Nuperrimarum, hactenuſue nullibi impreſſarum, relata locuples acceſſione:

VNA CVM TRIPLICI RERVM INDICE ABSOLVTISSIMO

Prodit in lucem nouo Iuriſprudentiæ Diademate decoratus;

AVTHORE

ABBATE IACOBO PHILIPPO MASSOLA IANVEN. I.V.D.

Sub Auſpicijs Eminentiſs. ac Reuerendiſs. D. Principis

D. MARCELLI SANCTACRVCII

S. R. E. Cardinalis Ampliſsimi.



GENVAE; M. DC. LXXIII.

Sumptibus ANTONII GEORGII FRANCHELLI.

SVPERIORVM PERMISSV.



EMIN.MO AC REV.MO PRINCIPI

MARCELLO SANCTACRVCIO

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

TRISMEGISTVM, nomen è Nilo ter maximum inscribere nemini æquiùs possim, quam Tibi EMINENTISS.ME PRINCEPS; qui Genere, Sapientia, & Religione ter Maximus, ingentia nomina alluis amplitudine Meritorum. Neq; verò, vt gratus occurram modestiæ Tuæ, ea hîc ego arte, quę negligentia dicitur, sed verè fucus est blandientium, quidquam ab eiusmodi magnitudine detrahi velim, contemptor decorum simulatus. Ingenuè dicam, quod sentio: Veritati culpæ vertas, non Assentationi, si in operis Eminentiæ Tuæ inscripti causa efferenda, triplici ab hac Heroum mensura abstinere non possim. Quanquam scio Tibi iam nihil ab adulatione timēdum; qui vt virtute pręneois, ità inanes vndique imples laudationes; nec linquis bracteato mendacio locum. Genere maximus iam inde eras à prima Romæ ætate; tunc videlicet, cùm Valerius Publicola, familiæ auctor, & populi, abrogatis Regibus, iniit consulatum; vt eūdem planè cū Republica, vir ad publicā Orbis rem natus, ortū habueris honestissimę nobilitatis. Cuius rei nō Historicus modò Florus, verùm etiam Ædes tuę perenne extiterint moni-

nimentum; ibi, nimirum editæ, vbi ille olim, Vindex, & Custos acerrimus Libertatis, ne specie arcis offenderet, eminentes suas in plana submisit; aut veriùs Nepotum augustioribus cessit. Et sanè, quod & magnis fluminibus accidit, quorum fontes etsi gygantei, eundo tamen increscunt; Gens Tua vel initio maxima, temporum tamen lapsu, & munerum & connubiorum, & rerum cum laude gestarum copia eò venit, vt ad apicem crederem, nisi augeri etiam summa posse sui exẽplo edocuisset. Enim verò Valerium illa alterum iactat, qui cum Diuinæ Crucis partẽ, Augustæ Helenæ iussu Constantinopolim detulisset; in splendida tantæ legationis præmia, ex Publicola perhonorificè CRVCICOLA est à Cęsare nuncupatus; nempè eo nomine diutiùs nullum viuet, quod à Vitæ Arbore floruit in SANCTACRVCIOS. Quid nunc Honufriũ memorem, quem fusę ad Anguillariam Valentini Ducis copiæ etiamnum perhorrescunt; & tormenta muralia, quibus ad Venetos præfectus, martem loquuntur? Quid Petrum, qui ducta Pij IV. Nepte, Ciuitati Leoninę, Arcique Elię prę-fuit, pari prudentiæ, ac fortitudinis commendatione? Vltrò sese offerunt Legum peritissimi Patres, Andreas, Tarquinius, Petrus, & Pompilius Aduocati Consistoriales, qui vel sacro in Senatu, vel litteraria in porticu, vel Florentino agerent in Concilio, singularem pietatis, doctrinę, æquitatisque famam indepti, admirationi propè, nedum auctoritati fuere, penes Arbitros orbis supremos. Scilicet à Tuis & arma, & litteræ patrocinium mutuantur, & ornamentum. Insularum prætereà mihi luce perstringitur acies, quibus Prouinciarum non tam bono quam fidei, cumulati sunt alter Honufrius, Scipio, Octauius, Triplex astrum Religionis. Spirant adhuc in Te Vno duo illi ad Sabaudię Ducem, & ad Cęsarem Nuncij, veræ Pontificum Imagines, meliùs dixerim Exemplaria, Syluius, & Alphonsus, Arelatenses Archiepiscopi, quorum animi magnitudine, non sine numine factum reor, vt procellosa

Fran-

Franciæ tempora, sacrā velut anchorā niterentur. At præ alijs non tàm ostro decori, quàm merito eminent Prosper, & Antonius de Italia, Gallijs, Polonia meritissimi Cardinales; in quibus aut perdifficiles obiere legationes, Populorum æquè, ac Principum gratulatione; aut plurima rerum experientia, dexteritateque singulari, integritatis, solertiæque opinionem sunt assecuti non morituram; aut plenissimos aleæ labores, forti non minùs, quàm sapienti animo pro Re Catholica susceperunt impauidè, & felicissimè absoluerunt; parati casto ante cruore Dibapham imbuere, quàm Ecclesiæ candorem pati in alijs, vel leuissimè imminutum. Dicerem de Parente Tuo Marchione Valerio, Viro optimo, atque integerrimo, quem nescias an Principibus, an Pauperibus gratiorem; certè vt alteros consilijs, sic alteros iuuabat pecunijs, non in Xenodochio minùs, quàm in Regiâ gloriosus. Verùm cum Marchio Antonius Nepos, virtutum hęres, & fortunarum, absolutissimam tanti senis effigiem præseferat in adolescentia; non est cur auribus canam, quod oculis dulciùs vsurpatur. Hoc igitur ex tanta natalium claritudine id vnum ipse conficiam, Inclyte Princeps, Te maximum Genere, non nisi & Sapientia, & Religione maximum & nasci, & fieri potuisse. Insita quippè sanguini creditur generosa virtus; nec inane vocabulum Nobilitas sonat. Proinde si summum genus; cætera aut summa euadant oportet, aut nulla, exosis Nobilibus mediocritatem. At quid laudibus detraho, probare cum videor; perindè, ac si illustria facta egeant lumine rationum? Fa sunt argumentationum loco; & luculentèr non apud Egregios modò, sed etiam apud minores Te vndique Maximum prædicabunt. Vrbanus VIII. melior ille optimis, maiorque maximis Antistes, rerum pręclarè gerendarum non vates sagax minùs, quā gestarum æstimator munificentissimus, Te simul, ac vidit, Canonicum iussit in D. Petri; vt quam senior ipse molem humeris, tu adolescens precibus sustineres. Innocentius X. suo

ille nomini morum innocentia persimillimus Pater, te arduæ satis, ac super parem Præfecturę Prolegatum, Bononiam misit; vbi iucundissimam Patrui olim Legati recordationem ea felicitate reuocasti, vt Prætorio aureum lemma memores beneficiorum Ciues inciderint

Hinc Antonius SANCTACRVCIVS etiam in Marcello SANCTACRVCIO hodiè Prolegato amabilissimus.

Neq; verò æstus inter armorum perijt quicquam postmodũ Tibi de tanta Humanitate. Generalis Exercitus Ecclesiastici Commissarius eodẽ à Pontifice dictus, auctoritate, & consilio, sic es moderatus milites, Mars Infulatus, vt vinceres; sic vicisti, vt Romam, ad triumphum propè dixerim, sis reuocatus; sacrę Consultationis Magistratus, haud minùs graui scilicèt, Prouincia, in laboris stipendium, & victoriæ, Heroum more cumulatus. Quo in munere acerrimum Tui acumen ingenij, virile iudicij robur, capax rerum ferè omnium comprehensio, denique vt paucis complectar omnia, Diuina Virtus, perindè ac si nullibi vnquam specimina sui edidisset, se se adeò longè, latèque diffudit, vt planè spirans, ac viua Ecclesiastici Principis Idæa, cui nil aliud prçter ostrum deesset, & apud Tuos, & apud Exteros haberere. Propterea Poloniæ Rex Casimirus, Te purpuræ veriùs, quám Tibi purpuram, quæ iam ab Innocentio parabatur, deposcere festinauit; videlicet, vt præter illustrium voces meritorum, Italiæ vota, maiorum titulos, Pontificis beneuolentiam Regiæ preces non deessent, tam eximio Christianæ bono Reipublicæ impetrando. Nunc vide EMINENTISSIME PRINCEPS, nùm Tibi Genere, Sapientia, & Religione ter Maximo, quę decora aut è Tuis ebibisti, aut elicuisti è Tuo, Trismegistus ille Quirinali Sacerdotio ter Maximus debeatur potiùs, quàm iste meus offerentis tenuitate ter minimus. Quod si scelera humana tantam hominibus non inuideant beatitatem, spero equidem fore, vt auita referas tempora;

Pacatumq;

Pacatumque regas patriis virtutibus orbem;

Donec plenus annorum, terras exosus impares ad illos recipiaris in Cœlum, quorum æmula virtute mores exprimis, &

Ipse Deum vitam accipiet, Diuisque videbis
Permixtos Heroas, & ipse videberis illis.

Fateor, si metior natalitium decus, si adscitum ab industria iubar, si dotes humano maiores ingenio, si non modo supra dignitatem, sed omnino supra mortalitatem merita, percellor attonitus, & arceor ab aditu Maiestatis. Verùm, quæ splendet in aspectu amabilis illa venustas, ille ad facilitatem compositus decor speciei, illa vltra Principem prona comitas, propensaque in omnes bonarum artium studiosos ad prodigium vsque voluntas, addit animum, & quam creare potes omnibus, iubet me etiam sperare felicitatem. Viue Princeps, & diu te omnibus serua.


Genuæ die 20. Iunij anno 1673.

Eminentiæ Tuæ

Aeternùm addictissimus, & obsequentiss.

Abb. Iacobus Philippus Massola.

Auctor



Heatrum illud amœnitatis Oceanum (Lector humanissime) neminem scio, qui non metiatur impauidus; Tanta est ipsa horroris in Sede voluptas, dum vorticosum illud audaciæ sepulchrum residente post hyemem fluctu, silenti littore, fucataque malacia inconsultam nauigiorum siluam vocat è portu. At, vbi austris peruicaciter obluctantibus agitata freta intumescere, latrare syrtes, & æstuoso tumultu misceri cœpit vndarum seditio, cedit in supplicium damnata temeritas, nec sine odio pati possumus, quod non videtur sine periculo. Legale studium Maris speciem præseferre augustum fuit Imperatoris effatum *in l. tanta §. sed quia Diuina C. de vet. iur. enucl.* vel quia (ipsissima verba sunt textus) *humani iuris conditio semper in infinitum decurrat, aut nihil in eo sit, quod stare perpetuò possit.*

Hinc, si quis instabilis Elementi ingenium, & varias legum agitationes iustus rerum æstimator expendat, nemo est qui alternos in vtrisque non comprehendat motus, faciem amborum consimilem vno ductu non colligat. Quis enim exigui expensa laboris, spe faustæ nauigationis, huiusce facultatis præaltum non ingrediatur Oceanum, vbi prima radentibus littora gemmiferum illa sinum ostentat, vbi tranquilla ridet honorum serenitas, & popularis aura in Portum conuehit optatissimæ felicitatis? At verò, cum aduersantibus Comitiorum turbinibus, adducta in discrimen virtute, ex incerto hominum plausu, quasi fluctu ancipiti spem inter, & metum oppugnatæ existimationis pendet graue periculum, quæ herculè non occupat mentem nubes? Quæ non turbat animum Tempestas? Quo non formidinum æstu, tamquam refluo vndarum Euripo iactamur? Grauiorem, scilicet, imperitis Naucleris sensum ipsum calamitatis, pristina auget confidentia. Et mihi quidem hæc altiùs meditanti videtur abs re votis meis, plus nimio audacibus indulgere: Occurrit, siquidem tot Iurisprudentiæ Procerum Amplissimorum tùm elapsis temporibus, cùm nostro penè seculo familiaris veneratio, quæ ijs ipsis, quorum laboribus præla ingemuerunt, metum mediocrem intulisset. Verùm cum eos, quos timere deberem Iudices, futuros mihi pollicear Mœcenates, & magnæ vt ait Histori-
Flor.l. 4.c.8. cus, magnæ, inquam, sit Indolis semper sperare, malui ante ora Sapientum plus alienæ credere humanitati, quam de tenuitatis meæ certo periculo desperare. Quid enim prohibet me nisi Sophum, hoc est, Sapientem; saltem cum Pythagora pronunciari Philosophum, scilicet Sapientiæ amatorem? Non oracula ad sensum Tullij edere gestio, non Thesauros, quales esse oportere libros dixit Domitius Piso, sed erga nostram Iurisprudentiæ Rempublicam tot immensis doctrinarum voluminibus locupletatam amoris Testes, & erga tot eius Clarissimos, & Doctissimos Viros obsequij Monumenta depromere studeo; & quamuis me non lateat ex Colum. de re rust. in fin *quod etiam quicunque sunt ha-*

tibi

biti mortalium sapientissimi multa scisse dicuntur, non omnia, & ex Senec. epist. 13. non ignorem, *sterilem non remansisse veritatem, quantamcumque nostri maiores fuerint edocti, sed omnibus patere, nondum esse occupatam, multumque ex illa etiam futuris fuisse relictū*; non propterea mirabilia promitto, & singularia. Finem assequar, si ociū triuisse dicar, & in meo de meo gloriari possim labore. Non enim vt immortalitati consulam operis, aliorum gloriam exquiro. Placet in nostra potius tenuitate laudari conatum, quam ex alieno delectu ignobilis furti ostentari pudorem. Placet illa Poetarū gloria, tum Manilij lib. 1.

Nostra loquar. Nulli Vatum debebimus orsa,
Nec furtum, sed opus veniet.

tum argutissimi Hetruriæ Apollinis

Parua sed apta mihi, sed nulli obnoxia, sed non
Sordida; Parua, meo sed tamen ære domus.

Et quamuis ab ipsa consuetudine quandam etiam in litteris furandi solertiam videamus accepisse laudem, & commune iam esse plerisque Scriptoribus, quod de Leonibus, & Formicis Poeta cecinit

Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

Non ego ille sum tamen, vt alienis inuentis illustrare velim otiosi laboris impendium, & licet nouerim exsibilandam in cœteris Sapientibus, plausibilem nihilominus in Iurisperito mediocritatem commendasse nōn me præterit Venusinum Vatem in Arte Poetica

Consultus Iuris, & Actor
Causarum mediocris abest virtute diserti
Messalle; Nescit quantum Cascellius aulus;
Sed tamen in pretio est. Mediocribus esse Poetis
Non Dij, non homines, non concessere Columnæ.

Eo tamen amore deceptus, quo ad mentem Curtij natura efficitur, vt quisque suos diligat fœtus; & quod ipse reperit, aut solum, aut optimum ducat; dicam sane infra ambitiosi nominis notam tot Voluminum numeris numerū sine specie addidisse, & Gyganteo quodam conatu maiora etiam viribus animo suscepisse. Iuuit quidem exilitatem ingenij maximus amor litterarum, quarum desiderio tenera quoque ætas exarsit; Nil enim harum triumpho nobilius, ditius hac hæreditate Patrimonium noui nullum, cuius fœcunditate mens nostra ditesceret. Stetit semper animo, quod doctus sum à Nazianzeno salubre consilium, cuius ad sensum vocatæ opes insidiæ sunt, paupertas pedica est; Dignitatum Fastus vetera insomnia; Imperare periculosum; alterius Imperio subesse, molestum; Iuuentus temporis feruor, canities tristis vitæ occasus, gloria est aer; Nobilitas vetus Sanguis, matrimonium vinculum; liberi curarum segetes; Satietas petulantiam, Paupertas impatientiam suadet; omnia denique hominibus laboriosa sunt, & fallacia, omnia cum Heraclito, & Democrito merus risus, & fletus, & quidquid demum in Orbe cernitur Orbis quidem est perpetua euersione cuncta subuoluens.

Ab

Ab hoc igitur rerum omnium tumultu, vt nobilem penitùs animum auocarem, mens fuit per litteras immortalis gloriæ germanam virtutem prosequi; vtque honestior esset causa, quo securior in Cœlum pateret via, statui per Legales Disciplinas animum Iustitiæ moribus imbuere, mihi perenniter seruaturus, quod effusus aliquando sudor peperisset, & expetibile grati animi donum Excelsæ Iuris Consultorum Reipublicæ statueret obsequentissimum. Laudabile quidem propositum, & quod rei euentu ex diuturnis tàm in Scholis, quàm in Foro exercitationibus grauiorem æquè doctrinam, ac nobiliorem benemerendi pollicebatur opportunitatem. Attamen aduersa Corporis valetudo, luminumque infirmitates Romæ ex occipitis ictu contractæ, quibus ab anno 30. ætatis meæ immitius in dies exagitor, benè conceptam spem abstulerunt, & fructum. Qualecumq; itaque aliorum iudicio opus istud accesserit, hoc vnum laudis, & meriti continet argumentum, quod breui tempore partum fuerit ab amore, & studio communicandi, quod in me ipso optimum existimaui: nec haberem vnde temporis, & laboris me pœniteret, si ad vberiores ingenij fructus, ex quibus Iurisprudentiæ Dignitas augeretur, præstantiores intellectus excitare valuissem; itaut mihi quoque tribueretur, quod de celebri Scriptore præmemoratus pronunciauerat Tullius, *ad docendum parum, ad impellendũ satis.*

TRISMEGISTVS LEGALIS inscribitur. Magnum nomen, inquies, & quod, vt dixit Quint. lib. 8. modum rei excedit; Non iniuria tamen id à me factum noueris. Trismegistum seculis anteactis acclamatissimum, & Philosophorum, & Sacerdotem, & Regem extitisse nullus est, qui ignoret ex traditionibus Aegyptiorum, apud quos Patrius iuualuerat Ritus seligendi ex Philosophum Collegio Sacerdotes, atque ex Sacerdotibus Reges. Cum verò Legalis Opificij meta, & vt vocant, obiectum constitutum sit in perscrutanda humanorum actuum veritate, adeòque in statuenda vnicuique Iustitiæ lance, nemo non videt hanc qualemcunque Iurisprudentiæ Genituram perinde fore iucundam, ac vtilem Philosophis, Sacerdotibus, ac Regibus, quorum omnium munus siuè Sacramentalia, siuè Moralia exquirant, aut tractent, eò collimat, vt veritatem, & iustitiam assequantur. Philosophos esse Iurisperitos multò ante didicimus, si vt censuit Hugo in Didasc. 3. *Philosophia docet iustè, ac rectè negotiare.*


Sacerdotes etiam nuncupari oportere Legum Doctores accepimus ex Vlpiano *in l. 1. ff. de iust. & iur.* Reges domum esse habendos inde liquet, quod Iustitiam excolant, quæ totum in Rege perficit. *Iustitia enim Regis* (verba sunt S. Gregorij 5. moralium) *Pax est Populorum, Tutamen Patriæ, Immunitas Plebis, Temperies aeris, serenitas Maris, Terra fecunditas, Solatium Pauperum, Cura languorum, Gaudium Hominum, Hæreditas filiorum, & sibi met ipsi spes futuræ Beatitudinis.* Quæ quantum par esset, ad rationem causæ Finalis dicta volui; nàm quod attinet ad Materialem noueris etiam non inconsultò appositum Operi nomen Trismegisti. In vno siquidem capite triplex vultus resultat ex triplici Cæsarei, Pontificij, ac Diuini Iuris specie compactus;

atque in vno volumine Triplex habetur subiectum ex Ratiocinijs, Tractatu, & Decisionibus aggregatum. RATIOCINIA nuncupaui meas Allegationes, vt quæ per me cœptæ in Alma Romæ Vrbe, & ad eiusdem Curiæ stylum conceptæ non Facti, sed Iuris breues sunt Discursus, & Ratiocinationes; In illa siquidem magna Curia, & aliarum Magistra nunquam solent Aduocati in suis Informationibus quidquam innuere facti, quod totum à Causarum Procuratoribus semper exponitur; sed motiua releuant, & argumenta facto conuenientia, quæ simul doctrinis exornant, distinctionibusque dilucidant. Tractatui Titulus est de AVGMENTO MONETAE, cuius præstantia, & Incrementum supplere poterit eiusdem Paupertatem. In eo nonnullas expressi resolutiones illarum plurium quotidianarum Quæstionum, super quibus in hac Serenissima Ianuensi Curia mihi contendere contigit, quas ideo vtiles omnibus in eadem versantibus fore duxi, quia idem Tractatus formalitates Augmenti Monetæ explicat, & distinguit, ex quibus cæteræ dirimi possunt. CENTVRIAM addidi SAC. ROT. ROM. DECISIONVM, vt quarum mea Ratiocinia nituntur authoritate, longè non deesset Testimonium. Reliquum est, mi Lector dulcissime, vt ad sensum D. Augustini lib. 1. contra Pelag. *in mea bona voluntate mihi meritum statuas*: Plura dedissem, & meliora, si infirmitates corporis, in quibus suam sibi potest animus construere Officinam virtutis à Foro non magis, quam à Studio immaturè proripuissent. *Quidquid vis, & non potes factum Deus computat*, idem inquit August. in psalm. 57. Tu quoque Diuinum ostendes animum, & imitator eris Gloriosissimi Conditoris tui, cum (vt ait Cassiod. lib. 4. epist. 25.) *In qualitate desiderij, quod fouebam mea mentis cognoueris honestatem*.



NICO-

NICOLAVS
EX DOMINIS DE PASSANO
AVTHORI
CARMEN.



ASTRÆA MERCVRIO.



1 Pro Iustitiæ Praeses.

EXVL, cum superis [1] Astræa rediret ab oris,
Quærebat, qui Iura Fori, Romaque, Deique,
Indistincta breui calamo perstringeret, unde
Luminis ingenij clarescerat inclyta Legum
Gloria, & æterna starent oracula Cedro.
Adfuit è Nilo superum [2] Cyllenius Ales,
Et sapientum Opifex. Atque, ò Dea dixit, honesti

2 Mercurius Deorum administer, & litteratorum opifex.

Mater, habes votum. Dudum mihi fingitur Heros
Ter sapiens, triplici qui det sua nomina Iuri;
Et legum [3] Responsa, stylo breuiore coercens,
Indefecturis committat Dædala chartis,
Plena animi, mentisque volumina. Scilicet illum
Extulit ante alios iuuenem tùm viuida virtus,
Tùm labor, atque annis longè Prudentia Maior.
Hunc ego, quà Liguri primum Sol diuidit ignem
Purius ingenij semen sub murice, & auro,
Massola de Gente. (Tibi Gens noscitur, Orbi
Nota, [4] per Insignes Genuensi ex Ordine Fasces)
Quamquam ortus, Virtutis Opes, non triste coegi
Lucrum spontè sequi, fatalis Numine Virgæ.
Circum [5] Pallas erat, cunis cum luderet Infans,
Vocis adhùc, non mentis inops; nunc serta tenellæ
Fronti imponebat, decorum argumenta; futuri
Nunc spes eloquij vinctum exsoluebat, amoris
Oscula signa dabat nunc, in dulcesque ruebat
Amplexus: Tantùm se se agnoscebat in illo;
Igneus ex illo vigor est, & florida mentis
Tempore vis puero. [6] Primùm interludere lauros
Non vetui, facilique lyra percellere Phœbum.
Ast breuis ad Musas mora. In atria currere legum
Ilicet, exarsit. Tu prima [7] Bononia Iuris

3 Consulta.

4 Henricus ad ann. 1199. vnus è Consulibus Ianuæ; idemque ad ann. 1201. apud Iustinian. & alios.

5 Versatur cum laude in Humanioribus.

6 Emeritus quoque in Philosophia; Theologicque, Scholasticæ non leui per annum Mediolani contépiatione defunctus.

7 Bononiæ Legali studio strenuè vacat; mox Lauream consequutur.

Alma

Alma parens, clarum iam tùm virtute Philippum
Excipis, & doctæ meditaris præmia linguæ.
Nec satis, ò Astræa, tuæ sunt munera frondis
Credita, sæpè nouos noua virtus poscit honores.
Pulchra [8] *dies aderat: cum festo feruere cantu*
Porticus, & pleno exundare theatra tumultu.
Vnus supra alios, non illa ex Vrbe, Philippus
Tollitur, & socco quod Princeps inferat aureo
Insigni donatur eques. Non Cyllare cursu
Astra pari peteres, stimulo, ut virtutis acuto
Actus, in [9] *Austriacos benè cognitus iuit amores,*
Cæsarei Inspector Iuris. [10] *Romana sequutus*
Mox fora, tot vicit lites, quot dixit, amico
Gratus, & aduerso fraudis, non proditor Æqui.
Hinc [11] *sibi Romulidum Chisia de Gente Tonantem*
Conciliasse ferunt, & si fortuna tulisset
Infula nunc sacro radiaret verticis auro.
Quid [12] *Tibi præterea quorum de sanguine tantum*
Hausit, Auos referam? bis Patria Consulis arte
Floruit Henrici: Seniores inter agebat
Mole Magistratus tota spectabilis Vrbe
Baptista. Heroum numero, quos publica virtus
Extulit, obruimur. Gerit omnes mente Philippus.
Talia Mercurius; cui sic Astræa: Iubeto
Candida persimili mea ducere numina ductu.
Is placet. Hæc inter, placidæ dum fessa quieti
Membra dares, Cælo Tibi mens iniecta Philippe
Scribere. Te virga percussit nuncius Ales.
Magnum opus aggrederis, vigili citò perficis arte?
Vix animum sequitur calamus. Dum fortè maneres
Rure, domum venit Cyllenius; indè laborem
Surripit, Astrææ relegitque fruentis ad aures.
Proh quantùm Regina probat! Dabat oscula chartis;
Non satis est audiisse semel. Tum dicitur aureis
Subscripsisse notis. Ius hoc Astrea probauit.
Tecta redis: noua signa vides. Quid cernis, & hæres?
Ede, quod Astrææ placuit, laudabitur Orbi.
Quid lateat frons ipsa notet, ter maxima libro
Nominis vmbra sonet; sapientia nomine maior,

8 Ibi præ alijs à Cardinali Legato solemni cum pompa perhonorificè calcaris aurei, vt vocant, Pontificius eques inauguratur.

9 Versatur in aula Cæsaris.

10 Romæ aduocaturam suscipit; ab Auditoribus Sacræ Rotæ laudatur.

11 Alexandro VII. Pôtifici valdè probatus, & acceptus; alijsq; Purpuratis Principibus, vt memorat P. Dionysius à Genua Ordinis Minor. in Epistola Nuncupatoria operis eius nomini inscripti, cui titulus, Prouincialis expensus.

12 Nicolaus q. Christophori Anno 1200. Leoninus & post eum Bartholomæus, Antonius, Cosmus, Baptista &c. alijque plures Magistratibus inclyti; de quibus monumenta, vel publica, vel tabulæ priuatæ loquuntur.

STEPHANVS SPINVLA I.C.C.

EX CONDOMINIS INSVLAE VAR.

AVTHORI

CARMEN.

MERCVRIVS ASTRÆÆ.



Ercuri ab æthereis descende penatibus, Arte
Est opus, industrique manu. Quà vertice ad astra
Turrito assurgens Vrbi dat nomina Ianus,
Alter Mercurius[1] *meritos sibi poscit honores,*
Cui triplici Augustam cingunt diademate frontem
Terque vocant magnum Proaui, Sapientia, Mores.
Illi Iustitiæ Præses simulacra paternis
Attolli iubet in tectis Astræa: sequaces
Hæc cupit Aequa parens recti dare munera alumno.
Ergo age: materiem scalpro dabit ampla Vetustas
Massolæ Gentis, genus unde, animosque suorum
Non impar decori; noster sibi vindicat Heros.
Illa vides[2] *tumulis viuentia nomina auitis?*
Armaque[3] *victa situ, & docta monumenta Mineruæ?*
Illa vides laceris hærentia stemmata saxis,
Et ligures fasces, quos olim Genua Mater
Henrico dederat? veteris vestigia famæ,
Et clari generis memoranda Insignia cernis?
Hinc magni effigiem par est cælare Nepotis.
Ergo rumpe moras, similem sibi finge colossum;
Qui digito extenso mortalibus indicet axem
Lemmate sub pedibus fixo, sic itur ad astra.
Quattuor in facies basisque quà se infima circum
Explicat, impositamque super fert tergore molem
Finge manu docta; infantis cunabula circum
Ludentes[4] *musas, tenerisque imponat Apollo*
Serta comis; puerum procul hinc ad Palladis arma;
Ad sophiæ pugnas bis septimus excitet annus.
Parte alia, opposito surgat Bononia saxo
Heroum genitrix; Legali hic tempora lauro
Condecoret Pallas, laterique accommodet ensem

1 Trismegistus qui, & Mercurius dici consueuit.

2 Monumenta in Cathedrali, Basilica S. Laurentij, in D. Dominici Claustro & alibi peruetusta.

3 Claua, Insigne gentilitium.

4 Theses Philosophiæ propugnatæ.

Pepu-

Pepulus, [5] *inque equites sese talaribus aureis*
Inuehat: ipse manu suspendat stemmata collo
Princeps, purpurei decus immortale Senatus.
Palladiæ Præses, laurique, vrbisque [6] *Sauellus.*
Leuum Roma latus teneat, mirata loquentem,
Romuleo acceptum [7] *Patri, quem vertice prono*
Terrarum Vrbs Princeps *colla septemplice adorat.*
Parte *alia Pietas sacro diademate cingat*
Tempora, perque gradus ad summa cacumina tollat;
Nec procul æthereo radius demissus Olympo
Illustret triplicis memoranda volumina iuris,
Famaque postremis vulget præconia terris.
Hæc vbi docta manus confecerit, imprime saxo:
Mercurio liguri Cyllenius hoc simulacrum.

5 Comes clarissimæ gentis, Bononiæ.

6 Tum tēporis Cardinalis Legatus, cui Author fuit familiaris beneuolentiæ gratia, & merito, charus.

7 Alexandro VII. à quo Abbatijs exornatus est.



EPI-

ille nomini morum innocentia persimillimus Pater, te arduæ satis, ac super parem Præfecturę Prolegatum, Bononiam misit; vbi iucundissimam Patrui olim Legati recordationem ea felicitate reuocasti, vt Prætorio aureum lemma memores beneficiorum Ciues inciderint

Hinc Antonius SANCTACRVCIVS etiam in Marcello SANCTACRVCIO hodiè Prolegato amabilissimus.

Neq; verò æstus inter armorum perijt quicquam postmodũ Tibi de tanta Humanitate. Generalis Exercitus Ecclesiastici Commissarius eodẽ à Pontifice dictus auctoritate,& consilio, sic es moderatus milites,Mars Infulatus,vt vinceres; sic vicisti, vt Romam,ad triumphum propè dixerim,sis reuocatus; sacrę Consultationis Magistratus, haud minus graui scilicèt, Prouincia, in laboris stipendium, & victoriæ, Heroum more cumulatus. Quo in munere acerrimum Tui acumen ingenij, virile iudicij robur, capax rerum ferè omnium comprehensio, denique vt paucis complectar omnia, Diuina Virtus, perindè ac si nullibi vnquam specimina sui edidisset, se se adeò longè, latèque diffudit, vt planè spirans, ac viua Ecclesiastici Principis Idæa, cui nil aliud pręter ostrum deesset, & apud Tuos, & apud Exteros haberere. Propterea Poloniæ Rex Casimirus, Te purpuræ veriùs, quàm Tibi purpuram, quæ iam ab Innocentio parabatur, deposcere festinauit; videlicet, vt præter illustrium voces meritorum, Italiæ vota, maiorum titulos, Pontificis beneuolentiam Regiæ preces non deessent, tam eximio Christianæ bono Reipublicæ impetrando. Nunc vide EMINENTISSIME PRINCEPS, nùm Tibi Genere, Sapientia, & Religione ter Maximo, quę decora aut è Tuis ebibisti,aut elicuisti è Tuo,Trismegistus ille Quirinali Sacerdotio ter Maximus debeatur potiùs, quàm iste meus offerentis tenuitate ter minimus. Quod si scelera humana tantam hominibus non inuideant beatitatem,spero equidem fore, vt auita referas tempora;

Pacatumq;

Pacatumque reges patrijs virtutibus orbem;

Donec plenus annorum, terras exosus impares ad illos recipiaris in Cœlum, quorum æmula virtute mores exprimis, &

Ipse Deum vitam accipies, Diuisque videbis
Permixtos Heroas, & ipse videberis illis.

Fateor, si metior natalitium decus, si adscitum ab industria iubar, si dotes humano maiores ingenio, si non modo supra dignitatem, sed omnino supra mortalitatem merita, percellor attonitus, & arceor ab aditu Maiestatis. Verùm, quæ splendet in aspectu amabilis illa venustas, ille ad facilitatem compositus decor speciei, illa vltra Principem prona comitas, propensaque in omnes bonarum artium studiosos ad prodigium vsque voluntas, addit animum, & quam creare potes omnibus, iubet me etiam sperare felicitatem. Viue Princeps, & diu te omnibus seruà.

Genuæ die 20. Iunij anno 1673.

Eminentiæ Tuæ

Aeternùm addictissimus, & obsequentiss.

Abb. Iacobus Philippus Massola.

Auctor

Ab hoc igitur rerum omnium tumultu, vt nobilem penitùs animum auocarem, mens fuit per litteras immortalis gloriæ germanam virtutem prosequi; vtque honestior esset causa, quo securior in Cœlum pateret via, statui per Legales Disciplinas animum Iustitiæ moribus imbuere, mihi perenniter seruaturus, quod effusus aliquando sudor peperisset, & expetibile grati animi donum Excelsæ Iuris Consultorum Reipublicæ statueret obsequentissimum. Laudabile quidem propositum, & quod rei euentu ex diuturnis tàm in Scholis, quàm in Foro exercitationibus grauiorem æquè doctrinam, ac nobiliorem benemerendi pollicebatur opportunitatem. Attamen aduersa Corporis valetudo, luminumque infirmitates Romæ ex occipitis ictu contractæ, quibus ab anno 30. ætatis meæ immitius in dies exagitor, benè conceptam spem abstulerunt, & fructum. Qualecumq; itaque aliorum iudicio opus istud accesserit, hoc vnum laudis, & meriti continet argumentum, quod breui tempore partum fuerit ab amore, & studio communicandi, quod in me ipso optimum existimaui: nec haberem vnde temporis, & laboris me pœniteret, si ad vberiores ingenij fructus, ex quibus Iurisprudentiæ Dignitas augeretur, præstantiores intellectus excitare valuissem; itaut mihi quoque tribueretur, quod de celebri Scriptore præmemoratus pronunciauerat Tullius, *ad docendum parum, ad impellendũ satis.*

TRISMEGISTVS LEGALIS inscribitur. Magnum nomen, inquies; & quod, vt dixit Quint. lib. 8. modum rei excedit; Non iniuria tamen id à me factum noueris. Trismegistum seculis anteactis acclamatissimum, & Philosophorum, & Sacerdotem, & Regem extitisse nullus est, qui ignoret ex traditionibus Aegyptiorum, apud quos Patrius iuualuerat Ritus soligendi ex Philosophum Collegio Sacerdotes, atque ex Sacerdotibus Reges. Cum verò Legalis Opificij meta, & vt vocant, obiectum constitutum sit in perscrutanda humanorum actuum veritate, adeòque in statuenda vnicuique Iustitiæ lance, nemo non videt hanc qualemcunque Iurisprudentiæ Genituram perinde fore iucundam, ac vtilem Philosophis, Sacerdotibus, ac Regibus, quorum omnium munus siuè Sacramentalia, siuè Moralia exquirant, aut tractent, eò collimat, vt veritatem, & iustitiam assequantur, Philosophos esse Iurisperitos multò ante didicimus, si vt censuit Hugo in Didasc. 3. *Philosophia docet iustè, ac rectè regnare.*

Sacerdotes etiam nuncupari oportere Legum Doctores accepimus ex Vlpiano *in l. 1. ff. de inst. & iur.* Reges domum esse habendos inde liquet, quod Iustitiam excolant, quæ totum in Rege perficit, *Iustitia enim Regis* (verba sunt S. Gregorij 5. moralium) *Pax est Populorum, Tutamen Patriæ, Immunitas Plebis, Temperies aeris, serenitas Maris, Terra fœcunditas, Solatium Pauperum, Cura languorum, Gaudium Hominum, Hæreditas filiorum, & sibi met ipsi spes futuræ Beatitudinis.* Quæ quantum par esset, ad rationem causæ Finalis dicta volui; nàm quod attinet ad Materialem noueris etiam non inconsultò appositum Operi nomen Trismegisti. In vno siquidem capite triplex vultus resultat ex triplici Cæsarei, Pontificij, ac Diuini Iuris specie compactus;

atque in vno volumine Triplex habetur subiectum ex Ratiocinijs, Tractatu, & Decisionibus aggregatum. RATIOCINIA nuncupaui meas Allegationes, vt quæ per me cœptæ in Alma Romæ Vrbe, & ad eiusdem Curiæ stylum conceptæ non Facti, sed Iuris breues sunt Discursus, & Ratiocinationes; In illa siquidem magna Curia, & aliarum Magistra nunquam solent Aduocati in suis Informationibus quidquam innuere facti, quod totum à Causarum Procuratoribus semper exponitur, sed motiua releuant, & argumenta facto conuenientia, quæ simul doctrinis exornant, distinctionibusque dilucidant. Tractatui Titulus est de AVGMENTO MONETAE, cuius præstantia, & Incrementum supplere poterit eiusdem Paupertatem. In eo nonnullas expressi resolutiones illarum plurium quotidianarum Quæstionum, super quibus in hac Serenissima Ianuensi Curia mihi contendere contigit, quas ideo vtiles omnibus in eadem versantibus fore duxi, quia idem Tractatus formalitates Augmenti Monetæ explicat, & distinguit, ex quibus cæteræ dirimi possunt. CENTVRIAM addidi SAC. ROT. ROM. DECISIONVM, vt quarum mea Ratiocinia nituntur authoritate, longè non deesset Testimonium. Reliquum est, mi Lector dulcissime, vt ad sensum D. Augustini lib. 1. contra Pelag. *in mea bona voluntate mihi meritum statuas*: Plura dedissem, & meliora, si infirmitates corporis, in quibus suam sibi potest animus construere Officinam virtutis à Foro non magis, quam à Studio immaturè proripuissent. *Quidquid vis, & non potes factum Deus computat*, idem inquit August. in psalm. 57. Tu quoque Diuinum ostendes animum, & imitator eris Gloriosissimi Conditoris tui, cum (vt ait Cassiod. lib. 4. epist. 25.) *In qualitate desiderij, quod fouebam mea mentis cognoueris honestatem*.



NICO-

NICOLAVS
EX DOMINIS DE PASSANO
AVTHORI
CARMEN.

ASTRÆA MERCVRIO.

1 Dež Iustitiæ Praeses.



XVL, cum superis [1]. Astræa rediret ab oris,
Quærebat, qui Iura Fori, Romæque, Deique,
Indistincta breui calamo perstringeret, unde
Luminis ingenio claresceret inclyta Legum
Gloria, & æterna starent oracula Cedro.
Adfuit è Nilo superum [2] Cyllenius Ales,
Et sapientum Opifex. Atque, ò Dea dixit, honesti
Mater, habes votum. Dudum mihi fingitur Heros
Ter sapiens, triplici qui det sua nomina Iuri;
Et legum [3] Responsa, stylo breuiore coercens
Indefessuris committat Dædala chartis,
Plena animi, mentisque volumina. Scilicet illum
Extulit ante alios iuuenem tùm viuida virtus,
Tùm labor, atque annis longè Prudentia Maior.
Hunc ego, quà Liguri primum Sol diuidit ignem
Purius ingenij semen sub murice, & auro,
Massola de Gente. (Tibi Gens noscitur, Orbi
Nota, [4] per Insignes Genuensi ex Ordine Fasces)
Quamquam ortus, Virtutis Opes, non triste coegi
Lucrum spontè sequi, fatalis Numine Virgæ.
Circum [5] Pallas erat, cunis cum luderet Infans,
Vocis adhùc, non mentis inops; nunc serta tenellæ
Fronti imponebat, decorum argumenta; futuri
Nunc spes eloquij vinctum exsoluebat, amoris
Oscula signa dabat nunc, in dulcesque ruebat
Amplexus: Tantùm se se agnoscebat in illo;
Igneus ex illo vigor est, & florida mentis
Tempore vis puero. [6] Primùm interludere lauros
Non vetui, facilique lyra percellere Phœbum.
Ast breuis ad Musas mora. In atria currere legum
Ilicet, exarsit. Tu prima [7] Bononia Iuris

2 Mercurius Deorum administer, & litteratorum opifex.

3 Consulta.

4 Henricus ad ann. 1199. vnus è Consulibus Ianuæ; idemque ad ann. 1201. apud Iustinian. & alios.

5 Versatur cum laude in Humanioribus.

6 Emeritus quoque in Philosophia, Theologicque, Scholasticæ non leui per annum Mediolani contemplatione defunctus.

7 Bononiæ Legali studio strenue vacat; mox Lauream consequutur.

Alma

Alma parens, clarum iam tùm virtute Philippum
Excipis, & doctæ meditaris præmia linguæ.
Nec satis, ò Astræa, tuæ sunt munera frondis
Credita, sæpè nouos noua virtus poscit honores.
Pulchra [8] *dies aderat: cum festo feruere tantis*
Porticus, & pleno exundare theatra tumultu.
Vnus supra alios, non illa ex Vrbe, Philippus
Tollitur, & socco quod Princeps inserat aureo
Insigni donatur eques. Non Cyllare cursu
Astra pari poteres, stimulo vt virtutis acuto
Actus, in [9] *Austriacos benè cognitus iuit amores,*
Cæsarei Inspector Iuris. [10] *Romana sequutus*
Mox fora, tot vicit lites, quot dixit, amico
Gratus, & aduerso fraudis, non proditor Æqui.
Hinc [11] *sibi Romulidum Chisia de Gente Tonantem*
Conciliasse ferunt, & si fortuna tulisset
Infula nunc sacro radiaret verticis auro.
Quid [12] *Tibi præterea quorum de sanguine tantum*
Hausit, Auos referam? bis Patria Consulis arte
Floruit Henrici: Seniores inter agebat
Mole Magistratus tota spectabilis Vrbe
Baptista. Heroum numero, quos publica virtus
Extulit, obruimur. Gerit omnes mente Philippus.
Talia Mercurius; cui sic Astræa: Iubeto
Candida persimili mea ducere numina ductu.
Is placet. Hæc inter, placidæ dum fessa quieti
Membra dares, Cælo Tibi mens iniecta Philippe
Scribere. Te virga percussit nuncius Ales.
Magnum opus aggrederis, vigili citò perficis arte?
Vix animum sequitur calamus. Dum fortè maneres
Rure, domum venit Cyllenius; indè laborem
Surripit, Astræa relegitque fruentis ad aures.
Proh quantùm Regina probat! Dabat oscula chartis;
Non satis est audysse semel. Tum dicitur aureis
Subscripsisse notis. Ius hoc Astrea probauit.
Tecta redis: noua signa vides. Quid cernis, & hæres?
Ede, quod Astrææ placuit, laudabitur Orbi.
Quid lateat frons ipsa notet; ter maxima libro
Nominis vmbra sonet; sapientia nomine maior.

8 Ibi præ alijs à Cardinali Legato solemni cum pompa perhonorificè calcaris aurei, vt vocant, Pontificius eques inauguratur.

9 Versatur in aula Cæsaris.

10 Romæ aduocaturam suscipit; ab Auditoribus Sacræ Rotæ laudatur.

11 Alexandro VII. Pótifici valdè probatus, & acceptus; alijsq; Purpuratis Principibus, vt memorat P. Dionysius à Genua Ordinis Minor. in Epistola Nuncupatoria operis eius nomini inscripti, cui titulus, Prouincialis expensus.

12 Nicolaus q. Christophori Anno 1208. Leoninus & post eum Bartholomæus, Antonius, Cosmus, Baptista &c. alijque plures Magistratibus inclyti; de quibus monumenta, vel publica, vel tabulæ priuatæ loquuntur.

STE-

STEPHANVS SPINVLA I.C.C.

EX CONDOMINIS INSVLAE VAR.

AVTHORI

CARMEN.

MERCVRIVS ASTRÆÆ.



Ercuri ab æthereis descende penatibus; Arte
Est opus, industrique manu. Quà vertice ad astra
Turrito assurgens Vrbi dat nomina Ianus;
Alter Mercurius [1] meritos sibi poscit honores;
Cui triplici Augustam cingunt diademate frontem
Terque vocant magnum Proaui, Sapientia, Mores.
Illi Iustitiæ Præsos simulacra paternis
Attolli iubet in tectis Astræa: sequacis
Hæc cupit Aequa parens recti dare munera alumno.
Ergo age: materiem scalpro dabit ampla Vetustas
Massolæ Gentis, genus vnde, animosque suorum
Non impar decori, noster sibi vindicat Heros.
Illa vides [2] tumulis viuentia nomina auitis?
Armaque [3] victa situ, & doctæ monumenta Mineruæ?
Illa vides laceris hærentia stemmata saxis,
Et ligures fasces, quos olim Genua Mater
Henrico dederat? veteris vestigia famæ,
Et clari generis memoranda Insignia cernis?
Hinc magni effigiem par est cælare Nepotis.
Ergo rumpe moras, similem sibi finge colossum;
Qui digito extenso mortalibus indicet axem
Lemmate sub pedibus fixo, sic itur ad astra.
Quattuor in facies basisque se infima circum
Explicat, impositamque super fert tergore molem.
Finge manu docta; infantis cunabula circum
Ludentes [4] musas, tenerisque imponat Apollo
Serta comis; puerum procul hinc ad Palladis arma;
Ad sophiæ pugnas bis septimus excitet annus.
Parte alta, opposito surgat Bononia saxo
Heroum genitrix; Legali hic tempora lauro
Condecoret Pallas, laterique accommodet ensem

[1] Trismegistus qui, & Mercurius dici consueuit.

[2] Monumēta in Cathedrali, Basilica S. Laurentij, in D. Dominici Claustro & alibi peruetusta.

[3] Claua, Insigne gentilitium.

[4] Theses Philosophicæ propugnatæ.

Pepu-

Pepulus, [5] *inque equites sese calcaribus aureis*
Inuehat: ipse manu suspendat stemmata collo
Princeps, purpurei decus immortale Senatus
Palladiæ Præses, laurique, vrbisque [6] *Sauellus.*
Leuum Roma latus teneat, mirata loquentem,
Romuleo acceptum [7] *Patri, quem vertice prono*
Terrarum Vrbs Princeps *collo septemplice adorat.*
P*arte alia Pietas sacro diademate cingat*
Tempora, perque gradus ad summa cacumina tollat;
Nec procul æthereo radius demissus Olympo
Illustret triplicis memoranda volumina iuris,
Famaque postremis vulget præconia terris.
Hæc vbi docta manus confecerit, imprime saxo:
Mercurio liguri Cyllenius hoc simulacrum.

5 Comes clarissimæ gentis, Bononiæ.

6 Tum tẽporis Cardinalis Legatus, cui Author fuit familiaris beneuolentiæ gratia, & merito, charus.

7 Alexandro VII. à quo Abbatijs exornatus est.

EPIGRAMMATA



IN LAVDEM AVTHORIS:

EPIGRAMMA PRIMVM.

Ciuica, Sacra doces, Diuinaque iura Philippe,
Vlteriùs superest iam tibi scire nihil.
Sat sciuit qui tanta docet; tua nosceret Orbis
Vt merita, hunc partum sat peperisse fuit.
Sat loquitur mentem tot rerum mole capacem
Quæ Ius propugnat, pagina docta, triplex.
Quod si dicendus sapiens qui scripserit vnum:
Quid ni ter sapiens, quia tria scribis eris?

Vincentij Saulij I. C.



EPIGRAMMA SECVNDVM.

Bis Magnus Cæsar, seù miles, siuè togatus,
Maximus eloquio, Maximus ense fuit.
Par in vtroque sibi. Meliùs nunc Fama Philippum
Ter Magnum, triplici Iure, fuisse canat.

Hieronymi Inureæ I. C.



EPIGRAMMA TERTIVM.

Decreuit veterum Sapientia Magna Sophorum
Perfectum, trinum quod foret omne fore.
Ergo quæ profers, sunt perfectissima Iura;
Nam trina, & sunt ter maxima iure suo.

P. Io: Baptistæ Nuceti Soc. Iesu
Nonagenarij.

EPI-

EPIGRAMMA QVARTVM.

Alluditur Cognomento; & Stemmati.

VEctis ab Herculei quondam Lapithasque; ferasque
Ictibus ilignis interijsse ferunt.
Tu Clauæ tenuis, quæ Te cognomine donat
Subtili ingenio monstra maligna domas.
Quæ certant falsis veras corrumpere leges
Iuribus, & miscent impia Iura sacris.
At domita Aethereis Scriptor monstra inferis astris:
Non est Alcidis, sed Iouis iste labor.

Eiusdem P.Nuceti.



DISTICHON.

GENVA parens; altrix Bononia; Roma theatrum:
Indè tibi totus Patria Mundus erit.

Nicolai Caneuarij I.C.



DE

DE speciali mandato Reuerendiss. P. Magistri Sixti Cerchij in vniuerso Genuensi Dominio Generalis Inquisitoris Vigilantissimi, nedum singulari ab eodem peroptata diligentia, verum etiam omni attentione perpendi Librum, cui Titulus *Trismegistus Legalis, Cæsarei, Pontificij, ac Diuini Iuris Libamina &c.* eumque inoffenso oculo, parique animi voluptate reuolui, & non modo Fidei Orthodoxæ, ac bonis moribus consonum inueni, verum & nihil occurrit, quod integerrimam Doctrinam, ingenij perspicacitatem non præseferat, plurimumque Auctoris Studium, vberrimam eruditionem non commendet; & certè Amplissimam Ratiociniorum, & Decisionum varietatem continet; calami nitore, eruditionis amænitate, & grauitate Doctrinæ sic gaudet, quod Iuristarum auiditati satisfacere facilè crediderim: quapropter dignissimus est, meo videri, quod ad eruditorum profectum publicis prodeat Typis, dum non tàm Sapientibus expectendum, Iurisperitis percommodum, vtriq; Foro proficuum censeam, quàm eruditissimi Scriptoris laboribus pretiosum: In eo siquidem ordinem in varietatem, in subtilitate claritatem, Maiestatem in cultu, & opus denique in Trismegisto ter maximum cum admiratione suspicient: sic censeo, corde, ore, & manu ex nostro Conuentu S. Mariæ Pacis Genuæ die 20. Februarij 1671.

Ego Fr. Dionysius à Genua S. Francisci Reformatus, & S. Officij Consultor &c.

Imprimatur,

Fr. Sixtus Cerchius Inquisitor Generalis Genuæ.

1670. 5. Septemb. Imprimatur

Ex auctoritate Excell. & Illustriss. Magistratus Inquisitorum Status.

Io: Franciscus Castagnola Cancell.

RATIOCINIORVM ELENCHVS.

† *Neapo-*



INDEX

Rerum ; & Verborum quæ in præcedenti Opere continentur.

Primus numerus Ratiocinium. Secundus verò illius numerum significat.

B

C

Cam-

sto

eodem

E

Fidei

G

H

I

nis

L

††† & con-

M

N

contra

Q

R

mulier

& pro-

FINIS INDICIS RERVM, ET VERBORVM.

TRISMEGISTVS LEGALIS
D. ABB. IACOBI PHILIPPI MASSOLAE

ARGVMENTVM.

Deuolutio, ob non factam solutionem Canonum, non subsistit, si de solutionibus doceatur. Vbi prætensa caducitas non est certa, sed dubia, non potest Ecclesia, parte non citata, apprehendere possessionem Bonorum. A caducitate excusat qualibet causa, etiam leuis, & iniusta. Deuolutio ob lineam finitam, quando non militet, & quæ prærequirat. Nec bannimentum Episcopi operari potest, vt non citetur possessor, & deuolutio non liquidetur.

SVMMARIVM.

1. DeuolutioEmphyteusis,ob defectum solutionis Canonũ nõ intrat,vbi docetur de solutionibus.
2. Defectus solutionis debet probari concludenter, & non æquiuocè.
3. Episcopus spoliat, si apprehendat possessionem,non citato possessore.
4. Moræ purgatio in emphyteusi semper datur de Æquitate Canonica.
5. Moram qualibet causa excusat etiam leuis.
6. Sufficit etiam, ad hunc effectum causa fatua, & iniusta.
7. Deuolutio, ex capite lineę finitæ non intrat, si Episcopus approbet, ex receptione Canonum adesse adhuc de eadem linea.
8. Debet Episcopus,antè apprehensionem bonorum citati facere possessorem, & docere finem comprehensorum.
9. Amplia, etiam concurrente pacto de ingrediendo,propria authoritate.
10. Contraria sententia quod duratio lineę probanda sit ab allegante procedit, quando ignoratur existentia comprehensorum.
11. Bannimentum Episcopi si rigorosum nimis sit, & extra æquitatem, attendi non debet.
12. Episcopus non potest tollere ea,quæ Iuris sunt.
13. Citatio possessoris, & liquidatio casus deuolutionis fieri, seruatur etiam in casu, in quo adsit pactum in contrarium,inter partes.

RATIOCINIVM I.
SARZANENSIS BONORVM.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis; vt non declinem in verba malitiæ. *Psalm. 140.*



Illustris. D. Standum est in decisis sub die 24.Maij;Siquidẽ prætensæ deuolutioni contra D.
1 Meduseum ob non solutionem canonum non erat locus; cum de facto doceatur per quietantias de solutionibus factis *Rot.inter hic impress. decis. 81. nu. 6.*; Et quamuis Illustris. D.Episcopus hodie prætendat dictas solutiones non fuisse factas pro Bonis in Iurisdictione Sarzanæ, sed pro
2 Bonis in Territorio Massę existentibus, ex quo tamen quietantiæ cantabant semper absque distinctione bonorum, iuxta solitum, & sic de prætensa caducitate non constabat, nisi

 dubi-

dubitatiuè, & probabiliter, non potuit D. Episcopus absque vitio spolij, propria authoritate, ac D. Medusco non citato possessionem dictorum bonorum apprehendere iuxta distinct. *Specul. tit. de loc. §. nūc aliqua q. 48. n. 62. in fin. vers. tu dic. quod si, quē sequitur post alios Gabr. cōs. 62. n. 17. lib. 2. & Rot. in vna Bononien. de canalibus 11. Ianu. 1602. corā Card. Pāphilio, & sepius in alijs, sed signāter inter hic impress. dec. 36. n. 7.*

4 Præsertim, cum huiusmodi deuo-
5 lutio de iure nō soleat admitti, immò
de æquitate Canonica semper queat
purgari *Rot. dec. 119. n. 17. p. 9. Rec.*,
6 & prò excusatione soleat admitti
quælibet causa, etiam leuis *l. igitur §. potest ff. de liber. cau. Rot. in Romana vineæ corā Orano die 22. Iunij 1592.*; Quin immò sufficit causa etiā iniusta, & fatua *Corbul. tit. ob non solutionē Canonū limit. 27. n. 2. Rot. post Cenc. de cens. decis. 4. n. 1. & p. 1. Rec. dec. 261. n. 5.*, & his relatis fuit dictum in *Romana deuolutionis Domorū 3. Iunij 1652. corā Reuerendiss. Verospio.*

Multò minus potuit ingredi pro-
pria authoritate possessionem bono-
7 rum, ex prætensa deuolutione contra
Casellam, ob lineam finitam; tū quia ex inuestitura probatur esse vnus de cōprehēsis in emphyteusi, & vti talis fuit approbatus ab Episcopo ex solutione soliti Canonis, tū etiā quia per Episcopū citato ipso Casella, doceri prius debeat huiusmodi lineam esse finitā, & euenisse casū deuolutionis;
8 vt in puncto dixit *Rot. in Cesanaten.*
spolij 22. Iunij 1592. corā Mātic. quæ est inter eius impress. decis. 194. n. 2.
9 *3. & 6. & in Mediolan. bonorum, seu*
10 *emphyteusis die 18. Aprilis 1630.*
coram Card. Ludouisio. Et procedunt etiam, stante pacto de ingrediendo propria authoritate. Contraria verò sententia, quod scilicet existentia comprehensorum probanda sit ab allegante procedit, quādo vere ignoratur. *Aldobrand. cons. 80. n. 4. & seq. Rot. in Rec. p. 5. decis. 359. n. 16., cū alijs in Rom. emph. 30. Maij 1653. coram Reuerendiss. Dunoz. Decano.*

Non obstat assertum bannimen-
tum Episcopi, quia vt nimis rigoro-
11 sum, & contra Iuris æquitatem sub-
sistere non potest, vel saltem non va-
12 let operari, quod citatio possessoris
non requiratur, & liquidatio casus deuolutionis omninò præcedere non debeat, prò vt seruatur etiā in casu, in quo adsit pactū inter partes, vt ex dictis decis. & de Iure est indubitatū.

Ex his igitur &c.

Iacobus Philippus Massola Aduoc.

ARGVMENTVM.

REctor Ecclesiæ, in qua Missa quotidiana, & perpetua relinquitur celebranda, & non hæres, cui testator præcepit erogationem Capitalis pro fundo, debet eligere Sacerdotem; maximè si idem Rector in toto hoc negotio deputatus fuit exequutor: quod etiam procedere de iure arguitur, à simili. Suadent etiam verba prædicti legati, si fuerunt directa in Rectorem, veluti exequutorem. Solitum in his etiam attendi debet. Et huiusmodi facultas, quatenùs ex verbis testamenti conueniret hæredi, eidem non competeret priuatiuè quoad exequutorem. Voluntas testatoris, quandò est per se clara non indiget testium interpretationibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1. Electio Sacerdotis pro celebratione Missarum spectat non ad heredem, sed ad Rectorem, quia in hac re constitutus fuit exequutor.
2. Maximè, vbi heredi nihil aliud præcipitur, quam erogatio pecuniarũ pro fundo perpetuo.
3. Qui habet curam celebrationis Missarum in necessarium antecedens debet etiam habere facultatem eligendi celebrantem.
4. Exequutor deputatus ad distribuendam pecuniam pauperibus, videtur in necessarium antecedens constitutus etiam ad venditionem bonorum, pro comparatione pecuniarum.
5. Statutum mandans Antianis ferre iudicium de consilio decem discretorum videtur concedere iisdem facultatem eligendi dictos discretos.
6. Procurator ad vendendum frumentum censetur habuisse etiam facultatem illud recuperandi ab assecuratoribus.
7. Quibus committuntur subsequentia, censentur etiam commissa antecedentia.
8. Executor testamentarius dicitur Procurator ad peragenda negotia testatoris.
9. Conclusio, quod executor datus ad vnum intelligatur datus ad omnia, quæ requirat ad effectum veritatis inconcussæ.
10. Non procedit prædicta conclusio quandò facultas est restricta ad vnum actum.
11. Exequutor datus ad distribuendum pretium pauperibus non censetur datus ad vendendũ, si ex verbis dignoscatur facultas restricta ad actum distributionis.
12. Contrarium esset, si ex verbis testamenti appareret fuisse relictus exequutor generalis.
13. Si electio spectaret ad vnum & exequutio ad alium, fieret confusio personarum, & circuitus.
14. Testator si voluisset electionem attinere ad heredem expressisset, pro vt expressit onus soluendi pecunias pro fundo.
15. Et vbi testator prouidit executorem prò implemento celebrationis noluit in hoc heredem se intromittere.
16. Hæres potest se ingerere in executionem quando nullus à testatore datus est exequutor.
17. Vbi verba legati omnia sunt directa ad exequutorem non censetur eidem iniunctum solum onus vigilandi super executione, sed etiã datum commodum nominationis.
18. Solitum est, vt electio Sacerdotis relinquatur arbitrio Rectoris Ecclesiæ in qua Missę celebrari debent.
19. Verisimile est testatorem voluisse se conformare cum solito.
20. Maximè quando Missa debet esse perpetua, quia congruentiùs electio Sacerdotis debet spectare ad Rectores, qui nunquam de iure moriuntur.
21. Et quatenus ex verbis legati facultas nominandi conueniret heredi numquam competeret priuatiuè, quia exequutor potest illum cogere ad exequendum.
22. Et propterea facta prius à Rectoribus electio non est retractanda.
23. Testementum per se clarum non declaratur per testes.
24. Ad declarandam voluntatem testatoris duo testes requiruntur.
25. Testis pro declaratione vltimæ voluntatis inductus debet deponere de certa scientia.
26. Testis, qui deponit de credulitate, nihil probat.

RATIOCINIVM II.

PADVANA LEGATI.



Euer. Pater. Electio
Sacerdotis pro cele-
brationeMissarũ spe-
1 ctat ad Rectorẽ, qui
in toto negotio fuit à
Testatore datus exequutor; Testa-
tor enim post iniunctum hæredi, vt
infra sex menses deponeret super
2 officio Duhanarum ducatos 3000.,
quorum fructus in seruire debeant in
eleemosynam Missæ quotidianæ prò
ipsius anima in perpetuum celebran-
dæ, & post factam declarationem,
quod pecuniæ non soluerentur Sa-
cerdoti celebranti, nisi cum apoca,
seu ordine Rectoris pro tempore di-
ctæ Ecclesiæ, in toto hoc negotio
deputauit executores testamentarios
Rectores pro tempore, rogans illos
enixè, vt omnem curam adhibeant
pro huiusmodi Missarum celebratio-
3 ne; vndè cum electio Sacerdotis sit
necessarium antecedens ad celebra-
tionem Missarum, consequens est, vt
cui fuit de mandata cura, & exequu-
tio celebrationis fuerit etiam data
facultas eligendi Sacerdotem pro
huiusmodi celebratione necessaria,
vt in his terminis tradunt *Imol. in l. centurio n. 20. vers. sed certè istud vltimum ff. de vulgar. & pupill. r.*
4 vbi quod exequutor deputatus ad di-
stribuendas pecunias inter pauperes
censetur etiam deputatus ad venden-

dum bona pro addendis pecunijs, tāquam necessarium antecedens distributionem; quod idem tradit *Bart. ibidem n. 24.* licèt *n. 25.* firmet contrarium, quando expresè data esset facultas ad vnum tantum *Alex. cons. 12. n. 28. l. 3. Cephal. cons. 625. per tot. Papien. in prax. forman. libell. quo agitur ad redit. rat. in verb. executores n. 4. in fin. bene Speculat. lib. 2. de instrum. edit. §. omnè verò n. 32. vers. trigesimo secundo quæro.*

Et in similibus tradit *Bald. in l. si pro debilitate sub n. 30. in fin. de offit. deleg.* vbi quod, si statutum mandet
5 Antianos habere arbitrium sententiandi cum consilio decem discretorum videtur concessa Antianis facultas eligendi istos discretos, quod idem repetit *Felin. in cap. super literis n. 20. de rescript.*

Idemq; in procuratore aduertit
6 *Ripa in l. in rem, verbo rectè agetur ff. de procurat. Butr. cons. 44. n. 2. Rota coram bo. mem. Coccin decis. 470. n. 3. & in Romana assecurationis nquis 27. Iunij 1631. coram Reuerendiss. D. Ghislerio, quæ est decis. 164. num. p. 6. recent.* vbi data facultate procuratori vendendi frumentum censetur etiam data facultas illud recuperandi ab assecuratoribus, eā ratione
7 quia commissis subsequentibus, censentur etiam commissa antecedentia; exequutor autem testamentarius dicitur procurator ad peragenda nego-
8 tia testatoris, vt notat *Gratzidi scept. forens. cap. 812. n. 9.*

Quod sine difficultate venit admittendum duobus concurrentibus: altero quod facultas huius electionis
9 non fuit alteri demandata: altero quod Rectores fuerunt deputati executores verbis amplis, & generalibus, ibi, *& in tutto questo il medemo Testatore lasciò, e lascia*, his enim concurrentibus inconcussa est opinio, quod executor datus ad vnum intelligatur datus ad omnia. *Bart. in dicta l. Centurio n. 24. & 25.* Con-
10 trarium dicens, quando facultas esset ad vnum restricta *Imol. ibidem sub n. 20. vers. sed certè istud vltimum de vulgar. & pupill.* & clarius *Ripa ibi-*
11 *dem n. 113.* vbi postquam dixit executorem datum ad distribuendum pretium inter pauperes, non censeri datum ad vendendum, si ex verbis appareat facultatem fuisse restrictam ad actum distributionis, subdit contrarium esse tenendum, si ex verbis
12 testamenti appareat fuisse relictos executores generales *Alex. dicto cons. 12. n. 28. & 29. lib. 3.* quod idem probauit Rota corā *Greg. decis. 132. n. 7. & 8.* ponderās pro ratione quod
13 aliter fieret confusio personarum, & circuitus si electio ad vnum, executio spectaret ad alterum.

Comprobatur hoc, quia testator in verbis nihil aliud voluit ab hærede, nisi quod infra sex menses deponeret super officio Duhanarium ducatos 3000., & de hoc loquutus est cū hærede, ibi, *Ordino, e comando, che dall'infrascritto herede dentro sei mesi prossimi si debbano depon tre sopra l'officio della Dogana ducati 3000.* Cætera verò concernentia implemētū huius voluntatis commisit curæ, & pietati Rectoris pro tempore Parochialis maioris, præcipiens pecunias Sacerdoti celebranti absque eius ordine soluendas non esse; vndè duę

A

intrant

intrant conclusiones ad faciendam
14 vocem Rectoris, altera quod si voluisset electionem spectare ad hæredem id expressisset, vt expressit onus depositi *Argum. text. in l. vnica §. sin quem C. de caduc. tollen. c. 2. vers. vnde ff. et c. 8 de translat. Epist. Rot. diuersor. decis. 90. n. 10.*; altera quod dũ prouidit de speciali executore pro
15 implenda celebratione noluit in hoc hæredem se intromittere *§. siquis autem Auth. de Eccl. tit. Gratian. discep. forens. cap. 220. n. 1.* tunc etiam hæres potest se ingerere in executione lega-
16 ti pij, quãdo nullus à testatore datus est exequutor, vt notat *Couarr. in tit. de testam. cap. 3. n. 8. Sanchez consil. moral. lib. 4. c. 1. dub. 43. n. 1. cũ seqq.*

Et supplico aduerti, dempto deposito cætera verba esse directa in exe-
17 cutores, vt ex lectura legati; ideoq; confitendum est Rectori tributum fuisse non tantum onus inuigilandi super executione, sed etiam commodum nominationis, vt ad propositũ ponderauit *Rot. coram Seraph. decis. 1149. n. 10. cum seqq. & clarius in Romana iuris nominãdi 10. Februarij 1640. coram Illustriss. D. Roias.*

Quibus accedit solitum, vt plurimum enim electio Sacerdotis relin-
18 quitur arbitrio Rectoris Ecclesiæ, in qua missæ celebrari debent: vnde verosimile est testatorẽ voluisse se con-
19 formare cum solito, *Rot. in Fulginaten. fideicom. coram R. P. D. Bruliquid, quæ inter hic impress. est decis. 22. num. 4.* tantò magis, quia celebratio missæ debebat esse perpetua. Vndè congruentius electio Sacerdo-
20 tis spectat ad Rectores, pro tempore, qui nunquam sunt morituri, vt ad propositum arguit *Rota in dicta Romana Iuris nominãdi supra citata.*

Cæterum vbi facultas nominandi posset etiam competere hæredi, ad-
21 huc illi nõ cõpeteret priuatiuè quoad exequutores, qui possunt ex munere sui officij, vel cogere heredes ad implendã voluntatẽ defuncti, vel ipsimet implere, vt per *Tex. in l. nulli C. de Episc. & Cler. & §. siquis autẽ pro redempt. Auth. de Eccles. tit. tradit Specul. in tit. de instrum. edit. dict. §. nunc vero aliqua n. 33.* & dixit *Rot. coram Seraph. decis. 1048. n. 3.* Vn-
22 de cum ipsi prius elegerint Sacerdotem, electio non est retractanda.

His positis non obstat depositio R. P. Alberti Fontanini.

Primò quia cum verba testamenti sint clara, & determinata non est admittenda probatio declarationis per
23 testes, vt declarat *Cuiacius in l. heredes palam §. siquid post nr. 3. vers. quæque testes ff. de testamen. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 4. n. 6. & 7. Rot. diuers. decis. 691. n. 1. & 2. p. 1.*

Secundò, quia est vnicus, & tamen vbi etiam ageretur solummodò
24 ad declarandam voluntatem testatoris duo ad minus requirerentur, vt aduertit *Glos. in dict. l. heredes pal. vnd §. si quod post factum, vbi Bart. & alij communiter ff. de testamen. Bellam. Inn. cons. 60. n. 9. & cons. 7. n. 1.* cum alijs relatis à *Surd. cons. 306. n. 9.*

Tertiò, principaliter quia non deponit de certa scientia, nec certitudi-
25 naliter, nec minus de auditu, ab ipso testatore, cum immò fateatur nihil de hoc testatorem fuisse locutum, sed solum de credulitate, super 6. articulo, ibi *esse testimonium credo*, & de suo

suo iudicio, ac ratiocinio, vt super 6.
26 Interrogatorio ibi, *dal che esso testimonio argomenta*, *&c.* vndè nihil probat. *Alex. cons. 74. n. 6. l. 1. Paris. cõs. 56. n. 14. lib. 2.* cum alijs per *Rot. in recent. decis. 259. n. 52. par. 5. & in Cremonen. pensionis 23. Iunij 1623. coram bo. mem. Vbaldo, & in valentina Iuris sedendi 27. Iunij 1635. coram d. Reuerendiss. D. Ghislerio.* Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

EVictionis denunciatio si fuit remissa, quamuis in alijs casibus emptori contra venditorē suffragetur si fuerit omissa, non auxiliatur quando talem habebat defensionem, per quam potuisset rem ab euictione liberare, si eam opposuisset. Ob huiusmodi defensionis omissionem an intret doli præsumptio? Dominium an probetur ex possessione? verba enunciatiua non probant quando de enunciato est quæstio. Referenti non creditur, nisi constet de relato. Aestimum obtentum, sine contradictore, & iuris ordine non seruato est nullum. Contractus legem accipiunt ex partium conuentione. Pœnam non meretur qui lege permittente aliquid facit, vel omittit. In re sua quilibet est moderator, & arbiter. Collusio non præsumitur. Interpretatio in dubio fieri debet, quæ excludit delictum. Bona fides ex quibus inducatur. Mutatio voluntatis non præsumitur. Dolus non præsumitur, sed probari debet ab allegante. Rigor scriptus præualet æquitati non scriptæ.

SVMMARIVM.

1. Remissio denunciationis euictionis facit, vt emptor eundem habeat regressum contra venditorem, perindè ac, si fuisset facta.
2. Fallit si is cui denunciatio fuit omissa talem habebat exceptionem, quæ si fuisset allegata tertium repulisset.
3. Dolus an præsumatur contra eum qui remedijs opportunis non vtitur?
4. Non præsumitur, quod est in quæstione.
5. Longa possessio facit præsumi rem esse de bonis possidentis vsque dum contrariũ probetur.
6. Verba enunciatiua incidenter emissa non præiudicant, quando de enunciato principaliter disputari contingat.
7. Interueniens actui, in quo similis enunciatiua emanauit eidem stare non tenetur.
8. Et huiusmodi enunciatiua creditur emanata ad alium finem.
9. Instrumento referenti nõn creditur, nisi constet de relato.
10. Æstimum, seu eius præcedens sententia obtenta sine contradictore, ac nullo iuris ordine seruato, est nulla.
11. Æstimum, seu sententia nulla non meretur nomen æstimi, seu sententiæ.
12. Contractus ex partium voluntate legem accipiunt.
13. Qui lege permittente aliquid facit, pœnam non meretur.
14. Vnusquisq; in re sua est moderator & arbiter.
14. Potestq; vendere sub eo laxiori modo, quo sibi magis libet.
16. Qui iure efficit potest dicere impugnantibus, quo ad vos liberas ædes habeo
17. Collusio non est facile præsumenda, quia sonat in delictum.
18. Interpretatio ea semper fieri debet, quæ excludat delictum.
19. Intellectus hominis debet esse benignus.
20. In delictis semper præsumitur pro eo, quod excusat.
21. Interpretatio fieri debet exclusiua falsitatis, quãdo verba trahi possunt ad falsũ, vel non falsum.
22. Præsumptio præualet qua quis præsumitur potius bonus quàm malus.
23. Nemo præsumitur à communiter contingentibus ea facilè odisse quæ priùs anxiè quæsierat.
24. Argumentum à communiter contingentibus est receptum in iure præcipuè in materia præsumptionis.
25. Molestum est cuilibet, rem emptam sibi à tercio euinci.
26. Mutatio voluntatis non præsumitur, sed potius perseuerantia.
27. Probatio potentior confundit probationem minus potentem.
28. Præsumptio fortior tollit debiliorem.
29. Præsumptio elidit aliam.
30. Dolus nemini prodesse solet.
31. Doli præsumptio eliditur ex alijs præsumptionibus.
32. Dolus regulariter non præsumitur, præsertim quando ex prætenso dolo quis nullum lucrum consequitur.
33. Dolum allegans probare tenetur.
34. Nec dolus præsumitur quando quis iure suo vtitur.
35. Denuntiatio quantumuis remissa, an ex æquitate sit facienda.

36. Ri-

36. Rigor Iuris scriptus in specie attendendus est magis, quam æquitas scripta in genere.
37. Æquitas suadet, vt nemo locupletetur cum aliena iactura.
38. Fallit ex rigore scripto in materia præscriptionum.
39. Æquitati fauendum est, dum tamen alteri iniuria non fiat.
40. Nemo debet offendi sub clypeo legis:

RATIOCINIVM III.

IANVEN. EVICTIONIS.



Præstantiss. Domine. Quę dubitandi gratia fuerant congesta in causa Mag. Francisci Spinulæ cōtra MM. Augustinum, & Thomam de Nigris, licet sint subtilia, non tamen sunt huiusmodi, vt obstare possint optimis iuribus dicti M. Francisci, quin ad eiusdem fauorem cum victoria expensarum pronunciandum veniat, vt sequentia demonstrant.

Dicebatur in primis, quod licet remissio denunciandi litem, à venditore emptori facta operatur, vt si rei
1 venditæ sequatur euictio, emptor nihilominus regressum habeat contra venditorem, ac si litem motam denunciasset;

Id tamen non procedit quando is, cui denunciatio fuit omissa talem ha-
2 bebat exceptionem, quā si opposuisset, statim tertium comparentem repellere potuisset; quod vbi neglexit efficere, suadet non sine dolo, & collusione abstinuisse, cum doli præsū-
3 ptio intret contra eum, qui opportunis remedijs vsus non fuerit; hinc subsumebatur; sed cum M. Franciscus domum, de qua quæstio vertitur emisset à D. Flauia Deua, ex bonis maternis, & non paternis procedentem, absq; vllo negotio arcere potuisset M. Gabrielem Donedæum, veluti creditorem patris dictę D. Fla-
4 uiæ; Nam respondetur non esse præsupponendum id, de quo disputatur; Negatur enim, quod domus prædicta fuerit vendita, vti de bonis maternis dictæ D. Flauiæ, quia cum ex processu constet Iacobum Antoniū Fustum, patrem dictæ D. Flauiæ quamdiù vixit, domum prædictam pro sua & tamquam sua possedisse, eamq; morientem in suis bonis reli-
5 quisse, necessario sequitur dicendum donec contrarium doceatur domum prædictam, ad patrem dictæ D. Flauiæ spectauisse, iuxta ea, quę DD. notant in *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* & faciunt allegata per Rot. in Placentina Bonorum, coram R. P. D. Priulo, quæ est hìc *decis.* 77. *nu.* 10. Nec negotium facessit, quod in instrumento venditionis narretur domum prædictam esse de bonis maternis dictę D. Flauiæ, quia respondetur, quod verba enunciatiua inci-
6 denter emissa non præiudicant, quando de enunciato principaliter disputari contingit *Ant. de butr. in c. illud de præsump. Alex. cons.* 136. *col. fin. lib.* 1. *& cons.* 202. *col.* 2. *lib.* 2. *Dec. cons.* 118. *col.* 2. *ad finem, & cons.* 310. *col. penult. Corn. cons.* 269. *post medium vers. quinimò & verba lib.* 3. *Rota coram S. M. Ludouis. decis.* 372. *n.* 2. *&* 3. *& in Dec. d.* 84. *n.* 7.
7 *& decis.* 110. *n.* 30. *& d.* 245. *n.* 37. *p.* 8. *& inter hic impress. decis.* 6. *n.* 11 in tantum, vt interueniens actui, in quo similis enunciatiua emanauit, eidem stare non teneatur *Rot. p.* 1. *Rec. d.* 261. *n.* 7. creditur enim emanata ad alium finem. *Rot. p.* 5. *Rec. d.* 202. *n.* 1.

n.1.& decis.279.n.4. nec instrumẽto referenti creditur, nisi constet de relato, *Ias.& Dec.& cæteri omnes in auth. si quis in aliquo C. de eden. vbi Alciat. n.6. Surd.cons.313.n.5. Rota diuers. d.27. n.3. & d.40. num. 7. part. 2.* nec etiam potest aliquod solidum fieri fundamentum, super asserto æstimo; cum illius inspectione
10 satis, superq; constet de nullitate, & inualiditate illius, vtpotè obtentum sine vllo contradictore, ac etiam nullo iuris ordine seruato *Glos.in l.iustè possidetur ff. de acq. vel omitten. possess.* quo casu non meretur nomen æstimi *Seraph. d.425. n. 3. Rot.p.7. Rec.d.38.n.1.& 2.*

Amplius, posito, & non concesso quod dicta domus fuerit vendita, tamquam de bonis maternis dictæ D. Flauiæ; non tamen exindè sequitur reo imputandum, qui exceptione quam paratam habebat, vsus non fuerit; cum enim contractus ex par-
12 tium voluntate legem accipiant *l.p. §.si conuenerit ff. de posit. l. cum mulier la prima ff. sol. matrim. Rot. in Tiburt. Castri S. Angeli coram Illustriss. & Reuer. Papien. anno 1650. 14. Feb. §. facilius, & in Bononien. Societ. coram R.P.D. Emerix, quæ est hic decis.48. n. 1.* pœnam non meretur ille, qui lege permittente aliquid
13 fecit *l. Grac. C. ad l. Iul. de adult.*; neque hoc absonum, aut durum cuipiam videri debet, quia sicuti potuisset dicta venditrix liberè domũ prædictam q. M. Francisco donare; cum
14 vnus quisq; in re sua sit moderator & arbiter *l. in re mandatà C. de man-*
15 *dati*, multò magis potuit eamdem sub quodam liberiori, siuè laxiori modo vendere *c. cui licet de Regulis Iuris in 6.* vndè cùm dictus M. Franciscus haberet facultatem non
16 denunciandi, si ea vsus fuit, quis iure illi succenseat? potest enim actoribus dicere, quoad vos liberas ædes habeo *l. loci corpus §. competit. ff. si seruor. vendit.* nec ita passim præsumenda est collusio inter dictum M. Franciscum, & tertium, qui euicit;
17 nam cùm sonet in delictum *Rota Ianuen. decis.15. in fin. & d.35.n.7.*
18 ea semper facienda est interpretatio, quæ delictum excludat *l. meritò ff.*
19 *prò Socio Rom. cons. 68.n.8. Rot.p.8. Rec. d.289. in fin. & fuit dictum in vna nullius seù Montis Alti Iurispatr. coram B.M. Dunoz. 1654. die 15. Iunij* §. deniq; cum intellectus
20 hominis debeat esse benignus *Bald. in l. moueor. C. si ser. expor.*, & in delictis sẽper præsumitur pro eo, quod excusat. *Bal. in l. præc. C. de impub. & alijs substit.* Hinc voluit *Dec. cons.*
21 *36. col. 2.* quod quando verba possunt trahi ad falsum, vel non falsum, fieri debeat interpretatio exclusiua falsitatis; sed potiùs præsumenda erit bona fides in dict. M. Francisco; tùm quia præsumptio illa præualet,
22 ex qua inducitur bonitas alicuius, *Innoc. & DD. in cap. auditis de præsumpt. Crauet cons.8.n.7.*; Tũ etiam
23 quia nõ est verisimile, vt eam domũ, quam anteà anxie emerat, eamdẽ ex post facto exosam haberet, vt patet à communitèr contingentibus: quod arguendi genus in iure recipitur, præ-
24 sertim in materia præsumptionum & coniecturarum *Glos. in l. nec Natales C. de probat. Bal. cons.70. lib.p. Crauet. cons.40.n.2.* & facilè cuique

patet

patet, quam molestum sit rem iam
25 emptam sibi per tertium euinci. Quę præsumptio magis adiuuatur: quia sic pręsumēdo non incidimus in mu-
26 tationem voluntatis dicti M. Francisci, quod scilicet eum pęnituerit domus emptę, quam lex non præsumit, sed potius perseuerantiam *l. dispensatori ff. de probat. c. maiores in fin. vbi Glos. & scribentes extr. de baptis. Anch. cons. 90. considerato col. pr. Io: And. in c. licet de procurat. in 6.* Vnde, ex tot præsumptionibus in fauorem dicti M. Francisci militantibus fit, quod sicuti probatio potentior
27 confundit probationem minus potentem *l. ob carmen §. si testes ff. de test. Crauet. cons. 6. n. 50.* ita pręsum-
28 ptio fortior tollit debiliorē *l. cum de indebito vbi Bart. ff. de probat.* & vna
29 præsumptio alterā elidit *l. Diuus ff. de restit. in integr. l. non solum ff. de rit. nupt.*

Ad id verò, quod dicitur dolum præsumi in eo, qui opportunis remedijs non vtitur; quæ doli præsumptio efficit, vt qui illi innititur succumbe-
30 re debeat, cum dolus nemini prodesse soleat; Respondetur, quod si qua doli pręsumptio (quod tamen negatur) considerari poterat, satis super-
31 que fuit elisa, vndè succedit quod, cùm dolus regularitèr non præsuma-
32 tur *Mascard. concl. 132. in princ.* pręsertim quādo ex prętenso dolo, quis
33 nullum lucrum consequitur, vt notat idem *Mascard. dicta concl. n. 40.* quieū allegat probare tenetur *Dec. cons. 256. n. 30. col. 4. in princ. Paris. cons. 96. n. 66. & 68. vol. pr. Dec. in c. si*
34 *autem col. pr. de rescriptis*; & quod quando quis iure suo vtitur, pro vt in casu nostro dolus non pręsumatur voluit *Rom. cons. 68. n. 8. per l. videtur ff. de reg. Iur.*

In quantum autem dicitur, quod
35 saltem de ęquitate denunciatio veniebat facienda, respondetur quod cum habeamus in casu nostro rigorem in specie scripturæ, ei est stan-
36 dum, non autem æquitati in genere, pro, vt in simili videmus, quod licet æquitas suadeat neminē locupletari
37 debere cum aliena iactura *l. iure natura, ff. de condit. indebit.* attamen interdum lucrum, cum aliena iactu-
38 ra permittitur, quia sic scriptum reperitur, vt patet in toto tit. de præscriptionibus.

Præterea æquitati ita est fauendū,
39 dum tamē alteri iniuria non fiat *Arg. cap. nuper de donat. inter virum & vxorem c. ex fenore de for. compet.*
40 quę maxima fieret dicto M. Francisco, si sub clypeo legis offenderetur. Nec obstāt dicta *Ang. & Dec.* quia loquuntur in diuersis terminis, præsertim Dec. apud quem nullum *ver-*
1 *bum* remissionis denūciationis factæ videre licet: vndè, ex his clarior redditur causa dicti M. Francisci, quę etiam si dubia foret præferri tamen
41 deberet causę Actorum, *iuxtà l. fauorabiliores ff. de reg. iur.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

F*Eudum concessum pro se, & heredibus, & successoribus ex suo corpore descendentibus an sit mixtum, vel ex prouidentia? In Regno Neapolis omnia feuda ex communi forma, & sic hereditaria iudicantur; tamen in proposita hypothesi non simpliciter hereditaria sed*

mixta dicerentur. Interpretatio semper fit, vt ius antiquũ minus lædatur. Clausula ad vendendum, alienandum, & quidquid voluerit faciendum solet apponi in contractibus Feudalibus de stylo Notariorum, & propterea non excusat qui iurauit de nõ contraueniendo. Clausulæ vniuersales non debent extendi vltra id, quod patitur natura Cõtractus, & sat est, quod aliquem sortiantur effectum.

SVMMARIVM.

1. Feudum datum pro se, & hæredibus, & successoribus ex suo corpore legitimè descendentibus non est mixtum, sed simpliciter ex pacto, & prouidentia.
2. Verba *ex suo corpore descendentibus* ostendunt manifestissimè, quod de filijs fuerit intellectũ.
3. Verbum *hæredibus*, quando filios significet.
4. Lex imitatur naturam.
5. Collectiuum, *hæredes*, in materia feudali intelligitur de liberis, & descendentibus secundum feudi naturam, & proprietatem.
9. Alienatio feudi, vt supra concessi est nulla, nisi consensus interesse habentium interueniat.
7: Omnia feuda in Regno Neapolis ex communi forma, hæreditaria iudicantur.
8. Feudum hereditarium Neapolis traxit originem *ex cap. considerantes*.
9. Cap. prædictum non disponit, quod feudum hæreditarium ita sit hæreditatium, vt transferri valeat in extraneam personam, sed quod illi de linea qui alias nõ succedebant, succedãt.
10. In Iure, talis interpretatio capienda est, quæ minus lędat ius antiquum.
11. In correctorijs non fit extensio, etiam ex maioritate rationis.
12. Feudum, & si hæreditarium secundum formam Regni non poterit alienari in extraneam personam, in inuestitura non comprehensam.
13. Feudum antiquum habet præsumptionem inalienabilitatis pro se, non obstante Principis consensu.
14. Clausula *ad vendendum, alienandum, & quidquid voluerit faciendum* potiùs solet apponi in inuestituris, de consuetudine Notariorum, quàm de consensu partium, & propterea nihil operatur.
15. Exemplificatur etiam in clausula, qua maior iurauit non contrauenire ratione enormissimæ læsionis, quia illa non obstante succurritur.
16. Idem dicitur de clausula Codicillari, quæ apponitur ex consuetudine Notariorum, quorum plerique aliquando non intelligunt, quid dicant.
17. Clausula, si repugnet dispositioni est inefficax.
18. Clausulæ vniuersales referri nequeunt ad capita, quæ cùm ipsis sunt incompatibilia.
19. Clausula prædicta operari potest in agnatum proximiorem, qui post mortem alienantis esset in feudo successurus.
20. Potest etiã operari in primum Inuestitum.
21. Debet referri ad vnum compatibiliter ad hoc, vt non sit inutilis, sed operetur.
22. Sufficit, quod huiusmodi clausulis generalibus aliquis tribuatur effectus, ne ob nimiam extensionem, & iuri, & partium consensui præiudicetur.

RATIOCINIVM IV.

NEAPOLITANA FEVDI.



SVper Feudali quæstione, per doctissimum virum enucleata, & ad me per Illustrissimũ, & Reuerendiss. Dominũ meum transmissa, & si mortale lumen sub clarissimo sole, de ea dicendo afferre videar; attamẽ, vt eumdem ex debito oblectarem, hæc pauca de eadem excogitare volui. Præsupponitur enim in facto Feudi controuersi, inuestituram pro se, & hæredibus, & successoribus ex suo corpore legitimè descendentibus, esse formatam: quo fit, vt horum verborum vi, & potestate nõ
1 feudum mixtum esse dicatur, sed
simpliciter ex pacto, & prouidentia. *Peregr. cons. 7. n. 5.* & est ratio, quia verba illa *ex suo corpore descendentibus*, manifestissimè de filijs intelle-
2 xisse demonstrant, *Andr. de Iser. in c. 1. §. & si libellus vers. sed quid si acquisiuit* cum verbum, *hæredibus*,
3 pro liberis ibi intelligatur. Idem Andr. ad hoc allegat ibi *glos. in l. siquis actio ff. de vsufruc. accrescen.*; ex quo secundum naturam, quam lex imi-
4 tatur, non poterit esse hæres ex corpore descendens, nisi sit filius; immo in materia feudali, dicendo in Inuestitura *concedo tibi, & hæredibus*

tuis

mi intelligi de liberis, & descendentibus secundum feudi naturam, & proprietatem de commun. opinione attestatur *Bald. in l. etiam ff. sol. matrim., & in l. 1. ff. de vendit. Bart. in l. gallus delib.; & posth.* probari videtur *in cap. pr. §. si mulier, in ver. profectò de leg. Corr. vbi glos. & in cap. pr. §. & si clientulus de alien. feud.*, vt propterea alienatio facta de feudo

6 huiusmodi, non consentiente eo, de cuius interesse, & pre iudicio agebatur, & agitur, nullius roboris, & firmitatis procul dubio existimāda veniat *tex. in c. 1. an agn. vel filius c. 1. §. Titius fr. de feud. mil. fuer. cōtrouer. inter Dom., & agn. & in c. 1. de alien. feud. pater.*

Dato tamen citra veri præiudicium, quod tale feudum non ex pacto, & prouidentia, sed hæreditarium di-

7 ceretur ex eo, quod in Regno Neapolitano, ex communi forma omnia feuda hereditaria iudicantur, *Afflict. decis. 190. & decis. 195. n. 7. Neapod. in cons. Neap. & si testator, allegans cap. Regni considerantes*; non per hoc hæreditarium simpliciter, & absolutè, sed mixtum diceretur, cum per capitulum Regni, vndè id originem traxit recit. *cap. considerantes*, tantummodò illi de linea, qui alias non succedebant ad succedendū ha-

9 bilitentur; non autem ad feudum in extraneam personam sub Inuestitura non comprehensam transferendum; & cum clarū etiā in iure sit, illam ca-

10 piendam esse interpretationem, qua minus lædatur ius antiquum, quo fieri possit *l. præcipimus C. de appellat. l. Sancimus C. de testam. & In cor-*

11 *rectorijs*, nec ex maioritate rationis extensionem fieri, vt notatur *in l. si vero §. de viro ff. sol. matr. DD. in auth. quas actiones C. de Sacros. Eccles. Alex. cons. 65. lib. 4. Angel. in l. 3. §. hæc verba ff. de neg. gest.*; sequitur, quod feudum naturæ huiusmodi in

12 extraneam personam, in inuestitura non cōprehensam alienabile esse non poterat. *Clar. in §. Feudum, quæst. 42. vers. sed quia, & ver. aliquando*, quemadmodum etiā Dominus, qui super facto scripsit, sentire videtur.

13 Et eo magis, quia est etiam feudum antiquum, seu paternum, & fortassè iure francorum in eo viuitur, ad totalem alienationem excludendam, Principis consēsu non obstante *Afflict. dec. 248. n. 1. vers. secus si esset antiquum, Clar. in alleg. §. feudum q. 41. & q. 42. vers. sed quia Andr. de Isern. in cap. 1. §. hoc quoq; d e success. feud.* Quantum verò in priuilegio apposita sit clausula illa *ad venden-*

14 *dum, alienandum, & quicquid voluerit faciendum.*

Et si doctè super hoc per prædictū Dominū responsū appareat, attamen ab illius vestigijs non recedendo hoc addo, quod cum clausula huiusmodi solita sit à Notarijs apponi, vt experientia docet ex communi Notariorum vsu, non de consensu partium, sed de stylo tantum Notarij apposita censeatur, & per hoc nihil operari. *Regens de Pont. cons. 54. & cons. 30. n. 25. Tiraq. de constit. limit. vlt. & in tract. de retract. §. 1. glos. 18. n. 16. Rip. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. DD. in l. fin. C. de fid. de franch. decis. 6. & Rot. p. 2. rec. dec. 628. n. 8.* & in simili Doctores fatentur maiorem, qui iurauit non contraue-

nire ratione enormissimæ læsionis,
15 id non obstante contrauenire posse;
quia Notarij illa verba ad maiorem
contractus validitatem apponere cõ-
sueuerunt magis, quam sit à partibus
dictum. *Abb. in c. cum contingat de*
16 *iure iur. Dec. cons.* 180.; quemad-
modum de clausula codicillari, quod
verba illa apponantur ex Notariorũ
consuetudine, qui non intelligunt,
quid dicant *Bart. in l.* 1. *de iur. cod.*
Bald. in l. quoties ff. de hered. instit.;
ac etiam, cum talis clausula contra-
ctui, & priuilegio, in substantia dis-
positionis volenti, quod feudum in
perpetuum penes hæredes, & suc-
17 cessores inuestiti permaneat, repu-
gnet, nullius operationis effectum
producere valebit. *Bald. in l.* 1. *ver.*
not. quod clausula C. de liber. præter.
Spec. de arbitr. §. fin. ver. in forma;
18 Non enim clausulæ vniuersales re-
ferri possunt ad capita, quæ destrue-
rentur, si fieret relatio. *Bart. in ta-*
lis §. 1. *in fin. ff. de leg.* 1.; Et si ali-
quem effectum clausulæ memoratæ
attribuere velimus, vel dicamus ope-
rari in agnatum proximiorem, qui
19 post mortem alienantis esset in feu-
do successurus *Clar. in alleg. §. feu-*
dum q. 32. *ver. hoc præmisso*, vel ope-
rari in præsentem inuestitum *Idem*
20 *Clar. vbi supra q.* 41. *ver. & hæc qui-*
dem ibi sed in feudo; Nam etiam si
vnum tantum præcedat, in quo ope-
21 retur, ad id solum referri debet.
Bart. in auth. hoc inter liberos C. de
test. glos. & Cardin. in clemen. 1. *de*
sepult.; Sat, enim est his clausulis
generalibus aliquem effectum tri-
22 buere, & non oportet eas ita exten-
dere, quod iuri, & contrahentium
consensui præiudicium fiat. *Bart. in*
l. emancipati ff. de adopt. glos. in l.
promittendo ff. de iur. dot. Bald. cõs.
67. *col.* 2. *lib.* 3.

Et ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

TEstamentum informe non probat. Purificatio fideicommissi non probatur, nisi constet de morte hæredis grauati. Non comparentia vocatorum non inducit eorum carentiam in humanis, quia quisq; præsumitur viuere ad 100. *annos. Fideicommissum purificatur ad fauorem substitutorum per non aditionẽ primorum vocatorum. Verbum, post, in fideicommissis quid importet? Doctrina Bart. exponitur. Fideicommissum, an expiret quando substitutio non concipitur sub conditione,* si sine filijs decesserit.

SVMMARIVM.

1. Testamentum informe non suffragatur Agenti ex eo.
2. Immissio non datur, non probata fideicommissi purificatione.
3. Inexistentia vocatorum non concluditur ex eorum non comparitione ad fideicommissum.
4. Præsumitur vnusquisque viuere vsque ad centum annos.
5. Huic præsumptioni defertur, vsquedum contrarium probetur.
6. Extantibus vocatis, & non agnoscentibus fideicommissum aperitur ad fauorem aliorum substitutorum, attenta vulgari comprehensa in compendiosa, &c.
7. Limitatur, vbi fideicommissum amplius non duraret.
8. Dictio, post, in fideicommissis præsefert ordinẽ, & sic conditionem.
9. Ordinis inuersio facit, vt corruat substitutio.
10. Verbum, deinde, denotat ordinem successiuũ.
11. Bart. contrarium sentiens in loco citato non loquitur de cõditione voluntaria, sed necessaria.
12. In conditione voluntaria, & adiecta vltimæ substitutioni purificatæ, corruente antecedenti substitutione, corruunt etiam sequentes.
13. Cessat lex, quamdiu, quando substitutio reperitur facta in vno casu, & sub vna conditione, quæ sit ad certum tempus restricta.
14. Conditio voluntaria, cum ordine successiuæ mortis dicitur restricta ad vnum casum.
15. Fideicommissum non expirat, si substitutio non pendeat à conditione, si sine filijs.

16. Con-

15. Contrarium sentiunt aliqui, maximè in casu prædilectionis testatoris.
17. Expiratio verò deduci potest ex alio capite, & precipuè ex defectu supradictæ conditionis voluntariæ.

RATIOCINIVM V.

ROMANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI.



Euer. Pater. Informe est
testamentum, cuius vi-
gore agunt Aduersarij;
ideo eis non suffragatur.
Soccin. Iun. cons. 2. n. 1.
& 2. lib. 2. & faciũt allegata *per Rot. in*
1 *Albanen. hereditatis, quæ inter hic*
impress. est decis. 51. *num.* 3.
Vlterius non constito de morte
Malatestæ, seu Sigismundi, quos
Aduersarij prætendunt grauatos, de-
ficit probatio purificationis fideicō-
2 missi ad suorum fauoré sine qua cō-
petere non potest immissio ex alle-
gatis in informatione facti, & iuris.
3 Non obstat, quod aliquo non
comparente locum sibi vindicet præ-
sumptio, neminem ex vocatis exta-
re; etenim cum de anno 1588. quod
fuit tempus testamento, & de anno
1590. iustificetur à Principali nostro
eorum existentia, præsumptio obi-
tus tollitur ex alia, quod vnusquisque
præsumatur viuere ad centum an-
nos, onusque contrarium probandi,
4 tanquam fundamentum intentionis
spectat ad fideicommissarios; qui do-
5 nec illud concludenter non probent,
sunt reijciendi, ex allegatis in infor-
matione, quibus addo, *Peregr. de fi-*
deicom. art. 43. *n.* 47.
Minus afficit quod, quatenus ex-
tent, & non agnoscant, apertum
6 censeatur fideicommissum ad fauoré
fideicommissariorum successiuè, ex
vulgari in compendiosa comprehen-
sa vocatorũ, iuxta doctrinam Bart. *in*
l. quamdiu ff. de acquir. hæred. quã se-
quuntur omnes ex aduerso allegati.
7 Quoniam procederet obiectum, si
fideicommissum adhuc duraret; se-
cus autem eo expirato, pro vt in ca-
su dubitari nequit, stante dispositio-
ne testatoris vocantis prius Malate-
stam, & post eum, Sigismundum
filium, eoque deficiente D. Pompo-
nium Torellum, & sic vnum post a-
lium ordinatè, vt præsefert verbum
8 illud *post*, quod importat expressam
conditionem, & quidem volunta-
riam, non autem necessariam; Ita vt
nisi ipse Sigismundus, & Malatesta
fideicommissum consequuti fuerint,
9 caducata sine dubio remanserit fidei-
commissarij substitutio, vt plenè,
10 *Rota decis.* 322. *n.* 7. *p.* 1. *recent.* vbi
etiam de verbo, deinde, quod deno-
tat ordinem successiuum. Doctrina
namq; *Bart. in l. quamdiù de acquir.*
11 *hæred.* procedit in dispositione facta
purè, simpliciter, & indeterminatè,
vel sine conditione necessaria, & ad
actum requisita, secus in conditione
voluntaria, & adiecta vltimæ substi-
tutioni purificatæ; quia tunc corru-
12 ente antecedenti substitutione, cor-
ruunt etiam aliæ sequentes, vt inter
allegatos in informatione *sub* §. &
in omnem casum, respondet *Alto-*
grad. cons. 46. *n.* 51. *&* 52. *lib.* 1. vbi
cessare etiam asserit materiam legis,
quamdiu, quando substitutio repe-
ritur facta in vno casu, & sub vna
13 conditione, quæ sit ad certum tem-
pus restricta, prout dicitur illa, quæ
fit voluntariè, cum ordine successi-
14 uæ mortis, iuxta ab eo allegata *in eo-*
dem cons. n. 6.

Hinc

Hinc cessant, quæ dicuntur contra expirationem fideicommissi ex-
15 clusam, ex eo quod substitutio non est concepta sub conditione *si sine filijs* decesserit, quando grauatur extraneus; Nam quidquid sit de hac opinione, cum non deficiant qui con-
16 trarium quoq; sectentur maximè in casu, attentis predilectione, & mandato testatoris, vt tam Paulus, quam Thomas legitimarentur, pro nunc nō deducimus expirationem ex hoc capite, sed solum ex eo, quod non
17 purificata conditione voluntaria antecedentis substitutionis, caducetur quoq; substitutio aduersariorū; Vnde cum authoritates ex aduerso allegatæ non percutiant nostrum obiectum non indigent responsione.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

Gabellæ sunt stricti Iuris. Locatio dicitur facta ad limites obligationis ex facultate alicui concessa, ne aliquid fiat sine sua licentia, non censetur concessa facultas exigendi gabellam pro licentia. Redecima est contra ius Diuinum. Gabellam pro extractione quis soluat? ex quantitate pretij dignoscitur, an gabella fuerit comprehensa in contractu. Verba instrumenti strictè sunt intelligenda. Sententia, quæ effectum non est sortita an attendi debeat? An actus impugnari possit fauore publico ab eo, qui illum antea procurauerat?

SVMMARIVM.

1. Impositiones cum sint stricti Iuris, non trahuntur vltra limites verborum.
2. Obligatio de nō exigendo nisi vnicam decimā, seu impositionem excludit aliam.
3. Locationes decimarum debent contrahi per stipulationem, & dicuntur promissæ ad limitea obligationis.
4. Facultas alicui concessa, ne quid fiat absque eius licentia non infert ad facultatem exigendi pro eo gabellam.
5. Replicatio decimæ, seu Redecima est contra ius Diuinum.
6. Vectigalia sunt odiosa, & contra ius commune imposita, & propterea iniquum esset si pro eadem re duplex gabella exigeretur.
7. Gabella pro extractione solui debet non à vendente, sed ab extrahente.
8. Exemptio concessa per contractum est irreuocabilis.
9. Concessio facta per verbum, *omnia*, nihil detrahit, vel adimit.
10. Maximè contra gabellam, aduersus quam verba sunt latè excipienda.
11. Ex quantitate pretij conuenta, dignoscitur, an gabella fuerit remissa, vel comprehensa in contractu.
12. Pactum de communicandis omnibus priuilegijs Gabelloto concessis, quid importet.
13. Appaltatores gabellarum non possunt prætendere quidquam, vltra contenta in instrumento eorum appaltus, quod strictè est intelligendum.
14. Quod instrumentum non cantat, nec contrahentes cantare debent.
15. Et quod Princeps Appaltatori non concessit, nec ipse prætendere debet.
16. Sententia, quæ effectum non est sortita, attendi non debet.
17. Sententiam, & si à me paulò ante procuratam, impugnare possum fauore publico.
18. Contrarium esset dicendum, si ex sententia lucrum perciperem, illudque retinendo, illam impugnarem.
19. Secus, si ex sententia lucrum non percepi, & agam de damno vitando.

RATIOCINIVM VI.

VRBINATEN. DECIMÆ SVLPHVRVM.



Illustriss. Domine. Pro extractione fuit imposita, igitur non debetur pro fabrica sulphuris, cùm huiusmodi impositiones sint stricti iuris, & non trahantur vltra limites verborum; vt in terminis locationis Datij tradunt *Alex. cons. 86. n. 5. antè finem vers. ecce quod per istum lib. 4. Bursatt. cons. 190. n. 27. & seqq.*

Tanto magis, quia locatio facta fuit mediante obligatione de nō exi-
2 gendo, nisi vnicam decimam, pro extra-

extractione, & sic alia decima fuit
expressè exclusa, vt bene arguit
Bursatt. dicto cons. 190. n. 30. vers. sexto verba & n. 31.; Ergo nec etiam
3 locata, quia huiusmodi locationes
dicuntur contractæ per stipulationē,
& promissæ ad limites obligationis,
vt per *Bart. in l. si citatio num. 4. ff. de publ. vectig.*

Non obstat, quod camera locauerit Corradinis, non solùm datium
extractionis, sed etiam ius fabricandi sulphura, & prohibendi, nè alij si-
ne eorum licentia fabricent; quia ex
4 hoc non sequitur, quod censeatur
concessa facultas exigendi decimam,
sed tantum concedendi licentiā personis certis, & habilibus; nè de facili fraudaretur in extractione, si omnes incerti possent fabricare, vel deterioraretur fabrica, si ab omnibus
huiusmodi artificium contemptim
exerceretur: nam ex facultate alicui
concessa, ne aliquid fiat sine sua licentia, non censetur concessa facultas exigendi gabellam pro licentia, vt
in puncto firmat *Albertus Brunus cons. 151. vers. nec est dicendum lib. 2.*

Præcipuè hoc est dicendum, quia
Corradini oblationem prędictam fecerint prò vna tantum decima, ergo
non debet præsumi, cameram eiusdē
concedere voluisse duplicatam; cum
5 redecima sit contra Ius Diuinum
Bo: me: Coccinus decis. 372. num. 3.
6 multò magis hoc erit in vectigalibus
semper odiosis, & contra ius commune impositis; & iniquum est, vt
pro eadem re duplex soluatur gabella. *Alex. cons. 148. num. 10. lib. 6. Bursatt. dicto cons. 190. n. 54.* quod
maximè præsumitur per *Rot. in Ferrarien. pecuniaria coram R. P. D. Beuilaqua, quæ recensetur hic decis. 90. num. 4.*

Sed dato, & non concesso, quod
huiusmodi redecima concessa fuisset, non possunt Domini Vander
Goes eam consequi à Corradinis; nō
pro extractione, quia, aut prætenditur pro sulphuribus appaltatis, & prò
illis non tenētur Corradini, qui ven-
7 dūt Aduersario qui extrahit; & gabellā pro extractione soluit extrahēs
à territorio, non autem vendens in
territorio, *Bald. cons. 31. num. 2. vers. nam onus gabellæ lib. p. Roland. cons. 61. num. 16. & 19. lib. 4. & alij passim*; Aut pro alijs, non comprehensis in appalto; & pro illis D.
Aduersarius concessit exceptionē in
capitulis initis, quæ tenetur obseruare, cum exemptio concessa per
8 contractum sit irreuocabilis. *Menoch. cons. 156. nu. 34. & seq. Surd. cons. 262. num. 63.*

Nec pro fabricatione; quia dum
conduxerunt omnia sulphura fabricanda, per totum nouennium, cen-
9 setur remisisse datium, cùm verbū
(omnia) prohibeat detractionem
aliquam, iuxtà magis communē opinionem, de qua testantur *Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 12. num. 17. ad med. & Merlin. de legitima lib. pr. tit. 3. quæst. pr. num. 28.*; maximè
10 contra gabellam, contra quam verba
sunt latè excipienda *ex vulg.*

Et eo fortiùs, quia correspectiuè
vendiderint D. Aduersario omnia 11
eorū sulphura pro pretio scut. septē
pro milliario, & tamen alijs vendiderunt pro duodecim scutis, & si
vellet

vellet alia 80. milliaria sulphuris, excepta à Corradinis teneretur soluere ad rationem scut. 12.; quod euidenter demonstrat reliquùm vili pretio venditum, non ex alia causa, quam
11 exemptionis huiusmodi; cum ex quantitate pretij cognoscatur, an gabella sit comprehensa, vel non, in contractu. *Bursatt. dicto cons.* 190. *num.* 24.

Adest etiam pactum communicandi omnia priuilegia, per quod in-
12 ducitur exequutio, & totalis exemptio à gabellis, vt latè firmat *Lodorch. cons.* 107. *num.* 4. *& seq.*

Nec appaltatores possunt pretendere nisi id, quod continetur in suo
13 appaltu; & verba instrumenti strictè sunt intelligenda, vt in terminis arguit *Bursatt. cons.* 190. *num.* 27. *& seq. & Alex. cons.* 86. *num.* 6. *ante finem vers. ecce quod per istud lib.* 4. Igitur ad rem non fuit, quod Fisco debeatur decima, ex fodinis metallicis, quia nobis sufficit diceret instru-
14 mentum tuum hoc non cantat; & Baldus dicit *quod Instrumentum non cantat, nec ego cantabo in cap. venerabilem num.* 21. *de elect. Alex. cons.* 32. *num.* 13. *lib.* 4

Tanto magis, quia camera habuit huiusmodi intentum, statuendi scilicet, vt facilitaretur huiusmodi artificium lucrosum, quod non exigeretur nisi de sulphure extrahendo; non autem ex conficiendo, vt patet ex litteris Reuerendiss. D. mei Ghini, & ex fide Reuerendiss. Cetilerij
15 datis in summario, ergo non debet nunc appaltator prætendere id, quod camera ei non concessit, & voluit etiam prætendere.

Non obstat sententia, tùm quia effectum non habuit, ideò attendi
16 non debet, vt in terminis sententiæ dixit *Cranett. cons.* 10. *num.* 3. *& Rota in Ciuitaten. decimarum* 28. *Aprilis* 1597. *coram Gypsio, & in Cæsaraugustana Cathedralitatis corã Eminentiss. D. meo Cerro, quæ inter hic impress. est decis.* 63. *num.* 14.

Tùm etiam, quia fauore publico potest quis impugnare actum antea
17 procuratum, *Signorol. cons.* 110. *n.* 13. *vers. præterea non obstat Caualcan. cons.* 126. *num.* 4., *Menoch. cons.* 101. *num.* 30. *lib.* 2.

Accedit quod contraria procedunt, quando quis ex sententia lu-
18 crum percipit; & vult illud retinere, & petere etiam contrarium: secus
18 autem, quando, ex sententia lucrũ non percipit, & nunc agit de damno vitando, vt bene declarat *Alex. cons.* 69. *num.* 8. *lib.* 3. *& cons.* 63. *n.* 22. *in fine, &* 23. *lib.* 4.

ARGVMENTVM.

REmissio mercedis debetur conductori gabellæ ob casum insolitum, & inopinatum. Casus pestis est casus inopinatus. Conductor vectigalium non obligatur ad casum insolitum, etiamsi in se sumat eorũ periculum. Quæ sint rationes ob quas fieri debeat remissio. Eadem remissio debetur, etiam quod conductio fiat tempore pestis, si hæc postmodum asperius grassetur. Et quando factum locatoris est impedimento gabellæ, nedum idẽ tenetur ad remissionem conductori, sed etiam ad lucrum cessans.

SVMMARIVM.

1. Conductor vectigalium non subijcitur casui insolitò, & inopinato.

2. Ne;

2. Nemo, & si prudentissimus, potest præuidere casus insolitos.

3. Iustum est, & æquum, vt huiusmodi conductori fiat remissio.

4. Et huiusmodi remissionem sentiunt alij esse faciendam pro medietate mercedis, alij verò ex damnis esse mensurandam.

5. Casus Pestis est inopinatus, & præter expectationem hominum prudentissimorum.

6. Ampliatur conclusio etiam propter sterilitatem,

7. Extende, etiam si sumpsisset in se periculum vectigalium; nam casus fortuitus videtur exclusus.

8. Et quando ad casum fortuitum se obligasset, ad casum tamen insolitum, qualis est pestis, non teneretur.

9. Si impediatur exercitium gabellæ cessat causa finalis conductionis.

10. Deficiente in totum, vel in partem principio, à quo res habet esse deficit in totum, vel in partem res ipsa.

11. Rei non subsistentis nulla debetur pensio.

12. Iniquè ageret Dominus, si pretenderet à conductore, quod rès non edidit, sed casus abstulit.

13. In huiusmodi contractibus datur pœnitentia quando talia superueniunt, quæ si tempore contractus fuissent præuisa, aliter contrahentes disposuissent.

14. Quæcumque dispositiones intelliguntur procedere, rebus sic se habentibus, & in eodem statu manentibus.

15. Conductor gabellæ, quando non suo nomine sed Principis dicatur illam administrare.

15. Ad notitiam casus insoliti de tempore contractus, ex quibus inferatur, vel non.

17. Pestis præludia adhuc leuia conductorem gabellæ non obligant, etsi eidem innotescerent de tempore contractus, si tamen post contractum validius ingrauescant.

18. Remissio debet fieri, quamuis conductio fiat tempore pestis, quatenus maior epidemia grassetur.

19. Remissioni non obest, quod aliquod exercitium contigerit gabellæ, quia fiet ad ratam damni.

20. Oblatio facta à tertio de prosequendo in administratione gabellæ cum minori remissione, antequam casus magis sęuiret, ad cuius onus cedat.

21. Huiusmodi oblatio comprobat intentionem agentis, ad remissionem mercedis, cum ostendat existentiam damnorum etiam de tempore oblationis.

22. Si locator facto proprio impediat vsum rei locatæ, nedum tenetur ad remissionem mercedis, sed etiam ad reintegrationem lucri cessantis.

23. Maxime etiam ad damnum, si facto eiusdem locatoris emergat.

RATIOCINIVM VII.

IANNVEN. REMISSIONIS MERCEDIS.



Llustriss. Domine. Vellem mihi sublatam omnem scribendi de peste necessitatem; ne intempestiuà præteritorum malorum reminiscentia, obducta quamuis Reipublicę vulnera retractare viderer, & sereno iam cęlo, menti tuę, męroris semina, nubes offundere. Sed, licet obliuia longa tanti mali placeant; nõ tamen vsq; adeo immemorem decet esse animum, & silentem beneficentię singularis, quam sub inclyto, pientissimo, & nunquam satis omnium nostrùm linguis, amoribusq; commendabili D. V. Illustriss. regimine, & curà cumulatam accepimus, transcribendam in posteros, memoria sempiterna. Verum, quod me proximè mouet in causa, est commiseratio iusta, & questus iactura nõ leuis, exinde sequutus conductori gabellæ vini, & olei insignis oppidi Leuanti sub annum 1656. die 17. Septembris ab eo conductę; cui releuandę, resarciendęque, non vanà spe supplex ad ęquitatem, & Benignitatem D.V. Illustriss. se conuertit; cum postulatio illius nec arbitraria, nec noua, nec insolens sit, sed ęqua, & optimo iure suffulta. Ex ea enim benè perspectà circumstantià pestis, quę vilissima respectiuè efficit dictorum victualium pretia, & commercijs nunc absolute inhibitis, nunc diminutis, præter omnem vulgi opinionem eorum sensibiliter extenuauit, depauperauitque venditiones

apparent manifestè damna, quę ipse perpessus est, & ratio suppliciter simul, & fidenter postulandi debitum absolutè Restaurum, iuxta legum dispositionem. Est enim vnanimis omnium penè DD. sententia, *in l. fistulas §. frumenta, ff. de contrah. empt.*, quod emptor, seù conductor
1 vectigaliū non subijciatur casui inopinato, & insolito, nec non tali, qui humana prouidentia neq; satis præcaueri possit, neque reparari, vti con-
2 tigit dicto Gabelloto; cum nemo, licèt prudentissimus tot interitus, tot Ciuitatis, & Dominij Serenisſ. clades à peste illatas, totq; illius oppidi calamitates, potuerit ante casum præcognoscere. Videantur inter cęteros *Bart. in l. cotem, §. qui maximos, ff. de public. & in q. publicanus, Rip. de priuileg. contra pestem, Boss. de remiss. merced. publican. num. 1., Corn. cons. 126. num. 13. vol. 2., Ferret. de gabell. num. 299.*; ideòq; omnes conueniunt, iustum esse, &
3 æquum dicto conductori, seù emptori gabellæ fieri remissionem, vt per *DD. in dict. l. cotem ferro, §. qui maximos, ff. de public.*, & precipuè ibi, *per Cuman., & Alex. cons. 108. col. penult. vol. 3.*: & alij pro dimi-
4 dia pretij defalcandum esse dixerunt *in l. si merces §. vis maior ff. locati*, alij verò, ex damnis esse mensurandum, vt *per Bart., & DD. in dicta, l. si merces, §. vis maior, & in l. licet*
5 *C. eod.*, Et quod casus pestis sit inopinatus, extra expectationem hominum prudentissimorum firmat inter alios *Mandill. cons. 1. num. 7. citans Rip.*

Ampliatur conclusio etiam propter sterilitatem in conductoribus gabellarum *c. propter sterilitatem de locato*.

7 Extenditur secundò, & si conductor sumpsisset in se periculum vectigalium; nam de casu fortuito non tenetur, nisi specialiter ad id obligetur vt *per l. si quis fundum, in princip. ff. loc.* quod procedit, etiamsi su-
8 scepisset in se casum fortuitum; quia de insolito, vt est pestis non tenetur secundum *Bart. in l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis caut. & Iason. ibidem*.

Et ratio, præter adducta per DD. potest esse multiplex; vel quia impe-
9 diatur consumptio vinorum, & sic vsus rerum, propter quas videtur facta conductio; volo dicere, quia cessat causa finalis *l. si quis, nec causam ff. si cert. pet.*: Vel quia, deficiente
10 in toto, vel in parte principio, à quo res habet esse deficiat in toto, vel in parte res ipsa, vt in casu nostro; vbi deficiente commercio, ob impedimentum pestilentiæ deficit à primo ad vltimum exitus, & venditio dictarum mercium, & sic principium effectiuum, & constitutiuum dictæ
11 gabellæ; rei .n. non subsistentis nulla debetur pensio; quam rationem egregiè ampliat *Bald. in dicta l. licèt col. 1. vers. 2. quæro, & si tempore belli fiat conductio*; Vel sit, quod ideo remittendum est conductoribus,
12 quia alias iniqua esset intentio Domini; si pretenderet fructus, quos res non edidit, sed casus abstulit, & renueret collum flectere ijsdemmet damnis, quæ ipse minimè effugere potuisset.

Aut dicamus, id circò esse defal-

can-

eandum, quia non tenentur permanere in contractibus, cum ab ijs possint recedere, si quid noui superueniat, quod tempore contractus præuisum,aliter contrahentes dispofuisset. Etenim quæcumque obligationes, & dispositiones intelliguntur procedere,rebus scilicet sic se habentibus, in eodemque statu consistentibus *Argum. c. quemadmodum,cum ibi not.per glos.,& D D. de Iure Iurãdo l.quod Seruius cum ibi not.per Alex., & Ias.ff.de condict. cau. da. cau. non secu.* Qua propter, cum nemini non compertissimum sit, neque per intellectum extitisse tempore initi contractus quidquam eorum, quæ obuenerunt, meritò elicitur, quod poterat resilire à dicto contractu, in quo si permansit, animus fuit suas non,sed Communitatis dicti Oppidi vices explendi, vt à principio dictæ conductionis satis protestando declarauit.

13

14

15

Non facessit negotium, quod gratis ex aduerso supponitur de notitia dicti casus, penes dictum conductorem; nam respondetur, quod tempore dicti contractus alma Ciuitas,eiusq; Dominium Serenissimum (paucis loculis exceptis) magna fruebantur salutis incolumitate, itaut nedum pestis aliqua grassaretur, sed nec eiusdem deterreret suspicio; & vtcumque esset, neutrum innotescebat Riparijs, quæ tunc demum angi cepisse cognoueruntCiuitatem, cum eis impertita fuit facultas se sepræcauendi: Immò ipse dico, (vt ostendam vim argumenti hoc ideo non eludi): esto, liberalitatis ergo, quod infaustissimæ pestis primordia præuidisset Gabellotus, attamen hec omnia, quæ damni, & impedimenti fuerunt magis, ac magis in diem dictæ gabellæ, nimirum aduenas dictas merces empturos ex illo littore eliminandos,oppidanos Ianuam pro eisdem vendendis profecturos clausura fore comprimendos, in vrbe eiusque districtu plus quam 70000. morituros, & Leuantum denique pestem ingressuram, tot gabellæ irreparabilis fraudes, tot licentias, tot nouitates indè futuras, quis vnquã, aut Astrologus præuidit, aut Propheta prædixit? Quid, quod procedit regula, etiamsi tempore belli facta fuerit conductio, vel tempore pestis? nam, si postmodum maius bellum interueniat debet fieri remissio *Boss. de remiss. merced. public. n. 59., Bursatt. cons. 81. numer. 18., Ioseph. de ludo concl. 12. ampliat. 5., & Bald. in d. l. licet.*

16

17

18

19 Non obstat, quod tandem aliquandò contigerit pro maiori parte venditio dictarũ mercium. Quia respondetur, quod nihilominus dictus Gabellotus maximum sensit detrimentum ex vilissimo pretio venditarum, & ex supermanentia inuenditarum dependenter ab impedimẽto dictæ circumstantiæ, & ob id non totius pretij, sed ratæ petitur remissio, *vt per Bart. in dicta l., si merces, §. vis maior.*

20 Nec obest, quod in actu recursus dicti Gabelloti ad Senatum Serenissimum nunc q. Bernardus Cantius obtulerit dictæ M. Communitati se suscepturum dictã gabellam eodem pretio, dum tamen sibi remitterentur 100. scuta argentea; nam dicitur

quod sibi imputet dicta M. Communitas, si non acceptauit dictam oblationem; cum ad eam, attenta pestis superuenientia spectaret dictæ gabellæ negotium. Cæterum nihil
21 infert contra dictum conductorem; immò eius summoperè fauet Iustitiæ; quia si Cantius, tunc temporis, quo primordium pestilentiæ iam sedatum videbatur in vrbe, indèque inualescebatur hominum animis spes inaugurandi dictis mercibus bonos exitus, petijt remissionem dictorum scutor. 100. quid postulasset postremò, si has omnes miserias, quas sustulimus fuisset percunctatus? arguit igitur dumtaxat dicta oblatio etiam tunc temporis, mense, scilicet Ianuarij anni 1657. cepisse dictam gabellam damno vulnerari.

Et loquendo ad nostram conclusionem superadditur, quod ex quo
22 facto dictæ Communitatis non potuit conductor finem à se intentum assequi, nedùm tenetur dicta Communitas ad remissionem mercedis, sed etiam ad interesse lucri cessantis, quandoquidem in damnum dicti Gabelloti, licèt in publicam salutem, placuit sibi cancellos imponere per *l. si vno, §. vbicumque, l. ex conducto, & seq. ff. loc. Imol. cons. 83. & Socin. cons. 166. 2. col.*

Adijciatur vlterius, quod non solùm remissio congrua prætenditur
23 ex iam deductis, verum etiam præstatio interesse, pro damno, quod dicta Communitas facto proprio dedit dicto Conductori, ex iniusta, & enormissima læsione, ipsi Gabelloto illata in calculandis pretijs dictarum mercium, quæ à debitoribus ad bonp

Creditores traduntur, factum enim ipsum clamat.

Hæc sunt, quæ attentis prædictis æquissimo, & doctissimo examini D. V. Illustriss. exhibet discutienda dictus Gabellotus, suæ Iustitiæ indè sperans complementum, &c. quarè, &c.

ARGVMENTVM.

Clamor aggressionem passiuam, non autem actiuam quando indicet in clamante. Mendacium facit præsumptionem contra mendacem. Vis vi, quandò impunè repelli possit. Pœna l. Corneliæ de sic. quandò habeat locum, vel non. Diffidatio acceptata, & effectuata in rixa non inducit pœnam statutam contra prouocantes ad monomachiam.

Ad committendum duellum quæ requirantur. Quis dicatur author rixæ. Testis vnicus non probat. In Criminalibus testes quales esse debeant. Quæ pœna statuenda sit, quando ex causa receditur ab ordinaria ad extraordinariam.

SVMMARIVM.

1. Acclamans (*questi sono assassinamenti*) non aggreditur, sed est aggressus.
2. Conuictus de mendacio habet præsumptionem contra se.
3. Socij insultantis, ex quibus præsumantur adstitisse ad effectum insultus.
4. Non præsumitur, sine adsistentia sociorum ausus insultare, agens 14. annum.
5. Actus subsequens declarat mentem antecedentem.
6. Non dicitur accurrisse ad rixam sedandam, qui statim pugnæ, se immiscet.
7. Vis vi impunè repelli potest.
8. Offensus, & prouocatus, si consentiat inuitanti ad pugnam pro die sequenti, non diffidat.
9. Testis consanguineus aduersarij, varius etiam in tortura non probat.
10. Aggressus, ad sui necessariam defensionem potest impunè occidere aggredientem.
11. *Pœna l. Cornel. de Sicar.* non intrat contra aggressum, & vulneratum.
12. Indicium tractatus de aggrediendo, & vulnerando purgatur per torturam.

13. Tra-

13. Tractatus non inducitur ex præsentia fortuita, sed requiritur, quod præsentia fit ex proposito, & ex animo se immiscendi, si oporteat.
14. Pœna monomachiæ non intrat, vbi diffidatio fit in rixa, vel calore iracundiæ; sed quando fit animo deliberato, & dolosè.
15. Duellum non committitur, nisi concurrat temporis, & loci conuentio.
16. Ita quod, vnum interuenire non sufficiat, sed vtrumque copulatiuè requiratur.
17. Testis, qui rixæ principio non interfuit, non potest deponere de Authore rixæ.
18. Testis, vel vnicus, vel aduersarius non probat.
19. Non est verisimile, quem sine causa iniuriasse eum, qui cùm alio rixabat.
20. Armorum delatio, quando inferat ad defensam potiùs, quàm offensam.
21. Inuerisimilitudo deducta ex loco adimit depositioni fidem.
22. Testi vnico, & inuerisimilia deponenti, non creditur.
23. Testes in criminalibus nullas debent pati exceptiones.
24. Pœna ordinaria vbi excluditur, fit locus pænę arbitrariæ.
25. Si ex aliqua causa receditur à pœna ordinaria ad extraordinariam tunc pœna conuertitur in pecuniariam, vel aliam, non tamen corporis afflictiuam.
26. Et in hoc casu iudex niti debet, vt quantum minus potest, condemnet.
27. Et mitius puniendum est, vbi magna tortura, & longa carceratio præcessit.

RATIOCINIVM VIII.

PALÆSTRINA HOMICIDII.



Illustriss. Domine Augustinus Rota, Vespere Sabbathi, præcedentis occisionem Horatij Sacchi fuit insultatus cum ense ab Augustino Smirla, in via noua, vt ipse deponit, & verum apparet ex depositione Magistri Baptistæ Saponarij ad defensam examinati, & Albini attestantis de acclamatione per Rotam facta, (*questi sono assassinamenti*); qui certè ita non acclamasset, si ipse alios
1 aggressus fuisset, *facit Carre. in sua prax.*, §. *circa num.* 144. *folio* 112., & si Dominus tunc locum tenens Criminalis voluisset de huiusmodi insultu certior fieri potuisset; nam dictus Augustinus Smirla in suis cõstitutis negat dicto vespere ensem habuisse, cuius contrarium deponit Paulus, eius frater germanus, & facit Mantes testis, ille in copia processus data fol. 41., hic fol. 26. à tergo; quod quidem Smirlæ mendacium
2 non modicũ facit ad dict. insultum præsumendum. Et d. Smirla tempore dicti insultus erat associatus ab Horatio Saccho, & Petro Paulo, & Alexandro eius Fratribus, vt ex eorum depositione patet; & credendũ est, quod ibi assisterent, vt insultum prædictum faceret, & præsertim hoc credendum est de Horatio; quod sua-
3 detur primũ ex tenera ætate Smirlæ; decimum enim, & quartum annum natus (vt ipse deponit) talia non ausus fuisset absque securitate, & socijs;
4 deindè ex Horatij subsequentibus actibus, qui mentem præcedentem
5 declarant *l. is qui suis*, §. *vnde quæri ff. de manumissis*, *Bald. cons.* 245. *num.* 2. *lib.* 2., *Aym. cons.* 192. *nu.* 18., *Rot. in Rec. decis.* 365. *nu. pr. part.* 2., *& part.* 5. *dec.* 248. *num.* 1. *cùm alijs coram Eminentiss. D. meo Celso in Rom. Societ. Officij* 26. *Iunij circ. fin.*; Nam statim cepto insultu à Smirla, accurrit, vt prædicti fratres
6 de smirla deponunt, qui licèt dicant accurrisse causa diuidendi, & sedandi rixam; contrarium tamen apparet, quià rixam in se suscipiendo, principalem statim se contra Rotam fecit, vt in processu. Et Rota fuit in dicta rixa lapidibus percussus, projectis à dicto Horatio, vt deponit Albinus fol. 28., & ab Alexandro smirla, vt ipsemet deposuit fol. 98. à tergo

7 tergo, quibus stantibus percussionibus impunè poterat Rota, vim sibi factam vi repellere ad iura vulgata, & conatus fuit Rota id incontinenti efficere, vt per testes dicentes *(la Ceccha voleua far questione la sera, mà il Sacco non volse, e disse, che la mattina l'hauerebbe scapricciato)* Albi. fol. 28., & concordat Alexander Smirla fol. 89. & Petrus Paulus fol.
8 40.; Ita quod apparet quod diffidatio, pro die sequenti principaliter ortum habuit à Sacco, & quod Rota, dum consensit in pugnam pro die sequēti fuerat prius offensus, & prouocatus; die Dominica inuenerunt se Horatius, & Rota in via, antè Sanctissimam Crucem, & statim manus conseruerunt, in qua pugna solus cū solo digladiati sunt, vt omnes testes deponunt, præter proximiores consanguineos dicti Horatij, vt scilicet Innocentius, & alij ex aduerso citati; Paulus verò Castelli, qui idem dixit,
9 est consobrinus Augustini Smirlæ, auctoris rixę; præterquamquod est varius, & tortus non apparet in quo dicto persistat; tandem in ea pugna Rota post sibi præruptum ensem læthale vulnus à Saccho recepit, vt in processu. Post quæ in continenti Sacchus aggressus fuit Flaminium Pintanum, dicendo verba illa *(ne hò afferrato vno, voglio afferrare te ancora)* & similia, de quibus deponit Franciscus fol. 37. & Vincentius fol. 44. & alij, qua stante aggressione
10 potuit Pintanus vim vi repellere; & si Horatium occidisset, quod non assero, ad sui necessariam defensionem fecisset, & sibi licuisset ad *vulg. l. vt vim ff. de Inst. & Iur.* Quibus sic stantibus Rota nō potest puniri pœna
11 *l. Cornel. de Sicar.*, cum clarè constet eum Saccum non occidisse, sed ipsū à Saccho vulneratum, & tractatus
12 fuerit excussus per torturam, quæ certè immoderata fuit, cum vix, aut minimum adesset tractatus indicium ex assistentia, & præsentia Pintani, cum sit necesse, quod præsentia sit ex proposito, & animo se immiscen-
13 di, si oporteat, vt *per Fel. in c. sicut dignum nu. 6. vers. & omninò ista de homic.*, & in pręsenti casu oportuerit propter ensem Rotæ præruptum, & Pintanus se non immiscuerit, nec vllum vnquam signum fecerit auxilij prętlandi; vt alias latè fuit deductum. Minus potest puniri pœna imposita acceptantibus, seù prouocantibus ad
14 monomachiam, quia pœna non imponitur, si acceptatio, vel diffidatio fiat in rixa, vel calore iracundiæ, sed tantùm quando hæc fiunt animo deliberato, & dolosè, vt habetur *ex Ploto de in lit. iuran. §. 42. nu. 5. & Ioseph Ludou. decis. Lucen. 11. nu. 10.*, & nouissimè faciunt collectanea ad *decreta super tex. in c. fin. de purga. vulg. n. 4.*; & quod pœna acceptationis, seù prouocationis ad duellum non intret in casu nostro,
15 clarè patet; quia requiritur conditum statutum tempus, & locus aduentus, vt *in Bulla Gregorij XIII. in Bullario 82.*; quæ qualitates non adsunt in casu nostro, & si adesset tempus, quod etiam negatur, non
16 adesset locus, & vtramque requirì qualitatem nemo dubitat *l. si hæredi plures ff. de condit. Instit.*, *Clar. q. 85. vers. vbi agitur*; Nec potest puniri pœna imposita rixę auctoribus quia, vt

vt supra fuit deductum, Augustinus Smirla fuit auctor, & non Rota. Nec obstat depositio Albini, dicentis Rotam priùs iniuriasse Horatium; quia ipse præsupponit rixam iam inceptã,
17 & non interfuit principio rixæ, vt ipse deponit; præterea est vnicus; alij, n. scilicet Petrus Paulus, Alexã-
18 der, & Augustinus Smirla sunt aduersarij, & pars magis, quã esset Horatius; Nec est verisimile; quod Ro-
19 ta iniuriasset absq; causa Horatiũ, in rixa incepta cũ Smirla, & nõ cũ ipso.

Nec est mirum si Rota die Dominico incedebat armatus; res e-
20 nim erat sibi agenda cum præpotente, respectu suæ conditionis. Nec officit depositio Valentini dicentis Rotam dixisse Horatio existenti intus tabernam Hieronymi Smirlæ *Se sar ti huomo da bene scaperai fuora*, quia est vnicus, & eius depositio redditur inuerisimilis ex descriptione loci dictæ Tabernæ, facta per Augustinum Smirlam in suis constitutis, dicentem locum vbi comedebat Horatius esse post primam stantiam, vbi vendebatur vinum, & introrsus, itaut à porta inspici non posset; Mi-
21 nus obstat Iacobus Cordella, asserẽs Rotam dixisse Horatio exeunti ex taberna, *eccomi*, & Augustinus Smirla asserens dixisse *metti mano alla spa-*
22 *da*, quia quilibet istorum est vnicus in suo dicto, & propterea non probat *Rota in Fulginaten. Bonorum 1662. 26. Maij coram R.P.D. Priolo quæ est hic decis. 96. n.* 14. deindè Cordella est filius sororis Horatij; qui autem sit Smirla supra fuit deductum; ideò, ne minimum quidem est eis credendum, cum in crimina-
23 libus testes debeant esse tales, quod nullas patiantur exceptiones *Mars. cons.* 12. *nu.*8.; patet igitur ex prædictis, nõ esse locum alicui pœnę ordinariæ pro prætensis delictis impositis, sed tãtum erit locus alicui pœnæ
24 extraordinariæ, & arbitrariæ iudici.

Et quandò ex aliqua causa receditur
25 à pœna ordinaria ad extraordinariã, tunc pœna cõuertitur in pecuniariã, vel aliam; Non tamen corporis afflictiuam, ità latè post alios *Gramma. cons. 39. n. 4. cons. 30. n. 32., & voto 5. n. 3.* & hanc esse claram, & indubitatam iuris conclusionem, testatur *Paulus Meren. cons. 89. n. 75. inter*
26 *cons. crim. Diuers. vol. 2.* & dicto casu niti debet Iudex, vt quantum minus potest condemnet, vt consuluit *Dominicus de Viterbo*, quem sequitur, & refert *Grammat. cons. 48. n. 2.* eum Doctorem antiquum, & eximium appellando.

Et si pœna, vt supra in dicto casu
27 debet minui, in hoc casu deberet annihilari, ex magna tortura habita & longa, iàm, annali scilicet carceratione; & ità fieri instatur, præsertim quod Rota satis pœnas dedit ex lęthali vulnere recepto.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Merces, seu salarium exactori, seu implicatori pecuniarum, ad quam ratam debeatur? Consolidatio particularis non excludit actionem pro alijs causis competentem. Pro salario datur retentio: & an quis in hanc causam possit retinere.

SVMMARIVM.

1. Corruit aduersarij suppositum, vbi ostenditur veritas aliter se habere.
2. Merces exactori, & implicatori pecuniarum debetur

betur ad rationem duorum pro centenario.
3. Computum particulare, & non finale, non supponit compensationem salarij, sed illud excludit.
4. Salarium prætendenti competit retentio pro rata, æquiualenti
5. Et vbi summa est liquida, vel de facili liquidanda, is cui debetur salarium potest propria authoritate retinere pecuniam pro salario.

RATIOCINIVM IX.

ROMANA, SEV NICIENSIS MERCEDIS.

1 REuer. Pater supplicamus aduerti, quod si verum esset suppositum partis, quod solum exacta fuissent scuta 500. esset vana prætensio D. Ainerij; sed veritas aliter se habet: Inuestiuit enim vltra summam scut. 30. m., ab anno 1636. vsque ad annum 1642., & continuauit exactionem, & administrationem vsque ad annum 1657., & sic vltra 20. annos. Hoc verissimo facto demonstrato, sequitur quod retenta etiam taxa salarij ad rationem duorum pro centenario; esset constituendum pro scut. 37m. sorte, & fructibus inuestitis,
2 & exactis, & non in parua summa 20. m. scutorum, vt fuit factum, & in specie deberi ad rationē duorum, *Rota Ianuen. decis. 16. n. 11. & n. 13. in fin.*

3 Non obstat computum datum; quia est de exactis anno 1655., non autem est computum finale, & ideò non excludit à petitione salarij, vt in terminis dixit *Rota coram Cauale. rio decis. 400. num. 16.*

Competere autem retentionem pro salario pro rata æquiualenti vi-
4 detur certum, vt dicunt *Bald. in l. si non inducta n. 5. C. in quibus caus. pignus tacitè contrahatur, Mandell. cons. 453. n. 13.. Surd. 50. per tot., Rot. decis. 691. n. 3. p. 1. recen.*

5 Et est summa liquida, vel de facili liquidanda; igitur non debet in senectute vir bonus defraudari iusta mercede, immò potest propria authoritate quis retinere pecunias pro salario, vt dicit *Mandell. cons. 451. num. 30. & faciunt notata per Rot. inter hic impress. decis. 74. nu. 3.*

ARGVMENTVM.

IN causa mercedis an detur appellatio suspensiua. Arbitrium Iudicis pro aliqua rata mercedis eroganda quando intrat. Aequitas quid suadeat in magnis operibus, quæ nisi longo tempore absoluuntur. Viro integerrimo, & mediatori creditur, etsi vnico, maximè concurrentibus adminiculis. In causa mercedis standum est Peritis, quantitatem arbitrantibus. In causa salarij limitatur Regula, quæ est, quod Prælatus non potest obligare monasterium, sine consensu capituli.

SVMMARIVM.

1. Appellatio suspensiua admittitur in causis mercedum.
2. Præcipuè ad effectum, quod detur pars aliqua mercedis sine retardatione.
3. Signatura Sanctissimi solet arbitrari, quod detur aliqua rata mercedis.
4. Arbitrium debet intrare, quando quantitas cōstituit solum quintam partem, & decreta fuit per modum prouisionis, ad effectum perficiendi opus.
5. In opere longo, Iudicis arbitrio aliqua pars salarij solui debet de tempore in tempus, donec perficiatur.
6. Pro vt fieri æquitas suadet in magnis operibus, quæ breui tempore expediri non possunt.
7. Cōuentio salarij probatur per virum vitæ integgerrimæ, & vti talem iam à Sac. Rot probatū.
8. Testi vni deponenti de facto proprio, & quī mediator extitit in re, & scripturam confecit, creditur.
9. Creditur etiam testi de mandato dato ad faciendum.
10. Vnicus testis, qui tractauit, plusquam semiplenè

plenè, & iunctis adminiculis plenè probat.
11. Adminiculum optimum est, quod in exequutionem mandati conductor operarum plures soluerit pecuniarum summas.
12. Renitentia conductoris in edendis apoca desuper confecta, & suarum rationum codicibus facit magnum adminiculum, & statuit præsumi verum, quod à teste, vel à locatore deducitur.
13. Immò in hoc casu creditur probationibus, quibus aliàs non credere ur.
14. De mercedis quantitate statur peritis electis.
15. Salarij promissio potest fieri sine solemnitatibus, valetq; Prælati promissio, absque consensu Capituli.
16. In hoc casu Capitulum, seù Monasterium obligaretur ex nudo pacto, absq; alia solemnitate.
17. Consensus Capituli quando præsumatur interuenisse Prælati contractui.

RATIOCINIVM X.

ROMANA MERCEDIS.

REuer. Pater. In cau-
1 sis mercedũ admit-
titur appellatio suspensiua, vt statuit *Leo X. Bulla* 8. §. 11. & de Iure etiam communi *Magon. dec. Flor.* 12. *n.* 11., *Scacc. de appell. q.* 17. *limit.* 8. *n.* 9. *Grat. decis. March.* 53. *per tot.*, *Duran. decis.* 216. *num.* 8. *&* 9.

Præcipuè ad effectum, vt detur
2 pars aliqua mercedis sine retardatione; hoc enim solet arbitrari Signatura, & testatur *Marches. part. pr. de*
3 *commiss. in causa mercedis* §. 1. *n.* 59. *vers. & interdum*, *Scacc. dict. li mitt.* 8. *nu.* 10.

Arbitriũ in hoc casu debet intrare, cũ hæc quantitas constituat quintam partẽ salarij debiti, & decretata fuerit per modum prouisionis pro perfi-
4 ciendis statuis; cum opus huiusmodi sit longũ; quo casu debet arbitrio Iudicis pars salarij solui de tẽpore in tẽ-
5 pus, donec perficiatur, vt egregiè admonet, *Bald. in l.* 2. *nu.* 4. *ad med. vers. sed ædificatores C. locat.* vbi etiã egregiè *Sicard. n.* 3. dicens in magnis operibus, quæ ita paruo tempore nõ
6 possunt expediri, ita de æquitate esse faciendum, *Salicet. ad fin.* dicens ita bonũ virum arbitrari debere, *Harpech. in princ. instit. de locat. n.* 61.

7 Conuentio autem salarij probatur testimonio D. Fonthiæ, viri integerrimi, & vti talis merito à Rota laudati *in Rom. census, seu depositi* 8. *Martij* 1641. *coram Reuer. D. meo tunc Decano* §. *nec dicatur*, cui est credendum, cum deponat de facto proprio,
8 & quod confecit scripturam, & mediator fuit, vt marmora veherentur
9 ad vrbem; vni enim testi creditur de mandato dato ad faciendum *Ruin. cons.* 105. *n.* 4. *lib.* 4.

10 Vnicus enim testis, qui tractauit facit plus, quam semiplenam probationem, & iunctis adminiculis plenè probat *Bursat. decis.* 775. *n.* 5. *&* 6. *& in rec. decis.* 113. *n.* 11. *p.* 5.

Adminicula in casu nostro sunt euidentissima; quia Monaci solue-
11 runt plures pecuniarum summas in executionem dicti mandati, quæ solæ sufficiunt, cum aliàs non soluantur pecuniæ *Duran. decis.* 128. *nu.* 4. *& seqq.*

Accedat renitentia in exhibendo apocam confectam, quæ penes Mo-
12 nacos remansit, & eorum libros; ex quo inducitur præsumptio, in eis contineri totum, quod petit D. Mochius, *Bald. cons.* 152. *post med. vers. ex his igitur lib.* 3., *Crauet. in cons. pro genero nu.* 179., *Rot. decis.* 237. *n.* 3. *p.* 4. *diuers.*, *& in Romana Societatis Officij, die* 15. *Maij* 1645. *coram Reuerendiss. tunc Decano.*

Immò tunc creditur probationibus,

13 bus, quibus aliàs non crederetur: vt
dixit *Fulg. conf. 192. nu. 2. vers. & siquid fortioris*,

Quantitas autem mercedis probatur ex relatione peritorum electo-
14 rum, quibus esse standum etiam in causa salarij, dixit *Rota decis. 354. in princ. p. 1. rec. & coram Caual. decis. 488. in princ.*

Non obstat, quod Prælatus non possit obligare Monasterium, sinè consensu Capituli, quia hoc non procedit in promissione salarij, quæ po-
15 test fieri, sinè solemnitatibus *cap. 64. quicumq; caus. 12. q. 2.*, vbi *DD.* dicunt obligari tunc Monasterium ex pacto nudo, sine alia solemnitate,
16 signanter *Præpos. ad med. & Turrecrem. post med., Ias. cons. 73. n. 13. & sequitur lib. 3.* vbi non requiri consensum capituli *Put. dixit decis. 394. in princ. lib. 1. in correct.*

Respondetur etiam non probari ex aduersò cõsensũ capituli nõ interuenisse, & tamen præsumendum accessisse *Glos. in cap. ea noscitur verb. debet de his quæ fiunt à Prelato*, vbi *Barbos. n. 7.* dat concordantes *Rot. decis. pr. eodem tit. in antiq., Seraph. decis. 1080. nu. 5. rec. decis. 525. nu. 7. part. 5. tom. 2.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Appellatio ab eius admissione an detur? Appellatio suspensiua, quando concurrit iniustitia an detur in iudicio, quantumuis priuilegiato? mandatum de manutenendo dicitur iniustũ, si conce datur non possidenti. Possidens an priuetur sua possessione per alterius sequutam immissionem. Actus iniustus, & nullus an priuet possidentem sua possessione? Mixtura Petitorij cum possessorio ex quibus inducatur. Possessio attentata an sit manutenibilis pro reuocatione attentatorũ, an decernenda sit manutentio? An sufficiat appellare in genere cum designatione grauaminum? Appellatio deuoluit omnem cognitionem ad Iudicem, ad quem, deficiente in Iudice, à quo, Iurisdictione. Relatum est in referente de verbo, ad verbum. Remissio causæ ad suum Iudicem abdicat Iurisdictionem remittentis. Duæ sententiæ conformes, inter quos habeant vim trium ex Statuto Vrbis. Defectus solemnitatis requisitæ in contractu cum Ecclesia, vel minore an obijci possit ab alio, quam ab ipsa Ecclesia. Dominium an præsumatur. Dominus an possit reuocare Procuratoris assertionem. Confraternitates Laicorum an dicantur loca Ecclesiastica. Res iudicata quomodo suffragetur. Ignorantia Iuris neminem excusat. Sententia ferri potest contra rem iudicatam, parte non opponente.

SVMMARIVM.

1. Appellatio non datur ab admissione appellationis, quæ de iure admitti debet, sed quando appellatio admittenda non est.
2. Iudex admittendo appellationem facit merè interloquutoriam, & exequitur dispositionem iuris, & aliter faciendo grauaret, & pœnam mereretur.
3. Appellatio datur à Decreto de manutenendo, concurrente iniustitia.
4. Appellatio suspensiua concurrente iniustitia datur in quocumque Iudicio, quantumuis priuilegiato.
5. Amplia, etiam si ex rescripto Principis, vel ex dispositione l. municipalis prohiberetur appellatio.
6. Manutentio iniustè datur non possidenti.
7. Immissio per Iudicem ritè, & rectè concessa priuat, si sequatur, possidentem sua possessione.
8. Immissio, à qua non admittitur appellatio, nisi ad effectum deuolutiuum approbatur pro iusta.
9. Manutentio nullo Iure debetur priuato.
10. Executio mandati de manutenendo est nulla, si

si mandatum sit iniustum, & nullum.

11. Actus nullus, & iniustus non priuat possessione.

12. Executio pendente termino ad appellandum est attentata.

13. Causa alioquin possessorij fit appellabilis ratione mixturæ.

14. Sententia concepta sub vnica periodo super possessorio, & super nullitatibus inducit mixturam, & est appellabilis.

15. Possessorium cum petitorio miscetur etiam vbi pronunciatur, nullum ius competere Aduersarijs.

16. Mixtura resultat etiam ab ijs, quæ virtualiter, & per necesse eruuntur è verbis sententiæ.

17. Appellatio datur à declaratione incompetentię

18. Appellatio datur à manutentione decreta per cedulam.

19. Possessio attentata non est possessio sed occupatio, & non est manutenibilis.

20. Manutentio debetur possidenti, & qui se non habet pro spoliato.

21. Manutentio competit etiam in locum reuocationis attentatorum.

22. Mixtura excluditur, si petitorium, aut possessorium expediatur per capitulum separatū.

23. Excluditur etiam, si manutentio per Decretum, & peritorium per cedulam absoluatur.

24. Executio facta intra terminum ad appellandum non dicitur attentata, si causa erat inappellabilis.

25. Appellatio non datur à decreto manutentionis, etiam de iure Canonico.

26. Verba (rebusque alijs, de quibus in actis) apposita in libello appellationis habent vim specialis expressionis omnium grauaminum, & inferunt appellationem ab omnibus.

27. In appellationibus opus non est exprimere omnia grauamina in specie, sed sufficit quod in genere appelletur, modo grauamina per aliquam demonstrationem designentur.

28. Designatio huiusmodi sufficienter deducitur, ex supradictis verbis, (rebusque alijs).

29. Dictio, alijs, importat maiora expressis, & dissimilia.

30. Paria sunt, appellationem certificari ex se, vel per relationem ad acta.

31. Dictio (alijs) quandoque connotat similitudinem, & repetit qualitatem in substantia.

32. Fallit in actibus iudicialibus, & in appellationibus, in quibus comprehendit maiora expressis, & dissimilia.

33. Maximè copulata cum aliquo verbo vniuersali.

34. Verbum (res) dicitur Vniuersalissimum, & in logicis est vnus ex terminis transcendentibus.

35. Apostolorum qualitas ostendit etiam à quibus interposita fuit appellatio.

36. Appellatio deuoluit cognitionem totius negotij ad Iudicem, ad quem, si in Iudice à quo deficiat iurisdictio.

37. Qui consulit causam remittendam esse ad Iudicem Ecclesiasticum, in necessarium antecedens supponit Carentiam Iurisdictionis in Iudice laico.

38. Expressum satis dicitur, quod venit in necessariam consequentiam.

39. Consilium mandans causam ad suum Iudicem remitti, non dicitur merè consultiuum & demonstratiuum, sed decisiuum, & præceptiuum.

40. Relatum, & ideatum ad similitudinem alterius est in referente, & in simili de verbo ad verbum.

41. Remissio causæ ad suum Iudicem abdicat iurisdictionem remittentis.

42. Duæ conformes latæ inter ciuem, & incolam habent vim trium ex statuto vrbis.

43. Requisita statuti ad effectum quod intret, sunt probanda.

44. Statutum vrbis de duabus conformibus debet intelligi quatenus sint validæ, & iustæ.

45. Sententiæ latæ ex falsa causa non sunt validæ, nec iustæ.

46. Affrancatio bonorum Ecclesiasticorum impugnari nequit, ex defectu beneplaciti Apostolici, si re vera fuit obtentum.

47. Defectus solemnitatis requisitæ in contractu cum Ecclesia non potest obijci, nisi ab ipsa Ecclesia.

48. Dominium non præsumitur.

49. Dominium non probatur ex enunciatiua emanata in libello porrecto à Procuratore Aduersarij, carente speciali mandato.

50. Dominus potest reuocare assertionem Procuratoris, etiam non constito de errore.

51. Confraternitates Laicorum non dicuntur loca Ecclesiastica.

52. Amplia etiam si huiusmodi Confraternitates haberent aliquem locum, vbi adesset campana, & Altare.

53. Amplia secundò, vt huiusmodi Confraternitates dici nequeant loca Pia.

54. Confraternitatum bona dici nequeunt Ecclesiastica, sed sunt merè Laicalia, & subsunt constitutionibus, & iudicibus Laicalibus.

55. Confraternitates dicuntur loca Ecclesiastica, si habent propriam Ecclesiam consecratam cum Campanili, in qua celebrentur Diuina officia, & adsint sepulturæ.

56. Sententia Iudicis laici ostendit causam in aliqua saltem parte esse laicalem.

57. Res iudicata non intrat ex sententia nulla, & iniusta.

58. Res iudicata ex duabus conformibus habet ratam conditionem, quatenus pars, quæ obtinuit velit ea vti, & pro illius exequutione instet.

59. Et quatenus obtinens duas conformes ex statuto non excipiat de re iudicata, dicitur eidem renunciare.

60. Ignorantia facti non excusat, qui fuit in facto.

61. Ignorantia iuris neminem excusat.

62. Sententia contra rem iudicatam valet non opponente eo, qui rem iudicatam obtinuerat.

63. Exceptio de re iudicata non intrat ex productione in actis duarum conformium.

RATIOCINIVM XI.

ROMANA ATTENTATORVM.

1 Illustriss. Domine. Ab admissione appellationis, quæ de iure admitti debuit non datur appellatio, sed dùmtaxat quando appellatio admittenda non erat, vt post *Bald. in l. vltim. circa finem Cod. nè lic. tert. prouoc. Ioann. Monach. in cap. cupientes de elect.* aduertit *Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. sub num. 73. vers. vel si Iudex, & versic. si non admit-*
2 *tendi*; Et meritò; quia huiusmodi admissio est merè interlocutoria, & in hoc iudex dispositionem iuris exequitur, cum aliter faciendo grauaret, & pœnam mereretur, vt scribunt *Franc. in cap. Pastoralis 53. sub nu. 42., & 43., & in capit. de Priore 31. in princ. de appellat., Natt. consl. 259. num. 3. lib. 3., Contard. ad l. vnic. qu. pr. sub num. 30. versic. à tali reiectione, Cod. si de moment. poss. fuer. appellat.*

Vndè decidendum est appellare non licuisse D. Bonello aduersario ab admissione appellationis, facta per Illustrissimum Senatorem à decreto mandati de manutenendo D. Capitanei appellationum; cum huiusmodi admissio iure optimo emanauerit, stante iniustitia dicti decreti, vt in puncto, quod à manutentionis de-
3 creto detur appellatio quando adest grauamen, vel iniustitia, fatetur Dominus meus ex aduerso scribens *versic. & in quocumque iudicio*.

4 In quocumq; enim Iudicio, quantumuis priuilegiato datur suspensiua appellatio, quando concurrit iniustitia, vt exornat *Scacc. de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 7. num. 79., & 80.*

5 Ita, & taliter, quod hoc procedat etiamsi ex rescripto Principis, vel legis municipalis dispositione prohiberetur appellatio *Borgnin. decis. 12. num. 3., Card. Put. decis. 414. n. 3. lib. 3., Cæs. de Graff. decis. 2. n. 8. de solut., S. M. Gregor. XV. decis. 91. num. 10., Rot. in recent. decis. 79. num. 2. par. 2.*

6 Iniustitia autem dicti decreti manutentionis Domini Capitanei appellationum euidenter constat, dum manutentio concessa fuit, aduersario non possidente, *Rota in recent. decis. 696. num. 1., & 2., & decis. 762. num. pr. part. 3.*

Et quod de aliqua possessione aduersarij re vera non constet, patet. Aut enim ipse se fundat in possessione antè motam litem, & hoc casu succumbere debuit, & debet: nam dicta possessione priuatus remansit per
7 subsequutam Immissionem ritè, & rectè nostris principalibus, à Domino Secundo collaterali, de voto Dominorum de assettamento concessa, & per subsequutam possessionis apprehensionem *Card. Seraphin. decis. 722. num. pr., Card. Caualer. decis. 48. num. 5., Gregor. XV. decis. 546. num. 2., Rota in recent. decis. 270. num. 2. part. pr., & decis. 514. n. 2. part. 2.*, cuius immissionis iustitiam & inappellabilitatem D. Cap. Appellationis agnouit, & canonizauit, illam admittendo ad effectum deuolutiuum tantum, & sine præiudicio possessionis captæ, ex adductis *in firmana*

mune bonorum 16. *Decembris* 1626. *coram Remboldo*.

Aut verò Aduersarius prætendit ex manutentione postmodum sibi datã à D. Cap. appellationum de voto Reuerendiss. Cedroni, & pariter in hoc casu aduersarius in salutari
8 suo deficit, tum quia, cum iam adaduersarius per dictam immissionẽ nostris principalibus ritè, & rectè cõcessam fuisset priuatus sua possessione, per consequens nullo iure potuit concedi manutentio *Rot. diuers. decis.* 159. *n. pr. & decis.* 681. *nu. pr. part.* 4. *Card. Caualer. decis.* 229. *n. pr.*, *& decis.* 418. *num. pr.*
10 Aut tandem aduersarius possessionem deducit ex executione dicti mandati de manutenendo, & multo magis sucumbere debet; tum quia ex nullitate, & iniustitia dicti mandati de manutenendo resultat nullitas,
11 & iniustitia dictæ executionis, vt decidit *Buratt. decis.* 363. *num.* 3., nec propterea nostri principales per huiusmodi actum nullum, & iniustum earum possessione priuari potuerũt, *Gregor. XV. decis.* 46. *num.* 5., *& decis.* 478. *num. pr.*, *Rot. in recent. decis.* 85. *num.* 9., *& decis.* 514. *n. pr. part. pr.*, *& decis.* 158. *sub num.* 2. *part.* 3. *& decis.* 562. *num.* 4. *p.* 4.
12 Tum quia dicta executio fuit notoriè attentata, tamquam facta pendente tempore ad appellandum *Cap. non solum de appellat. in* 6., *Buratt. decis.* 306. *num.* 2. *& decis.* 625. *n. pr.*, *Rot. in recent. decis.* 326. *nu.* 3. *part.* 6. cum alijs adductis à Domino meo ex aduersò scribente *versic. vbi etiam habetur*.

Præsertim, quia causa erat appel-
13 labilis ratione mixturæ *Scacc. de appellat. qu.* 17. *limit.* 6. *memb.* 9. *nu. pr.*, *& seq.*, *Rota post Statil. pacific. de Saluian. decis.* 196. *num.* 3., *Rot. diuers. decis.* 263. *num.* 2. *& decis.* 356. *nu.* 7. *part. pr.*, *Buratt. decis.* 625. *num.* 2., *Rot. in recent. decis.* 362. *num.* 6. *part.* 4. *& inter hic impress. decis.* 45. *num.* 13.

Considerando, quòd D. Capit. appellationis de voto dicti Reuerendiss. Cedroni per cedulam sub vnica verborum structura pronunciauit nedum super manutentione, sed etiã declarauit molestationes per nostros principales fuisse nulliter, & de facto illatas, & causam remittendam esse ad Iudicem Ecclesiasticum; Hinc,
14 inquam multipliciter deducitur appellabilitas, & mixtura, non solùm ex eo quia pronunciatum fuit super nullitate, ex adductis *in Ariminen. fideicommissi* 1. *Iulij* 1637., *&* 22. *Maij* 1638. *Coram Dom. Carillo*; sed
15 etiam, quia dùm fuerunt molestationes nostrorum principalium habitæ pro nulliter, & de facto illatis, hinc fuit pronunciatum eis nullum ius competere; quod absolutum petitorium concernit, & mixturam importat *Fulgos. cons.* 162. *num.* 4. *lib.* 1., *Chassan. cons.* 45. *sub num.* 12., *Contard. ad l. vnic. qu.* 13. *num.* 73. *C. si de moment. possess. fuer. appell.*, Tùm quoq; quia sub pronunciatione (*causam remittendam esse ad Iudicem Ecclesiasticum, seu alium competentem*) continetur virtualis, & necessaria circumscriptio cùm reuocatione omnium gestorum in curia Capitolina, & hinc resultat etiam mixtura, quæ vt docet *Scacc. de appellat.*

16 *pellat. qu. 27. limit. 6. memb. 9. sub num. 11. in fin., & num. 12.* oritur etiam ex ijs, quæ virtualiter, &
17 per necesse à verbis sententiæ inferuntur, & hinc etiam resultat declaratio incompetentiæ *Cur. cap. à qua declaratione datur appellatio, Menoch. de adipiscend. remed. 4. q. 99. num. 822., & sub num. 823. Mynsign. obseru. 35. num. pr. centur. 3., Guidopap. decis. 10. num. pr., & decis. 75. sub num. 2. latè, Scacc. de appellat. q. 17. limit. 6. memb. 7. n. 47. & 48., Buratt. decis. 134. n. 2.,* & appellabilitas prouenit etiam, ex
18 eo quia asserta manutentio data fuit per cedulam.

Cum igitur possessio aduersarij fuerit attentata, nec nomen possessionis, sed occupationis meretur,
19 neque vllo modo erat manutenibilis *Buratt. decis. 306. sub nu. 12. & in recent. dicta decis. 326. nu. 4. par. 6.*

20 Propterea iure optimo fuit nostris principalibus postmodum ab Illustriss. Senatore de voto R.P.D. Taię concessa manutentio, nedum vigore earum possessionis, cum ipsi non se habuissent pro spoliatis *Card. Put. decis. 409. num. 4. lib. 2. in correctis, Card. Caualer. decis. 432. sub num. 2. Gregor. XV. decis. 307. nu. 7., Buratt. dicta decis. 306. sub n. 2.* sed etiam loco reuocationis attenta-
21 torum; pro qua competit etiam mãdatum de manutenendo, vt probat *Posth. de manut. obseruat. 10. num. 82., Coccin. decis. 380. num. 3., Card. Seraph. decis. 1176. num. 6.,* cum alijs à Domino meo ex aduersò scribente adductis *versic., & sic meus Principalis*;

Nec subsistit, quod huiusmodi manutentio ab Illustriss. Senatore de voto R. P. D. Taiæ concessa, contineat mixturam, ob reuocationem sententiarum latarum de voto Reuerendiss. Cedroni, & R. P. D. Bus-
22 sij, quia huiusmodi reuocatio, non solum facta fuit per capitulum separatum, quod sufficeret pro exclusione mixturæ *Mar. Anguisciol. cons. 92. sub num. 27., Ruginell. de appellat. §. 2. cap. 3. num. 722., Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 9. sub num. 35. vers. contra istam, Giurb. decis. sicil. 101. sub num. 8., Rota diuers. decis. 214. sub num. 2. in fin. part. 3. lib. 3., Rot. in recent. decis. 305. num. 13. part. 6.,* sed
23 etiam per separatam sententiam; cũ manutentio concessa fuerit per decretum, & sententia lata fuerit per cedulam sub particulari, & separata citatione, vt aduertit *Rota in Perusina spolij 19. Iunij 1623. Coram Nauarro*, & cessante dicta mixtura, cessant etiam ea, quæ exaduersò dicuntur de prætensa attentata execu-
24 tione dicti mandati de manutenendo; quia quando causa est inappellabilis, executio facta intrà tempus appellandi non dicitur attentata, vt declarat *Lancellott. de attentat. part. 2. cap. 11. in titul. pendent. tempor. ad appelland. num. 32., & 33., & 34. & 35., & 36., Cardin. Caualer. decis. 42. num. 4., & decis. 69. num. 5.,* & à Decreto manutentionis indubi-
25 tatum est non dari appellationem etiam de iure Canonico, vt tradunt *Gratian. discept. forens. 310. nu. 64. & 66., & 68., Benintend. decis. 79. num. 7., Rota diuers. decis. 64.*

sub

sub num. 8. part. pr., & in recent. decis. 287. sub nu. 7. part. 2. cum alijs per D. ex aduersò scribentem adductis *vers. quia in hoc iudicio.*

Nec pariter subsistit, quod Illustriss. Senator non habuerit iurisdictionem super negotio principali, sub pretextu quod fuerit appellatum dumtaxat ab incidenti, videlicet à reiectione appellationis, & non à pronuncia remissionis causæ.

Quia sufficienter dicitur appellatum etiam à pronuncia remissionis
26 causæ, cum fuerint addita illa verba (*Rebusq; alijs de quibus in actis*); dicta enim verba habent vim specialis expressionis omnium grauaminum contentorum in actis, perinde ac si explicitè ab omnibus appellatũ fuisset ex adductis per *Paris. consil. 39. sub num. 20. vol. pr., Marchesan. de commiss. part. pr. fol. 201. nu. 702 Rota diuers. decis. 254. sub num. 2. vers. rebusq; alijs part. pr., Cæsar. de Graff. decis. pr. sub num. 2. in fin., & n. 3. de iudic., & in Mediolanen. Cappellaniæ 3. Iulij, & 6. Nouembr. 1595., & in Rokusina hæreditatis 26. Octobris 1601. coram Card. Pamphilio seniore.*
27 Non enim in appellatione est opus in specie exprimere omnia grauamina, nec grauaminis causas, sed sufficit in genere appellare; dummodò grauamina, seu causæ per aliquam demonstrationem designentur, vt scribunt *Bart. in l. pr. §. fin. sub nu. 7. vers. super 3. ff. de appellat., Philip. de Franch. in rubric. sub num. 4. vers. circa tertium de appellat. Scacc.*
28 *de appellat. q. 4. sub num. 52.*

Et huiusmodi designatio in casu, de quo agitur sufficienter deducitur
29 ex illis verbis (*Rebusq; alijs*) ob illam dictionem (*Alijs*) quæ maiora expressis, & dissimilia importat *Paris. cons. 70. num. 21. lib. 2., Honded. cons. 69. num. 25. lib. 2., Caputaq; decis. 296. num. 2. part. 2.,*
30 *Rota in recent. decis. 714. num. 9. part. 2.,* & ob relationem ad acta, cum paria sint, appellationem certificari ex se, vel per relationem ad acta, vt in puncto *Alex. cons. 126. sub nu. 11.*
31 *vers. sed tamen sanius est lib. 6.,* & quamuis quandoque dictio (alijs) denotet similitudinem, & repetat qualitatem & similitudinem in substantia, attamẽ hoc fallit in actibus iudicialibus,
32 & præsertim in appellationibus, & commissionibus, & rescriptis, in quibus dicta dictio comprehendit maiora expressis, & etiam dissimilia *Anton. de Butr. in cap. cum in multis, sub num. 13., & 14., & 15., & 16. de rescript. lib. 6. Caputaq; decis. 296. num. 3. & 4. & 5. & 6. & 7. part. 2., Rota in recent. decis. 316. num. 7. part. 9.*

Præsertim quando est adiecta alicui verbo vniuersali, vt aduertunt
33 *Couarr. practic. quæst. cap. 25. sub nu. 3., Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. Glos. 45., Gratian. discept. forens.*
34 *163. num. 21., Anton. Monach. decis. Lucen. 58. num. 19.,* & negari non potest, quin dictum verbum (*Rebus*) sit vniuersalissimum *Text. in l. rei appellatio ff. de verbor. signific.* & in logicis dicitur vnus ex terminis transcendentibus.

Vltra quod huiusmodi appellationem nostrorum principalium tam
35 respectu reiectionis appellationis

quam

quam respectu remissionis causæ agnouit, & approbauit D. Capitaneus appellationum, dum respondit dando reuerentiales quoad appellationẽ à remissione causæ, & in reliquis refutatorios; Vltrà quod sola appellatio à reiectione appellationis, tamquam habens inseparabilem connexionem cum negotio principali (quia an appellatio reijci debeat, vel ne dependet an immissio concessa ab Illu-
36 striss. Senatore fuerit nulla, vel nè ex defectu iurisdictionis) fecit deuoluere cognitionem totius negotij principalis ad Iudicem ad quem, *ex congestis per Anton. de Butr. in cap. dilectus filius sub n. 8. vers. nota quod negotium de rescript. & in cap. super eo nu. pr. de appellat., & ibid. Abb. sub n. 2., & Philipp. de Franc. sub n. pr., & Augustin. Barbos. n. 3. Scacc. de appellat. quæst. 17. limit. 47. memb. 2. n. pr. Boer. decis. 73. sub n. 6. vers. sed vna*; & hâc opinionẽ, quãdo adest connexitas tenet *Grat. ex adu. citatus discept. forens. 1. n. 2., & 3.*

Nec potest velari, quod R.P.D.
37 Bussius remittendo causam ad iudicem suum, animum non habuerit lędendi, immò destruendi negotium principale, & quidquid in Curia Capitolina etiam super negotio principali actum fuit; Nàm dum consuluit causam esse remittendam ad Iudicem suum, videlicet Ecclesiasticũ per consequens cõsuluit Iudices Curiæ Capitolinæ non habuisse Iurisdictionem, & hinc per necesse consuluit subsistere non posse quicquid è Iudicibus dictæ Curiæ actum fuit; cum satis expressum dicatur illud,
38 quod virtualiter, & per necessariam consequentiam deducitur *Ferrer. in consil., Cathalon. gloss. 4. num. 61., Ioseph de sess., Decis. Aragon. 63. n. 22., Anton. à Gama Decis. Lusitan. 51. n. 8, Rot. inter hic impress. decis. 60. n. 5; & decis. 63. n. 6.*

Et non sonitus verborũ, sed eorum substantia, & effectus attendi debet *l. Insulam ff. de præscript. verb. cap. intantum de Simon.; Surd. decis. 303. n. 5., & cons. 3. n. 26. & 27.*

Nec illa verba in voto R.P.D. Bussij (& causam iuxtà formam di-
39 ctæ sententiæ ad suum Iudicem remittat) dici possunt apposita per modum causæ, seù demonstrationis, cum illa sint verè definitiua, & decisiua, & præceptiua; vt ex eisdem verbis manifestè patet: presertim quia dicta verba præcipiunt fieri remissionem iuxtà formam antecedentis sententiæ Dñi Capitanei Appellationum, latę de voto Reuerendiss. Cedroni, in quo fuerat principaliter definitiuè, & decisiuè dictum, causam esse remittendam ad Iudicem Ecclesiasticum, & propterea dum R.P.D. Bussius se ad dictam sententiam retulit,
40 perinde & ac si in suo voto expressisset de verbo ad verbum verba dictæ sententiæ, & principalitèr pronunciasset super remissionem causæ ad Iudicem Ecclesiasticum *Guttier. cons. 18. num. 56., Surd. cons. 362. n. 8. Card. Mantic. decis. 137. nu. 6., Rota in recent. decis. 34. num. 6. & decis. 187. nu. 7. & decis. 457. nu. 2. part. 1.*; & indubitatum est remissionem causæ ad suum Iudicem nedùm concernere negotium principale, sed etiam illicò elidere, eiq; præiudicium irreparabile quærere; cum totalem

lem iurisdictionem abdicet, vt aduertunt *Guidopap. conf.*110.*sub nu.* 3.*verf.negotio principali*,*Marchesan. in tract.de sentent. specieb.part.*4.*nu.* 24.*fol.*50.*Rota decis.*1.*circa fin. vers. sublata erit eius de offic. delegat. in nou.*,*& dec.*45.*circa fin.vers. sublata per eius remissionē de appellat.in nou.*

Nec obstat,quod indè resultent duæ conformes in negotio principali,vlz. duæ sententiæ D.Capitanei Appella-
42 tionum, vna, scilicet de voto Reuer. Cedroni,& altera de voto R. P. D. Buslij, quæ duæ conformes habent vim triũ vigore Stat.vrbis l.1.c.180.

Quia dictũ Statutum loquitur inter Ciues, & Incolas, & ad hunc effectum debent probari huiusmodi re-
43 quisita, vt pluries fuit decisum, & signanter *in Romana, seù Neapolitana pecuniar.* 28. *Ianuarij* 1633.*coram Reuerendiss. tunc Decano.*

Tùm, quia dictum Statutum intelligitur de duabus sententijs validis,&
44 & iustis, quales non sunt sententiæ, de quibus agitur, cum latæ fuerint ex falsa causa; non enim subsistit,
45 quod bona,de quibus agitur sint emphytheotica Ecclesiæ; quasi quod pars illorum sit sub directo dominio Ecclesiæ S. Chrysogoni, & alia pars sub directo dominio Archiconfraternitatis Confallonis; & tamen dominium directum Ecclesiæ S. Chrysogoni expirauerat mediante affran-
46 catione, quæ non potest impugnari ex defectu Beneplaciti Apostolici;
47 tùm quia reuera illud obtētum fuit, tùm quia de huiusmodi decreto non potest obijcere, nisi ipsa Ecclesia, vt declarat *Gratian.discept.forens.*202. *sub.n.*22.,*Card.Mantic.de tacit.*, *& ambig.conuent.lib.*3.*titul.*16.*sub n.* 12.*vers.tamen*,*Idem Card.Mantic. decis.* 201.*sub n.pr. Card. Crescent. decis. pr. de locat. & conduct.*, *Card. Put.decis.*310.*lib.pr.in vet. impress. & decis.* 302.*lib. pr. in nou. impress.*

48 Quoad verò directum dominium Confallonis sufficit dicere de illo nō constare, neq; hoc præsumitur, vt in puncto aduersus *Paris. cons.* 138. *n.*25. *lib.*4.*Mascard. de probat. vol.* 2.*conclus.*601.*n.pr.*: Nec huiusmo-
49 di probatio resultare potest ex enunciatiua facta in libello; quia dicta assertio facta à Procuratore non habente speciale mandatum non nocet
50 principalibus; cum illi præsertim reuocauerint huiusmodi assertionem, pro vt facere potuerunt; etiam non constito de errore, vt decidit *Card. Mantic.d.*302.*n.*9., *Card. Caualer. dec.*79.*n.*3.,*& dec.*226.*n.*5.,*Buratt. dec.*466.*n.*4. *&* 5.

Vltrà quod prętensũ directũ dominiũ dictę Confraternitatis non potest dici Ecclesiasticũ; cũ Confraternitates Laicorũ nō dicatur loca Ecclesiastica, vt probãt *Soc.Sen.cons.*82.*n.*34.*vol.* 1.,*Ias.cons.*218.*sub n.*2.*vers.non est Collegiũ vol.*2.,*Menoch.cons.*635.*n.*
51 1.*vol.*7.*Rot.diuers. dec.* 574.*sub n.* 5.*&* 6.*par.*1., vbi subdit hoc procedere, etiamsi huiusmodi Confrater-
52 nitates haberent aliquem locum,vbi adesset Campana & altare,ex eo quia Confratres sunt laici pro maiori parte, & hoc idem firmant *Paris. cons.* 34.*n.*13.*vol.*4.,*Anton. Gabr. de pia causa conclus.pr.n.*4., *Mar. Alter.de Censur.lib.* 5. *disput.* 16. *cap.pr. fol.* 674.,*Laurent. Gualuan. cons.*21.*n.* 2., vbi ampliat, huiusmodi Confraternitates, nec etiam dici posse loca
53 pia, & hanc eamdem conclusionem

E defen-

defendunt *Corn.cons. 18. sub num. 3. vol. 4., & cons. 297. nu. 4. eod. vol. 4. Petr. de Salazar. de vsu, & consuetud., & stil. Cur. Regal. cap. 8. sub nu. 23. in princ. fol. 111.*, & de commun. testantur *Ias. Ludouic. decis. 193. sub num. 7. p. 2.*, & per consequens bona dictarum Confraternitatum dici non possunt Ecclesiastica; sed sunt merè laicalia, & subsunt constitutionibus, & Iudicibus laicalibus, vt concludunt *Paris. cons. 34. nu. 29. vol. 4. Ias. dict. cons. 118. sub nu. 4. vol. 2. Menoch. dicto cons. 635. vol. 7., Carol. de Graff. de effect. Clerical. effect. p. sub nu. 122.* vbi subdit, multo minus Confraternitates posse

55 dici bona Ecclesiastica, quando non habent propriam Ecclesiam consecratam cum Campanili, in qua celebrentur Diuina officia, & adsint sepulturæ; quæ requisita necessaria esse ad hoc, vt Confraternitates dici possint loca Ecclesiastica probant *Angel. Aretin. cons. 25. sub num. 29., Alex. cons. 102. sub num. 1. vol. 7., Augustin. Barbos., qui alios cumulat in cap. cum plantare sub num. 42. de priuileg. Gratian. discept. forens. cap. 4. nu. 14. & cap. 517. sub n. 6. in fin., & num. 7. Verall. decis. 328. nu. 3. part. p. Rota in recent. decis. 373. sub nu. 8. p. 2.*; & Ideò, cum non constet Confraternitatem Confallonis habere dicta requisita, nullo modo potest dici, quod bona sub directo Dominio existentia dici possint Ecclesiastica, aut directo Dominio Ecclesiæ obnoxia.

Hisce additur, quod si ratione huius directi Dominij Confallonis Iudices Capitolij non erant Iudices competentes, quomodo potuit Re-

56 uerendissimus Cedronus consultor dicti Capitanei Appellationum consulere manutenendum esse aduersarium, & quomodò potuit D. Capitaneus Appellationum vigore dicti voti dare huiusmodi manutentionem super possessione dictorum bonorum, si carebat Iurisdictione? & quomodò potuit indefinitè pronunciare remittendam esse causam ad iudicem Ecclesiasticum, si pars dictorum bonorũ non erat Ecclesiastica? Hinc equidem patet nullo modo euitari posse iniustitiam, & nullitatem

57 dictarum sententiarum, ob quam nulla potest considerari res iudicata ex superius allegatis: quibus addo *Rot. in Maceraten. Capellaniæ coram R. P. D. Beuilaqua 1660. die 10. Maij, quæ est hic decis. 39. n. 1.*

Superadditur; quod huiusmodi res iudicata statutaria habet tacitam

58 conditionem, quatenus pars aduersa, quæ duas conformes obtinuit, velit re iudicata vti, & pro illius executione instet; vt in puncto aduertit *Fenson. ad dictum statutum Vrb. dicto c. 180. n. 61., & in simili statuto Mediolanen. de duabus conformibus hoc idem scribunt Carpan. ad statut. Mediol. cap. 116. n. 160. lib. 1., Ruginell. de appellat. §. 12. gloss. 2. cap. 1. sub n. 16. vers. constituo fol. 355.* Nam, si non instet pro illius executione, vel saltem non excipiat de re

59 iudicata; sed patiatur ad vlteriora procedi: tunc dicitur renunciare dictæ rei iudicatæ, iuxtà celebrem Theoricam *Innoc. in cap. cum Bertoldus de de sentent. & re iudicat.* quam sequuntur *Scacc. de appellat. q. 11. sub num.*

nu. 296. *idem Scacc. de Iudic. lib.* 2. *cap.* 7. *sub n.* 209. *fol.* 173. *Ruginell. de appellat.* §. 11. *gloss.* 1. *cap.* 1. *sub n.* 38. *Postb. de manut. obseruat.* 66. *n.* 5. *Mobedan. de sentent.* & *re iudic. Caputaq. dec.* 604. *sub nu.* 13. *Rota post Cenc. de censib. decis.* 246. *nu.* 8. *Muscattell. in prax. ciuil. p.* 4. *in gloss. iudicata n.* 13. & 14. *Mutarit.* 135. *n.* 121. *Rot. sicil. apud Giurb. decis.* 14. *num.* 5.

Nec propterea potest Aduersarius amplius se fundare in dicta re iudicata statutaria, cum non solum nõ institerit prò illius executione; non enim potuit, aut potest excusari ex eo quia ignorauerit adesse rem iudicatam, quia duas sententias latas fuisse
60 non potest ignorare, cum ipsemet illas obtinuerit: pro vt nec in dictis duabus sententijs constitutam fuisse rem iudicatam allegare non potest ignorantiam, cum hæc sit ignorantia
61 Iuris, quæ neminem excusat *Paris. cons.* 69. *n.* 88. *lib.* 3. *Surd. cons.* 374. *n.* 20. *lib.* 3. *Gratian. disceptat. forens.* 920. *n.* 33. Sed nec etiam vnquam exceperit de huiusmodi re iudicata, itaut tali rei iudicatę renunciasse dicatur, nec in ea amplius se fundare possit, præsertim cum lata fuerit sententia contra dictam rem iudicatam,
62 quæ parte non opponente fieri potuit, vt probant *Riminald. Iun. cons.* 48. *sub n.* 41. *lib.* 1., *cum alijs congestis per Rotam Sicil. apud Giurb. decis.* 14. *nu.* 6.

Nec de exceptione rei iudicatæ oppositum dici potest ex reproductione, & repetitione sententiarũ, cũ
63 ad hunc effectũ requiratur explicita oppositio rei iudicatæ, itaut nec sufficiat protestatio de re iudicata, vt aduertunt *Addeu. ad Gregor. XV. dec.* 317. *sub n.* 8. & *decidit Card. Pin. decis.* 179. *in fin. lib.* 2. *in Correct.* & *sic fuit decisum in Placentina decimarum quinta Iunij*, & 8. *Octobris* 1609. *coram Penia*.

ARGVMENTVM.

Solemnitates statutariæ sunt obseruandæ in constitutione census. Absentia Curatoris, qui Minoris contractui interesse debebat, an probetur ex assertione ipsius Minoris? Citatio exequuta contra eum, qui Minori consentire debebat, an excuset nullitatem contractus? Interuenientia consanguineorum quomodo sit implenda. Causa in contractu expressa, an aliundè probari debeat, quam per assertionem contrahentium. Contrahens cum Minore, an teneatur esse solicitus pro vtili versione. Data præsentia vnius ex consanguineis in loco contractus, eiusq; interessendi potentia, cessat deputatio de persona alterius. Ratificatio tacita an intret in contractu nullo?

SVMMARIVM.

1 Minor non obligatur in contractu venditionis census, si nec eius interueniant Curatores, nec eius consanguinei.
2 Solemnitates statuti Vrbis in contractu Minoris sunt seruandæ.
3 Absentia Curatoris non probatur ex sola assertione eiusdem Minoris.
4 Citatio ad effectum interessentiæ contra vnum ex curatoribus exequuta, non excusat nullitatis contractum, quia illius præsentia est necessaria, sine qua Minor contrahere non valet.
5 Citatio, quæ indicat locum diuersum ab eo, in quo fuit celebratus contractus non est attendenda.
6 Duo consanguinei requiruntur à statuto Vrbis ad contractum minoris, quorum vnus si absit, vel interesse nolit, sufficiendus est in eius locum alter Curator, alias contractus est nullus.
7 Causa aliundè iustificari debet, quam per assertionem contrahentium.
8 Contrahens cum Minore ex causa solum voluntaria, vel vtili, non tenetur esse solicitus de

versione, aliter est si contrahat ex causa necessaria, pro dissoluendo scilicet ære alieno.

9 Contractus est nullus, in quo interuenit pro muliere, vel minore Curator deputatus in locum consanguinei, qui erat in loco de tempore contractus, & poterat interesse.

10 Probata præsentia consanguinei non præsumitur accidentale impedimentum, quo stante differenda est Instrumenti stipulatio.

11 Contractus corruit, si causa in eo expressa, vel non probetur vera, vel mulieri non sit vtilis, aut saltem non damnosa, sed præiudicialis.

12 Ratificatio actus nulliter gesti non inducitur ex taciturnitate, quando apparet tacens habuisse notitiam nullitatis.

RATIOCINIVM XII.

ROMANA CENSVS.



Reueren. Pater. Census nõ substinetur, nec quoad Maherbale, nec quoad Portiam; quoad Maherbalem nullitas est clara, quia tunc temporis erat Minor
1 sub cura Corradini Vrsini, & Fabij de Matthæis; quorum neuter interfuit Instrumento; nec minus adhibiti fuerunt duo consanguinei, iuxtà formam statutorum vrbis *cap.* 113. *&* 151. Cuius solemnitates seruandæ erant in impositione census, vt
2 sæpè dixit *Rot. in recent. decis.* 98. *n.* 1. *& seqq. p.* 6. *apud Buratt. decis.* 410. *n.* 3. *& in Romana Saluiani* 27 *Ianuarij* 1640. *coram bo: me: Dunoz.*

Nec suffragatur vnius absentia, & citatio executa contra alterum, vt interesset contractui; cum absentia Corradini non probetur ex sola as-
3 sertione Minoris *iuxtà doctrinam Ias. in l. si donatione n.* 4. *C. de collat. Rot. decis.* 713. *n.* 5. *p.* 2.; citatio verò contra Matthæum non suffragatur, ex quo præsentia illius non est voluntaria, sed necessaria, cum minor non possit contrahere sine interuentu Curatoris *l. si Curatorem C. de restit. in integr. Rot. apud Gregor. decis.* 164. *nu.* 3., & insuper, quia
4 indicauit locum diuersum ab eo, vbi celebratus fuit contractus, *Fenzonius in c.* 1. *n.* 22. *de iudic. obert. de citat. par.* 2. *cap.* 9. *n.* 434. Fuit quoq; nul-
5 lus ex defectu interuentus proximiorum, quorum vnus tantum interfuit, & tamen à statuto duo requiruntur; & si alter non adsit, vel interesse recu-
6 set, in eius locum constitui debet alter Curator, vt expressè loquitur in *c.* 113. *lib.* 1.; *& latè explicat Pic. ad Stat. Vrb. glos.* 19. *n.* 1.

Preterea census fuit impositus restituendo mutuo similis summæ, vt dicitur aliàs contracto ab eodem Maherbale in fauorem Alani de Albertis; de quo constare dicitur per apocam priuatã de mense Maij 1579, ac etiam per medium Banchi Tiberij Ceuli, & tamen nec apoca exhibetur, nec partita bãchi: imò in partitis annorũ 1596. & 1598. ex aduersò exhibitis talis partita non legitur; Minusuè probatur pecuniam ad censum acceptam, fuisse Alano traditã in satisfactionem sui Crediti, licet Alanus præsens fuerit stipulationi,
7 & pro Maherbale fideiusserit, & tamen veritas causæ probari debet aliundè, quam per assertionem contrahentium *l. magis puto ff. de reb. dub. Rot. decis.* 31. *n.* 1. *& seqq. apud Pic. ad Stat. Vrb. & decis.* 545. *num.* 4. *post Cenc. de cens.*

8 Et insuper probari debet pecuniã esse versam in extinctionem debiti; licet enim contrahens cum minore ex causa dumtaxat voluntaria, vel vtili, non teneatur esse solicitus de versione, secùs est si contrahat, ex causa necessa-

cessaria pro dissoluendo, scilicet, ære alieno, vt sepè distinxit *Rot. decis. 21. n. 2. post eumdem Cenc. de cens. add. ad Greg. decis. 511. n. 33. in fin. & in supracitata Romana Saluiani 27. Ianuarij 1640. coram bo: mem: Dunoz. vers. fin.*

Ex eadem ratione corruit obligatio Portiæ, quia nimirum seruatæ non fuerunt solemnitates statutariæ, dum vltra Vittellium, germanum Fratrem deputatus fuit Curator loco alterius consanguinei, cum supposito quod alius non extaret, qui commodè interuenire posset; & tamen probatur eo tempore, & ijs diebus adfuisse in Vrbe bo: mem. Vittelliū

9 Cameræ, & Apostolicæ Decanum, eiusdem Portiæ patruum ex libris Cameralibus, ex quibus apparet sub diebus 28. & 29. Iunij eiusdem anni 1600. interfuisse Cameræ habitæ pro recipiendis tributis in vigilia, & Festo DD. Petri, & Pauli, & sic per diem antè stipulationem census sequutam sub die 30. eiusdem mensis, & insuper ex alijs citationibus, & appellationibus, quæ dantur in Summ. num. 4.; constat enim die 30. fuisse in Vrbe præsentem; probata verò

10 præsentia in Vrbe, & naturali potentia interessendi, impedimentum accidentale, vel non præsumitur, vel differenda erat stipulatio instrumenti, vt dixit *Rota in rec. decis. 718. n. 4. par. 2. recent. & latius in Romana cambij 18. Maij 1657. coram R. P. D. Verospio, vt in particula, quæ datur, estque inter hic impressas decis. 3. num. 4. & seq.*

11 Et insuper corruit ex defectu causæ, quæ vel non probatur vera, vel non est mulieri vtilis, aut saltem non damnosa, sed eidem prorsus præiudicialis, dum propter nullitatem obligationis Maherbalis filij non habet releuatorem *Thes. decis. 223. n. 11. Rot. apud Gregor. decis. 333. n. 7.*

12 Ratificatio desumpta ex vtriusq; taciturnitate allegari non potest; dū appareť habuisse notitiam nullitatis, *Rolandi cons. 72. n. 18. lib. 1. Sundo cons. 49. n. 29. latè Rota in Rom. fructuum census 14. Ianuarij 1647. coram Reuerendiss. Papien.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Sententiæ conformes sunt exequendæ. Statutum Vrbis in omnibus eius Curijs obseruatur. Instrumentum, in quo deficiant, vel solemnitates, vel causa iusta, & decretum Iudicis non sustinetur. Existentia æris alieni an sufficiat pro alienatione rei pupillaris. Iudex debet negotium plenè prius cognoscere, quam Decretum interponat. Ex quibus præsumatur Iudex nō vidisse scripturas. In soluendo ære alieno debito per pupillum, quæ lex detur? Accolatio æris alieni quando non sustineatur. Causa in parte falsa existens in alienatione rei pupillaris, quid operetur? nullitas præexistens in primo decreto an sustineatur per Decreta confirmatoria.

SVMMARIVM.

1 Sententiæ Iustitia, vel Iniustitia latæ super contractu dependet à validitate, seu inualiditate ipsius contractus.
2 Sententiæ rescindentes contractum nullum, si validæ, & iustæ sint veniunt exequendæ.
3 Sententiæ dicuntur conformes, si secunda confirmet primam, absque eo, quod eidem aliquid addat, vel adimat.
4 Statutum Vrbis recipitur in omnibus Curijs.
5 Sententiæ, quæ ex Statuto Vrbis habent vim trium conformium, & rei iudicatæ nil aliud vlte-

vitetius expositum, quam executionem.
6 Res iudicata habet de iure executionem paratã.
7 Sententiæ, quæ non exequuntur frustra obtentæ videntur.
8 Venditio rei pupillaris sine iusta causa facta, & absque solemnitatibus inualida est de iure communi.
9 Idem etiam procedit ex dispositione Statuti almæ Vrbis.
10 In Statutis datur concursus capitum, itaut vnum ab alio suppleatur.
11 Ad effectum nullitatis contractus aliter factis quam disponit Statutum sufficit, quod vna pars Statuti illum annullet.
12 Causa iusta ad huiusmodi alienationem constare debet ex dispositione iuris communis
13 Causa non iustificatur ex sola Tutoris assertione, super qua Iudex se fundare nequit.
14 Sed aliundè probari debet, quam ex Tutoris, vel Curatoris dicto, cui in hac re non creditur.
15 Maximè, si causæ assertio emanaret à Tutrice, quæ vti mulier prohibita donare ex eodē Statuto, Statutum dupliciter fraudaret.
16 Ad effectum, quod res pupilli validè alienetur, non solum requiritur existentia æris alieni, sed quod tunc creditores instare pro satisfactione valerent, & actu instarent.
17 Iudex prædicta iustificare tenetur aliundè, quàm ex narratiua in ipso instrumento sui posita.
18 Prædictis nō concurrentibus caret Iustitia causæ, & solemnitatum.
19 Iudex ex Statuto Vrbis, ac ex Iuris communis dispositione non debet suum interponere Decretum, nisi causa plenè, ac diligenter cognita.
20 Breuitas temporis ostendit, quod causa non fuit plenè, & diligenter cognita per Iudicem.
21 Facit cessare præsumptionem, quæ alias in dubio capitur pro Iudicis decreto.
22 Iudex etiam dicitur non fuisse de causa informatus, si in Instrumēto nulla facta fuit mentio de anno, die, & nomine Notariorum rogatorum in confectione scripturarum expressarum in supradicta causa, & præsumitur illas non vidisse.
23 Æs alienum à pupillo debitum priùs, quam res immobilis alienetur debet solui de bonis mobilibus, & de aliјs iuribus; aliter alienatio immobilis non valet.
24 Accolatio facta ab emptore rei pupillaris de ære alieno per pupillum debito, perindè est, ac si facta non fuerit, nisi doceatur ad certitudinem fuisse deducta, ac suum habuisse effectum.
25 Decretum Iudicis, tamquam indiuiduum remanet nullum in totum, si in parte cesset iusta causa alienandi.
26 Nullitas præexistens in primo Decreto non subsanatur per sententias, illud tacitè approbantes.
27 Sententiæ, quæ fundantur in falsa causa nullæ sunt.
28 Et huiusmodi sententiæ non sunt exequendæ.

RATIOCINIVM XIII.

ROMANA VINEÆ.



Perillustris Domine. Determinatio, quenam sententiæ sint exequendæ tota dependet inter cætera à validitate, seu inualiditate alienationis vineæ, ex qua resultat ipsorum iustitia, vel iniusti-
1 tia, atque propterea cum dubitari nō valeat, quin nulliter ad huiusmodi alienationem deuentum extiterit, consequenter sententiç illam rescindentes, tamquam validæ, & iustæ sūt
2 omninò exequendæ. Conformitas enim ipsarū inficiari non valet, quoniam vltima sententia cōfirmat simpliciter primam, absque eo, quod aliquid in ea additum, vel diminutum
3 fuerit *Glos. in Clement. pr. in verbo alicuius, & Doctor. de re iudic. Surd. cons. 102. nu. 9. cum seq. lib. 1. Thesaur. decis. 228. n. 2. Caualer. decis. 387. n. pr. Rota in recent. decis. 647. n. pr. part. pr. & decis. 292. sub n. pr. parte 6.*

Et quarum quidem conformitate assequimur quod, cum habeant vim trium, & rei iudicatæ vigore statuti Vrbis *lib. 1. cap.* 178. cuius dispositio recipitur in omnibus curiјs, vt tenuit *Rota decis. 452. part. 1. di-*
4 *uersorū ac in aliјs causis relatis in recent. decis. 380. nu. 1. post med. & dict. decis. 347. sub nu. 1. part. pr. ac decis. 292. num. 4. part. 6.*; Propterea nil aliud agendum superfit,
5 quam quod executioni demandentur: quia res iudicata, etiam de iure paratam exequutionem habet *l. post*
6 *rem iudicatam, ff. de re indic. l. 2. vbi*

Bart.

Bart. & cæteri C. de execut. rei iudic. Guidop. in l. si se non obtulit §. si ex conuentione nu. 1. ff. de re iudic. vestr. in prax. lib. 8. cap. vltimo n. 8. Mantic. decis. 187. n. 4. & decis. 289. n. 6.

7 aliàs, inquam frustrà obtentæ extitissent, nisi ad ipsarum executionem procederetur c. quoad consultationem de re iudic. glos. in rubr. & tot. tit. C. de execut. rei iudicatæ Paris. cōs. 105. n. 29. & nu. 32. lib. 1. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 17. num. 22. Barz. decis. 45. num. 11.

Constat autem de inualiditate vēditionis istius vineæ, ex eo quod ad

8 illam deuentum fuisse apparet absq; iusta causa, & solemnitatibus, in alienationibus bonorum stabilium Minorum requisitis, tam de iure communi secundum tex. in l. magis puto §. non passim cum seqq. ff. de rebus eorum, & amplè per Rolan. cons. 33. per tot. lib. 1. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 171. à nu. 2. vsque ad nu. 29. latissimè Simonell. de Decret. lib. 1. tit. pr. à nu. 15. vsque ad num. 64. Rota apud Pic. ad Statut. Vrb. dec. 42. à num. 7. vsque ad num. 13. & num. 23. cum pluribus seqq. ac in recent. decis. 98. num. 20. cum seq. p. 6.

9 Quam ex dispositione Statuti Vrbis lib. pr. cap. 113. & cap. 151. & de quo etiam per Rotam in recent. dicta decis. 98. num. 2. ac sub num. 3. par. 6.

10 & quorum capitum recipitur concursus, itaut vnum ab altero suppleatur, quemadmodum sæpè obseruauit Rota in causis adductis inter recent. decis. 153. sub nu. 13. p. pr. decis. 25. nu. 24. part. 5. & dicta decis. 98. num. 1. par. 6. In tantum quod

11 sufficiat, quod in dicto cap. 113. vlterius procedatur, annullando cōtractum aliter gestum ad not. in l. non dubium C. de legibus, & per Corn. cons. 151. num. 4. antè med. vers. quia non dicitur lib. 4., & in specie huius Statuti Rota in recent. decis. 678. sub num. 2. vers. respectu enim part. prim.

Vtrumq; verò deficit in præsenti casu; Non enim liquet de vera existentia æris alieni, pro quo fuit facta

12 huiusmodi alienatio, sicq; de iusta causa requisita pariter de iure communi, vt disponitur in dicta l. magis puto §. si æs alienum ff. de reb. eorum & in l. ob æs C. de Præd. minor. Paris. cons. 85. num. 19. cum seq. lib. 3. plenè Montan. de iur. tutel. & curat. cap. 33. n. pr. cum multis seqq. ac diffusè Simoncell. de Decret. lib. p. d. cap. pr. n. 31. & n. 35. Rota apud Pic. ad Statut. dict. decis. 42. n. 7. cum seqq. & in recent. d. decis. 98. n. 5. par. 6.

Nec sufficiens fuit illa sola asser-

13 tio, seù narratiua Tutricis, & à Notario descripta in Instrumento eiusdē alienationis; quoniam Iudex in huiusmodi dumtaxat assertione non poterat se fundare; sed aliundè de hac causa æris alieni constare sibi debebat, cum in hac re non credatur

14 assertioni tutoris, seù curatoris; vt probat text. in d. l. magis puto §. in primis igitur & §. si æs alienum ff. de reb. eor., Dec. cons. 405. n. 12. antè med. vers. & ideò, Paris. cons. 98. sub n. 13. vers. nisi tantum lib. pr. & dicto cons. 85. sub n. 20. vers. nec verba lib. 3. Rolan. d. cons. 33. sub nu. 3. cum seq. lib. pr. Menoch. de arbitr. lib. 2. d. cas. 171. n. 8. cum seq. & n. 10. in fin. Simoncell. de Decret. lib. p. d. tit.

pr. n. 13. Montan. de Iur. tutel. & curat. d. cap. 33. n. 10. Rota apud Pic, ad Rot. decis. 31. n. 5. ac in recent. d. decis. 98. n. 5. part. 6.

Eòque minus, cum talis assertio emanauerit à muliere tutrice, ac prò
15 pupillis, inter quos aderant pupillæ; quæ dum in fraudem huius alterius Statuti lib. pr. dicto cap. 151. prohibita donare reperiebatur, eodem modo nec id asserere valebat *Put. decis. 7. n. pr. cum seqq. & decis. 55. n. pr. cum nu. 2. lib. 3. in correct. Crescent. decis. 3. n. 6. de constit. & dec. 2. d. confess. & fuit dictum in Romana hæreditatis de Agazzarijs 11. Aprilis 1622. coram Remboldo.*

16 Maximè etiam, cum ad hunc effectú neque suffragetur sola existentia æris alieni, sed pariter exquiratur quod constaret, quod tunc creditores cum effectu instare possent, & realiter instarent, vt talis alienatio vineæ substineri valeret *l. tutor. vrgentibus ff. de minor. d. l. magis puto §. si igitur vers. si modo vrgeat ff. de reb. eor. Paris. d. cons. 98. sub n. 2. lib. pr. & cons. 85. n. 20. lib. 3. Roland. cons. 33. n. 2. lib. 1. Menoch. lib. 2. de arbitr. d. cas. 171. sub nu. 6. vers. constare equidem, & sub n. 7. vers. hac ergo, Simoncell. de Decret. lib. pr. d. tit. pr. n. 36. Montan. de iur. tutel. & curat. dict. d. cap. 33. n. 19. cum seq. Rota post Pic. ad Stat. d. decis. 42. n. 23. ac in alijs causis relatis in Romana Casalis 28. Nouembris 1616. coram Card. Sacrato.*

Et ita ad probationem existentię æris
17 alieni cum insistentia creditorum irreleuans quoque remansit sola narratiua, seù assertio, in ipso tantum instrumento supposita, cum de his aliter Iudex informationem capere teneretur, sicuti admonet *Paris. d. cons. 98. n. 3. lib. pr. & cons. 85. sub eodem n. 20. ante fin. vers. nec verba lib. 3. Rolan. d. cons. 33. n. 3. lib. pr. Simoncell. de Decret. lib. p. d. tit. pr. num. 37. Montan. de Iur. tutel. & curat. dicto cap. 33. n. 21.*

Si ergò aliquid ex præmissis non
18 fuit obseruatum, satis manifestè ostenditur carentia iustæ causæ & solemnitatum, atq; nec similiter iudicem eius decretum causa plenè, ac diligenter cognita interposuisse, pro vt etiam ad id tenebatur pro validitate istius alienationis ex dispositione
19 eiusdem Statuti *lib. pr. dicto cap. 113. & cap. 151., ac etiam Iuris Communis, de qua in dicta l. magis puto §. non passim ff. de reb. eor. Dec. cons. 403. vers. postremò considerandum est, Simoncell. de decret. lib. pr. dict. tit. pr. n. 31. Rota apud Pic. ad Stat. dec. 49. n. 12. & coram Greg. XV. decis. 333. n. 4. ac in recent. dict. dec. 678. sub n. 4. par. pr. & decis. 98. n. 18. part. 6.*

Immò illam adhibitam non fuisse
20 manifestè iustificatur, nedùm ex têporis breuitate; cum statim facta huiusmodi simplici, assertione illud interpositum extiterit, hocque similiter excludat quālibet præsumptio-
21 num, quæ solet pro Iudicis decreto in dubio concurrere, sicuti rectè aduertunt *Paris. dict. cons. 98. n. 19. & cons. 99. n. 14. lib. pr. cum alijs per Honded. cons. 32. n. 109. lib. pr. Me-*
22 *noch. lib. 2. cas. 72. n. 35. Rota post Pic. ad Stat. Vrb. d. decis. 94. sub n. 12. cum seq. & in recent. d. decis. 98. n. 18. par. 6.* Verum etiam, quia in

ipso

ipſo Inſtrumento nulla mentio facta legitur de die, anno, nominibus, & cognominibus Notariorum; & ita conſtat Iudicem non vidiſſe Inſtrumenta aſſertorum creditorum, nec ſibi plenè de indubitato ære alieno conſtitiſſe, vt ex *Pariſ. dict.conſ.* 85. *n.* 27. *cum ſeqq. lib.*3.,*& ex reliquis optimè Rota in recent.deciſ.* 403. *ſub n.*6.*par.pr.& dict.dec.* 98.*n.*19.*p.*6.

Multò magis quia in euentum, quod adeſſet huiuſmodi æs alienum,
23 non propterea poterat fieri talis alienatio, cum ex inuentario hæreditario, & bonorum mobilium, & creditorum exigendorum, ac ad ipſos tunc pupillos ſpectantium conſtaret illa bona eſſe maioris valoris, quam aſſerti æris alieni; quod ſolum etiam ſufficeret pro reddenda inualida hac alienatione: cum ex pretio ipſorum mobilium, & aliorum iurium eorumdem pupillorum pro iſto ære alieno ſaltem priùs ſatisfaciendum eſſet ad *text. in dict. l. magis puto §. non paſſim verſ. quærere ergò debet ff. de reb. eor. Pariſ. dict. conſ.* 85. *n.* 21. *cum ſeqq.lib.*3. *Simoncell. de Decret.lib.pr.dict.tit.pr.n.* 44. *& ſeqq. Montan. de iure tutel. & curat.d.cap.*33.*n.* 11. *cum multis ſeqq. Rota poſt Pic.ad Stat.d.deciſ.*42.*nu.* 9.*cum ſequen.,& in recent.dicta dec.* 97.*num.*17.*par.*6.

Vltrà quod, cum proceſſum fuerit
24 ad iſtam alienationem, etiam ſub colore accollandi quantitatem aſſertorum aliorum debitorum, & non doceatur talem accollationem ad certitudinem deductam extitiſſe, ac ſuum effectũ habuiſſe, conſequenter perindè eſt, ac ſi facta non fuiſſet *l. ſed & ſi quis §. interdum ff. de vſufruct. Grat.diſcept.forens c.* 326.*ſub n.* 16.
25 *lib.*2.*Greg.XV deciſ.* 386. *n.* 3. *& optimè Rota in recent. deciſ.*251. *nu.* 15.*par.*6., & hac etiam ratione, quia in huiuſmodi parte, ſicuti ceſſabat iuſta cauſa alienandi, ita pariter Decretum Iudicis, tamquam indiuiduum remanſit nullum in totum, *ex allegatis per Rotam in recent. dict. deciſ.* 98. *n.* 16. *par.* 6.

Stante igitur nullitate, ſeù inualiditate huius alienationis non eſt du-
26 bium, quod aliæ duæ ſententiæ ſaltẽ tacitè illam approbantes, vti notoriè iniuſtæ attendendæ non ſunt; cum iudicari etiam debeant nullæ, tamquam ſuper validitate iſtius alienationis, ſicque in falſa cauſa fundatæ,
27 *Bald.in l.libertorum nu.*4.*verſ. contrarium eſt verum C. de teſtib. latè Dec.conſ.*475. *nu.* 13. *cum tribus ſequen. Pariſ. conſ.* 24.*ſub num.* 143. *verſ. ex quibus infertur, & n.* 144. *cum ſeq. lib.* 2. *diffuſè Grat. diſcept. forenſ.cap.* 669. *n.*6. *& ſeq. & cap.* 761. *nu.*19. *lib.* 4.

Vndè iure meritò non ſunt exequendæ *l.*4.*§. condemnatum, & ibi omnes ff. de re iudic. Angel. in l. fin.*
28 *n.* 7. *ff. de Pet. hæredit. Bald. conſ.* 225. *n.pr.lib.*5.*Alex.conſ.* 109.*poſt princ. lib.*5.*Afflict. deciſ.*283. *n.pr. Contard.in l.vnic.limit.*9.*n.*11. *cum ſeq. C. ſi de moment. poſſ. Rota poſt modern. Peruſin. de mand.de manut. deciſ.* 34. *n.* 13.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

D*Etractiones pro ære alieno ſoluto, atq; impenſa funeris competunt*

 hæredi

hæredi grauato. Inuentarium an probet contra producentem. Funeris impensa ex quibus iustificetur, & cum quibus compensetur.

SVMMARIVM.

1 Legata, & æs alienum solutum sunt detrahenda ab hærede grauato.
2 Solutio legatorum probatur ex quietantijs, & ex diuturnitate temporis.
3 Probatur, & etiamsi ostendatur prò parte fuisse facta, & legatariorum concurrat paupertas:
4 Solutio huiusmodi controuerti nequit; dum grauatus substitutus offert cautionem indemnitatis.
5 Funeris impensa connumeratur inter debita testatoris, & deduci debet.
6 Quantitas in funere impensa iustificatur ex inuentario: concurrentibus coniecturis, & adminiculis.
7 Inuentarium plenè probat contra producentē
8 Religiosus est filius, qui de proprio, & non de communi expendit in obsequium Patris.
9 Filij non debent exigere à Patre scrupulosam expensarum iustificationem.
10 Quantitas in funere expensa præsumitur vera, si sit verisimilis; & congruat nobilitati, & facultatibus defuncti.
11 Funeris impensa non est compensanda, cum mobilibus, quæ alienari non debent, sed hæredi grauato inseruire.
12 Mobilia spatio longi temporis præsumuntur consumpta.

RATIOCINIVM XIV.

TVDERTINA FIDEICOMMISSI.



REu. Pat. Quod debeantur detractiones contrauerti non potest: quia partim consistunt in legatis, partim in debitis testatoris solutis per hæredem grauatum,
1 vndè dubium non est illa esse deducenda *l. pr. & 2. C. ad Trebell. Rot. in Fanen. hæreditatis* 31. *Maij* 1660. *coram R.P.D. Albergato, quæ inter hic impress. est decis.* 43. *n.* 4.

Quantitas etiam pro his detractionibus petita optimè probatur ex deductis per D.M. in facto scribentem; Nam solutio legatorum iustificatur pro maiori parte ex quietantijs, & pro residuo ex pluribus coniecturis
2 in facto ponderatis, & presertim quia legatarij non distulissent petere à debitore, si non fuissent satisfacti, vt
3 in his terminis ponderat *Dec. cons.* 57. *n.* 18. *lib.* 5.; quia pro parte probantur soluta, *Decian. ibidem n.* 21. & demum quia concurrente paupertate legatariorum *Rota in decis.* 295.
4 *n.* 15. *coram Em. D. meo Ottobono.*

Et cessat omnis difficultas, quando hæres offert substitutis cautelam indemnitatis *Dec. cons.* 57. *n.* 18. *& seq; lib.* 5.

Respectu verò debitorum partis
5 quantitas soluta iustificatur ex deductis in facto, inter quæ debita meritò connumerari debet funeris impensa
6 *l. Papin.* §.4. *ff. de inoffic. testam. Peregr. de fideic. art.* 35. *in fin. & d. dec.* 43. *nu.* 4. In funere autem impensam fuisse summam petitam optimè iustificatur ex inuentario, vt in similibus terminis *Escobar. de ratioc. cap.* 12. *num.* 59. *& seq;*, & præsertim quando concurrunt adminicula, & coniecturæ *Rot. coram Buratt. decis.* 344. *n.* 9.
7 Quæ in casu nostro non desiderantur; nam inuentarium fuit productum per DD: Aduersarios, & per consequens contra eos plenè probat *Rot. in dec.* 319. *nu.* 5. *coram V baldo.*
8 Agitur de hærede grauato, qui fuit adeò Religiosus in consulendo indemnitati vocatorum, vt etiam scuta centum de proprio illi supposuerit;
9 & non de extraneo, sed de Patre, à quo non debent filij exigere adeò scrupulosam iustificationem expensarum *Abb. cons.* 12. *lib. pr.* 6. *dubit. Soccin. Sen. cons.* 73. *lib.* 1. *in princip.*,
10 *& cons.* 40. *n.* 3. *lib.* 4.

Et

10 Et demum concurrit quantitas verisimilis, & proportionata nobilitati, & facultatibus defuncti, iuxtà quas etiam si non constaret de summa erogata per hæredem grauatum taxari deberet à Iudice *Rota in decis: 31: n:2: & seq: penès Salgad: in labyrinth: Cred: vbi fuit taxata vsq; ad summam scutor: 156:*

Nec inter impensas funerum
11 computari debent mobilia, quæ nō alienari, sed inseruire debebant prò necessitate hæredis grauati, & familiæ *Rota in dec: 399: n: 39: p: 5: rec:* hæc autem mobilia spatio tanti temporis præsumuntur consumpta *Rot: in Bonon: de Glauarinis 27: Iunij 1644: coràm Peuting: §: nec adequā-*
12 *das, & in decis: 250: num: 2: & 3: p: 8: rec:*

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

TEstamenti validitas ex Statuto vrbis attendi debet secundùm ius Ciuile. Testamentum inter liberos non eget iuris Ciuilis solemnitatibus: Quomodo de eo constare dicatur? scriptura Parochi multùm attenditur ad effectum probandi testamentum inter liberos. Ratificatio quomodo inducatur, etiam absq; scientia, & certioratione.

SVMMARIVM.

1 *Cap. cum esses de testam.* non intrat in Vrbe ob Statutum de seruando Iure Ciuili.
2 Testamentum conditum inter liberos non eget solemnitatibus Iuris Ciuilis.
3 Quod dictauit fauor parentum, & filiorum.
4 Testamentum huiusmodi, nedum valet vt testamentum, sed etiam vim habet reuocandi præcedens.
5 In testamentis inter liberos attenditur solùm ius gentium.
6 In his nullæ desiderantur solemnitates, sed solum quæritur de voluntate.
7 Testamentum huiusmodi si approbetur ab Aduersario, tamquam testamentum verum, & reale, non requiritur, quod testes desuper examinentur, & publicentur.
8 Testamentum inter Liberos sufficienter probatur ex coniecturis, & indicijs.
9 Testamenti huiusmodi confectio probatur ex confessione partis aduersæ, quæ in executionem illius plures actus gesserit.
10 Probatur etiam ex transactione habita cum vsufructuaria, in eodem testamento relicta.
11 Pater præiudicat filijs in huiusmodi actibus.
12 Scriptura Parochi, prout & Notarij, quando testamentum huiusmodi non fuit publicatum plurimum est attendenda.
13 Ratificatio non inducitur non data scientia, & certioratione auilitatis.
14 Lim vbi vis non deficit, sed facti probatio quia tunc nullitas non intrat.

RATIOCINIVM XV.
ROMANA TESTAMENTI.



R Eu. Pater. Recedendum videtur à decisis, quia nunquam nos deduximus materiam *Cap. cum esses de testam:* quia be-
1 nè scimus in Vrbe non intrare, propter statutum de seruando Iure Ci-
2 uili, sed dixi, & repeto validum esse secundum, quia cum sit factum inter liberos non eget solemnitatibus Iuris Ciuilis *ex dispositione tex. in l. hac consultissima §. ex imperfecto C. de testam.* & tradunt congesti *per Menoch. cons. 267. n. 2. Peregr. cons. 64. n. 18. lib. 1. Rota Bonon. diuers. decis. 88. n. 4. & 8. Caualer. dec. 205. n. 9.*
3 Et hoc introductum est primariò ad fauorem Parentum propter reuerentiam eis debitam à filijs, secundariò verò fauore filiorum *Natt. cons. 423. n. 12. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 2. n. 20. Giouagn. cons. 6. nu. 9. lib. 2. Seraphin. decis. 820. n. 10.*
4 Habetq; locum non solùm ad effectū vt valeat vti testamentū, sed etiam ad effectum reuocandi testamentum

præcedens, vt plenè consuluit *Iason. in cons. 223. per tot. lib. 2. Mantic. d. lib. 6. tit. 2. n. 29. vers. sed contrarium Odd. cons. 89. n. 59.* vbi de magis communi *Menoch. cons. 1015. nu. 5. lib. 11. Panteschman. quæst. Iuris lib. 2. quæst. 17. n. 31. & plur. seqq. Seraphin. decis. 382. n. 7.* vbi de magis communi opinione testatur;

5 Attenditur enim in eis solùm ius gentium, *Bart. in d. §. ex imperfecto antè finem Corn. n. 2. & alij Ias. cons. 223. n. 2. lib. 2. Natt. cons. 423. n. 2. ad med. & 3. alijsq; passim*, & ideò

6 nullæ requiruntur solemnitates, sed solùm de voluntate est quærendum *Peregr. cons. 64. n. 18. lib. 1. Caball. cons. 106. n. 16. lib. 2.*

7 Nec releuat quod testes super hoc testamento non fuerint examinati, & publicati, quia cum fuerit à Patre Aduersariar. approbatum tamquam

8 testamentum verum & reale, non requiruntur alij testes, nec aliæ probationes, quia de testamento inter liberos sufficit constare ex coniecturis & indicijs *l. inter omnes familiæ herciscundæ Castr. cons. 304. n. 1. lib. 1. Peregr. cons. 64. n. 17. vers. pr. quia lib. 1. Fusar. cons. 41. n. 22. & 23.*

9 In casu nostro constat in primis testamentum hoc factum fuisse, ex confessione partis aduersæ, cum plures actus fecerit, & approbauerit in eius executionem; ideò ex hoc constat testamentum verè factum fuisse, vt in puncto pluribus comprobat *Peregr. cons. 64. nu. 17. & seqq. lib. 1.*

10 Ex actibus, gestis à Patre, immò ex transactione ab eodem facta, cum vsufructuaria in eo testamento relicta; certum est autem in his terminis gesta per Patrem præiudicare filijs,

11 vt tradunt *Menoch. cons. 202. n. 95. vers. & præterea & nu. 96. Fusar. cons. 41. n. 28. vers. 3. prædicta omnia & n. 29.*

12 Accedat scriptura Parochi, viri religiosi, quæ multum etiam attendi debet in concursu prædictarum probationum, sicut de scriptura Notarij, quando testamentum non fuit publicatú admonet *Heuizz. cōs. 26. n. 30.*

Non obstat quod non inducatur

13 ratificatio sine scientia, & certioratione nullitatis, vt ex allegatis per *Rot. in vna Firmana Primogenituræ quæ est hic decis. 86. n. 17.* quia

14 hìc non agitur de nullitate, cum testamentum inter liberos quomodocumque factum valeat, sed de sola probatione, an sit factum; vndè non agitur de conualidatione, sed de probatione facti, quæ oritur ex confessione, & quod ista testamenta etiam sine testibus sint valida, quando alio modo probantur, quia deficit probatio facti, non ius, dicunt *Corn. in dicto §. ex imperfecto n. 2. ad med. & alij, Menoch. cons. 202. n. 94. & 95. Caball. cons. 106. sub n. 16. lib. 2.*

Quarè, &c.

ARGVMENTVM.

AGenti vigore pacti de retrouēdendo quid incumbat? Præscriptio an currat contra minorem absentem, vel heredem ignorantem? Actus inualidus an implicitè sussanetur? Restitutio in integrum quid operetur? Actio ad redimendum ex quibus perpetuetur? Venditor cum pacto de retrouendendo si pretium offerat, à quocumq; rem vindicat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Oblatio verbalis in iudicio facta satis est Agenti ex pacto de retrouendendo.
2 Abundantiùs agit qui præterea dat cautionem in forma depositi de restituendo pretio.
3 Tempus præfixum ad redimendum non currit infanti, absenti, & ignoranti.
4 Restitutio in integrum aduersus præscriptionem & lapsum temporis competit ex casu ætatis Minoris.
5 Ex causa etiam iustæ ignorantiæ, quæ cadit in hæredem competit restitutio.
6 Maximè quando commissio continens clausulam generalem emanauit à Principe.
7 Actus etsi inualidus, Principi narratus, ex eius implicita suppositione videtur subsanatus.
8 Restitutio omnia in pristinum reponit.
9 Depositum minus legitimè factum reconualidatur per consensum partis, se recipere paratam asserentis.
10 Actio ad redimendum intrà certum tempus, subsistentibus oblatione, & deposito, perpetuatur ex litis contestatione.
11 Perpetuatio huiusmodi non restingitur ad idē tempus antea definitum.
12 Actio ad redimendum prædictis concurrentibus non retardatur exceptionibus melioramentorum & hypothecæ; quia perpetuata actione vt supra poterunt adimpleri adimplenda.
13 Actio perpetuata durat, etiam instantia perempta;
14 Venditor ratione pacti de retrouendendo potest pretio oblato consequi à tertio possessore.
15 Ius exequutiuum exereeri potest contra singularem successorem, lite pendente.

RATIOCINIVM XVI.

ROMANA DOMVS.



Xcellentiss. Domine. Quando quis agit vigore pacti, de retrouendendo sufficit
1 sola oblatio verbalis facta in Iudicio *Socc. cons. 80. nu. 3. vers. præterea, & 9. vol. 3. Marsil. singul. 479. in fin. Tiraq. de retrouen. conuent. §. 1. glos. 6. n. 2. Rot. & per eā allegati in Romana dotis coram Reuerendiss. D. meo Taia, quæ est hic, in ordine decis. 62. n. 4. & seqq.*

2 Et nihilominus ad maiorem cautelam in casu, de quo agitur, fuit etiā data cautio in forma depositi de restituendo pretiū domus *Soc. dict. cons. 80. dictin. 3. sed ad cautelam vol. 3.*

Non obstat quod de illo tempore esset elapsum decennium præfixum ad
3 redimendum, quia cum D. Artemisia tunc esset infans, absens, & ignara dicti Instrumenti, vt constat ex narratis in commissione ex aduerso
4 met acceptata per subsequutam oblationem restitutionis domus, com-
5 petebat ei restitutio aduersus dictam præscriptionem conuentionalem, si non ratione minoris ætatis, saltem ex clausula generali, prætextu dictæ iustæ ignorantiæ, quæ cadit in hæredem, *latè Odd. de restit. in integrum part. 2. quæst. 86. art. 2. num. 14. vers. in con-*
6 *trarium*, & in fortioribus terminis respectu ætatis infantilis *Rot. hic decis. 42. nu. 4.*, quæ ad tollendam omnem dubitationem fuit obtenta à Principe, & consequenter dicta oblatio, quæ sufficit, fuit valida.

Sed dato, etiam sine veri præiudicio quod dictum depositum deberet attendi, & illud non esset factum tempore habili etiam, quia in obtenta commissione restitutionis in integrū
7 fuit etiam habita mentio de dicto deposito pretij in actis anteà facto, dum postea Papa mandauit emptores cogi ad retrouendendum dictam domum pro eodem pretio dicitur etiam declarasse dictum depositum sustineri,
8 in simili. *Paris. cons. 2. nu. 39. & 40. vol. 1.*

Maximè, quia dum Artemisia fuit restituta aduersus dictum temporis
9 lapsum, dictum depositum remansit benè, & legitimè factum; restitutio enim in pristinum reponit *Cassed. decis. 13. nu. 1. de rescript.*

Quod

Quod etiam confirmatur, quia parte citata ad dicendum cõtra commissionem, & sic habita notitia de dicto deposito ibi expresso, obtulit se esse paratam recipere pretium dictæ Domus, itaut etiam ex consensu partis subsequuto fuerit reconualidatum, & approbatum dictum depositum, facto ipso, *Crauet. cons. 159. n. 5. Rot. in Anconitana census coram R. P. D. meo Taia 15. Martij 1660. quæ est hic decis. 26. num. 14.*

10 Hoc igitur stante, quod dubitari non potest de validitate dictæ oblationis, & cautionis in forma depositi, succedit quod per præfatam litis contestationem fuit perpetuata actio redimendi dictam Domum *l. 2. C. quando libel. princ. dat. Ias. in l. ait Prætor §. si is qui in temporali n. 2. ff. de iur. iur. late Balb. de præscript. 4. vlt. parte dictæ partis principalis n. 2. cum seq.*

11 Nec dicetur quod intelligatur perpetuata ad idem tempus 10. annorum, quia in contrarium est communis opinio, de qua per *Balb. vbi supra n. 8. vers. 2. infere. & in fine testatur de communi.*

Minus facit, quod teneretur etiam liberare emptores à qualibet fideiussione, & soluere prætensa melioramenta, quia stante prædicta perpe-
12 tuatione actionis fundatæ in supradicta oblatione, hodiè poterunt adimpleri adimplenda, quatenus debean-
13 tur, non obstante quod instantia fuerit perempta, quia durat actio perpetuata *Bart. in l. properandum §. & siquidem n. 3. de iudic.*

Postremò non est nouum, quod venditor ratione pacti de retrouen-
14 dendo possit oblato pretio rem consequi à tertio possessore *Couar. lib. 3. var. resol. cap. 8. n. 3. versic. hinc apparet*, vbi dicit in praxi ab hac opinione non esse recedendum *Cesal. cons. 41. per totum Menoch. cons. 63. n. 14.*

15 Tanto magis, quia Aduersarij tertij possessores emerunt lite pendente, & contra singularem successorem lite pendente potest exerceri ius exequutiuum *Rota tenuit in vna Tiburtina Castri Sambuci 11. Februarij 1577. coram S. M. Greg.*

Ex quibus, &c.

ARGVMENTVM.

QVibus interrogationibus collitigans teneatur respondere. An priùs teneatur respondere interrogationibus respicientibus ea, super quibus iàm obtinuit? In iudicio possessorio an teneatur collitigans respondere interrogationibus concernentibus petitoriũ.

SVMMARIVM.

1 Collitigans non tenetur respondere Interrogationibus percutientibus merita causæ, & negotium principale.

2 Vtique tenetur respondere interrogationibus respicientibus præparatoria, seù declarationem actorum, ac certificationem personæ.

3 Non tenetur respondere quando iam obtinuit super ijs, super quibus dantur contrariæ interrogationes.

4 Nemo tenetur propriam calumniam, aut delictum fateri.

5 Extende etiam in positionibus, & si faciliùs admittantur, & sint frequentiores.

6 In possessorio iudicio summarijssimo nõ admittuntur interrogationes respiciẽtes petitorium.

7 In possessorio non attenduntur iustitia, & merita causæ principalis, sed consideratur nudum factum possessionis.

RATIOCINIVM XVII.

NARNIENS. MANVTENTIONIS.



Eueren. Pater. Negatiue; quia interrogationes percutiunt merita causę & negocium principale, ideò eis non
1 tenetur collitigans respondere *decis.*

3: de

5. de ſequeſtr.poſs. in nou. Marant. in praxi par.6.membr.7.de interrogat. n.6.Menoch.de arbitr. caſ.51. n. 10. & benè Rot.in Pariſienſ.penſionis 12. Februarij 1618. coram Coccino; vbi
2 diſtinguitur inter interrogationes reſpicientes preparatoria, ſiuè declarationem actorum, ac certificationem perſonæ, & inter concernentes negotium principale, *vt ex dicta deciſ.* quæ videtur in materia magiſtralis.

Clarius; quia noſter principalis
3 iam ſuas fecit probationes tam coram Iudice à quo, quam in Rota, ac etiam obtinuit ſuper ijs, ſuper quibus dantur contrariæ interrogationes: vndè aut negaret, & fruſtatoria eſt interrogatio; aut affirmaret, & ita cogeretur propriam calumniam,
4 ac delictum fateri, ad quod non tenetur *Marant.vbi ſupra n.7.* vbi alij, & optimè ex dicta ratione in fortioribus terminis poſitionum, quæ ſunt magis in vſu, ac facilius admittendæ ſunt ex latè in materia deductis per
5 *Poſth. de manut. obſer.* 83. vt non teneatur quis poſitionibus reſpondere, firmatur *in Tullen. matrimonij 9. Februarij 1654. corã R.P.D. Albergato* § *. penult. quæ eſt inter impreſſ. deciſ. 2.*
6 Accedit, quod dictæ interrogationes reſpiciunt petitorium, ideò non admittendæ in hoc ſummarijſſimo poſſeſſorio, in quo non admittuntur ea, quæ reſpiciunt petitorium & me-
7 rita negotij principalis, quia in eo nõ attenditur iuſtitia, ſed attenditur nudum factum poſſeſſionis ex latiſſimè cumulatis *per Poſth. de manut. obſer. 42. n.44. cum vulgar.*

Quarè, &c.

ARGVMEMTVM.

AD effectum præſentandi in iure patronatus concurrentibus Fama & alijs adminiculis, ſufficit ſola præſcritio quadragenaria. Potentia, ex qua Sac. Concil. Trident. arguit vſurpationem, debet probari ab allegante. An ad effectum probationis dictæ Potentiæ, ſufficiat oſtendere aduerſarium eſſe de familia, aliàs declarata Potenti? An familia Potens in vna Ciuitate, eiuſdem Potentiæ præſumatur in alia. Potentia ad effectum dictæ vſurpationis præſumptæ in quo loco conſiderari debeat. Vſurpatio non præſumitur in ciuitate principali, & Regia. An præſumatur in Fœminis. Iuriſdictio in paruiſſimo Caſtro non inducit Potentiam in magnam Ciuitatem.

SVMMARIVM.

1 Præſcriptio quadragenaria ad effectum Iuris præſentandi ſufficit data fama, & alijs concurrentibus adminiculia.
2 Præſcriptio huiuſmodi non ſatisfacit, ſed requiritur probatio ex Sac. Conc. Trid, ,ſi agatur de familia Potenti.
3 Potentia non præſumitur, ſed neceſſe eſt quod probetur.
4 Carraciolorum familia annumeratur inter Potentes Iudicio Sac. Rot.
5 Ad effectum Potentiæ non ſat eſt allegare, quod ſit de familia, quæ Potens iudicetur, ſed neneſſarium eſt, quod in ſpecie probetur eſſe de ſtipite Potenti.
6 Familiæ plebeæ frequenter ſortiuntur cognomen familiarum nobiliſſimarum.
7 Familia Carraciola habetur prò Potenti in Ciuitate Neapolis, vbi gaudet honoribus Patritiatus.
8 Potentiæ conſequentia trahi non debet de vna Ciuitate ad aliam.
9 Potentia ad effectũ præſumptæ vſurpationis iuris patronatus conſideratur in loco vbi ſitum eſt beneficium, & non alibi.
10 Ciuitas Auerſana eſt vna de celebrioribus Regni adſunt in ea familiæ nobiliſſimæ, & eſt Ciuitas Regni,
11 Ex huiuſmodi qualitatibus excluditur vſurpationis præſumptio.
12 In Fœminas non videtur cadere illa vſurpationis præſnmptio, quæ cadit in viros.
13 Vſurpationis iudicium ex circunſtantijs, Iudicis arbitrio commenſurari debet.

14 Vſur-

14 Vsurpatio excluditur ex eximia qualitate præsulum, qui capi passi non fuissent.
15 Iurisdictio ad effectum Potentiæ non considératur, nisi in loco Beneficij.
16 Ex Iurisdictione in paruissimo Castro non infertur Potentia in magnam, & Regiã Ciuitatẽ.

RATIOCINIVM XVIII.

AVERSANA IVRISPATRONATVS.

REu. Pater. Posita fama, & alijs adminicu-
1 lis sola quadragenaria sufficit ad effectum, de quo agitur, & tamen in casu nostro adest plusquam quinquagenaria, ab anno scilicet 1549. vsque ad annum 1603. quo tempore obijt Andreas de Franchis, & ortę fuerunt lites; vndè non rectè calculatur ex aduerso ab anno 1549. vsq; ad annum 1588., quia de hoc anno fuit præsentatus, & institutus dictus Andreas de Franchis, qui vixit vsq; ad annũ 1603. Quadragenaria igitur transit finè difficultate *Rot. inter hic impress. dec. 6. num. 2.*

2 Nec requiritur probatio iuxtà formam Sac. Conc. Trid., ex eo quod simus in familia Potenti; nam talis potentia ab Aduersarijs non proba-
3 tur, vti esset necessarium, *Mediolanen. Prioratus* 14. *Martij* 1646. §. *prædicta verò coram Eminentiss. D. meo Corrado, & Balneoregien. Iurispatronatus* 15. *Iulij* 1650. *corã Eminentiss. D. meo Ottobono* §. *cessat verò.*

Nec obstat, quod Patroni fuerint de familia Carraciola, de qua alias
4 Rota firmauit esse potentem ad effectum de quo agitur, tum quia non sufficit allegare quod sit de familia Carraciola, nisi in specie probetur, quod sit de stipite potenti, vt in pun-
5 cto *Rota in Bonon. Iurispatronatus* 27. *Iunij* 1605. *coram Sacrato inter recent. par.* 5. *decis.* 191. *n.* 3. *vers. & præterea non probetur*; attento præ-
6 sertim quod frequenter eodem cognomine denominantur familiæ nobilissimę, & plebeæ.

Tum etiam quia, vt ex decis. ex aduerso allegata patet, familia Carracciola fuit habita pro potenti in Ciui-
7 tate Neapolitana, vbi gaudet honoribus Patritiatus; quarè nõ debet trahi consequentia ad Ciuitatem Auersanam, vbi situm est beneficium, de
8 quo agitur; & tamen potentia consideratur in loco, vbi situm est beneficium & non alibi, vt in terminis
9 *Militens. Iurispatronatus* 12. *Maij* 1608. *coram Caual. & decis.* 282. *n.* 22. *p.* 7. *rec.* Attento præsertim, quod Ciuitas Auersana est vna de
10 conspicuis, & celebrioribus Regni, in qua florent familiæ nobilissimæ, estq; Ciuitas Regia, & in ea Regius Gubernator residet; ex quibus ma-
11 gis excluditur vsurpationis præsumptio, vt considerauit *Rot. d. dec.* 282. *n.* 25. *par.* 7. *rec.* & sequuta est *ead. in Bononien. Iurispatronatus coram Illustriss. Papien.* 27. *Iunij* 1657. §. *commissa mihi, quæ est inter hic impress. decis.* 5. *n.* 1.

Tum demum quia præsentationes super quibus nostra quadragenaria fundatur fuerunt factæ ab Isabella Carraciola, & Victoria de Mendolla, *vt ex sumar. à nu.* 3. *cum seqq.* in quibus vti feminis non videtur posse
12 cadere illa vsurpationis præsumptio, quæ cadit in viris *ad. trad. in decis.* 191. *n.* 4. *par.* 3. *rec.*, quod supplica-
13 mus aduerti, cum hæc materia Iudicis arbitrio ex circumstantijs commen-

mensuretur, vt alijs adductis *Rot. in dec. Mediolanen. Prioratus, & in dec.*
14 *Balneoregiens. locis citatis*, & eò magis, quod Archiepiscopi Auersani fuerint semper de nobilissimis familijs *Columna*, *Vrsina*, *Carrafa &c.* & frequenter Cardinales, qui proindè vsurpationem passi non fuissent.
15 Demum iurisdictio nulla habita fuit à nostris Patronis in loco, vbi situm est beneficium, licèt alibi habita sit; quod non obstat, vt passim firmauit Rota, & notatur *in dicta Balneoregien. Iurispatronatus §. cessat verò coram Eminentiss. D. meo Ottobono* ex gratia ad causam vidēda; & licet in ali
16 quo paruo Castro habuerint iurisdictionem Patroni, à quibus nos causam habemus: tamen incongruum est affirmare, quod in iurisdictione ex paruissimo Castro Trentulæ possit argui Potentia in magnam Ciuitatem, quidquid esset, si è contra.

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

Quæ probent iurispatron. in familia priuata. Præsentationes ad effectum præscribendi non debent esse interruptæ, sed emanatæ vna post aliam; debent etiam sortiri effectum. Fama vetusta probat iuspatronatus, & hæc probatur per testes. Fama probatur etiam pluribus enunciatiuis in antiquissimis documentis. Enunciatiuæ emissæ ab ordinarijs probant etiam iuspatronatus. Præsentatio antiqua, & si non videatur effectuata facit magnum adminiculum, & habet vim Famæ. Beneficium, etsi cursu temporis alio translatum, si primò appareat constructum in ædibus Patroni probat iuspatronatus apud eundem. Sententia Ordinarij maximè etiam probat iuspatronatus.

SVMMARIVM.

1 Iuspatronatus probatur ex præsentationibus effectum sortitis spatio 50. annorum.
2 In Familia priuata, in quam non cadat vsurpationis præsumptio sola præscriptio quadragenaria sufficit cum Fama, vel adminiculis.
3 Præsentationes dicuntur effectuatæ si appareant emanatæ, post obitum præsentati.
4 Dicuntur etiam effectum sortitæ, si appareat de possessione præsentati.
5 Fama antiqua probat etiam Iuspatronatus.
6 Huiusmodi fama probatur per testes formiter examinatos, ac per testes ad perpetuam rei memoriam inductos, citato Promotore Fiscali
7 Probatur etiam ex antiquissimis enunciatiuis in diuersa documentis, & præcipuè in antiquis Instrumentis venditionis Castri Trentulę, cui est annexum iuspatronatus.
8 Huiusmodi adminicula probant concurrente prædicta longissima possessione præsentandi.
9 Enunciatiuæ, & assertiones Ordinarij plurimùm conferunt ad probationem Iurispatronatus.
10 Idem operantur enunciatiuæ eiusdem, in visitationibus habitę, quę maximè sunt attendendę.
11 Præsentatio, quamuis non appareat effectuata, si sit tamen antiquissima facit magnum adminiculum, & habet vim Famæ.
12 Beneficium constructum in Ædibus Laici, etsi postea in Ecclesiam translatum probat iuspatronatus penès Dominum Ædium.
13 Sententiæ Ordinarij maximè deseruiunt ad probationem Iurispatronatus: cum non facilè, sed cum maxima causæ cognitione induceatur ad illas interponendas, vbi agitur de sui præiudicio.
14 In Sac. Rot. Trib. supponitur, vt certum, quod semel irreuocabiliter fuit decisum.

RATIOCINIVM XIX.

AVERSANA IVRISPATRONATVS.



R. P. D. Fueren. Pater. Constare videtur de Iure patronatus ad beneficiũ D. Baronis Io: Francisci Massolæ: Cum appareat de
1 præsentationibus effectum sortitis, spatio plusquam 50. annorum; & tamen cum simus in familia priuata, in qua non intrat vsurpationis præ-
2 sumptio sola quadragenaria cum fama, vel adminiculis sufficit, *Rota penes Duran. decis. 313. n. 2. cum alijs* in

in Regien. Iurispatronatus 27. Aprilis 1640. in princ. coram Reuerendiss. Terracinen. Bononien. Iurisp. de Butrigarijs 16. Martij 1643. coram bo. me. Bicchio, Mutinen. beneficij 27. Martij 1648. §. & quatenùs coram bo. me. Arguellas, Balneoregien. Iurispatr. 15. Iunij 1650. coram Eminentiss. D. meo Ottobono.

3 Effectuatio autem præsentationum, non solum constat ex eo quod vna emanauit post obitum alterius præsentati *iuxt. receptum cons. Oldrad. 299. n. 2. Duran. decis. 100. nu. 3. Burat. decis. 142. n. 6. vbi Add. & decis. 157. n. 5. par. 7. recent. d. Mutinen. beneficij §. rursus Signina Iurispatronatus 15. Martij 1648. coram R. P. D. Peutingerio in princ.* verum etiam ex eo, quia constat de legitima, & actuali possessione, capta
4 per præsentatos; quo casu cessat omnis difficultas, vt præsertim notatur *in dicta Balneoregien. §. dantur etiam vers. & possessione subsequuta.*

Cùm his præsentationibus concurrit vetusta fama iurispatronatus,
5 de quo agitur, quæ benè probatur per testes formiter examinatos de anno 1588. occasione litis motæ inter duos præsentatos à diuersis Patronis, & ex alijs testibus ad perpetuam rei memoriam de anno 1605. iunctis alijs de anno 1643. in Curia Auersa-
6 na citato Promotore Fiscali examinatis: ex quibus fama ad effectum de quo agitur rectè probatur *Rot. decis. 552. in fin. coram Buratt. & decis. 77. nu. 2. par. recent. dicta Balneoregien. Iurispatronatus §. dantur pretereà testes.* Insuper concluditur fama
7 ex antiquissimis enunciatiuis factis in diuersis documentis, & præcipuè in antiquis instrumentis venditionis casalis Trentulæ, cui est annexum Iuspatronatus, de quo agitur *Viuian. de Iurepatronatus par. 2. lib. 11. cap. 5. nu. 411. cum seqq; Garz. de benef. par. 5. cap. 9. n. 88. & seq; Buratt. decis. 636. n. 4. Mediolanen. Prioratus 14. Mai 1646. §. 4. concurrunt, coram Eminentiss. D. meo Corrado d. Mutinen. beneficij §. quæ adminicula, & fuit dictum in Bononien. Iurispatr. 27. Iunij 1657. coram Reuerendiss. Episc. Papien. quæ est hic dec. 5. nu. 23.* & eo magis concurrente
8 præindicata longissima possessione præsentandi, *vt in specie d. Balneoregien. Iurispatr. §. fama verò.*

Prædictis accedunt aliæ enunciatiuæ, & assertiones antiquissimæ, ab
9 Episcopo Auersanen. pro tempore habitæ in edictis, & institutionibus factis de præsentatis à nostris patronis *summ. nu. 2. vsque ad 5.* quæ plurimum ad rem, de qua agitur confe-
10 runt *Viuian. dict. lib. 11. cap. 5. n. 60. Duran. dec. 87. n. 4. & 413. n. 3. Buratt. decis. 111. n. 7. & decis. 919. n. 6. & in recent. par. 2. decis. 694. n. 4. & penes Viuian. d. tract. decis. 10. n. 4. & decis. 229. n. 3.* iunctis alijs enunciatiuis in visitationibus factis per eosdem Episcopos Auersanos, quæ maximopere veniunt attendendæ *Rot. penes Garz. de benef. d. par. 5. cap. 9. n. 89. vers. quibus confert assertio ordinar. & decis. 13. num. 2. par. pr. recent. Buratt. decis. 172. nu. 24. Lucana iuspatronatus coram Reuerendiss. Seleucien. penes Viuian. decis. 26. n. 12. d. Mediolanen. Prioratus §. eoq; magis.*

Con-

Confert quoque præsentatio, & institutio facta de Francisco Martono
11 vsque de anno 1476. summ. n. 21. quæ licet non appareat effectuata: tamen cum sit antiquissima, facit magnum adminiculum, & habet vim famæ, vt in specie aduertit *Rot. d. Bononien. iurispatr. de Butrigarijs coram R. P. D. Bichio apud Viuian. d. tract. decis.* 132. *n.* 8.

Deniq; cum his omnibus concurrunt duo adminicula valde efficacia; alterum est, quod beneficium prædictum sub tit. *S. Margharitæ*, licet hodiè inueniatur translatum in Cathedrali Auersana, antiquitùs tamen erat constitutum intùs antiquas domos Carraciolorum, à quibus nos causam habemus, vt apparet ex institutionibus *summ. n.* 2. *vsque ad* 5. *& ex testibus summ. n.* 11. 14. *&* 15. vndè valdè verisimile est, quod sit de
12 illorum patronatu, vt in simili *Rota penès Seraph. dec.* 120. *n.* 3. Regulariter enim Iuspatr. acquiritur illi, qui præstat solum pro ædificanda Ecclesia *Lamberten. de iur. patr. par.* 2. *lib.* 1. *q.* 2. *n.* 2. *& seqq. Cum alijs per Moder. Pisan. cit. tr. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 2. *vol.* 5. *& seqq.*

Alterũ adminiculũ resultat ex duabus
13 sẽtẽtijs Ordinarij Auersani: prima de anno 1589. secũda de ãno 1605. quę sententiæ maxime deseruiunt ad probationẽ Iurispatr. Nam Ordinarij cũ agatur de eorum præiudicio difficile & cum maxima causæ cognitione ad
14 illas interponendas inducuntur *Rot. dec.* 1141. *n.* 8. *penes Seraph. & penes Duran. dec.* 413. *n.* 3. *&* 425. *nu.* 3. *Tirasonen. Capellaniæ* 14. *Decembris* 1607. *coram S. M. Innoc. X. cum alijs in d. Mediolanen. Prioratus* §. 3. *duæ sententiæ Gnesnen. Iurispatr.* 27. *Ianuarij* 1648. *in princ. coram Reuerendiss. Terracin. d. Balneoregien. Iurispatr.* §. *dantur præterea coram Eminentiss. D. meo Ottobono, & in supra citata hic impress. decis.* 5. *n.* 26.

Quoad pertinentiam spectat, illa satis probatur ex deductis in facto, & firmatur in decisione coram R. P. D. Ponente in hac causa pro admissione patronatus nostri Principalis facta, &c.

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Legitima in bonis matris an, & cui debeatur, & quanta sit? An debeantur fructus legitimæ, & à quo tempore? An debeatur in quantitate; & an debeatur ex sola matris dote? Donatio inter virum, & vxorem quando sustineatur? Quando debeatur, vel reintegretur, etiam in bonis donatis. Obligatio de non disponendo, nisi ad fauorem filiorum masculorum quando cesset. Ius redimendi est pretio æstimabile. Legitima debetur etiam super iuribus, & actionibus. Vxor acquirens de pecunijs viri, cui quærat? Hæres venire nequit contra defunctum. Donatio non præsumitur enunciatiua, quando non probet. Dominium quando excludatur per hypothecam. Donatio in præiudicium legitimæ, & sine solemnitatibus non valet. Liquidatio æris alieni spectat ad hæredem, non ad petentem suam legitimam.

SVMMARIVM.

1 Legitima debetur Filiæ in bonis matris.
2 Debetur etiam eius filijs & hæredibus.
3 Est triens, vbi filij sunt duo, vel tres.

4 Et pro ea , ac etiam pro fructibus concedenda est immissio.
5 Nec est opus interpellare , aut in mora constituere hæredem.
6 Legitima non debetur in quantitate , nec filius eam sic acceptare cogitur.
7 Legitima est quota bonorum , non vero hæreditatis.
8 Eadem non debetur ex sola dote matris , sed ex toto , & integro eius patrimonio.
9 Donatio inter virum , & vxorem sustinetur , si sit iuramento firmata.
10 Maximè quando non est de omnibus bonis.
11 Legitima debetur etiam habita consideratione ad bona retrodònata , quia cum retródonatio non sit æs alienum ex causa onerosa, sed voluntaria , legitimæ filiarum non præiudicat.
12 Obligatio indicta vxori per virum in donatione de non disponendo , nisi ad fauorem filiorum masculorum , si hi fœminis prædecedant, cessat ; & bona remanent libera in dispositione Donatariæ
13 Ius redimendi est pretio æstimabile.
14 Legitima debetur in iuribus quoque , & actionibus.
15 Vxor licet de pecunijs viri acquirat, viro tamen non quærit , sed sibi.
16 Hæres impugnare nequit declarationem testatoris
17 Donatio non præsumitur.
18 Præcipuè vbi summa est considerabilis.
19 Sed est concludenter probanda.
20 Enunciatiua ad alium effectum prolata , & de qua principaliter contingit dubitari, non probat
21 Hypotheca non cadit in re propria, & repugnat Dominio.
22 Donatio sine solemnitatibus Statutarijs est inualida
23 Non potest donari in præiudicium legitimæ filijs debitæ.
24 Liquidatio æris alieni spectat ad hæredem : non verò ad petentem legitimam.
25 Legitima debetur in quolibet corpore hæreditario.

RATIOCINIVM XX.

BONONIENSIS LEGITIMÆ.

Reueren. Pater. Legiti-
ma , quæ in bonis
1 Margaritæ matris cō-
petebat D. Comitissæ
Isottæ §. 1. *Instit. ad*
Senat. Cōsult. orfic. §. si quis igitur auth.
de hæred. ab intestat. venien. Rota in
2 *Romana hæreditatis de fabijs* 15. *Iu-*
nij 1640. *coram bo. me. Bichio.* De-
betur principalibus nostris, tanquam
eius filiis hæredibus , in quos ius il-
lam petendi transiuit *Salicet. in l. sci-*
3 *mus in princ. C. de inoffic. testam. Cra-*
uett. conf. 312. *n.* 5. *Rota coram Mer-*
lino dec. 248. *n.* 1. vnde, cum in præ-
senti sit triens *Rota dec.* 20. *n.* 2. *dec.*
36. *n.* 4. *dec.* 54. *n. eodem & dec.* 89.
n. 1. *post Merlin. de Legitima* , &
4 stante existentia D. Marchionissæ ne-
ptis ex filio , in sexta parte bonorum
hæreditatis maternæ consistat, vtique
in eisdem bonis, vnà cum fructibus à
die obitus matris concedenda videtur
immissio , *iuxta text. in l. Papinian.*
§. vnde si quis de inoffic. testam. Gra-
tian. disceptat. 400. *n.* 38. *in fine*
Rota coram Durano dec. 192. *n.* 10 *in*
Romana fideicommissi de Ceulis 14.
Ianuarij 1641. *sub* §. 2. *ex inuesti-*
mento , & in terminis *in Auenionen.*
bonorum 9. *Iunij* 1656. §. 1. *coram*
5 *bo. me. Dunozetto* etiam absque mo-
ra , & interpellatione hæredis *Rota*
dec. 272. *n.* 6. *par.* 3. *recent. & dec.*
272. *n.* 6. *p.* 5. *recent. & dec.* 165. *n.*
12. *coram Buratto.*

Neque aduersatur, quod D. Mar-
6 garita certam summam pecuniarum
reliquerit pro legitima Isottæ.

Quia legitima non debetur in
quantitate, nec filius eam sic accipere
cogitur *Ciriac. controuers.* 439. *n.* 1.
Barz. dec. 861. *n.* 41. *Rota dec.* 186.
7 *n.* 3. *coram Gregorio*, cum sit quota
bonorum , non hæreditatis , vt habe-
tur *per Rotam dec.* 778. *n.* 10. *coram*
Merlino , & in Perusina successionis
23. *Ianuarij* 1654. §. *ab hac autem*
coram R.P.D. Verospio, multóq; mi-
nus vbi legatum totam non absorbet
legitimam , prout in nostro casu , in

quo

quo relicta fuit, habita ratione dũtaxat ad solam dotem librarum 90.m., minimè contemplatis mobilibus, nec non alijs effectibus hæreditarijs, de quibus summ. n. 1. & quod fortius est, nullo habitu respectu bonorum sibi à D. Federico viro donatorum,
8 vsque ad summam librarum 80.m. ascendentium, quæ in dubium reuocari nequit, quin pro legitima connumerari debeant, cum legitima debeatur ex toto, & integro patrimonio *Rota dec. 55. n. 1. post Merlin. de legitim.*

Nihil obstante, quod donatio fa-
9 cta fuerit inter virum, & vxorem, quia vltrà solemnitates à Statuto Bononiæ requisitas adest in ea quoque iuramentum, quod sufficit pro eius validitate *Guttierez de iuramento cõfirmatorio par. 1. cap. 15. n. 2. & penult. Thesaur. dec. 32. sub n. 9. vers. & in sententiã in fine Gabr. de donat. conclus. 3. n. 1. Rota dec. 563. n. 7. coram Gregorio, vbi de communi Rota in Anconitana dotis 17. Iunij 1647. §. nec tollitur coram bo. me. Arguelles;* maximè, cum non sit de omnibus bonis, vt de communi quoque testa-
10 tur *Rota dec. 168. n. 3. & 4. coram Penia iuxta priorem impressionem.*

Non obstat, quod eadem D. Margarita fecerit retrodonationem ad fa-
11 uorem ipsius mariti. Etenim cum retrodonatio non sit æs alienum ex causa onerosa, sed voluntaria Legitimæ filiarum præiudicare non potuit, *Surd. cons. 332. n. 14. Gratian. discept. for. c. 751. n. 14. & seqq. Rota dec. 161. n. 1. & seqq. post Paeific. de Saluian. dec. 416. n. 27. coram Seraphino, dec. 539. n. 3. & 4. coram Gregorio, & dec. 86. per tot. post Merlin. de legitima.*

Minus releuat, quod donatio facta fuerit per Fedricũ D. Margaritæ cum hac conditione, quod ipsa non posset de bonis donatis disponere inter viuos, & in vltima voluntate, nisi ad fauorem filiorum masculorum.

Quoniam cum per prædecessum
12 Alphonsi filij, nullo alio superexistente masculo cessauerit onus, libera remanserunt apud Donatricem bona donata *Argum. text. in l. pecuniæ ff. de aliment. legatis vbi Bart. ante num. 1. Peregr. de fideicomm. art. 12. n. 4.*

Præterea debetur quoq; legitima super iure redimendi gemmas insolutum à D. Margarita D. Marchioni Gregorio marito ipsius D. Camillæ datas.

Quandoquidem ius redimendi est pretio æstimabile *Gratian. discept. fo-*
13 *rens. 616. n. 7. & 8.* Ac in iuribus quoque, & actionibus pro rata filijs debetur legitima *l. si patronus §. 1. ff.*
14 *de bonis liber. cum alijs adductis per annot. ad dec. 29. n. 130. par. 8. recent.* & licet prædictas gemmas ex pecunijs dotalibus retractas ex bonis
15 Federici viri acquisiuerit, non inde illi, sed vxori acquisitio est adscribenda, vt latè in terminis probauit *Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 3. tit. 51. n. 42. & 43. Crauetta cons. 81. n. 4. & plenè Rota dec. 141. n. 7. & 8. coram Buratto,* & magis, cum pretium dictorum bonorum fuerit in oneribus hæreditarijs erogatum, iuxta declarationem D. Margaritæ in testamento factam, quam D. Margarita aduersaria eius hæres impugnare
16 non potest *Vulgata l. cum à matre C.*

de

de rei vindic. Rota in Bononien. pecuniaria 19. Ianuarij 1646. §. finali coram bo. me. Bichio.

Non obstat, quod gemmæ prædictę fuerint à D. Margarita Marchionissę aduersariæ donatæ, quia contrarium conuincitur, tum quia dō-
17 natio non præsumitur *l. Cāpanus ff. de oper. libert. l. cum indebito ff. de probat.* Rota *dec. 136. n. 6. par. 4. tom.*
18 *2. recent.* maximè, vbi summa sit considerabilis *Rota dec. 69. num. 1. 5. & 6. par. 7. recent.* sed est conclu-
19 dentur probanda *Rota dec. 325. n. 1. par. 4. tom. 2. recent.* tum ex inefi-
20 cacia assertæ enunciatiuæ Donantis ad inducendam donationis prohibitionem penitùs ineptæ, cum fuerit incidenter, & ad alium finem prolata, & de ea principaliter dubitetur *Rota dec. 202. n. 1. & 279. n. 4. par. 5. recent. & inter hic impress. dec. 6. n. 11.* Tum deniq; attenta subrogatione, & declaratione Margaritæ volentis easdem gemmas hypothecis, & obligationibus, quibus dos jam ad fauorem D. Marchionissæ aduersariæ erat obnoxia intelligi subiectas: quæ profectò translationi Dominij per dona-
21 tionem in aduersariam tali casu supponendi nimis repugnat, cum si fuissent sic donata hypothecari, & obligari ad eius fauorem non potuissent, ex quo hypotheca non cadit in re propria *Rota dec. 303. n. 18. p. 5. recent. dec. 690. num. 6. & 728. n. 5. coram Buratto.*

Rursus suppositā, sed non admissa prædicta donatione deficiunt so-
22 lemnitates à statuto Bononiæ in donantibus requisitæ *sub rubr. de donat. lib. 3.* sine quibus etiam inualida re-
23 putatur *Barz. dec. 25. n. 1. & 26. Rot. inter hic impress. dec. 79. n. 2.* & semper subsistit ad eam deueniri minimè potuisse, in præiudicium legitimæ filijs debitæ: vt habetur *in d. dec. 539.*
24 *n. 3. & 4. coram Gregorio dec. 86. post Merlin. de legit. & in alijs supra allegatis.* Aduersus quam si ex aduerso opponatur æs alienum hæreditatis, onus aduersarijs incumbit liquidandi *Rota dec. 198. n. 21. par. 7. recent.* Cum à principalibus nostris in quolibet corpore hæreditario prætenda-
25 tur, & debeatur, vt probatur *per Rotam in d. Perusina successionis 23. Ianuarij 1654. coram Verospio.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

A *Decisis, quando sit recedendum. Actus leues mariti, minas exequi non soliti non sufficiunt ad effectum separationis tori. In causa separationis tori testes debent esse omni exceptione maiores. Ex modica percussione viri aduersus vxorem non potest argui magna sæuitia. Mansuetudo viri, ex quibus dignoscatur. Ex condormitione coniugum præsumitur reconciliatio. Reconciliatio delet omnem prorsus præteritorum memoriam. Sæuitia num inducatur ex actu rationabili, & leui. Odium ad effectum prædictum quale esse debeat. Minæ an effectum prædictum inducant, si fuerint emissæ cum causa? In materia separationis tori intrat arbitrium iudicis.*

SVMMARIVM.

1 Receditur à decisis, si decisorum fundamentum non subsistat.
2 Separatio tori non intrat, si post prętensos leues actus correctorios sequatur reconciliatio, & coniugum conuiuentia.
3 Simplicia verba increpantia dicuntur actus leues.

4 Sæuitia non cadit in non solitum minas exequi.
4 Separatio tori non admittitur ex capite prædictorum verborum.
5 In iudicio separationis tori requiruntur testes, omni exceptione maiores.
6 Testes familiares,& deponentes de simplici auditu non probant.
7 Verberationem non probant testes, deponentes de auditu à verberato.
8 Modica percussio non est considerabilis ad effectum separationis tori.
9 Ex modicâ percussione non potest argui magna sæuitia.
10 Testificatio inuerisimilis est nullius momenti.
11 Mansuetudo viri elicitur ex eo,quod concitatus poterat vxorem percutere, & non percussit.
12 Ex concubitu coniugum censetur deleta omnis animorum amaritudo,& inducta reconciliatio
13 Reconciliatio cum mutua obligatione insimul viuendi delet omnium præteritorum memoriam, perinde ac si nunquam extitissent,facitq; vt ea amplius deduci nequeant in causam separationis tori.
14 Actus iracundiæ ex causa non inducit in virum sæuitiam.
15 Sæuitia ad effectum separationis tori debet esse sine causa.
16 Odium capitale ad huiusmodi effectum requirit animum implacabilem persequendi, & continuum.
17 Minæ scriptæ in epistola vxori per virum carceratum dicuntur leues, si ortum habuerint ex tædio, & ingratitudine vxoris,& sæuitiam non inducant.
18 Maximè si minæ dignoscantur tendere in correctionem potius, quam in odij eruptionem.
19 Ad effectum prædictum requiruntur plures, & & iterati actus magnæ sæuitiæ.
20 Separatio tori dicitur materia grauis, in qua prudentis iudicis debet intrare arbitrium, per quod vxori consulatur alio remedio, quam separationis tori.

RATIOCINIVM XXI.

ROMANA PRÆTENSÆ SEPARAT. TORI.



1 Eueren. Pater. Recedendum à decisis: quia fundamentum sæuitiæ in decisione ponderatum non subsistit, & vlterius post prætensos leues actus correctorios mariti erga vxorem se-
2 quuta fuit reconciliatio,&eorumdem conuiuentia.

Et licet decisio, quæ reuidetur *in* §. *sæuitia præterita* ponderet, pluries
3 verbis increpasse; cum simplicia verba dicantur actus leues, procedentes ab impetu, & ira mariti, ob irrationabilem modum procedendi vxoris, cumque non iustificetur, quod minans sit solitus minas exequi, ipsumq; esse ferocis naturæ, actus huiusmodi non incutiunt iustum metum, & timorem futuri periculi, nec reuelant
4 pro prætensa tori separatione. *Roland. cons.27. n.3.& 4. & 2. lib. 3. Paris.cons.68.n.11.lib.4.Sanchez de matrim.lib.4.disp.1.n.20.&21.Rot. post cons. Farin. dec.371. n. 3. & in Bononien.separationis tori 2. Februarij 1650. in §. reiectiæ. coram bo. me.*
5 *Bichio.*

Insuper, cum in hoc iudicio requirantur testes omni exceptione maiores *Fælin.in rub. de sponsalibus n. 4. in fin. Rota dec. 441. n. 2. p. 1. & dec.324.n.5.p.6.recent.& in Tridentina matrimonij 11.Martij 1650.*
6 *coram R. P. D. Albergato*, & testes, qui pro parte aduersariæ inducti sint famula, & Procurator eiusdem aduersariæ, & deponant de simplici auditu, nullam fidem mereantur *Rota in Bononien. separationis tori 10. Iunij 1650. in §.at ab informantibus coram bo. me. Bichio, & inter hic impress. dec.50.n.8.& dec.96.n.17.*

Prout nec etiam iustificatur præ-
7 tensa immoderata verberatio, vt ponderat decisio *in §.auget*, dum maritus illam ad domum matris traduxit; siquidem omnes testes deponunt de auditu ab eadem vxore, *che il marito l'haueua fatto vn calamaro all'occhio* & prætermisso, quod his testibus nulla est fides adhibenda *cap. licet ex quadam, & cap. super literis de testibus Rota in Assisien. hæreditatis 26. Iunij*

Iunij 1645. *coram bo. me. Bichio*,
ista percussio etiam si iustificaretur
8 non esset considerabilis ad effectum
separationis tori: nam ex illa non po-
test argui magna sæuitia, vt in fortio-
ribus terminis de pugnis cum effusio-
9 ne sanguinis *Buratt.dec*.815.*n*.8.

Alius verò actus, quod Domini-
nicus insequutus fuerit vxorem gla-
10 dio est inuerisimilis, & nullius mo-
menti, imò manifestè conuincit vi-
rum esse mansuetum, & bonæ men-
11 tis; nam famula vnica testis de audi-
tu deponit id euenisse noctis tempo-
re, ob verba familiaria anteà inter eos
prolata, videlicet *e così irato prese vna
spada, & andò all a volta della Sig.
Anna, che se bene Io non lo viddi, in-
tesi detta Sig. Anna gridare, e dire, la
spada à me traditore, & andando al-
la volta della camera per riparare, ri-
trouai che era serrata, e continuaua à
gridare; e la mattina la Sig. Anna mi
raccontò, che il marito l'era andato
adosso con la spada, mà che non l'haue-
ua dato*, poterat percutere vxorem in
camera clausam, & omni auxilio de-
stitutam, & non percussit, & nocte
cum eadem in sancta pace dormiuit.
12 Ex his cēsetur deleta omnis amaritu-
do animi, & inducta reconciliatio, ex-
cludens tori separationem *c.plerumq;
verbo nec reconciliata de donat. inter
virum, & vxorem Seraph.dec*.315.*n*.
3.*& in dicta Tridentina matrimonij
§.fin. coram R. P. D. Albergato.*

Quin immò, cum fuerit sequuta
13 formalis reconciliatio cum mutua
obligatione insimul conuiuendi, me-
moria omnium actuum præteritorū
est totaliter deleta, perindè, ac si nun-
quam extitissent, nec deduci possunt
ab vxore petente tori separationem
Buratt. d. dec.815.*n*.12. *Rota in di-
cta Bononien. separationis tori* 21. *Fe-
bruarij* 150.§. 3. *in omnem euentum.*

Susceptio verò titionis post recō-
ciliationem sequutam nec pariter est
considerabilis; nam testes de ea depo-
14 nentes dicunt vxorem increpasse vi-
rum de subtractione nonnullorum
mobilium: quamobrem ira motus ob
huiusmodi irrationabilem increpan-
tiam, percutientem propriam æsti-
mationem, etiamsi Titionem suscepe-
rit, actus hic non inducit sæuitiam,
quæ causatur ab animo immoderato
15 absque causa, aliàs nunquam sæuitia
dicitur inducta, quæ prodesse posset
ad separationem tori *Buratt. d.decis*.
815.*n*.10. *Rota in d.Bononien. sepa-
rationis tori* 21. *Februarij* 1650. *in*
§.*quia in fine coram bo.me. Bichio.*

Odium capitale, ac obiectæ crimi-
nationes eo, quod Dominicus quere-
lam criminalem pro arduis crimini-
bus contra vxorem porrexerit in fa-
cto non subsistit, & memoriale por-
rectum fuit in alieno tribunali, & ni-
16 hil postea de nouo egit, nec iudicium
prosequutus fuit; quamobrem nul-
lius est ponderis in hoc iudicio sepa-
rationis tori, cum odium capitale re-
quirat continuationem animi impla-
cabilis prosequendi, vt in puncto fir-
mauit *Rota post consil. Farinac. decis*.
371. *n*. 12.

Minæ contentæ in Epistola trans-
missa à marito vxori, dum erat in car-
ceribus dicuntur etiam leues, præser-
tim in homine, qui non probatur so-
litus esse minas exequi, & habent cau-
17 sam finalem prouenientem ex impe-
tu, & ira, eo quia maritum carcera-
tum

tum vxor destituerat; ideoq; non potest prætendi gestus ad sæuitiam, sed ex tædio, & irrationabili vxoris ingratitudine *Buratt. d. dec. 815. sub n. 9. vers. & in terminis, & in dicta Bononien. separationis tori 22. Februar. 1650. in §. virum,*

Ponderado præsertim vltima verba
18 epistolæ, *e Dio vi illumini, dalla Carcere.* Deprecatur enim maritus à Deo vxori gratiam excitantem, & impulsiuam ad bene operandum, & ei præstandum auxilium, ex quibus excluditur odium capitale, & animus implacatus, dum offensas Deo remittit.

Quamobrem, cum à primo ad vltimum omnibus actis, & circumstantijs huius controuersiæ ponderatis, nec quidem vnicus actus magnæ sæuitiæ elici possit, licet requirantur plures, & iterati, ita vt constet virum consueuisse frequenter vltra modum sæuire
19 in vxorem *Aldobran. cons. 71. n. 13. lib. 1. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 19. n. 16. vers. 2. Existimo, Rota dec. 155. n. 2. & dec. 324. p. 6. rec. n. 7. & seqq. & in Romana separationis tori 4. Iulij 1629. §. quæ verbera coram bo. me. Card. Hieronymo Verospio Buratt. in d. dec. 211. n. 9.*

20 Intrat propterea in hac materia tam graui iudicis arbitrium, qui potest rationabili suo iudicio iudicare, quod vxori potest consuli alio remedio, quod solet adhiberi ad exclusionem separationis tori *Rota d. dec. 371. n. 13. post cons. Farin. & in Ianuen. separationis tori 16. Iunij 1641. coram Reuerendiss. Papien. & in Spoletana similis 1616. §. qui vero vers. proinde coram bo. me. Card. Sacrato.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

AN valeat translatio scut. 500. facta à Pensionario scut. 1000. super beneficio, quod de tempore erectionis reddebat scut. 1000. de tempore verò translationis scut. 900. Bulla Vrbani Papæ VIII. vigesima in ordine Bullarij irritat translationes pensionum vltra medietatem fructuum. Ponderantur verba dictæ Bullæ. Excessus translationis, de quo tempore consideretur. Ratæ pensionis remanentes penes transferentem, an sint imputandæ in translationem ad effectum dignoscendi, an hæc excedat medietatem fructuū beneficij? Huiusmodi excessus an sanetur per obitum transferentis, vt quòd tunc vacet medietas, quæ apud ipsum remanserat. Quare translatis omnibus sc. 1000. subsistat translatio pro medietate.

SVMMARIVM.

1 Translatio pensionis vltra dimidiam an valeat?
2 Bulla Vrbani Papæ VIII. irritat translationes pensionum factas vltrà medietatem fructuum beneficij.
3 Quæstio metaphysica redditur practica, & moralis, si termini exponantur.
4 Motiuum principale suprà memoratæ Bullæ fuit exoneratio beneficiorum.
5 Huiusmodi Pontificis modificatio eò tendit, vt medietas fructuum beneficij quandocunq; libera remaneret beneficiato, & Ecclesia quantò citiùs vindicaretur à seruitutibus.
6 Ad dignoscendum excessum translationis attenditur redditus beneficij, non de tempore fundationis eiusdem, sed de tempore translationis pensionis.
7 Modus exonerādæ Ecclesiæ referri debet ad tempus grauaminis, quo Ecclesia onerata reperitur.
8 Qualitas adiecta verbo regulatur secundum tempus verbi.
9 Ad tempus translationis considerauit Pontifex redditus beneficij.
10 Ratæ pensionis, penes transferentem remanentes imputari debent in medietatem transferri concessam ex dispositione dictæ Bullæ.
11 Bulla appellat pensionem translatam, & transferendam.
12 Aliàs non remaneret medietas fructuum libera

ad fauorem Titularis, quia vna medietas alienaretur in translatarium, & alia remaneret in transferente.

13 Quod esset contrariū dispositioni præfatæ Bullæ reuocantis translationes excedentes dimidiam annui redditus.

14 Translatio, quæ excedit medietatem redditus, & non relinquit Titulari aliam medietatem non potest sustineri.

15 Ex viuæ vocis oraculo sumpto à Pontifice ita fuit responsum.

16 Translatum supra medietatem titularis, ac aliam Pensionarij nullum est in totum, quia grauat medietatem titularis.

17 Huiusmodi excessus non sanatur, si vacet per obitum transferentis medietas, quæ apud eum remanserat, quia validitas actus pendere debebat à tempore translationis, quo medietas debebat esse libera titulari.

18 Non valet illatio: translatis omnibus scut. 1000. adhuc sustineretur pro 500. ergo translatis solis 500. stare debet, vt potè non excessiua.

19 Ratio differentiæ allegatur.

RATIOCINIVM XXII.

ROMANA PENSIONIS.

RESPONSIO IVRIS PRO VERITATE.



Facta translatione scut.
500. per Caium Pensionarium sc. 1000. super Beneficio SS. NN.
quod de tempore erectionis totidem reddebat scut. 1000.
de tempore vero translationis scut.
900. contigit dubitare, num huiusmodi translatio valeat stante dispositione Bullæ Vrbani Papæ 8 1. *la* 20.
1 tione Bullæ Vrbani Papæ 8 1. *la* 20.
2 in nouo Bullario irritantis translationes pensionum factas vltra medietatem fructuum beneficij.

Casus, qui alioquin nimis Meta-
3 physicus videtur, moralis fiet, & practicus, si tanquam bases resolutionis prænotentur primò infrà dicendæ propositiones, quarum

Vna est, quod principale motiuum
4 animum Pontificis impellens fuit exoneratio Beneficiorum, vt patet ex proœmio præcitatæ Bullæ in verbis ibi *nec non exonerationi Beneficiorum quorumlibet prospicere, vt par est,*
5 *intendens*, ideoque voluit transferendarum pensionum Indulta ita modicare, vt earum medietas libera quandocumq; remaneret, ad fauorem Beneficiati, ne aliàs per excessiuam translationem de persona in personam perpetuaretur seruitus in Ecclesia, sed quantòcitius fieri posset ab huiusmodi oneribus vindicaretur, quod expressè fuit dictum *in Camerinen. pensionis impress. par. 9. rec. tit. 1. dec. 129. & tit. 2. dec. 479. n. 11. & in eadem Camerinen. coram Roias 1. Iulij 1644.* quæ est præcedentium confirmatoria, *vers. 3. medietatē dictorum redditū*, vbi de mente Pontificis testatur.

6 Alia est, quod ad dignoscendum, an trãslatio excedat nec ne, habēda sit ratio ad redditus beneficij de tēpore trãslationis, non autem de tēpore fundationis; tum quia modus exoneran-
7 dæ Ecclesiæ, ad quem Pontifex respexit referri debet ad tempus grauaminis, quo Ecclesia onerata reperitur, accedente maxime receptissima iuris
8 conclusione, quod qualitas verbo adiecta regulatur secundū tempus verbi *text. in l. indelictis §. extraneum ff. de noxal. Alex. cons. 5. n. 3. vol. 7. Rot. p. 2. rec. dec. 773. n. 3. & 4.* & fuit latè dictum *in d. dec. 129. par. 9. tit. 1. Rec. & dec. 479. n. 10. p. 9. tit. 2.* tum etiam quia verba prædictæ constitutionis sunt concepta ad tempus translationis, vt patet ibi *medietatem fru-*
9 *ctuum etiam incertorum, vel distributionum non excedat.*

10 Altera est, quod imputari etiam debent in medietatem transferri concessam ratæ pensionum, remanentes
11 per è transferentem; vel quia præfata consti-

constitutio appellat tam pensionem translatam, quam transferendam, vt ibidem dicitur, *super quibus pensio transferenda, vel translata reseruata*
12 *reperitur*; vel etiam quia alias non remaneret libera fructuum medietas ad fauorem titularis, cum vna medietas remanere posset penes Pensionarium transferenrem, & alia penes transla-
13 tarium, & sic expressè aduersaretur dispositioni Pontificis reuocantis translationes excedētes dimidiam, vt videre est *ibidem in §.2.in illis verbis prosumma, quæ medietatem veri annui valoris excedat reuocauit Rot. dict. dec.129.n.18.par.9.tit.1. Rec. & in dicta Camerinen.1. Iulij 1644. vers. 4. inter eadem onera*.

Hisce præmissis patet Responsio ad casum, quod scilicet huiusmodi
14 translatio vllo modo sustineri nequeat, vt potè facta contra expressam Pontificis voluntatem, & quæ in totum excedit medietatem fructuum, quam saluam, & liberam voluit ad fauorem Beneficiati. Sic bis Responderat *Rota in præcitatis dec.5. part. 9. Rec. impress.* & tertiò efficaciùs dixit etiam per viuæ vocis ora-
15 culum à Pontifice desumptum, vt patet *in dicta Camerinen. Pensionis coram Roias 1. Iulij 1644. in princip. & per tot.*

Et ostenditur ad hominem ex hac viuissima ratione, quod saltem imputata in medietatem, quæ vigore
16 dictæ Bullæ transferri potest alia remanente penes transferentem, cum vt firmauimus vna medietas omninò salua, & libera esse debeat pro titulari, sequitur, quod totum id, quod supra dictam medietatem remanentem penes pensionarium fuit translatum, nullum sit, & irritum, nulliusque subsistentiæ, veluti grauans medietatem beneficiato ex prouidentia dictæ constitutionis reseruatam, *Rotad.dec. 479.n.11.p.9.tit.2.Rec.*

17 Nec huiusmodi vitium sanaretur, si post factam translationem per obitum transferentis vacaret medietas, quæ penes ipsum remanserat; quoniam cum validitas pendere debeat à tempore translationis, quo verum erat dicere, nulla pars remanet ad fauorem beneficiati, non potuit ex subsequenti vacatione conualidari, *Rot. d.dec.479.n.12.& dec.129.n.19.*

18 Pro vt etiam non obstaret, si diceretur quod sicuti translatis omnibus scut. 1000. adhuc sustineretur pro 500. ita etiam translatis solis 500. stare deberet translatio, vt potè non excessiua; quia videtur, quod vtique in primo casu valeret translatio pro illa medietate, quia resecata alia medietate excessiua remaneret libera medietas pro beneficiato; at in nostro casu cū vna medietas remaneat penes transferentem, & quidem imputanda, vt supra firmauimus, & alia medietas transferatur, certè nihil superesset pro titulari, & sic fraus cōmitteretur prædictæ constitutioni reuocanti excessum vltra medietatem *Rot. d.dec.129.n.27.& 28.*

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

Concilium Tridentinum mandat quod Capitulum Canonicorum diuidatur in Ordines Presbyterales, Diaconales, & Subdiaconales. Potestates infe-

riores quò minus disconueniunt cum Cælestibus eorum magis redolent perfectionem. Cælestis Hierarchia suis ordinibus distinguitur, & vnaquæque species sine contradictione alterius sua obit munia. Idem ordo seruandus in militanti. Quid sit ordo præcedentiæ? Consuetudo est quid facti, & debet ab allegante probari, Vnum contrarium tollitur per aliud. Vbi agitur de interesse singulorum, an omnium requiratur dissensus, vel vnius? Industria personæ, nisi fuerit electa, suppletur per alium.

SVMMARIVM.

1 Thomas Episcopus de Caluis commendatur.
2 Concil. Trid. disponit quod Episcopus de consilio Capituli diuidat præbendas, & dignitates Canonicales in Presbyterales, Diaconales, & subdiaconales.
3 Priùs promotus ad Canonicatum, cuiuscumque ordinis sit, potest præcedere Canonicum posteriùs promotum, etiamsi Presbyteralis hic sit ordinis, nisi statutum, vel consuetudo vigeat contraria.
4 Sac. rituum Congregatio solet mandare, quod præcedentia in choro detur pro qualitate, ac prærogatiua ordinis.
5 Vbi vigeret consuetudo, quod omnes Canonici sint Presbyteri, tunc præcedentia inter eos metitur dumtaxat ex prioritate temporis.
6 Inferiores Potestates quò plus in ordine conueniunt cum superioribus eò minus deficiunt sed ad maiorem perfectionem accedunt.
7 Cœlestis Hierarchia suis ordinibus distinguitur.
8 Supremi spiritus diuerso funguntur officio, proprijs nominibus conuenienti, & vnaquæque Angelorum cohors sine alterius contradictione sua obit munera.
9 In Ecclesia militanti Diuino opificio sacer ordo fuit institutus, & non humano commento, vt plerique arbitrantur.
10 Sacri Ordinis necessariò debent esse plures gradus, & hi inæquales, & impares.
11 Ordo non est vnicus ad vnum, sed plurium consistentia, diuerso gradu se habentium.
12 Confusio distinctionis & ordinis est, sacratissimarum Dei sanctionum transgressio.
13 Ad Sancta Sanctorum non omnes æquali pede accedunt.
14 Iuris Diuini Regulæ in qualibet specie non sine iucunditate constituunt varietatem.
15 Consuetudo est quid facti.
16 Debet ab asserente probari in specie, & per actus derogatorios iuris communis.
17 Asserenti exstare consuetudinem contrariam regulis Iuris Diuini, naturalis, & humani non creditur.
18 Non est verisimile Episcopum voluisse derogare laudabili suæ Ecclesiæ consuetudini, vel Canonicos tūc viuentes omnes acquieuisse dignitatum distinctioni, quam sola contradictione poterant impugnare, & retardare.
19 Consuetudo tollitur contrario vsu.
20 Subuertitur per actum contrariū expressè factū.
21 Consuetudo, cui fuisset renunciatum per actum illi contrarium non est alleganda.
22 Dissensus vnius sufficit pro inualiditate actus, vbi agitur de interesse singulorum.
23 Si per Turnum certus numerus Missarum celebrandus sit à Canonicis non est necessarium, quod omnes Canonici sint Presbyteri, sed qui talis non est poterit per alium satisfacere, nisi appareat electa industria personæ.
24 Imò poterit per se ipsum non determinata dignitate suæ præbendæ celebrare, cum simul stare possint, quod quis obtineat præbendam Diaconalem, & Subdiaconalem, & sit Sacerdos.

RATIOCINIVM XXIII.

TROPIENSIS PRÆCEDENTIÆ.



Eminentiss., & Reuerendiss. Domine. Pro resolutione controuersiæ exortæ in Ecclesia Tropien. inter Canonicos, Presbyteros, Diaconos, & alios inferioris ordinis, sciendum est, quod promoto ad Episcopatum Tropienbo. me. Thoma de Caluis, viro egre-
1 giè functo quam pluribus officijs Ecclesiasticis, & Secularibus, etiam regnante glor. me. Carolo V. Imperat. Volens ille executioni demandare, quæ disponuntur à Cōcilio Trid. *sess. 24. c. 12. §. in omnibus de refor.* de
2 consilio Capituli suæ Ecclesiæ, anno 1600. ordinauit, vt ex Canonicis aliqui essent Presbyteri, alij Diaconi, assignando vnicuiq; præbendam denominandam ab ordine eius, cui esset in posterū conferenda, vel Presbiteralis, vel Diaconalis, vel Subdiaconalis, vt patet ex Instrumento dato Eminenentiss. D. Cardinali Ponenti.

Cum per multos annos acquieuisset Capitulum dictæ decisioni, orta

est

est lis inter eosdem Canonicos: cum
3 aliqui Diaconi, & Subdiaconi prætẽderent, quia priùs promoti fuissent ad Canonicatus, debere se ratione antiquioris promotionis præcedere Canonicis Presbyteris.

Relata causa ad Congregationem fuit de mense Iunij 1606. resolutum
4 Canonicis Presbyteris deberi primũ locum in Choro, & alibi; Diaconis secundum, & Subdiaconis tertium, vt patet ex cop. decis., data Eminentissimo D. meo Cardinali Ponenti.

Hac resolutione facta, quidam ex Canonicis inferioribus Presbyteris asserentes in Eccl. Tropien. vigere Consuetudinem, vt omnes Canoni-
5 ci sint Presbyteri, & distinctionem Episcopi Calui non habuisse effectũ, & inter illos, extincta præcedentia, inquam sacer ordo præbet ordinato, attendẽdam esse prioritatem temporis extorserunt ab eadem Congregatione resolutionem conformem illorum voto.

Mortuo iamdiù dicto Episcopo Caluo, & in abdito retenta postrema decisione, & post alium promoto ad eamdem Ecclesiam Tropien. moderno Episcopo, facta sibi instantia pro obseruatione eorum, quæ postremò censuit Congregatio rituum, excipiẽtibus nonnullis potius standum esse in decisis primo loco, & inhærendum decisioni Capituli alias factæ, introducta causa in Congregatione, videtur standum ijs, quæ à defuncto Episcopo fuerunt de consilio Capituli iuxta formam Concilij constituta.

6 Nam, cum inferiores potestates quo plus in ordine conueniunt cum superiori, & Cœlesti gubernio, eò minus peccent, ac tamquam redolentes maiorem perfectionem longiorem sibi possint promittere statum.

7 Sicuti Cœlestis Hierarchia suis ordinibus distinguitur, & quemadmodum non omnes supremi Spiritus vno, & eodem funguntur officio,
8 sed proprijs nominibus, ipsorum actioni consonantibus distincti quælibet Angelorum cohors sine contradictione sua obit munera.

9 Ita in militanti Ecclesia, in qua nõ humano commento, vt pleriq; ma-
10 lè arbitrantur, sed diuino Opificio fuit institutus sacer ordo, necessariò debent in illo adesse plures gradus, & illi inæquales, & impares.

Ea ratione, quia ordo non est vnicus ad vnum, sed plurium, non eodẽ
11 gradu se habentium consistentia; in-
12 dè Dionys. in sua Hierarch. ad Demo
13 philum ait *distinctiones, ordinesque confundere est transgredi Sacratissimas Dei sanctiones. Cum Sancta Sanctorum simpliciter omnibus non sint inaccessa, sed appropinquat magis Pontificium sacra distinctio, deinde Sacerdotum ordo, quos deindè Diaconorum, seu ministrorum ordo subsequitur.*

Propterea cum Canonici inherentes diuisioni Episcopi defuncti habeãt
14 prò se Iuris Diuini Regulas, conuenientes etiam Iuri Naturali, quæ in qualibet specie non sine iucunditate constituunt varietatem, non videntur audiendi, qui modò eamdem diuisionem nituntur impugnare sub prætextu contrariæ consuetudinis, & ex eo, quia maior pars nunc consentiat, vt omnes Canonici sint Presbyteri, præcipuè cum per Turnum ipsis tan-

tangat certus missarum numerus.

Quia, cum consuetudo sit quid facti *Dec. cons. 142. n. 5. & in l. 2. §.*
15 *mutui ff. si cert. pet. in 2. lect. n. 8.*, & ideò ab asserente illam extare probanda in specie, & per actus, qui nihil
16 aliud importare possint, quàm derogationem iuris communis in contrar. *Surd. cons. 371. lib. 3. n. 1., & seq.*

Non est simplici assertioni aduersariorum standum; quod in Ecclesia Tropien. vigeat ab illis allegata consuetudo contraria regulis iuris Diuini, Naturalis, & Humani *Neuiz.*
17 *cons. 66. n. 31. Mohed. decis. 2. & 3. de consuetud. & relati à Dec. in l. eius §. mutui ff. si cert. pet. in 2. lect. n. 8.*

Propterea, vel grauandi aduersarij concludenti probatione allegatæ consuetudinis, vel regulando inferiora iuxtà perfectum ordinem superiorum standum est distinctioni Canonicorum, factæ de consilio Capituli
18 anno 1600., cum non sit verisimile, Episcopum tunc viuentem voluisse derogare laudabili consuetudini suæ Ecclesiæ, vel Canonicos tunc viuentes omnes acquieuisse distinctioni factæ, quàm sola contradictione poterant impugnare, & retardare.

Et quatenus etiam tunc extitisset talis consuetudo; cum illa posset contrario vsu Capituli tolli, & subuerti
19 per actum, illi contrarium expressè factum *l. nihil tam naturale ff. de reg. Iur.*, & in terminis consuetudinis capitularis, quæ expresso actu con-
20 trario Capituli tollatur, *Dec. inc. cum omnes de const. n. 8. cum aliis congestis per Piag. tract. de consuetud. q. 14. n. 4. & seq.* ideò non est curandum de allegata consuetudine, cui fuit re-
21 nunciatum per actum illi contrariũ.

Nõ obstat, quod nunc maior pars Canonicorum consentiat, vt omnes
22 Canonici sint Presbyteri; quia ad impediendam huiusmodi Vnitatem sufficit, quod vnus dissentiat: cum agatur de interesse singulorum, *cum* vt singulis, non vt vniuersis diuisio, quæ alias fuit facta, & acceptata, permaneat, & duret. *Glos. in auth. hoc ius verb. maioris partis C. de Sacros. Eccles. Bart. in l. omnes populi ff. de instit. & iur. n. 17. & seq. Surd. cons. 390. n. 11. & Rota coram Card. bo. me. Pamph. in Valentina emolumentorum 4. Decembris 1596.*

Sicut etiam non releuat, quod certus numerus missarum sit celebrã-
23 dus per turnum ab vnoquoq; Canonico, & ideò sit necesse, vt quilibet de Capitulo sit Presbyter; quia vel id faciat per alium, cum non fuerit electa industria personæ, vt relatis contrarium sentientibus concludit *authorit. Rota Gonzalez ad reg. 8. glos. 5. nu. 74. & seq.*

Vel cum simul possint stare, vt quis obtineat præbendam Diaconalem, vel Subdiaconalem, & sit Sacerdos, poterit per se ipsum non determinata dignitate suæ præbendæ celebrare.

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Consuetudo cuiusq; Ecclesiæ, quæ non sit contra Ius Diuinum attẽdi debet. In materia præeminentiarum modi sedendi, & similium statur consuetudini. Qui se fundat in consuetudine non tenetur allegare titulum. Insignes Ciuitates solent condecorare Episcopum, seu

seu illius Capitulum officio Archidiaconi; Archipresbyteri, vel Præpositi. Referuntur istorum prærogatiuæ. Canonicatus purus non est dignitas. Prior Ecclesiæ Assissien., veluti maiori dignitate post Episcopalem præfulgens debet omnibus Canonicis præeminere. Vestes pretiosæ ad iactantiam, viles ad hypocrisin prohibentur Clericis: Conuenientes tamen eorum officio, & dignitati præcipiuntur. Valet illatio à militibus armatæ ad milites Cœlestis militiæ. Consuetudo etiam attenditur in vsu vestium. Mantelletū an conueniat in Ecclesijs habenti maiorem dignitatem? Prima dignitas habet de iure prærogatiuam in sedendo. Protonotarius Canonicus an alijs præcedat. Thurificatio quæ sit danda primæ dignitati? An præsentia Episcopi, vel absentia modificet Thurificationem, cæteris dandam? Consuetudinis immemorabilis quod nam sit ius? Derogatio Consuetudinum quas tollat? An à Vicario generali ad primam dignitatem procedat illatio?

SVMMARIVM.

1 Consuetudo cuiusq; Ecclesiæ, quæ non sit contra ius Diuinum attendi debet in materia Rituū, & functionum Ecclesiasticarum.
2 Idem est in consuetudine obseruandæ festiuitatis, & baptizandi.
3 Consuetudo diuersa, modò fides vnica sit nihil officit S. Eccles.
4 Consuetudo attendenda etiam in materia præeminentiarum, prærogatiuarum, & modi sedendi, & similium.
5 Valet etiam consuetudo, quod minus dignus præcedat digniori, maximè si hæc non sit absoluta, sed particularizata in aliquibus actibus.
6 Consuetudines huiusmodi non sunt abusus, sed iustæ præsumuntur, & ex magna, & iusta causa introductæ.
7 Consuetudines istæ æquiualent veritati.
8 In consuetudine se fundans non tenetur allegare titulum, vel etiam coloratum, licet contra ius foret, & superiores.
9 Ratio vera reddi non potest omnium, quæ à maioribus nostris constituta sunt per consuetudinem, vim legis habentem
10 Præsumitur tamen rationabilis ex probabili motiuo rationis in eiusdem introductione.
11 Omnes Ciuitates insignes, quibus præest Episcopus in spiritualibus solent Episcopi Capitulum Archidiaconi, Archipresbyteri, vel Præpositi officio condecorare.
12 Hi dicuntur habere primam dignitatem post Episcopalem.
13 Archipresbyter dicitur Princeps Presbyterorū, & quoad quædā spiritualia Vicarius Episcopi.
14 Archipresbyter, Episcopo absente, potest pro eo celebrare missas solemnes, & alia præcipua exercere officia.
15 Archidiaconus dicitur Princeps Diaconorum, & Episcopi oculus est clarissimus, vt Archipresbyter, & etiam Episcopi absentis Vicarius, & habet plura officia.
16 Canonici non dicuntur habere dignitatem, etiāsi Canonici sint Ecclesiæ Cathedralis.
17 Etiamsi haberent præbendas, quibus foret annexum ius instituendi, vel conferendi.
18 Constitutus in prima dignitate post Episcopalem in Ecclesia Cathedrali exercet officia spectantia ad Archipresbyterū, & Archidiaconū.
19 Pro dignoscenda præeminentia non attenditur in Ecclesia Cathedrali quid sonet nomen, sed quid importet res, & officium.
20 Si prima dignitas instituatur sub nomine Prioratus, tunc Prior obtinet locum Archipresbyteri, & Archidiaconi; subest munera, & functiones eorum, & ob id præeminet Canonicis in sedendo, in Thurificatione, in aspersione aquæ benedictæ, & in vestibus exterioribus.
21 Vestis primò fuit introducta causa depellendi frigoris, posteà ad ornatum, & dignitatem.
22 Mantelletum fuit inuentum ad ornatum, & dignitatem.
23 Vestes pretiosæ, & fulgidæ, ad finem iactantiæ, & viles ad finem hypocrisis prohibentur Clericis.
24 Conuenientes verò dignitati, & officiorum diuersitati præcipiuntur.
25 Et ad huiusmodi effectum debet attendi loci consuetudo.
26 Consuetudo rationabilis est, quod Prior, qui primus est in dignitate post Episcopum, deferat mantelletum, & rochetum in signum eius præeminentiæ inter Canonicos.
27 In his valet Argumentum ductum à militibus armatæ ad milites Cælestis militiæ.
28 Sicuti in armata militia dantur Vexilliferis, Capitaneis, Ducibus, & similibus præcipua insignia; ita etiam concedenda sunt Archipresbyteris, Archidiaconis, & Prioribus in signū præcipuorum munerum.
29 Vnusquisq; est tractandus in vestibus secundùm conditionem, & dignitatem suam.
30 Abbati debetur melius vestimentum, quā Monacho, Monaco melius, quam Conuerso, Magistro in Theologia melius, quam alij Sacerdoti.
31 Consuetudinem non abusiuam, sed Canonicam, & rationabilem impugnans fouet malum ius,
32 Delatio mantelletti, & Rochetti in habente primam dignitatem, ex consuetudine introducta, non reprobatur à Ceremoniali Romano; sed ex eiusdem verbis videtur permissa.
33 Mantelletum, & Rochettum in Archipresby-

ctero, seu Priore non est inconueniens, vt quod fuerit inuentum ad significandam eorum præeminentiam.
34 Imò ab hac Sac. Rituum Cōgregatione fuit alias declaratum in his nostris terminis ad fauorem Archipresbyteri Perusini contra Prioré Claustralem eiusdem Ecclesiæ.
35 Stat firmum, quod vsus mantelletti, & rochetti conueniat habenti primam dignitatē, quod eiusdem habitus diuersus, & honorificentior esse debeat habitu Canonicorum, & quod prima dignitas habet prærogatiuam in alijs ritibus Ecclesiasticis.
36 Ex diuersis non fit illatio.
37 Archidiaconus, vti Protonotarius non verò, vt primus in dignitate, vel in Consuetudine nixus non vtitur mantelleto, ac rochetto ex declaratione Sacræ Congregationis.
38 Maior prærogatiua debetur maiori in dignitate.
39 Protonotariatus officium, & Archidiaconatus, cui non sint prima dignitas Sac. Congr. decla- clarauit non esse dignitatem.
40 Obtinentem secundam dignitatem, & Protonotariatum Apostolicum, si priuilegia Protonotariatus in loco suæ Ecclesiæ sint in vsu, & ipse incedat in habitu Protonotarij, præcedere extra Chorum primam dignitatem declarauit Sac. Congreg.
41 Validius, si is Protonotarius obtineat primam Dignitatem.
42 Consuetudo Thurificandi tribus ductibus primam dignitatem absente Episcopo an sit reuocata per Ceremoniale?
43 Episcopus quot ductibus sit Thurificandus distinguitur ex Ceremon.
44 Canonicus celebrans in præsentia Episcopi duplici, in absentia triplici thurificatur ductu ex ceremon.
45 Consuetudo thurificandi plus, vel minus primam dignitatem præsente, vel absente Episcopo non est contra, seu præter Ceremoniale Romanum, sed iuxta illud, & illius imitationem.
46 Episcopi absentia, & præsentia diuersificat ritus in præeminentijs.
47 Episcopo absente non sunt patificandi in thurificatione Canonici cum prima dignitate, ex eo quod ipso præsente sint pares.
48 Ratio lucri est diuersa à ratione damni?
49 Constitutio Clementis Papæ VIII. super Ceremoniali non derogat consuetudinibus introductis, sed introducendis.
50 Consuetudo introducta facilius confirmatur, quam introducenda.
51 Consuetudo immemorabilis non solum habet vim tituli, & priuilegij, sed etiam pacti, & legis.
52 Consuetudo immemorabilis non venit in generali derogatione consuetudinum.
53 Consuetudinum derogatio intelligitur de consuetudinibus dispositioni Principis contrarijs.
54 Verba derogatoria *Cæterisque contrarijs non obstantibus*, non tollunt nisi contraria, non autem conformia.
55 Vicarius generalis non habet dignitatem, & absente Episcopo sedens in Ecclesia, indutus more, quo extra Ecclesiam incedit, non thurificatur, nisi duobus ductibus.
56 Ab huiusmodi obseruantia cum Vicario generali, non infertur ad modum, quo est tractanda prima dignitas in Ecclesia.

RATIOCINIVM XXIV.

ASSISIENSIS PRÆEMINENTIARVM

DVb. 1. An consuetudo immemorabilis Ecclesiæ Assisiensis, quod D. Episcopo absente Prior, cuius dignitas post Episcopalem est prima in ipsa Ecclesia triplici ductu thurificetur, sit abusiua, vel saltem sublata per ceremoniale lib. 1. cap. 23. §. fin.

2 An Prior prædictus post generalē Episcopi Vicarium immediatè prius, quam Canonici sit aqua benedicta aspergendus.

3 An Prior præfatus in Ecclesia prędicta possit vti mantelleto, ac rochetto ex longa, cuius initij memoria non extat consuetudine ipsius moderni, & Priorum suorum prædecessorum, cum participatione distributionum quotidianarum.

EMinentiss., ac Reuerendiss. Domine. Consuetudo thurificandi, & aquæ benedictā aspergēdi Priorem Ecclesiæ Assisien. ac deferendi Mantelletum, ac Rocchetū cū participatione distributionū quotidianarum in præinsertis primo, secundo, & tertio dubijs enarrata videtur obseruanda; quia ad ostendendā debitam obseruationem Rituum, & functionum Ecclesiasticarum, & in alijs, quæ sunt iurisdictionis attendi-
1 tur consuetudo cuiusque Ecclesiæ, dummodo non sit contra jus Diuinū

Abb.

Abb. in cap. 2. not. 2. de fer. vbi infert
2 ad consuetudinem obseruandi festiui-
tates; & ad consuetudinem baptizan-
di; Dicit .n. D. Gregor. *lib. pr. Epist.*
41. *relat. in cap. de trina mersione de*
consecrat. distinct. 4. quod in vna fide
nihil officit Sanctæ Ecclesiæ consue-
3 tudo diuersa. In materia etiam præ-
eminentiarum, prerogatiuarum, mo-
4 di sedendi, & similium attenditur pa-
riter consuetudo *Bald. in cap. cum*
olim n. 1. & 2. & ibidem Henr. Boich.
n. 3. de consuetud. Dec. in l. cum quæ-
dam n. 39. & ibidem Cagnol. n. 54. ff.
si cert. pet. Ruin. cons. 19. nu. 6. lib. pr.
Natt. cons. 62. n. 7. Nauar. cons. 2.
in tit. de maiorit. & obed. Rot. decis.
4. de elect. in nou. & Seraphin. decis.
404. n. 6. & decis. 964. n. 2. vbi Do-
5 mini dixerunt procedere etiam quod
esset consuetudo, quod minus dignus
præcederet digniorem, maximè quã-
do consuetudo non esset absoluta, sed
in aliquibus actibus specialis.
6 Ex quibus tollitur obiectio præ-
tensi abusus, & eò magis, quia istæ
consuetudines præsumuntur iustæ,
& ex magna, & iusta causa introdu-
ctæ *cap. frustra vbi Archid. distinct.*
8. Bald. in cap. cum venisset de eo qui
mittitur in possessionem, & in l. de qui-
bus n. 98. ff. de legib. & Menoch. de
7 *præsumpt. lib. 1. præsumpt. 1. n. 4.* itaq;
consuetudines æquiualent veritati
latè Aym. cons. 23. nu. 9. & Prior
8 fundans se in consuetudine non tene-
tur allegare titulum, nec quidem co-
loratum, etiamsi foret contra Ius, &
contra superiores *Calder. cap. 3. de ijs*
quæ fiunt à Prælat.
Nam licet omnium, quæ à maio-
9 ribus nostris fuerint per consuetudi-
nem, quæ vim legis habet constituta,
non possit vera reddi ratio *l. non om-*
10 *nium ff. de leg.* tamẽ probabiliter for-
san conijci potest pro rationabili sal-
tem impulsu introductam fuisse eius-
modi consuetudinem, ex eo quod
omnes ferè Ciuitates, præsertim in-
11 signes quibus præest Episcopus in
spiritualibus consueuerunt Episco-
pum, & Capitulum condecorare of-
ficio Archidiaconi, Archipresbyteri,
vel Prępositi, de quibus *extra. de offic.*
Archidiac. & de offic. Archipresbyt.
12 qui dicuntur habere primas dignita-
tes post Episcopalem, & Archipre-
13 sbyter dicitur Presbyterorum Prin-
ceps, & quoad quædam spiritualia
dicitur Vicarius Episcopi *cap. officium*
vbi Abb. de offic. Archipresb. & absen-
te Episcopo potest pro eo solemnes
celebrare Missas *cap. 1. eodem tit. cap.*
14 *perlectis §. Archypresbyter distinct.*
25. & alia præcipua exercet officia;
de quibus *Lancellott. Cõrad. in templ.*
15 *omnium iudicum lib. 2. cap. 11. n. 10.*
Archidiaconus verò, qui est Princeps
Diaconorum, & dicitur oculus Epis-
copi est clarissimus, sicut Archipre-
sbyter, & est etiam Episcopi absentis
Vicarius, & habet plura officia, de
quibus *cap. 1. cum seq. de offic. Archid.*
16 *& Lancellott. Conrad. in præcit. tract.*
lib. 2. cap. 3. Canonici autem non di-
cuntur habere dignitatem, quamuis
sint Canonici Ecclesiæ Cathedralis
17 *cap. Statutum vbi Gemin. & alij de*
rescript. lib. 6. etiamsi haberent præ-
bendas, quibus foret annexum Ius
instituendi, vel conferendi *Feder. de*
Sen. cons. 80. circa fin. vers. item non
obstat.
Proinde, cum in qualibet Cathe-

18 drali munera, & officia spectantia ad Archipresbyterum, & Archidiaconum sint opportunè exercenda, & implenda per cōstitutum in dignitate post Episcopalem, & in Ecclesia Assissien. nulla alia dignitas, quam
19 Prioratus, fuerit instituta, consequens est, quod non attento nomine, sed re, ac officio in Ecclesia Cathedrali requisitis *Card. Zabarell. cons. 62. in princ.*, Prior loco Archipresbyteri, & Archidiaconi sit in dignitate constitutus, & subiturus mune-
20 ra, & functiones illorum; Et propterea debeat præeminere Canonicis in sedendo, & recipiendo alios honores, & delationes thurificationum, aspersionum aquæ benedictæ, ac etiā vti indumentis exterioribus, aliquo modo differentibus ab indumentis præcipuis Canonicorum, vt demonstrentur illius præminentia, & dignitas, qua Canonici non sunt decorati, ad obeunda officia, & functiones Ecclesiasticas præcipuè ipsius Prioris, in dignitate constituti.

21 Planè, vt ait *Tull. de orator.* vestis depellēdi frigoris causa primò reperta est, posteà ad ornatum, & dignitatem: quamobrem ad ornatum, & dignitatem repertus est vsus cuiusdā
22 vestis, quam Tusci, & Longobardi ceperunt vocare, pro vt, & nos vocamus mantellettum, seù operimentū, seù cappam *Archid. in cap. nullus vers. siuè operimento 21. q. 4.* Ista au-
23 tem operimenta si sint fulgida, & pretiosa ad finem iactantiæ, vel vilia ad finē hypocrisis prohibentur Cle-
24 ricis *ad cap. omnis*, vbi *Archid. dist. 21. q. 4. & ad Matth. cap. 7.* sed conuenientia ad ostendendam diuersitatem officiorum, & dignitatum personarum præcipiuntur, & obseruantur *cap. fin. dist. 41. l. si accepto 32. ff. de Iur. Fisc. vbi not.* in hoc attendi consuetudinem loci, & idem not. *in cap.*
25 *quis quis 1. c. distinct. 41. & Luc. de Penn. in l. 3. C. de milit. vest. Canon.*

Consuetudo igitur Eccl. Assissien. quod illius Prior cuius dignitas est
26 prima post Pontificalem, deferat Mantelletum, & Rocchettum, habuit ortum rationabilem, quia ex illarum vestium delatione indicantur dignitas Prioris, qua carent Canonici, & exercitium officiorum, & functionum Ecclesiasticarum ad ipsum spectantium, & quæ non spectant ad Canonicos.

27 Hæc etiam coadiuuantur ex argumento à militiæ armatæ militibus ad milites Cœlestis militiæ, *ad not. in l. Sacrosanctæ, & in auth. Presbyteros C. de Episcop. & Cleric. & Glos. in l. miles & ibidem Bart. Ang. & alij ff. de re iudic. Euerar. in topic. legal. in loco à militia armatæ milite ad mili-*
28 *tem Cœlestis militiæ*, Quarè præcipua insignia sunt Archipresbyteris, Archidiaconis, Prioribus, & similibus concedenda in Collegio Ecclesię Cathedralis ad significationem præcipuorum munerum, & officiorum, quibus præficiuntur; sicut in armata militia dātur vexilliferis, Capitaneis, Ducibus, & similibus.

His etiam adstipulantur *not. per*
29 *Bald. in l. sed & si quid 18. alijs 19. §. sufficienter, ff. de re vsufruct.* vbi sumendo argumentum ab illa *l. quod quis* sit secundùm conditionem & dignitatem suam tractandus, etiā
30 in vestibus, dicit Abbati deberi me-

lius vestimentum, quam Monaco, & Monaco melius, quam Conuerso, Magistro in Theologia melius, quam alij Sacerdoti.

Quò circa sola consuetudo prænarrata perspicuè ostendit malú ius Canonicorum ex authoritatibus in prin-
31 cipio productis, & tanto clariùs, quia consuetudo nullo modo est abusiua, sed ex plurimis validissimis rationibus proximè consideratis Canonica, & valdè rationabilis tam circa trinam thurificationem Prioris, in absentia Episcopi, & in prioritate aspersionis aquæ benedictæ, quam etiam in delatione Mantelletti, & Rocchetti.

Deniq; oppositio per Canonicos facta contra Priorem super delatione Mantelletti, & Rocchetti remouetur
32 ex eodem Ceremoniali *cap. 6. in princ. lib. 2.*, in quo loquitur de ritu processus ad matutinū absente Episcopo, & dicitur, quod *Canonicus, seu alius dignior Presbyter Missam celebraturus induitur eodem habitu Canonicali, vel alio suæ dignitati conuenienti, quo in Ecclesia uti consueuit.* Equidem recitata huius capituli verba non obscurè edocent, quod Prior, qui, vt ostendi, in Ecclesia Assisien. habet dignitatem Archipresbyteralem potest consueuisse vti habitu nō Canonicali, sed alio suæ dignitati cōuenienti, nimirùm, dùm dicit *Canonicus, vel alius dignior Eccl. Presbyter*, non potest intelligi, nisi de Archipresbytero, seù Priori, prima dignitate post Episcopalem decorato, & dum, in eadem verborum structura, seù periodo, Canonico, habitus Canonicalis, & habenti dignitatem, alius suæ dignitatis, habitus secundū consuetudinem tributiur, patet quod Canon admittit Archipresbyterum, seù Priorem, qui habent primam dignitatem post Episcopalem posse deferre habitum secundùm consuetudinem, & diuersum ab habitu Canonicali.

Neq; dicatur, quod Mantelletum, & Rochettum non sit conueniens dignitati Archipresbyterali: quia hoc
33 nulla ratione probatur, imò cum Archipresbyter, seù Prior sit in dignitate, in qua non est Canonicus, & habitus Mantelletti, vt superius demōstraui, sit ad ostendendam dignitatem inuentus, delatio Mantelleti in Archipresbytero, seù Priori non potest dici habitus inconueniens.

Tollitur etiam ista prætensa incōuenientia Mantelletti, & Rochetti in Archipresbytero, seù Priore habente primam dignitatem Ecclesiæ post Pontificalem ex declaratione huius Sacræ Congregationis in Perusina
34 20. Decembris 1601. habita, in qua actum fuit, quod Archipresbyter Perusinus, cuius dignitas est prima post Pontificalem Perusinam, sicut Prioris Assisien. dignitas est prima post Pontificalem Assisien. valeret secundum consuetudinem deferre Mantelletum, & Rochetum, & quod Prior Claustralis, qui est Canonicus non possit vti puluino super tapete, sicut vtitur Archipresbyter, sed super panno viridi.

Ex quibus deducitur, quod vsus delationis Mantelletti, & Rochetti in prima dignitate Ecclesiæ post Ponti-
35 ficalem non est incōueniens, & quod habitus primæ dignitatis sit diuersus, & honorificentior habitu Canonico-

Minus obstat constitutio, seù confirmatio Clem. VIII. super predictum
49 Ceremoniale, in principio illius impressa, in fin.; & in clausula derogatiua *non obstan.* vbi derogat consuetudinibus; quia primò respondetur, quod non agimus de consuetudine inducenda, sed de consuetudine introducta conseruanda; facilius enim confirmatur consuetudo introducta, quam introducenda *cap. ad Apostolicum de regular. l. pra furioso ff. de his, qui sunt*
50 *sui, vel alieni iur. Ias. in l. 3. §. ex pluribus n. 26. ff. de acquir. possess.* maximè quia tunc thurificatio Prioris in absentia Episcopi inoleuit, nedùm à 40, seù 50. annis citra, verum etiã à tempore, cuius memoria non extat in contrarium; & ista consuetudo imme-
51 morabilis ne dùm habet vim tituli, & priuilegij, sed etiam vim pacti, & legis *cap. super quibusdam §. præterea de verb. signif. L. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aq. quotid. & æstiu.*: & hæc im-
52 memorabilis non venit in generali derogatione consuetudinum *cap. 1. vbi glos. & Doct. de constitut. lib. 6. l. 3. §. diuus ff. de sepulchr. violat. & Paul. Castr. in l. de quibus n. 19. ff. diuus de legib.*

Secundò, respondetur quod huiusmodi derogatio consuetudinum intelligitur de consuetudinibus ipsi Ceremoniali contrarijs, non autem de consuetudinibus, quę possunt cum ipso
53 Ceremoniali concordari, pro vt sunt istę controuersę consuetudines, non contra ceremoniale, sed illius imitatrices, & obseruatrices *ad not. in cap. cum dilectus de consuet. Goffr. in summa eiusdem tit. in fin. & Rocch. de curt. in d. cap. cum tanto lect. 7. n. 27.*

Tertiò respondetur in confirmatione responsionis proximè precedentis ex verbis ipsiusmet constitut. seu confirmat. Clem. VIII. appositis in ipsa de-
54 rogatoria, in illis verbis *cæterisq; contrarijs non obstantibus* ex quibus clarè demonstratur, quod cõsuetudines supradictæ nõ contrarię Canonibus Cęremonialis nõ veniunt in derogatione.

Non obstat declaratio Sacræ Congregationis acta die 14. Ianuarij 1617 in Nepesin. in qua censuit Vicarium Generalem in Ecclesia sedentem, indutum subtanea, & Mantello nigro,
55 sicut extra Ecclesiã, in absentia Episcopi non esse triplici ductu thurificandum; quia à Vicario Generali, qui dicitur Vicarius ab homine, non à lege constitutus, qui nullam habet dignitatem, qui vulgaribus vestibus, & non Ecclesiasticis est indutus, qui nullam
56 antiquam pro se habet consuetudinem, non valet argumentum ad Priorem, indutum vestibus Ecclesiasticis, & non vulgaribus, qui obtinet in Ecclesia primam dignitatem, post Episcopalem, & qui est Vicarius Episcopi à lege institutus, & habet pro se cõsuetudinem immemorabilem; quia Vicario predicto nulla facti series, & nulla ratio facti congruit, quæ conuenit Priori Assisien., pro vt ex proximè deductis fuit ostensum.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

TEstamentum in quo quis instituitur, cum onere tamen faciendi similem dispositionem ad fauorem Testatoris an, & quando sustineatur? Quid, si onus respiciat ademptionem: non verò substitutionẽ. Conditio inest dispositioni, & ab ea non separa-

paratur. Si conditio apponatur in oratione ademptionis, seu priuationis reddit captatoriam ademptionem, institutionem verò non vitiat. Turpitudo captatoriæ non consistit in conditione, sed in dispositione. Quid dicendum, si conditio de vicissim instituendo impleatur. Si substitutio dici posset nulla, quia captatoria adhuc sustineretur, Si ab alio capite dispositionis, seu vocationis regi posset.

SVMMARIVM.

1 Dispositio si sit pura, & onus Captatorium sit scripturæ in separata Oratione, sustinetur.
2 Contrarium esset, si hæres institueretur, & in eadem periodo grauaretur ad faciendam similem dispositionem sub pœna priuationis.
3 In hoc casu non corrueret sola conditio, sed, & etiam tota dispositio.
4 Si dispositio sit pura, & conditio sit scripta in diuersa ratione, tunc conditio tamquam reproba vitiatur, & non vitiat.
5 Et cum prædicta distinctione reconciliantur sibi ipsis Doctores.
6 Conditio captatoria in diuersa oratione emanata vitiatur, & vitiat ademptionem.
7 Maximè, si conditio respiciat ademptionem potius, quam substitutionem.
8 Vel conditio non adijcitur per viam præcepti, sed potius pro reddenda ratione ademptionis.
9 Conditio Captatoria inficit dispositionem, si eidē insit; vbi verò exponitur per viam pollicitationis, aut alia ratione, per quam non inducatur obligatio tunc reijcitur, & firma manet principalis dispositio.
10 Conditionis natura est, vt sit in dispositione, & ab ea non sit separabilis.
11 Rota, quæ dixit non referre huiusmodi conditionem fuisse appositam in separata Ratione, quomodo sit intelligenda?
12 Conditio redditur inseparabilis ex clausulis, & *non alias, aliter*.
13 Inseperabilis est etiam, quando Testator expressis verbis declarat, quod alias non fecisset substitutionem.
14 Conditio Captatoria inficit quidquid respicit.
15 In materia substitutionis captatoriæ turpitudo non est in ipsa conditione.
16 Non improbatur à iure, quod institutus suum auctorem instituat.
17 Reprobatur ipsa dispositio, in qua consistit Turpitudo, quia non licet metu pœnæ alium allicere ad se instituendum.
18 Quod conditio vitietur, & non vitiet procedit in materia captatoriæ.
19 In cæteris autem casibus conditio improba, & de Iure impossibilis vitiat, & non vitiatur.
20 Dispositio, non obstante conditione Captatoria sustinetur, si ipsa conditio impleatur; quia non obstat defectus implementi.
21 Caducitate particulari vocatione quis potest venire ex vniuersali.
22 Votum Testatoris de conseruandis bonis in eius familia facit, vt intelligantur vocati ad fideicōmissum qui sunt de familia.
23 Votum huiusmodi, quatenus non pendet à præcedentibus substitutionibus, sed stat per modum regulæ adiectæ in separata oratione, inducit nouum fideicommissum inter alios de familia Testatoris.
24 Cōseruandi perpetuò bona in familia inducit Votum dispositionem inter omnes de familia non solum effectiuè, sed etiam contentiuè.
25 Disposita in casum delicti declarant qualis fuerit intentio Testatoris in casum mortis.
26 Substitutus sub conditione potest alteri iura cedere, purificata conditione.
27 Substitutio Compendiosa continet sub se vulgarem.
28 Sublata vna linea, tamquam non scripta ob vitiū Captatoriæ subintrat sequens.
29 Nec obstaret, si esset concepta in casum, quod linea deficeret.
30 Vulgaris substitutio concepta in casum non existentiæ, vel deficientiæ locum etiam habet in casum incapacitatis, vel Iuris restagentis.

RATIOCINIVM XXV.

BONONIENS. FIDEICOMMISS. DE MALVTII.



Euer. Pater. Substitutio Perithei, eiusq; descendentium pura est, & libera ab initio; Onus verò faciendi similem dispo-
1 sitionem ad fauorem testatoris additum fuit in oratione penitus separata; Quidquid enim sit, quando sub vni-
2 ca periodo instituitur heres, & grauatur, vt ipse similem dispositionem faciat, aliàs hereditate priuatur, in quibus terminis *Menoch. cons. 699. n. 8. & Surd. decis. 68. n. 12.* reprobato Bald. contrarium sentiente sustinent totam dispositionem vitiari, non au-
3 tem solam conditionem, vbi, prout hic tota substitutio est pura; Conditio verò, vel modus superadditur in separata oratione; Conditio huiusmodi,
4 tamquam reproba habetur pro non scripta, & vitiatur, sed non vitiat, vt in

in terminis consuluit *Peregr. cons.* 34.
5 *n.* 1. *lib.* 5. *Fusar. cons.* 13. qui licet *n.* 18. *in fine,* & 19. adhęreat opinioni Surdi contra Bald. vbi institutio, & ademptio continetur in eadem oratione, eodem tamen *n.* 18. *verſ. non obſtat ſecundus*, admittit hanc distin-
6 ctionem, quod vbi institutio, vel substitutio pura sit, & valida, & posteà sequatur ademptio sub improba conditione, sola ademptio vitietur, & firma maneat prima dispositio.

Procedunt hęc à fortiori, ex quo
7 conditio, seu onus huiusmodi respicit potiùs ademptionem, quàm sub-
8 stitutionem; & insuper non est adiectum per viam pręcepti, sed potiùs reddenda ratione ademptionis. Inquit enim, *e quelle Institutioni, e ſustitutioni, e vocationi del Sig. Periseo, e ſuoi figliuoli, e deſcendenti faccio, perche intendo, che eſſo faccia vna ſimile diſpoſitione, che ſe à tempo di ſua morte non ſi trouerà hauer ciò fatto, ex nunc pro vt ex tunc lo priuo.* Apparet hinc onus huiusmodi faciendi, scilicet similem dispositionem nō fuisse adiectum per viam pręcepti, & obligationis, sed potiùs pro ratione ademptionis, quam incontinenti fecit in casu contrario, & sic ademptionem fuisse captatoriam, non autem substitutio-
9 nem; vnde sola ademptio vitiatur, vt benè distinxit *Rota apud Seraph. decis.* 359. *num.* 25., vbi quod tunc demū captatoria conditio vitiat institutionē, quoties ponitur in ipsa dispositione; vbi enim exponitur per viam pollicitationis, aut alia ratione, per quam nō inducatur obligatio ea sola reijcitur, & firma remanet principalis dispositio.
10 Non obstat itaque, quod ea sit conditionis natura, vt insit dispositioni, & ab ea non sit separabilis; vnde Rota in illa Romana fideicōmissi de Martoſlis 11. Decembris 1651. Coram bo. me. Dunozetto dixit non referre,
11 quod similis conditio apposita fuerit in separata oratione, quia in primis in casu decisionis conditio erat insepara-
12 bilis propter clausulas & *non alias aliter*, & quia testator expressis verbis
13 declarauerat, quod aliàs non fecisset substitutionem: deindè cōditio illa respiciebat ipsam substitutionem, & ap-
14 posita fuerat ad illam qualificandam, vndè ipsamet substitutio reddebatur captatoria, & hęc conditio respicit ademptionem; ideò sola ademptio est captatoria, & nulla. *Bald. in l. captatorias num.* 11. *ff. de teſtam. milit. ibiq. Iaſ. num.* 2. *in fin. Duran. de condit. & mod. Impoſſ. par.* 5. *cap.* 3. *nu.* 54.
15 In hac enim materia turpitudo non est in conditione, cum à Iure non improbetur, quod institutus auctorem suum instituat, vel suos descendentes; sed turpitudo potiùs est in dispositio-
16 ne, ex quo metu pene non licet alium allicere ad se instituendum, vt benè
17 distinguit *Surd. d. dec.* 68. *num.* 7. & *ſeqq.* & hinc est, quod in hac materia
18 conditio non vitiatur sed vitiat, licet conditio improba, & de Iure impossibilis vitiet, & non vitietur, vt probat
19 *Bart. in l. prima num.* 5. *ff. de condit. inſtit.*; Ideò videndum est an substitutio sit improba, vel ademptio ipsa sola vitietur, vt benè *Rota apud Seraph. d. dec.* 369. *num.* 25. & comprobat *Peregr. art.* 3. *n.* 37.

Demum in casu predictę decisionis Papirius substitutus non cōdiderat testa-
20 mentum, nec conditionem impleuerat.

rat. Vndè data validitate dispositionis obstat sibi defectus implementi; At hìc Peritheus conditionem impleuit, quia in testamẽto disposuit, pro vt Pirrhus concupierat, Ideò non excluditur ex intentione testatoris, sed solum ex resistentia legis, quæ tamen hoc casu solam ademptionem infringit, ex iuribus suprà allegatis.

Preterea Marchio Sygismundus ali-
21 undè deducit suam vocationem, ex voto, scilicet, conseruãdi perpetuò bona in familia Maluetiorum, his verbis.
22 *Voglio, che si decidi con questi termini, e fini, che sempre queste mie facoltà restino nella famiglia de Maluezzi, e non possino passare à femine: che la linea mia sia preferita à tutte, & in ogni modo goda questi beni; che doppo essi restino sempre in vna testa sola*; Votum enim huiusmodi perpetuò conseruan-
23 di bona in familia Maluetiorum nullatenus pendens ab antecedentibus substitutionibus, sed per modum regulæ adiectę in separata oratione induxit nouum fideicommissum, primò inter filios, & descendentes Pirrhi, & deindè inter alios de familia Maluetiorum, vt declarat *Soccin. in l. qui Romæ §. cohæredes n. 17. ff. de verb. oblig.* & sæpè dixit *Rota in rec. dec. 10. n. pr. par. pr. & decis. 681. par. nu. pr. par. 2. & decis. 467. n. pr. & seqq. par. 5. rec.*

Vbi ergo captatoria fuisset substitutio Perithei, eorumque descendentium, & sic haberetur pro non scripta, votum hoc conseruandi perpetuò bona in familia Maluetiorum comprehendens omnes de familia non posset, salua ratione recti sermonis restringi ad solos descendentes Pyrrhi, & sic nouam inducet dispositionem inter
24 omnes de familia non solùm effectiuè, sed etiam contentiuè; vt latè declarat *Gratian. discept. forens. cap. 828. n. 23. & seq.*, & dixit *Rota in Regien. bonorum 23. Februarij 1646. coram Eminentissimo bo. me. Corrado impressa post Merlin. de pignor. la 110. n. 45. cum seqq.*

Repetita fuit eadem voluntas perpetuandi bona in familia Maluetia in casum delicti, quæ paritèr declarat, qualis fuerit intentio in casum mortis,
25 vt dictum fuit, *in Bonon. fideicommissi de Quidotis 24. Ianuarij 1648. vers. decimo coram bo. me. Arguelles, in Viterbien. fideicomm. 18. Martij 1654. coram R. P. D. meo Verospio, & in Camerinen. bonorum 3. Iunij 1654. coram bo. me. Bichio.*

26 Cęterũ, vbi deficeret linea Perithei, & non impleretur testatoris pręceptũ (*in tal caso, & vno di essi*) substituit testator Galeatium Maluetium, qui iura sua cessit Marchioni Sigismundo. Cũ enim substitutio sit compendiosa con-
27 tinens sub se vulgarem, sublata linea Perithei, tamquam non scripta ob vitiũ Captatoriæ subintrat sequens gra-
28 dus *l. p. ff. de his qui pro non script. habentur, & l. vnica §. 2. C. de caduc. tollend. Fusar. in his terminis cons. 43.*
29 *num. 33. cum duobus seqq.*, licèt concepta sit in casum, quo linea deficeret, quia vulgaris concepta in casum non existentię, vel deficientię locum etiam habet in casum incapacitatis, & vbi obstat Iuris impedimentum *Odd. cons. 2. n. 10. Peregrin. cons. 33. n. 3. & 4. lib. 5. Fusar. d. cons. 43. n. 36. & 37.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Augmento dotis promissum vxori per virum debetur. Statutum Vrbis prohibens dotis augmentum quandonam intret? Mediatoris dictum, & tractatum quando afficiat principalem? Actum inter partes, si in scriptura desupèr confecta non fuit registratum videtur omissum. Donatio facta ex causa, an resoluatur, si causa cesset. Conditio, si decesserit dicitur momentanea. Pro dote militat priuilegium, vt etiam à tertio stipulari possit. Sponsalia nō impediunt donationē. Bulla Sixtina prohibitiua augmenti dotis quomodo sit intelligenda? Dos, licèt sine matrimonio non sit, soluto tamen matrimonio respectu mulieris est propriè dos.

SVMMARIVM.

1 Augmentum dotis soluendum post viri mortem vxori, ab eodem viro promissum debetur, non obstante *l. promittendo ff. de Iur. Dot.*
2 Ius petendi huiusmodi dotis augmentum transmittitur ad hæredes vxoris.
3 Statutum Vrbis non applicatur, quando augmentum promittitur antè contractum matrimonium.
4 Dicta inter mediatores non afficiunt principales, nisi probetur eis dicta fuisse.
5 Tractata inter partes, si postea non exprimantur in scriptura videntur consultò omissa.
6 Causa donandi non resoluit donationem, si ea cesset.
7 Donatio facta ex causa conseruandæ agnationis, eà extincta non resoluitur, sed transit ad hæredes donatarij.
8 Causa non limitat dispositionem, quando concurrit commodum acquirentis.
9 Conditio, si decesserit sponsus, & filij non remanēant, est momentanea.
10 Mors momento effectuatur.
11 Donatio facta vxori iuueni, vt faciliùs renubere possit non importat conditionem, quia interpretatio in dubio semper fit de modo, vel causa, non verò de conditione.
12 Dotis speciale est, vt à tertio stipulari possit.
13 Apoca dotis scripta, post contracta sponsalia non impedit donationem.
14 Statutum Vrbis de donationibus non applicatur in donatione remuneratoria.
15 Bulla Sixtina non loquitur de augmento facto à viro, effectuando post eius mortem, ex causa remunerandæ iuuentutis.
16 Causa remunerationis non venit in vniuersali dispositione, sed debet specialiter exprimi.
17 Remuneratio iuuentutis est potius emptio, & venditio, quam liberalitas.
18 Donatio facta in præmium iuuentutis vltrà taxam, valet, vt emptio, & venditio.
19 Ad satisfactionem argumenti in iure non attenditur ad diuersitatem verborum, sed ad veritatis substantiam, & ad obiecti identitatem.
20 Argumento satis respondet, qui argumentum retorquet.
21 Argumentum cessat, si cessent præsupposita ab arguente.
22 Negatiua in facto, satis conuincitur ex ipso facto.
23 Ad effectum lucrandi augmentum in remunerationem iuuentutis, an sit necessaria longæua superuiuentia mulieris?
24 Sed sufficit sponsam eo temporis, quo superuixit dotem habuisse, vt ea debeatur suis hæredibus.
25 Dos non est sine matrimonio.
26 Matrimonio soluto dos dicitur propriè dos respectu mulieris.

RATIOCINIVM XXVI.

ROMANA AVGMENTI DOTIS.



Reuer. Pater. Augmentum istud est omninò debitū; nec adaptatur *l. promittēdo 42. ff. de Iur. dot.*, siuè sursum, siuè deorsum voluatur: cum non disponat
1 aliquid, quod pertineat ad casum nostrum. Clarum est enim à marito posse promitti augmentum vxori soluendū post eius mortem, vt statim comprobabo, & ius istud transmittitur ad heredes vxoris *Rot. decis. 365. n. 3. p. 4. recen.*

Non applicatur Statutum Vrbis *de donat.*
2 *inter vir. & vxor.*, quia facta fuit promissio ista post sponsalia, antè contractū matrimonium, vt in terminis firmarunt *Gratian. discept. 498. n. 34.*
3 *& pluribus seqq. & Rot. deci. 658. per tot. & signanter n. 8. p. 4. recen. & in eadem causa coram Greg. deci. 569. n. 11. & per tot. & coram Merl. deci. 8. pariter per tot.*

Causa donandi, vt sponsa iuuenis posset nubere remanente vidua non proba-
4 tur, quia dicta inter mediatores non affici-

assistiunt principales, nisi probetur eis
dicta fuisse, vt in terminis respondet
decisio 125. *n.* 8. *p.* 4. *rec.*
Imò etiam tractata inter partes, si postea
non sint expressa in scriptura videntur
5 consultò omissa *Greg. d.* 90. *n.* 15. & nõ
sufficit probare colloquia, sed probãda est conclusio, & confirmatio inter
partes *Menoch. cons.* 895. *n.* 12. *&*
13.

Et probata, si dici posset non releua-
6 ret, quia causa donandi non resoluit
donationem, si ea cesset, vt sunt textus
clarissimi *in l. secunda ad fin. & in l.*
3. ff. de donat. quos rogo videri, &
ideò donatio facta ex causa agnationis
7 conseruandę, ea extincta non resolui-
tur, sed transit ad hęredes donatarij
Achil. d. vnica tit. de dona. Put. d. 273.
lib. 3. *Surd. d.* 322. *n.* 75. *rec. decis.*
587. *n. primo parte prima, & d.* 398.
n. 7. *p.* 5. Imò causa non limitat dispo-
8 sitionem, quando concurrit commo-
dum acquirentis *vulg. l. penult. ad fin.*
ff. de alim. & cibar. legat.

Conditio, si decesserit sponsus an-
9 tè D. Iuliam, & filij non remaneant
dubitari non potest quin sit momenta-
nea; nam mors momento effectuatur
l. si intèr virum 8. *& l. sed, & in illo*
10 18. *ff. de reb. dub.*, causa autem, non
conditio est, quę ex adu. somniatur de-
sponsa renubenda; cum nullibi probe-
tur fuisse apposita in vim conditionis,
11 & interpretatio semper fit de modo,
vel causa, non de conditione *Rot. d.*
228 *n.* 8. *p.* 2. *diuers.*

Ab infinitis obiectis ex aduerso con-
gestis breuiter me expediam; dicitur
in primis, apocam non fuisse fac-
12 tam pręsente D. Iulia; sed respondeo in
dote hoc esse speciale, vt possit stipula-
ri etiam à tertio *l.* 46. *Caius n.* 2. *in fin.*
ff. solut. matrim. vbi Bart. & cæteri
sequuntur Rot. post infinitos alios in Com-
met. pecun. 15. *Aprilis* 1616. *coram*
bo: me. Pirouano.

Secundũ, quod sit scripta post factum
matrimonium corruit ex facto, quia
tunc erant sola sponsalia contracta, &
sic Matrimonium impropriè, nec im-
pedit donationem, vt ex *Gratian. &*
alijs supra deductis conuincitur.

Tertium, Satutũ Vrbis de donatio-
nibus non applicari dicunt in puncto
Gratian. discept. 498. *n.* 33. *&* 34.
Rot. d. 538. *n.* 7. *p.* 4. *recen. Merlin.*
decis. 80. *n.* 7.

Quartum de Bulla Sixtina facilè ex-
15 ploditur, quia non loquitur de augmẽ-
to facto à viro effectuando post eius
mortem ex causa remunerandę iuuen-
tutis ipsius mulieris; nam causa remu-
nerationis non venit in vniuersali di-
spositione, sed debet specialitèr expri-
16 mi, cum sit potius emptio, & vendi-
tio, quàm datio liberalis, vt firmatur
ex his, & ex alijs rationibus benè dedu-
ctis in terminis similis legis Hispanicę
17 *à Baua. in tract. de non melioran. filiab.*
cap. 17. *n.* 8. *&* 17. *& per tot.* & in
18 puncto donationis factę in pręmium
iuuentutis vltrà taxam tradunt *Ayora*
in tract. de particion. p. 1. *c.* 7. *n.* 3. *fol.*
mihi 54. *& Azeuedo ad lib.* 5. 9. *reco-*
pilat. tit. 2. *l.* 2. *fol. mihi* 36. *n.* 11.

Quintum tollitur, ex auctoritatibus
19 adductis ad tertium, cùm idem in sub-
stantia hic recognatur.

Sextum retorquet primum, & ideò
20 satis responsum.

Septimum, in quo ponderatis ver-
21 bis illis (*prometto, che li miei heredi*
restituiranno la dote, che mi sarà data

alla quale aggiungeranno &c.) dicebatur augmentum necessariò supponere dotem, & restitutionem presupponere solutionē, & his presuppositis cessantibus cessare etiā augmentū, *vt ex Rot. p. 1. diuers. d. 589. n. 1.* resoluitur cum affirmatiua constantissimà, quod dos fuit persoluta, vt iam fuit ostensum in prima propositione causę, ita vt sit me-
22 lius ex aduerso ponderandum factum, antequam asseratur negatiua.

Octauum, de momentanea superui-
23 uentia vxoris nimis subtile est, sed sufficit sponsam illo tempore, quo superuixit dotem habuisse, vt ea debeatur suis heredibus, ex clara dispositio-
24 ne legum supra in principio adducta-
25 rum: Dos non est sine matrimonio; sed est dos verè, & propriè respectu
26 mulieris, eo soluto. Sunt hę res, quę in studijs leguntur *in rubr. ff. solut. matrim.*

Decidendus casus iste videtur, vt etiam ex aduersò admittitur ex congressu Excellentiss. Comitis de Haro, & Eminentiss. Cardinalis Mazarini, qui concluserūt matrimonium faciendum, & iam factum erat: & obiectiones, & difficultates conclusioni non obstare debent; Quod in hac causa iam est conclusum, & debet denuò concludi. Igitur post tantas moras equum est, vt tandem DD. de Bolognetis soluant.

Quarè &c.

ARGVMENTVM.

D*Onatio facta patri cum pacto, quod post eius mortem succedant in ea eiusdem filij, independenter à patre acquiritur filijs. Primus donatarius non potest retrodonare in præiudiciū vocatorum. Nec consensus donantis, ac donatarij præiudicare potest, quibus fuit ius quæsitū. Donatio, vt supra facta non est vnica donatio, sed continet duas diuisas donationes. Ex inobseruantia vnius ex vocatis non præiudicatur vocatis ex propria persona, sed potius eis aperitur via illicò succedendi. Si huiusmodi vocatus sit hæres primi donatarij, non prohibetur impugnare eiusdem factum*

SVMMARIVM.

1 Donatione facta patri, & post eius mortem filijs, filij dicuntur particulariter contemplati, & ex propria persona, & vsque ab initio eisdem acquiritur ius irreuocabile.
2 Et in hoc casu cessat omnis quæstio.
3 Pater non potest retrodonare in præiudicium filiorum, qui bona ista non habuerunt ex facto ipsius, sed ex facto donantis.
4 Nec in totum, nec in partem potest minuere donationem.
5 Etiamsi accederet consensus donantis, & primi donatarij.
6 Donatio semel perfecta non potest reuocari, nec minui in præiudicium illorum, quibus ius fuit quæsitum.
7 Non potest alterari ad præiudicium substitutorum, pro quibus non solum primus donatarius, sed etiam Notarius fuerat stipulatus.
8 Donatio vt supra facta continet duas diuisas, & separatas donationes.
9 Si reuocetur de consensu primi donatarij intelligitur ea solum reuocata, quæ facta fuit ad eius fauorem.
10 Si huiusmodi donatio sit conditionalis, an primus donatarius in præiudicium substitutorum retrodonare possit.
11 Quæ sunt facti putantur ex facto.
12 Solutio facienda de fructibus bonorum præsumitur ex possessione illorum.
13 Primus donatarius non adimplens præiudicat sibi, non verò substitutis.
14 Contrauentio vnius ex vocatis non præiudicat, cæteris substitutis, & venientibus ex propria persona, sed potius illis aperitur via illicò succedendi.
15 Donatio cum genere substitutionis, nec ex ingratitudine primi donatarij ergà donantem, nec ex alio quolibet facto resolui potest in præiudicium substitutorum.
16 Nec obstaret quod substituti essent hæredes primi donatarij; quo minùs possent impugnare retrodonationem; ad quam fuerunt vocati independenter à primo.

RA-

RATIOCINIVM XXVII.

RAVENNATEN. DONATIONIS.

Reuer. Pater. Prima do-
natio non fuit facta Pau-
lo acceptanti pro se, &
filijs, sed eidem Paulo
durante solum sua vita,
& cum expresso pacto, quod post ipsi-
us mortem succedant in eisdem bonis
donatis, & iuribus vniuersis eius filij,
1 *vt in Summar. num.* 4. vnde intrat ab-
sque difficultate conclusio receptissi-
ma, quod ijdem filij fuerint æque par-
ticulariter, & ex propria persona con-
templati, fueritq; illis vsque ab initio
quæsitum Ius irreuocabile, vt præ alijs
tradunt, *Fontanell. de pact. nupt. claus.*
4. *glos.* 9. *p. pr. nu.* 10. *vers. secus ve-*
rò fuit dictum, *optimè Ludou. Bell.*
cons. 45. *num.* 8. *dicens hoc casu cessa-*
2 *re omnem quæstionem*, *& cons.* 45. *nu.*
1. *&* 2. *& cons.* 46. *nu.* 3. *Surd. dec.*
324. *n.* 6. *Hodier. in addition. ad dec.*
322. *num.* 2. *& dixit Rot. in Auenio-*
nen. fideicom. 4. *Februarij* 1647. §.
hæc autem irreleuantia coram Reueren-
diss. Verospio & in Florentina dona-
tionis, seu separationis bonorum 2. *A-*
prilis 1650. §. *non obstante coram bo.*
me. Peutingerio.

3 Hinc sequitur non potuisse Paulum
retrodonare in præiudicium filiorum,
qui bona ista non habuerunt ex facto
ipsius, sed ex facto donantis, vt dicút
Barz. decis. 64. *num.* 5. *Venturin. qui*
loquitur in puncto de retrodon. cons. 14.
4 *num.* 45. *&* 76., vbi quod nec in to-
tum, nec in partem potest minui, *Gal-*
lerat. de renunc. lib. 1. *cap.* 11. *nu.* 5.
vers. sed neque Franc. dec. 205. *nu.* 3.
Ruit. cons. 151. *num.* 8. *lib.* 2. *Altogr.*
cons. 7. *num.* 14. *lib.* 1. *Fontanell. de*
pact. nupt. claus. 4. *glos. pr. num.* 35.
& dixit Rota in Romana diuisionis 20.
Iulij 1639. *coram bo. me. Bichio con-*
firmata 10. *Iunij* 1641. *coram Reue-*
rendiss. Decano, *& in Romana, seu*
Nepesina restitutionis in integrum 4.
Iunij 1655. *coram eodem & in Roma-*
na restitutionis dotis 30. *Maij* 1658.
§. *& vlterius coram Reuerendissimo*
Beuilaqua.

5 Idque procedit, etiam accedente mu-
tuo consensu donantis, & primi do-
natarij, quia vbi donatio est perfecta
non potest reuocari, nec minui in præ-
iudicium illorum, quibus est quæsitũ
Ius, *iuxtà tex. in l. perfecta C. de do-*
6 *nat. quæ sub mod. & in l. illud C. de*
collat., & in terminis, quod non pos-
sit alterari ad præiudicium substituto-
rum, pro quibus nedum primus do-
natarius, sed etiam Notarius fuit stipu-
7 latus, dicunt *Socc. cons.* 115. *num.* 12.
lib. 4. *Cranet. cons.* 19. *num.* 5. *Clar.*
§. *donatio q.* 1. *nu.* 13. *Cabal. cons.* 68.
in fin. plenè Gratian. cap. 329. *nu.* 13.
Larrea, qui exactissimè articulum discu-
tit dec. 91. *per totam & dixit Rota co-*
ram Bubal. decis. 149. *num.* 4. *& ibi*
Adden. num. 10. *& dec.* 38. *num.* 13.
part. 7. *recent.*

8 Et confert optima ratio adducta per
Menoch. cons. 1153. *num.* 53. *&* 54.
quod simile Instrumentum donationis
ad fauorem alicuius sua vita durante,
& postea ad fauorem aliorum contine-
at duas diuisas, & separatas donatio-
nes, adeò quod etiamsi de consensu
primi donatarij reuocaretur, intellige-
9 retur solum reuocata ea, quæ facta fuit
ad eius fauorem, non autem altera.

Nec quicquam obstat, quod dicta
dona-

rum, & quod prima dignitas habeat etiam prærogatiuam in alijs ritibus Ecclesiasticis, etiam quod Canonicus sit Prior claustralis.

Non obstant nonnulla Decreta eiusdem Sacræ Congregationis ex aduerso allegata, quia non applicantur terminis consuetudinum Ecclesiæ Assisien. de quibus agitur, quandoquidem super delatione Mantelletti, & Rochetti non obstat Decretum, seù declaratio 16. Martij 1610. in Asculana Apuliæ, quia in ea ille Archidiaconus fundabat delationem Mantelletti, & Rochetti in suo Protonotariatus officio ex priuilegio, non autem in Archidiaconatu, vel prima dignitate illius Ecclesiæ post Pontificalem, & minùs super antiqua consuetudine introducta; Prior autem Assisien. non se fundat in Protonotariatu, sed in sua prima dignitate post Pontificalem illius Ecclesiæ, quæ est dignitas non extranea, & temporalis, sed propria, perpetua, & annexa ipsi Prioratui, & de ipsa Ecclesia, & Capitulo Assisien. & propterea est etiam in eo Capitulo maioritas, cui debentur prerogatiuę in ipso Capitulo Assisien. *cap. Statutum 15. de maiorit. & obed.* Prior fũdat etiam se in antiqua consuetudine, quę sola sibi sufficit ad reportandã victoriam contra Canonicos, ex superiùs latè deductis. Tollitur secundũ responsum Decreti, & declarationis tangentis locum, & sedem ipsius Prioris ex eo, quod ipse non prętendit sedere in loco consueto ratione Protonotariatus, nec Archidiaconatus, quorum officia Sacra Congregatio ratione sibi benè visa in eo casu censuit non esse dignitatem, Prioratus verò Assisien. est prima dignitas illius Ecclesię, & ideò in sedendo habet pręrogatiuam contra Canonicos tam de Iure, quam de consuetudine, & ideò nec verba, nec ratio huius secundi responsi conueniunt in casu Prioris Assisien.

36

37

38

39

Minùs applicatur declaratio, acta die 10. Decembris 1606. in Neritonen. in qua censuit obtinentem secundã Ecclesię dignitatẽ, & Protonotariatũ Apostolicũ, quatenùs priuilegia Protonotariorum essẽt in vsu, & obtinens incederet in habitu Protonotarij fore seruanda in præcedentia extrà chorum in præcedendo primam eiusdem Ecclesiæ dignitatem: Nam declaratio hæc fauet potius, quàm officiat moderno Priori Assisien. qui obtinet primam dignitatem Ecclesiæ post Pontificalem, & Protonotariatũ, adeò quod & ratione primę dignitatis Ecclesiæ, & ratione Protonotariatus præcedit Canonicos, qui nunc agũt, contra quos nunc Prior instat strictè declarari eius sedem, & incessum in Ecclesia, ratione suæ primæ dignitatis prætensę. Consuetudo verò thurificandi Priorem, & primam dignitatem prædictam post Episcopalem absente Episcopo non videtur sublata, nec ei derogata per Ceremoniale *lib. 1. cap. 23. in fin. §. demum aduertere debet thurificator*, quia loquitur præsente Episcopo, quo casu Episcopus triplici, & deindè duplici ductu, dignitates primò, & Canonici successiuo ordine sunt thurificandi; Nos autem sumus in casu thurificationis dignitatum in absentia Episcopi, qui casus nec cum vel sinè præsupposito absentiæ Episcopi deciditur, seù ordinatur expressè.

40

41

42

Imò indè sumitur, & notatur disciplina

plina contra intentionem Canonico-
43 rum Assisien. super prætensa derogatione huius consuetudinis Ecclesiæ Assisien.; Siquidem tam in dicto §. fin. proximè citato, quam in pluribus alijs §§. præcedētibus in dicto cap. 23. docetur, quod quando non præest in dignitate, Nobilitate, seù officio Præstantior Episcopo, & Episcopus thurificatur triplici ductu, quando verò præest duplici tantum; itaut ob præsentiam PræstantiorisEpiscopus amittat vnum ductum thurificationis. Prębetur etiam magis propinqua ratio ex eodem Ceremon. *lib.* 1. *cap.* 2. §. *incepto Canone*, vbi cauetur, quod Canonicus celebrans in præsentiaEpiscopi duplici ductu thurificetur, & in cap. 3. disponitur, quod Canonicus cele-
44 brans in absentia Episcopi thurificetur triplici ductu.

Ex quibus deducitur, quod in thurificationis ritu diuersa oritur ratio, & dispositio à pręsentia, & absentia Episcopi, proficisciturque argumentum à simili, & à proportione concludens, quod consuetudo Ecclesiæ Assisien.
45 sępius enunciata Canonicā habet rationem in thurificando triplici ductu dignitatem Prioratus in absentia Episcopi, licet in Episcopi præsentia bis tantum thurificetur, & sic in pręsentia sui Superioris amittat vnum thurificationis ductum, sicut Episcopus in pręsentia nobilioris, seù pręstantioris; & propterea ista consuetudo thurificandi Priorem in absentia Episcopi videtur valdè Canonica: quia non est contra dictum Cęremoniale, nec pręter illud, sed secundū illud; & illius imitatiua, quemadmodum eiusmodi consuetudines appellant Imperatores *Seuerus, & Antoninus in l. fin. vbi Bald. C. quæ sit long. consuetud.* & dicitur consuetudo legis obseruatiua *Rocch. de Curt. in cap. cum tanto sect. 5. sub n. 7. de consuetud.*

Ad propositum rituum, & preeminentiarum Ecclesiasticarum hanc eādem rationem differentię inter pręsen-
46 tiam, & absentiam Episcopi considerauit bo. me. D. Cantuccius, olim Sac. Palat. Apost. Aud., & deindè Episcopus Lauretanus in Florentina pręcedentię, vt refert *Grat. discep. forens. cap.* cxi. *n.* 17. *&* 18.

Neq; obstat, si diceretur quod in dicto *cap.* 23. §. *fin.* Canonici in pręsentia Episcopi parificantur Priori in
47 duplici ductu thurificationis; & propterea æquè etiam thurificandi sint in absentia Episcopi; quia respondetur, quod vnus casus ratione longè differt, ab alio; Etenim Prioratus, dignitas prima post Episcopalem in absentia Episcopi habet plures prerogatiuas, & prelationes pro ipsis Canonicis, pro vt est, quod sit ipso iure illius Vicarius, quod solemnem Missam Episcopi celebret, & similes: ita quod Prior non sit indignus, quod in absentia Episcopi etiam vno ductu pluri thurificetur;
48 Secundò respondetur, quod lucri ratio est diuersa à ratione damni *l. qui autem in princ. ff. de his, quæ in fraud. credit. & Dec. in l. non fraudatur ff. de reg. iur.* Quamobrem satisfit Canonicis; qui ob Episcopi absentiam non amittunt duplicem ductum; nec eis preiudicatur, quod Prior, & prima dignitas lucretur vnum ductum Episcopo aliàs præsenti, & non ipsis debitum, ita vt Episcopi potius, quam ipsorum hoc intersit.

Minus

Minus obstat constitutio, seù confirmatio Clem. VIII. super prędictum
49 Ceremoniale, in principio illius impressa, in fin.; & in clausula derogatiua *non obstan.* vbi derogat consuetudinibus; quia primò respondetur, quod non agimus de consuetudine inducenda, sed de consuetudine introducta conseruanda; facilius enim confirmatur consuetudo introducta, quam introducenda *cap. ad Apostolicum de regular. l. præ furioso ff. de his, qui sunt*
50 *sui, vel alieni iur. Iaſ. in l. 3. §. ex pluribus n. 26. ff. de acquir. possess.* maximè quia tunc thurificatio Prioris in absentia Episcopi inoleuit, nedùm à 40. seù 50. annis citra, verum etiā à tempore, cuius memoria non extat incontrarium; & ista consuetudo imme-
51 morabilis ne dùm habet vim tituli, & priuilegij, sed etiam vim pacti, & legis *cap. super quibusdam §. præterea de verb. signif. l. hoc iure §. ductus aquę ff. de aq. quotid. & æstiu.*: & hæc im-
52 memorabilis non venit in generali derogatione consuetudinum *cap. 1. ubi glos. & Doct. de constitut. lib. 6., l. 3. §. diuus ff. de sepulchr. violat. & Paul. Castr. in l. de quibus n. 19. ff. diuus de legib.*

Secundò, respondetur quod huiusmodi derogatio consuetudinum intelligitur de consuetudinibus ipsi Cęremoniali contrarijs, non autem de consuetudinibus, quę possunt cum ipso
53 Ceremoniali concordari, pro vt sunt istę controuersę consuetudines, non contra ceremoniale, sed illius imitatrices, & obseruatrices *ad not. in cap. cum dilectus de consuet. Goffr. in summa eiusdem tit. in fin. & Rocch. de curt. in d. cap. cum tanto lect. 7. n. 27.*

Tertiò respondetur in confirmationē responsionis proximè pręcedentis ex verbis ipsiusmet constitut. seu confirmat. Clem. VIII. appositis in ipsa de-
54 rogatoria, in illis verbis *cæterisq; contrarijs non obstantibus* ex quibus clarè demonstratur, quod cōsuetudines supradictæ nō contrarię Canonibus Cęremonialis nō veniunt in derogatione.

Non obstat declaratio Sacræ Congregationis acta die 14. Ianuarij 1617 in Nepesin. in qua censuit Vicarium Generalem in Ecclesia sedentem, indutum subtanea, & Mantello nigro,
55 sicut extra Ecclesiā, in absentia Episcopi non esse triplici ductu thurificandum; quia à Vicario Generali, qui dicitur Vicarius ab homine, non à lege constitutus, qui nullam habet dignitatem, qui vulgaribus vestibus, & non Ecclesiasticis est indutus; qui nullam
56 antiquam pro se habet consuetudinem, non valet argumentum ad Priorem, indutum vestibus Ecclesiasticis, & non vulgaribus, qui obtinet in Ecclesia primam dignitatem, post Episcopalem, & qui est Vicarius Episcopi à lege institutus, & habet pro se cōsuetudinem, immemorabilem; quia Vicario prędicto, nulla facti series, & nulla ratio facti congruit, quæ conuenit Priori Assisien., pro vt ex proximè deductis fuit ostensum.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

Testamētum in quo quis instituitur, cum onere tamen faciendi similem dispositionem ad fauorem Testatoris an, & quando sustineatur? Quid, si onus respiciat ademptionem: non verò substitutionē. Conditio inest dispositioni, & ab ea non separa-

paratur. Si conditio apponatur in oratione ademptionis, seu priuationis reddit captatoriam ademptionem, institutionem verò non vitiat. Turpitudo captatoriæ non consistit in conditione, sed in dispositione. Quid dicendum, si conditio de vicissim instituendo impleatur. Si substitutio dici posset nulla, quia captatoria adhuc sustineretur, Si ab alio capite dispositionis, seu vocationis regi posset.

SVMMARIVM.

1 Dispositio si sit pura, & onus Captatorium sit scripturæ in separata Oratione, sustinetur.

2 Contrarium esset, si hæres institueretur, & in eadem periodo grauaretur ad faciendam similem dispositionem sub pœna priuationis.

3 In hoc casu non corrueret sola conditio, sed, & etiam tota dispositio.

4 Si dispositio sit pura, & conditio sit scripta in diuersa ratione, tunc conditio tamquam reproba vitiatur, & non vitiat.

5 Et cum prædicta distinctione reconciliantur sibi ipsis Doctores.

6 Conditio captatoria in diuersa oratione emanata vitiatur, & vitiat ademptionem.

7 Maximè, si conditio respiciat ademptionem potius, quam substitutionem.

8 Vel conditio non adijcitur per viam præcepti, sed potius pro reddenda ratione ademptionis.

9 Conditio Captatoria inficit dispositionem, si eidē insita; vbi verò exponitur per viam pollicitationis, aut alia ratione, per quam non inducatur obligatio tunc reijcitur, & firma manet principalis dispositio.

10 Conditionis natura est, vt sit in dispositione, & ab ea non sit separabilis.

11 Rota, quæ dixit non referre huiusmodi conditionem fuisse appositam in separata Ratione, quomodo sit intelligenda?

12 Conditio redditur inseparabilis ex clausulis, & *non aliter, aliter*.

13 Inseperabilis est etiam, quando Testator expressis verbis declarat, quod alias non fecisset substitutionem.

14 Conditio Captatoria inficit quidquid respicit.

15 In materia substitutionis captatoriæ turpitudo non est in ipsa conditione.

16 Non improbatur à iure, quod institutus suum auctorem instituat.

17 Reprobatur ipsa dispositio, in qua consistit Turpitudo, quia non licet metu pœnæ alium allicere ad se instituendum.

18 Quod conditio vitietur, & non vitiet procedit in materia captatoriæ.

19 In cæteris autem casibus conditio improba, & de Iure impossibilis vitiat, & non vitiatur.

20 Dispositio, non obstante conditione Captatoria substinetur, si ipsa conditio impleatur; quia non obstat defectus implementi.

21 Caducata particulari vocatione quis potest venire ex vniuersali.

22 Votum Testatoris de conseruandis bonis in eius familia facit, vt intelligantur vocati ad fideicōmissum qui sunt de familia.

23 Votum huiusmodi, quatenus non pendet à præcedentibus substitutionibus, sed stat per modum regulæ adiectæ in separata oratione, inducit nouum fideicommissum inter alios de familia Testatoris.

24 Cōseruandi perpetuò bona in familia inducit Votum dispositionem inter omnea de familia non solum effectiuè, sed etiam contentiuè.

25 Disposita in casum delicti declarant qualis fuerit intentio Testatoris in casum mortis.

26 Substitutus sub conditione potest alteri iura cedere, purificata conditione.

27 Substitutio Compendiosa continet sub se vulgarem.

28 Sublata vna linea, tamquam non scripta ob vitiū Captatoriæ subintrat sequens.

29 Nec obstaret, si esset concepta in casum, quod linea deficeret.

30 Vulgaris substitutio concepta in casum non existentiæ, vel deficientiæ locum etiam habet in casum incapacitatis, vel Iuris restagentis.

RATIOCINIVM XXV.

BONONIENS. FIDEICOMMISS. DE MALVTII.



Euer. Pater. Substitutio Perithei, eiusq; descendentium pura est, & libera ab initio; Onus verò faciendi similem dispo-
1 sitionem ad fauorem testatoris additum fuit in oratione penitus separata; Quidquid enim sit, quando sub vni-
2 ca periodo instituitur heres, & grauatur, vt ipse similem dispositionem faciat, aliàs hereditate priuatur, in quibus terminis *Menoch. cons. 699. n. 8. & Surd. decis. 68. n. 12.* reprobato Bald. contrarium sentiente substinent totam dispositionem vitiari, non au-
3 tem solam conditionem, vbi, prout hic tota substitutio est pura; Conditio verò, vel modus superadditur in separata oratione; Conditio huiusmodi,
4 tamquam reproba habetur pro non scripta, & vitiatur, sed non vitiat, vt in

in terminis consuluit *Peregr. cons.* 34.
5 *n. 1. lib. 5. Fusar. cons.* 13. qui licet *n.* 18. *in fine, &* 19. adhæreat opinioni Surdi contra Bald. vbi institutio, & ademptio continetur in eadem oratione, eodem tamen *n.* 18. *vers. non obstat secundus*, admittit hanc distin-
6 ctionem, quod vbi institutio, vel substitutio pura sit, & valida, & postea sequatur ademptio sub improba conditione, sola ademptio vitietur, & firma maneat prima dispositio.

Procedunt hęc à fortiori, ex quo
7 conditio, seu onus huiusmodi respicit potius ademptionem, quam sub-
8 stitutionem, & insuper non est adiectum per viam præcepti, sed potius reddenda ratione ademptionis, Inquit enim, *e quelle Institutioni, e sustitutioni, e vocationi del Sig. Petrucci, e a suoi figliuoli, e descendenti faccio, perche intendo, che esso faccia vna simile dispositione; che se à tempo di sua morte non si trouerà hauer ciò fatto, ex nunc pro ut ex tunc lo priuo.* Apparet hinc onus huiusmodi faciendi, scilicet similem dispositionem nō fuisse adiectum per viam præcepti, & obligationis, sed potius pro ratione ademptionis, quam incontinenti fecit in casu contrario, & sic ademptionem fuisse captatoriam, non autem substitutio-
9 nem; vnde sola ademptio vitiatur, vt benè distinxit *Rota apud Seraph. decis.* 359. *num.* 25. vbi quod tunc demū captatoria conditio vitiat institutionē, quoties ponitur in ipsa dispositione; vbi enim exponitur per viam pollicitationis, aut alia ratione, per quam nō inducatur obligatio ea sola reijcitur, & firma remanet principalis dispositio.
10 Non obstat itaque, quod ea sit conditionis natura, vt insit dispositioni, & ab ea non sit separabilis; vnde Rota in illa Romana fideicōmissi de Martolis 11. Decembris 1651. Coram bo. me. Dunozetto dixit non referre,
11 quod similis conditio apposita fuerit in separata oratione, quia in primis in casu decisionis conditio erat insepara-
12 bilis propter clausulas *& non alias aliter*, & quia testator expressis verbis
13 declarauerat, quod aliàs non fecisset substitutionem: deindè cōditio illa respiciebat ipsam substitutionem, & ap-
14 posita fuerat ad illam qualificandam, vndè ipsamet substitutio reddebatur captatoria, & hęc conditio respicit ademptionem; ideò sola ademptio est captatoria, & nulla. *Bald. in l. captatorias num.* 11. *ff. de testam. milit. ibiq. Ias. num.* 2. *in fin. Duran. de condit. & mod. Imposs. par.* 5. *cap.* 3. *nu.* 54.
15 In hac enim materia turpitudo non est in conditione, cum à Iure non improbetur, quod institutus auctorem suum instituat, vel suos descendentes; sed turpitudo potius est in dispositio-
16 ne, ex quo metu pene non licet alium allicere ad se instituendum, vt benè
17 distinguit *Surd. d. dec.* 68. *num.* 7. *& seqq.* & hinc est, quod in hac materia
18 conditio non vitiatur sed vitiat, licet conditio improba, & de Iure impossibilis vitiet, & non vitietur, vt probat
19 *Bart. in l. prima num.* 5. *ff. de condit. instit.* Ideo videndum est an substitutio sit improba, vel ademptio ipsa sola vitietur, vt benè *Rota apud Seraph. d. deci.* 359. *num.* 25. & comprobat *Peregr. art.* 3. *n.* 37.

Demum in casu predictę decisionis Papirius substitutus non cōdiderat testa-
20 mentum, nec conditionem imple-
rat.

rat. Vndè data validitate dispositionis obstat sibi defectus implementi; At hic Peritheus conditionem impleuit, quia in testaméto disposuit, pro vt Pirrhus concupierat, Ideò non excluditur ex intentione testatoris, sed solum ex resistentia legis, quæ tamen hoc casu solam ademptionem infringit, ex iuribus suprà allegatis.

Prętereà Marchio Sygismundus ali-
21 undè deducit suam vocationem, ex voto, scilicet, conseruãdi perpetuò bona in familia Maluetiorum, his verbis.
22 *Voglio, che si decidi con questi termini, e fini, che sempre queste mie facoltà restino nella famiglia de Maluezzi, e non possino passare à femine: che la linea mia sia preferita à tutte, & in ogni modo goda questi beni; che doppo essi restino sempre in vna testa sola*; Votum enim huiusmodi perpetuò conseruan-
23 di bona in familia Maluetiorum nullatenus pendens ab antecedentibus substitutionibus, sed per modum regulæ adiectę in separata oratione induxit nouum fideicommissum, primò inter filios, & descendentes Pirrhi, & deindè inter alios de familia Maluetiorum, vt declarat *Soccin. in l. qui Romæ §. cohæredes n. 17. ff. de verb. oblig.* & sæpè dixit *Rota in rec. dec. 10. n. pr. par. pr. & decis. 681. par. nu. pr. par. 2. & decis. 467. n. pr. & seqq. par. 5. rec.*

Vbi ergo captatoria fuisset substitutio Perithei, eorumque descendentium, & sic haberetur pro non scripta, votum hoc conseruandi perpetuò bona in familia Maluetiorum comprehendens omnes de familia non posset, salua ratione recti sermonis restringi ad solos descendentes Pyrrhi, & sic nouam inducet dispositionem inter
24 omnes de familia non solùm effectiuè, sed etiam contentiuè; vt latè declarat *Gratian. discept. forens. cap. 828. n. 23. & seq.*, & dixit *Rota in Regien. bonorum 23. Februarij 1646. coram Eminentissimo bo. me. Corrado impressa post Merlin. de pignor. la 110. n. 45. cum seqq.*

Repetita fuit eadem voluntas perpetuandi bona in familia Maluetia in casum delicti, quæ paritèr declarat, qualis fuerit intentio in casum mortis,
25 vt dictum fuit, *in Bonon. fideicommissi de Quidotis 24. Ianuarij 1648. vers. decimo coram bo. me. Arguelles, in Viterbien. fideicomm. 18. Martij 1654. coram R. P. D. meo Verospio, & in Camerinen. bonorum 3. Iunij 1654. coram bo. me. Bichio.*

26 Cęterũ, vbi deficeret linea Perithei, & non impleretur testatoris pręceptũ (*in tal caso, & vno di essi*) substituit testator Galeatium Maluetium, qui iura sua cessit Marchioni Sigismundo. Cũ enim substitutio sit compendiosa con-
27 tinens sub se vulgarem, sublata linea Perithei, tamquam non scripta ob vitiũ Captatoriæ subintrat sequens gra-
28 dus *l. p. ff. de his qui pro non script. habentur, & l. vnica §. 2. C. de caduc. tollend. Fusar. in his terminis conf. 43.*
29 *num. 33. cum duobus seqq.*, licèt concepta sit in casum, quo linea deficeret, quia vulgaris concepta in casum non existentię, vel deficientię locum etiam habet in casum incapacitatis, & vbi obstat Iuris impedimentum *Odd. conf. 2. n. 10. Peregrin. conf. 33. n. 3. & 4. lib. 5. Fusar. d. conf. 43. n. 36. & 37.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

AVgmento dotis promissum vxori per virum debetur. Statutum Vrbis prohibens dotis augmentum quandonam intret? Mediatoris dictum, & tractatum quando afficiat principalem? Actum inter partes, si in scriptura desupèr confecta non fuit registratum videtur omissum. Donatio facta ex causa, an resoluatur, si causa cesset. Conditio, si decesserit dicitur momentanea. Pro dote militat priuilegium, vt etiam à tertio stipulari possit. Sponsalia nō impediunt donationē. Bulla Sixtina prohibitiua augmenti dotis quomodo sit intelligenda? Dos, licèt sine matrimonio non sit, soluto tamen matrimonio respectu mulieris est propriè dos.

SVMMARIVM.

1 Augmentum dotis soluendum post viri mortem vxori, ab eodem viro promissum debetur, non obstante *l. promittendo ff de Iur. Dot.*
2 Ius petendi huiusmodi dotis augmentum transmittitur ad hæredes vxoris.
3 Statutum Vrbis non applicatur, quando augmentum promittitur antè contractum matrimonium.
4 Dicta inter mediatores non afficiunt principales, nisi probetur eis dicta fuisse.
5 Tractata inter partes, si postea non exprimantur in scriptura videntur consultò omissa.
6 Causa donandi non resoluit donationem, si ea cesset.
7 Donatio facta ex causa conseruandæ agnationis, eà extincta non resoluitur, sed transit ad hæredes donatarij.
8 Causa non limitat dispositionem, quando concurrit commodum acquirentis.
9 Conditio, si decesserit sponsus, & filij non remaneant, est momentanea.
10 Mors momento effectuatur.
11 Donatio facta vxori iuueni, vt faciliùs renubere possit non importat conditionem, quia interpretatio in dubio semper fit de modo, vel causa, non verò de conditione.
12 Dotis speciale est, vt à tertio stipulari possit.
13 Apoca dotis scripta, post contracta sponsalia non impedit donationem.
14 Statutum Vrbis de donationibus non applicatur in donatione remuneratoria.
15 Bulla Sixtina non loquitur de augmento facto à viro, effectuando post eius mortem, ex causa remunerandæ iuuentutis.
16 Causa remunerationis non venit in vniuersali dispositione, sed debet specialiter exprimi.
17 Remuneratio iuuentutis est potius emptio, & venditio, quam liberalitas.
18 Donatio facta in præmium iuuentutis vltrà taxam, valet, vt emptio, & venditio.
19 Ad satisfactionem argumenti in iure non attenditur ad diuersitatem verborum, sed ad veritatis substantiam, & ad obiecti identitatem.
20 Argumento satis respondet, qui argumentum retorquet.
21 Argumentum cessat, si cessent præsupposita ab arguente.
22 Negatiua in facto, satis conuincitur ex ipso facto.
23 Ad effectum lucrandi augmentum in remunerationem iuuentutis, an sic necessaria longæua superuiuentia mulieris?
24 Sed sufficit sponsam eo temporis, quo superuixit dotem habuisse, vt ea debeatur suis hæredibus.
25 Dos non est sine matrimonio.
26 Matrimonio soluto dos dicitur propriè dos respectu mulieris.

RATIOCINIVM XXVI.

ROMANA AVGMENTI DOTIS.

REuer. Pater. Augmentum
istud est omninò debitū;
nec adaptatur *l. promittēdo 42. ff. de Iur. dot.*, siuè
sursum, siuè deorsum vo-
1 luatur: cum non disponat
aliquid, quod pertineat ad casum no-
strum. Clarum est enim à marito posse
promitti augmentum vxori soluendū
post eius mortem, vt statim comproba-
bo, & ius istud transmittitur ad hære-
des vxoris *Rot. decis. 365. n. 3. p. 4. recen.*

Non applicatur Statutum Vrbis *de donat.*
2 *inter vir. & vxor.*, quia facta fuit pro-
missio ista post sponsalia, antè contra-
ctū matrimonium, vt in terminis fir-
marunt *Gratian. discept. 498. n. 34.*
3 *& pluribus seqq. & Rot. dec. 658. per
tot. & signanter n. 8. p. 4. recen. & in
eadem causa coram Greg. dec. 569. n.
11. & per tot. & coram Merl. dec. 8. pariter per tot.*

Causa donandi, vt sponsa iuuenis posset
nubere remanente vidua non proba-
4 tur, quia dicta inter mediatores non
afici-

afficiunt principales, nisi probetur eis dicta fuisse, vt in terminis respondet *decisio* 125. *n.* 8. *p.* 4. *rec.*

Imò etiam tractata inter partes, si postea non sint expressa in scriptura videntur
5 consultò omissa *Greg. d.* 90. *n.* 15. & nō sufficit probare colloquia, sed probāda est conclusio, & confirmatio inter partes *Menoch. cons.* 895. *n.* 12. & 13.

Et probata, si dici posset non releua-
6 ret, quia causa donandi non resoluit donationem, si ea cesset, vt sunt textus clarissimi *in l. secunda ad fin. & in l.* 3. *ff. de donat.* quos rogo videri, & ideò donatio facta ex causa agnationis
7 conseruandę, ea extincta non resoluitur, sed transit ad hęredes donatarij *Achil. d. vnica tit. de dona. Put. d.* 273. *lib.* 3. *Surd. d.* 322. *n.* 75. *rec. decis.* 587. *n. primo parte prima, & d.* 398. *n.* 7. *p.* 5. Imò causa non limitat dispo-
8 sitionem, quando concurrit commodum acquirentis *vulg. l. penult. ad fin. ff. de alim. & cibar. legat.*

Conditio, si decesserit sponsus an-
9 tè D. Iuliam, & filij non remaneant dubitari non potest quin sit momentanea; nam mors momento effectuatur *l. si inter virum* 8. & *l. sed, & in illo*
10 18. *ff. de reb. dub.*, causa autem, non conditio est, quę ex actu somniatur desponsa renubenda; cum nullibi probetur fuisse apposita in vim conditionis,
11 & interpretatio semper fit de modo, vel causa, non de conditione *Rot. d.* 228. *n.* 8. *p.* 2. *diuers.*

Ab infinitis obiectis ex aduerso congestis breuiter me expediam; dicitur in primis, apocam non fuisse fac-
12 tam presente D. Iulia; sed respondeo in dote hoc esse speciale, vt possit stipulari etiam à tertio *l.* 46. *Caius n.* 2. *in fin. ff. solut. matrim. vbi Bart. & cæteri sequuntur Rot. post infinitos alios in Com. met. pecun.* 15. *Aprilis* 1616. *coram bo. me. Pirouano.*

Secundū, quod sit scripta post factum matrimonium corruit ex facto, quia tunc erant sola sponsalia contracta, & sic Matrimonium impropriè, nec impedit donationem, vt ex *Gratian. & alijs supra deductis* conuincitur.

Tertium, Satutū Vrbis de donationibus non applicari dicunt in puncto *Gratian. discept.* 498. *n.* 33. & 34. *Rot. d.* 538. *n.* 7. *p.* 4. *recen. Merlin. decis.* 80. *n.* 7.

Quartum de Bulla Sixtina facilè ex-
15 ploditur, quia non loquitur de augmēto facto à viro effectuando post eius mortem ex causa remunerandę iuuentutis ipsius mulieris; nam causa remunerationis non venit in vniuersali dispositione, sed debet specialitèr expri-
16 mi, cum sit potius emptio, & venditio, quàm datio liberalis, vt firmatur ex his, & ex alijs rationibus benè deductis in terminis similis legis Hispanicę
17 *à Bana in tract. de non melioran. filiab. cap.* 17. *n.* 8. & 17. & *per tot.* & in
18 puncto donationis factę in prēmium iuuentutis vltrà taxam tradunt *Ayora in tract. de particion. p.* 1. *c.* 7. *n.* 3. *fol. mihi* 54. & *Azeuedo ad lib.* 5. 9. *recopilat. tit.* 2. *l.* 2. *fol. mihi* 36. *n.* 11.

Quintum tollitur, ex auctoritatibus
19 adductis ad tertium, cùm idem in substantia hic recognatur.

Sextum retorquet primum, & ideò
20 satis responsum.

Septimum, in quo ponderatis ver-
21 bis illis (*prometto, che li miei heredi restituiranno la dote, che mi sarà data*

alla quale aggiungeranno &c.) dicebatur augmentum necessariò supponere dotem, & restitutionem presupponere solutionē, & his presuppositis cessantibus cessare etiā augmentū, *vt ex Rot. p. 1. diuers. d. 589. n. 1.* resoluitur cum affirmatiua constantissimà, quod dos fuit persoluta, vt iam fuit ostensum in prima propositione causę, ita vt sit me-
22 lius ex aduersò ponderandum factum, antequam afferatur negatiua.

Octauum, de momentanea superui-
23 uentia vxoris nimis subtile est, sed sufficit sponsam illo tempore, quo superuixit dotem habuisse, vt ea debeatur suis heredibus, ex clara dispositio-
24 ne legum supra in principio adducta-
25 rum: Dos non est sine matrimonio; sed est dos verè, & propriè respectu
26 mulieris, eo soluto. Sunt hę res, quę in studijs leguntur *in rubr. ff. solut. matrim.*

Decidendus casus iste videtur, vt etiam ex aduersò admittitur ex congressu Excellentiss. Comitis de Haro, & Eminentiss. Cardinalis Mazarini, qui concluserūt matrimonium faciendum, & iam factum erat: & obiectiones, & difficultates conclusioni non obstare debent; Quod in hac causa iam est conclusum, & debet denuò concludi. Igitur post tantas moras ęquum est, vt tandem DD. de Bolognetis soluant.

Quarè &c.

ARGVMENTVM.

D*onatio facta patri cum pacto, quod post eius mortem succedant in ea eiusdem filij, independenter à patre acquiritur filijs. Primus donatarius non potest retrodonare in præiudiciū vocatorum. Nec consensus donantis, ac donatarij præiudicare potest, quibus fuit ius quæsitū. Donatio, vt supra facta non est vnica donatio, sed continet duas diuisas donationes. Ex inobseruantia vnius ex vocatis non præiudicatur vocatis ex propria persona, sed potius eis aperitur via illicò succedendi. Si huiusmodi vocatus sit hæres primi donatarij, non prohibetur impugnare eiusdem factum*

SVMMARIVM.

1 Donatione facta patri, & post eius mortem filijs, filij dicuntur particulariter contemplati, & ex propria persona, & vsque ab initio eisdem acquiritur ius irreuocabile.
2 Et in hoc casu cessat omnis quæstio.
3 Pater non potest retrodonare in præiudicium filiorum, qui bona ista non habuerunt ex facto ipsius, sed ex facto donantis.
4 Nec in totum, nec in partem potest minuere donationem.
5 Etiamsi accederet consensus donantis, & primi donatarij.
6 Donatio semel perfecta non potest reuocari, nec minui in præiudicium illorum, quibus ius fuit quæsitum.
7 Non potest alterari ad præiudicium substitutorum, pro quibus non solum primus donatarius, sed etiam Notarius fuerat stipulatus.
8 Donatio vt supra facta continet duas diuisas, & separatas donationes.
9 Si reuocetur de consensu primi donatarij intelligitur ea solum reuocata, quæ facta fuit ad eius fauorem.
10 Si huiusmodi donatio sit conditionalis, an primus donatarius in præiudicium substitutorum retrodonare possit.
11 Quæ sunt facti putantur ex facto.
12 Solutio facienda de fructibus bonorum præsumitur ex possessione illorum.
13 Primus donatarius non adimplens præiudicat sibi, non verò substitutis.
14 Contrauentio vnius ex vocatis non præiudicat, cæteris substitutis, & venientibus ex propria persona, sed potius illis aperitur via illicò succedendi.
15 Donatio cum genere substitutionis, nec ex ingratitudine primi donatarij ergà donantem, nec ex alio quolibet facto resolui potest in præiudicium substitutorum.
16 Nec obstaret quod substituti essent hæredes primi donatarij; quo minùs possent impugnare retrodonationem; ad quam fuerunt vocati independenter à primo.

RATIOCINIVM XXVII.

RAVENNATEN. DONATIONIS.

Reuer. Pater. Prima do-
natio non fuit facta Pau-
lo acceptanti pro se, &
filijs, sed eidem Paulo
durante solum sua vita,
& cum expresso pacto, quod post ipsi-
us mortem succedant in eisdem bonis
donatis, & iuribus vniuersis eius filij,
1 *vt in Summar. num.* 4. vnde intrat ab-
sque difficultate conclusio receptissi-
ma, quod ijdem filij fuerint æque par-
ticulariter, & ex propria persona con-
templati, fueritq; illis vsque ab initio
quæsitum Ius irreuocabile, vt præ alijs
tradunt, *Fontanell. de pact. nupt. claus.*
4. *glos.* 9. *p. pr. nu.* 10. *vers. secus ve-*
rò fuit dictum, optimè Ludou. Bell.
cons. 45. *num.* 8. *dicens hoc casu cessa-*
2 *re omnem quæstionem, & cons.* 45. *nu.*
1. *&* 2. *& cons.* 46. *nu.* 3. *Surd. dec.*
324. *n.* 6. *Hodier. in addition. ad dec.*
322. *num.* 2. *& dixit Rot. in Aueniо-*
nen. fideicom. 4. *Februarij* 1647. §.
hæc autem irreleuantia coram Reueren-
diss. Verospio & in Florentina dona-
tionis, seù separationis bonorum 2. *A-*
prilis 1650. §. *non obstante coram bo.*
me. Peutingerio.
3 Hinc sequitur non potuisse Paulum
retrodonare in præiudicium filiorum,
qui bona ista non habuerunt ex facto
ipsius, sed ex facto donantis, vt dicūt
Barz. decis. 64. *num.* 5. *Venturin. qui*
loquitur in puncto de retrodon. cons. 14.
4 *num.* 45. *&* 76., vbi quod nec in to-
tum, nec in partem potest minui, *Gal-*
lerat. de renunc. lib. 1. *cap.* 11. *nu.* 5.
vers. sed neque Franc. dec. 205. *nu.* 3.
Ruit. cons. 15. *num.* 8. *lib.* 2. *Altogr.*
cons. 7. *num.* 14. *lib.* 1. *Fontanell. de*
pact. nupt. claus. 4. *glos. pr. num.* 35.
& dixit Rota in Romana diuisionis 20.
Iulij 1639. *coram bo. me. Bichio con-*
firmata 10. *Iunij* 1641. *coram Reue-*
rendiss. Decano, & in Romana, seu
Nepesina restitutionis in integrum 4.
Iunij 1655. *coram eodem & in Roma-*
na restitutionis dotis 30. *Maij* 1658.
§. *& vlterius coram Reuerendissimo*
Beuilaqua.
5 Idque procedit, etiam accedente mu-
tuo consensu donantis, & primi do-
natarij, quia vbi donatio est perfecta
non potest reuocari, nec minui in pre-
iudicium illorum, quibus est quæsitū
Ius, *iuxtà tex. in l. perfecta C. de do-*
6 *nat. quæ sub mod. & in l. illud C. de*
collat., & in terminis, quod non pos-
sit alterari ad præiudicium substituto-
rum, pro quibus nedum primus do-
natarius, sed etiam Notarius fuit stipu-
7 latus, dicunt *Socc. cons.* 115. *num.* 12.
lib. 4. *Cranet. cons.* 19. *num.* 5. *Clar.*
§. *donatio q.* 1. *nu.* 13. *Cabal. cons.* 68.
in fin. plenè Gratian. cap. 329. *nu.* 13.
Larrea, qui exactissimè articulum discu-
tit dec. 91. *per totam & dixit Rota co-*
ram Butat. decis. 149. *num.* 4. *& ibi*
Adden. num. 10. *& dec.* 38. *num.* 13.
part. 7. *recent.*
8 Et confert optima ratio adducta per
Menoch. cons. 1153. *num.* 53. *&* 54.
quod simile Instrumentum donationis
ad fauorem alicuius sua vita durante,
& postea ad fauorem aliorum contine-
at duas diuisas, & separatas donatio-
nes, adeò quod etiamsi de consensu
primi donatarij reuocaretur, intellige-
9 retur solum reuocata ea, quæ facta fuit
ad eius fauorem, non autem altera.
Neç quicquam obstat, quod dicta
dona-

donatio esset conditionalis, reseruatis
10 scilicèt prò Francisco annuis scut. 30. quam conditionem prætenditur non fuisse obseruatam, ac ideò potuisse hac de causa fieri retrodonationem.

11 Primò, quia ex facto cessat suppositum, dum Franciscus, vt ex ipsomet Instrumento retrodonationis elicitur semper stetit in possessione, ac ideò percepit dictam summam ex fructibus,
12 ex quibus erat reseruata.

Secundò, quia Paulus ex huiusmodi nō implemento potuisset quidem præ-
13 iudicare sibi, non autem filijs, quorū substitutio, vt dixi, facta erat independenter ab ipso, vt in specie, quod ob contrauentionem vnius ex vocatis nō
14 præiudicetur ceteris substitutis, & venientibus ex propria persona, sed potius eis aperiatur via illicò succedendi, sunt *tex. clari. in l. peto §. fratre, & in l. cum Pater §. libertis ff. de leg. 2. ibi* (eos enim ad fideicōmissum videtur inuitasse qui iudicio paruerunt) *& probant Peregr. de fideicommissis art. 18. num. 29. in fin. & Fusar. de substit. quæst. 575. num.* 10. & in specie de donat. cum onere substitutionis, quod
15 nec ex ingratitudine primi donatarij ergà donantem, nec ex alio quolibet eius facto resolui possit in præiudiciū substitutorum per *text. in dict. l. peto,* dicunt *Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. n. 58. & lib. 4. cap. 11. nu. 10. alter Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 6. nu. 36. Ventur. dicto cons. 14. à n. 45. ad 55. & dixit Rota dec. 44. n. 15. p. 6. recen.*

16 Sicuti nec refert quod dictus Io: Antonius sit hæres patris, quia non ideò prohibetur impugnare dictam retrodonationem, & petere bona, ad quæ vigore primæ vocatus est independenter ab ipso Patre, vt in terminis probant *Osasch. dec. 180. nu. 5. Barz. dec. 64. eod. nu. 5. Thes. q. 90. n. 23. lib. 2. plenissimè Venturin. dicto cons. 14. n. 79. & dixit Rota in Interamnen. fideicomm. 11. Maij 1654. §. & hanc opinionem procedere etiamsi filius sit hæres coram Reuerendiss. Celso hodie S. R. E. Principe Eminentiss.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Sacerdotes sunt præferendi Subdiaconis, non obstante istorum antiquitate. Præcedentia debita collegio debetur omnibus de eodem Collegio. Ad formale Collegij quæ requirantur? Capitulum cōstituitur à solis Canonicis. Membra quādo inter se diuidi possint. Semel separatū quando sit semper separabile. In præcedentijs attenditur consuetudo. Actus præcedentiæ præsumuntur gesti in vim consuetudinis. Ex consuetudine vnius Ecclesiæ infertur ad aliam Ecclesiam, non habentem talem consuetudinem. Ignorantia cōsuetudinis quando præsumatur in Papa. Clausula sine præiudicio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 Capellani præcedunt Clericos si illi sint Sacerdotes, illi Subdiaconi, etsi antiquiores.
2 Beneficiati præcedunt Capellanos.
3 Clerici, etiamsi de Collegio beneficiatorum existant, præcedent etiam eosdem Capellanos.
4 Aliàs monstrum esset quod inter illos, qui essent de eodem corpore alij extranei interserantur.
5 Non sunt de eodem corpore, qui multa simul comunicant, sed in multis alijs separantur.
6 Ad effectum constituendi idem corpus necesse est, quod omnibus membris extet caput.
7 Non est de eodem corpore, qui non concurrit ad faciendum capitulum cùm Canonicis.
8 Soli Canonici dicuntur de capitulo.
9 Monstrum est, quod in eodem corpore dentur duo capita.
10 Certitudo numeri, communio emolumentorum, & simultanea congregatio in certo loco, non inferunt ad collegium.
11 Non est inconueniens, quod interceda diuisio mem-

membrorum à capite, vbi non est idē corpus.
12 Soli Canonici faciunt Capitulum, alij verò sunt subordinati Canonicis, & Capitulo inseruiunt.
13 Datò medio inducitur separatio.
14 Plus, & minus non faciunt differre specie.
15 Res semel effecta separabilis, semper est separabilis.
16 Extende in re semel alienabili, & semel appellabili.
17 Absurdum maius veniret, si noua admitteretur separatio.
18 In præcedentijs, & cessionibus Ecclesiasticis attenditur consuetudo.
19 Pro inducenda huiusmodi consuetudine sufficiunt decem anni.
20 Priuilegium non præsumitur, sed de eo debet constare.
21 Actus præcedentiæ præsumuntur facti in vim cōsuetudinis.
22 Consuetudine deficiente vni Ecclesiæ, recurritur in prædicta materia ad consuetudinem aliarum Ecclesiarum vicinarum.
23 Et si in alijs Ecclesijs vigeat non consuetudo, sed priuilegium; ex illo interpretanda est etiam similis voluntas pro Ecclesia, de qua agitur.
24 Consuetudo vnius Ecclesiæ, quæ sit Cathedralis attendi debet, non obstante, quod in alijs Ecclesijs contrarium seruaretur.
25 Decretum Principis non abrogat consuetudinē, nisi expresse dicat, vel de ea Princeps fuerit informatus.
26 Ignorantia consuetudinis, vt est facti, præsumitur in Principe.
27 Princeps non præsumitur velle tollere ius quæsitum.
28 Data in Principe scientia consuetudinis præsumendum est, quod disposuisset iuxta illam, ne daretur diuersitas.
29 Clausula (sine præiudicio) præferatur à præiudicio de futuro contrahendo, non de iam contracto.
30 Eadem clausula non operatur circa expresse dispositа per Principem in eadē constitutione, &c.

RATIOCINIVM XXVIII.

ROMANA PRÆCEDENTIÆ.



Llustriss. & Reuerendiss. Domine. Persistendum videtur in toties resolutis, quod Capellani debeant Clericos præcede-
1 re; quia cum illi sint constituti in ordine Sacerdotali, isti verò in Subdiaconali; non obstante antiquitate sunt præferendi, vt de hac Basilica loquitur *tex. in cap. statuimus de maior. & obed. vbi Io: Andreas not. pr. & seq. Abb. not. pr. & cæteri omnes Aret. cons. 23. in fin. Cassan. in Catal. Glor. Mun. par. 4. consideratione 15. cum simil.*
2 Quamuis enim prætendatur, quod cum alij beneficiati sine controuersia præcedant Capellanos, ideò idem sit
3 dicendum de Clericis, qui sunt de eodem Collegio, ne contingat monstruositas, quod inter illos de eodem cor-
4 pore alij extranei interserantur iuxta tradita per *Cassand. dict. part. 4. considerat. 32. per tot. Zabar. cons. 1. n. 71.*
5 Tamen istud multipliciter tollitur; & primò, quia negari potest Beneficiatos, & Clericos tale Collegium cōstituere, quod non possit separari citra vitium monstruositatis; cum ipsi non cōstituant Collegium formale, ex quo habent quidem sigillum, & nonnulla alia communia, sed sunt, & multa inter eos separata, & quod magis refert non habent aliquem, qui ibi sit per modum capitis, & alij tamquam mē-
6 bra, pro vt requiritur, vt per *Host. & alios in cap. nobis de iur. Patr. Alex. cons. 75. num. 2. alias 31. lib. 4. Decian. resp. 6. num. 2. lib. 2. cum alleg. per Rot. in Paduana sedilium die 18. Maij coram Reuerendiss. D. Sacrato.*
7 Imò nec concurrunt cum Canonicis ad faciendū Capitulū; prout est de iure, cū soli Canonici dicantur de Capi-
8 tulo, vt latè per *Cas. de Grass. decis. 4. n. 6. de his quæ fiunt à Prælat.* Nec possūt illud facere de per se, tamquam corpus separatū; quia ita in eadem Ecclesia repræsentante vnum corpus extarēt duo
9 capita, quod esset monstrū, vt per *Host. in cap. cum contingat n. 1. de foro comp. & in cap. quoniam num. 2. de off. ord.* & fuit ponderatum in dicta Paduana sedilium, in qua fuit responsum Argumentis, quod habeant certum nu-
10 merum, sint addicti Ecclesiæ, & extēt emolu-

emolumenta communia, atque etiam simul congregentur in certo loco pro suis negotijs tractandis, vt *ex Achil. dec. 10. nu. 1. & per tot. de Preb. & alijs relatis Mandos. super reg. 8. glos. 19. num. 12.*

11 Ideòq; cessat omne inconueniens consideratum ratione diuisionis membrorum à suo capite *per Cassan.* quia
12 hic soli Canonici sunt de Capitulo, alij verò omnes sunt subordinati in eadem Ecclesia ad illos, & Capitulo inseruiũt vt per *Abb. in cap. cùm non liceat de prescript. in 3. not. & alios allegatos per Ces. de Grass. dicta dec. 4. n. 8.*

Secundò, quia istud Collegium est iam separatum, posteaquam inter Beneficiatos, & Clericos extant alij Ca-
13 pellani, videlicèt Columnenses, & Pinelli, ideòq; quomodocumque istud processerit, satis est quod ex interpositione aliorum Capellanorũ, quæ nunc fit, non dicatur Collegium separari, cum iam sit separatum, & plus, & mi-
14 nus non faciant differre specie *l. seù fam. ff. de euict. Nat. conf. 402. num. 16. & Surd. decis. 7. num. 22.* Imò quod semel est effectũ separabile perpetuò duret separabile, pro vt dicitur de re semel effecta alienabili, & causa
15 appellabili *l. Pater §. quindecim vbi*
16 *Doct. ff. de leg. 3. Rolan. conf. 1. n. 85. lib. 1. cum allegatis per Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. num. 111. & 112.*

17 Et maius absurdũ sequeretur, quod cum iam Beneficiati, & Clerici, sint inter se separati à dictis Capellanis, nũc etiam separarentur isti Capellani Toletani ab alijs, si illi quoque inter prædictos non collocarentur.

Tertiò, quia clarissima est conclusio, quod in huiusmodi præcedentijs,
18 & cessionibus attenditur consuetudo *Bal. in cap. cum olim nu. 1. de consuet. Card. conf. 62. in princ. Natt. conf. 577. n. 2.* & 3. *Corn. conf. 193. n. 14. lib. 2. Decian. resp. 21. num. 6. lib. 2. Menoch. conf. 51. num. 49. & fuit decisum per Rot. in Asten. sedis 9. Iunij 1593. coram Gipsio, & in Illerden. præeminentiarum 20. Iunij 1603. coram Eminentissimo D. Cardinali Ludouisio.*

Proptereàq; cum infacto non controuertatur, quin dicti Capellani Columnenses, Pinelli, & alij præcedant Clericos, ideò debent etiam præcedere isti Toletani, vigore huiusmodi consuetudinis admodum antiquæ, cum tamen sufficiant decem anni *Card. d. conf. 62. in fin. Aret. dicto conf. 23. n. 11. vers. sed quia Fel. in dicto cap. sta-*
19 *tuimus nu. 1. vers. attende, Rol. conf. 5. num. 71. lib. 1. & fuit decisum in Saguntina precedẽtiæ 22. Iunij 1609. coram R. P. D. Pamphilio.*

Nec dicatur, quod Capellani Columnenses, & alij potuerunt præcede-
20 re ex priuilegio, vel etiam consuetudine prescripta spatio 40. annorum; nam quoad priuilegium, de illo non constat, & actus præcedentiæ præsumi debent facti in vim consuetudinis *Curt. Iun. de consuetud. cap. vlt. num. 602. alias inter tract. sect. 8. num. 27. Decian. resp. 21. num. 118. vers. præterea dico lib. 2.*

Quod eò magis procedere debet, quia in alijs etiam Ecclesijs Patriarcha-
22 libus vrbis idem seruatur, & propterea, vbi etiam deficeret consuetudo istius Basilicę esset recurrendum ad cõsuetudinem similium Ecclesiarum vicina-

rat. Vndè data validitate dispositionis obstat sibi defectus implementi; At hic Peritheus conditionem impleuit, quia in testaméto disposuit, pro vt Pirrhus concupierat, Ideò non excluditur ex intentione testatoris, sed solum ex resistentia legis, quæ tamen hoc casu solam ademptionem infringit, ex iuribus suprà allegatis.

Prętereà Marchio Sygismundus ali-
21 undè deducit suam vocationem, ex voto, scilicet, conseruãdi perpetuò bona in familia Maluetiorum, his verbis.
22 *Voglio, che si decidi con questi termini, e fini, che sempre queste mie facoltà restino nella famiglia de Maluezzi, e non possino passare à femine: che la linea mia sia preferita à tutte, & in ogni modo goda questi beni; che doppo essi restino sempre in vna testa sola*; Votum enim huiusmodi perpetuò conseruan-
23 di bona in familia Maluetiorum nullatenus pendens ab antecedentibus substitutionibus, sed per modum regulæ adiectę in separata oratione inducit nouum fideicommissum, primò inter filios, & descendentes Pirrhi, & deindè inter alios de familia Maluetiorum, vt declarat *Soccin. in l. qui Romae §. cohæredes n. 17. ff. de verb. oblig.* & sæpè dixit *Rota in rec. dec. 10. n. pr. par. pr. & decis. 681. par. nu. pr. par. 2. & decis. 467. n. pr. & seqq. par. 5. rec.*

Vbi ergo captatoria fuisset substitutio Perithei, eorumque descendentium, & sic haberetur pro non scripta, votum hoc conseruandi perpetuò bona in familia Maluetiorum comprehendens omnes de familia non posset, salua ratione recti sermonis restringi ad solos descendentes Pyrrhi, & sic nouam inducet dispositionem inter
24 omnes de familia non solùm effectiuè, sed etiam contentiuè; vt latè declarat *Gratian. discept. forens. cap. 828. n. 23. & seq.*, & dixit *Rota in Regien. bonorum 23. Februarij 1646. coram Eminentissimo bo. me. Corrado impressa post Merlin. de pignor. la 110. n. 45. cum seqq.*

Repetita fuit eadem voluntas perpetuandi bona in familia Maluetia in casum delicti, quæ paritèr declarat, qualis fuerit intentio in casum mortis,
25 vt dictum fuit, *in Bonon. fideicommissi de Quidotis 24. Ianuarij 1648. vers. decimo coram bo. me. Arguelles, in Viterbien. fideicomm. 18. Martij 1654. coram R.P.D. meo Verospio, & in Camerinen. bonorum 3. Iunij 1654. coram bo. me. Bichio.*

26 Cęterù, vbi deficeret linea Perithei, & non impleretur testatoris pręceptũ (*in tal caso, & vno di essi*) substituit testator Galeatium Maluetium, qui iura sua cessit Marchioni Sigismundo. Cũ enim substitutio sit compendiosa con-
27 tinens sub se vulgarem, sublata linea Perithei, tamquam non scripta ob vitiũ Captatoriæ, subintrat sequens gra-
28 dus *l. p. ff. de his qui pro non script. habentur, & l. vnica §. 2. C. de caduc. tollend. Fusar. in his terminis cons. 43.*
29 *num. 33. cum duobus seqq.*, licèt concepta sit in casum, quo linea deficeret, quia vulgaris concepta in casum non existentię, vel deficientię locum etiam habet in casum incapacitatis, & vbi obstat Iuris impedimentum *Odd. cons. 2. n. 10. Peregrin. cons. 33. n. 3. & 4. lib. 5. Fusar. d. cons. 43. n. 36. & 37.*

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Augmento dotis promissum vxori per virum debetur. Statutum Vrbis prohibens dotis augmentum quandonam intret? Mediatoris dictum, & tractatum quando afficiat principalem? Actum inter partes, si in scriptura desuper confecta non fuit registratum videtur omissum. Donatio facta ex causa, an resoluatur, si causa cesset. Conditio, si decesserit dicitur momentanea. Pro dote militat priuilegium, vt etiam à tertio stipulari possit. Sponsalia nō impediunt donationē. Bulla Sixtina prohibitiua augmenti dotis quomodo sit intelligenda? Dos, licèt sine matrimonio non sit, soluto tamen matrimonio respectu mulieris est propriè dos.

SVMMARIVM.

1 Augmentum dotis soluendum post viri mortem vxori, ab eodem viro promissum debetur, non obstante *l. promittendo ff. de Iur. Dot.*
2 Ius petendi huiusmodi dotis augmentum transmittitur ad hæredes vxoris.
3 Statutum Vrbis non applicatur, quando augmentum promittitur antè contractum matrimonium.
4 Dicta inter mediatores non afficiunt principales, nisi probetur eis dicta fuisse.
5 Tractata inter partes, si postea non exprimantur in scriptura videntur consultò omissa.
6 Causa donandi non resoluit donationem, si ea cesset.
7 Donatio facta ex causa conseruandæ agnationis, eâ extincta non resoluitur, sed transit ad hæredes donatarij.
8 Causa non limitat dispositionem, quando concurrit commodum acquirentis.
9 Conditio, si decesserit sponsus, & filij non remaneant, est momentanea.
10 Mors momento effectuatur.
11 Donatio facta vxori iuueni, vt faciliùs renubere possit non importat conditionem, quia interpretatio in dubio semper fit de modo, vel causa, non verò de conditione.
12 Dotis speciale est, vt à tertio stipulari possit.
13 Apoca dotis scripta, post contracta sponsalia non impedit donationem.
14 Statutum Vrbis de donationibus non applicatur in donatione remuneratoria.
15 Bulla Sixtina non loquitur de augmento facto à viro, effectuando post eius mortem, ex causa remunerandæ iuuentutis.
16 Causa remunerationis non venit in vniuersali dispositione, sed debet specialiter exprimi.
17 Remuneratio iuuentutis est potius emptio, & venditio, quam liberalitas.
18 Donatio facta in præmium iuuentutis vltrà taxam, valet, vt emptio, & venditio.
19 Ad satisfactionem argumenti in iure non attenditur ad diuersitatem verborum, sed ad veritatis substantiam, & ad obiecti identitatem.
20 Argumento satis respondet, qui argumentum retorquet.
21 Argumentum cessat, si cessent præsupposita ab arguente.
22 Negatiua in facto, satis conuincitur ex ipso facto.
23 Ad effectum lucrandi augmentum in remunerationem iuuentutis, an sit necessaria longæua superuiuentia mulieris?
24 Sed sufficit sponsam eo temporis, quo superuixit dotem habuisse, vt ea debeatur suis hæredibus.
25 Dos non est sine matrimonio.
26 Matrimonio soluto dos dicitur propriè dos respectu mulieris.

RATIOCINIVM XXVI.

ROMANA AVGMENTI DOTIS.

REuer. Pater. Augmentum istud est omninò debitū; nec adaptatur *l. promittē-do 42. ff. de Iur. dot.*, siuè sursum, siuè deorsum vo-
1 luatur: cum non disponat aliquid, quod pertineat ad casum nostrum. Clarum est enim à marito posse promitti augmentum vxori soluendum post eius mortem, vt statim comprobabo, & ius istud transmittitur ad hęredes vxoris *Rot. decis. 365. n. 3. p. 4. recen.*
Non applicatur Statutum Vrbis *de don.*
2 *inter vir. & vxor.*, quia facta fuit promissio ista post sponsalia, antè contractū matrimonium, vt in terminis firmarunt *Gratian. discept. 498. n. 3. 4.*
3 *& pluribus seqq. & Rot. dec. 658. per tot. & signanter n. 8. p. 4. recen. & in eadem causa coram Greg. dec. 569. n. 11. & per tot. & coram Merl. dec. 8. pariter per tot.*
Causa donandi, vt sponsa iuuenis posset nubere remanente vidua non proba-
4 tur, quia dicta inter mediatores non

affici-

afficiunt principales, nisi probetur eis
dicta fuisse, vt in terminis respondet
decisio 125. *n.* 8. *p.* 4. *rec.*
Imò etiam tractata inter partes, si postea
non sint expressa in scriptura videntur
5 consultò omissa *Greg.d.*90.*n.*15. & nõ
sufficit probare colloquia, sed probã-
da est conclusio, & confirmatio inter
partes *Menoch. cons.* 895. *n.* 12. *&*
13.
Et probata, si dici posset non releua-
6 ret, quia causa donandi non resoluit
donationem, si ea cesset, vt sunt textus
clarissimi *in l. secunda ad fin. & in l.*
3. *ff. de donat.* quos rogo videri, &
ideò donatio facta ex causa agnationis
7 conseruandę, ea extincta non resolui-
tur, sed transit ad heredes donatarij
Achil. d. vnica tit. de dona. Put. d. 273.
lib. 3. *Surd. d.* 322. *n.* 75. *rec. decis.*
587. *n. primo parte prima, & d.* 398.
*n.*7.*p.* 5. Imò causa non limitat dispo-
8 sitionem, quando concurrit commo-
dum acquirentis *vulg. l. penult. ad fin.*
ff. de alim. & cibar. legat.
Conditio, si decesserit sponsus an-
9 tè D. Iuliam, & filij non remaneant
dubitari non potest quin sit momenta-
nea; nam mors momento effectuatur
l. si intèr virum 8. *& l. sed, & in illo*
10 18. *ff. de reb. dub.*; causa autem, non
conditio est, quę ex adu. somniatur de-
sponsa rehubenda; cum nullibi probe-
tur fuisse apposita in vim conditionis,
11 & interpretatio semper fit de modo,
vel causa, non de conditione *Rot. d.*
228 *n.* 8. *p.* 2. *diuers.*
Ab infinitis obiectis ex aduerso con-
gestis breuiter me expediam; dicitur
in primis, apocam non fuisse fac-
12 tam presente D. Iulia; sed respondeo in
dote hoc esse speciale, vt possit stipula-
ri etiam à tertio *l.* 46. *Caius n.* 2. *in fin.*
ff. solut. matrim. vbi Bart. & cæteri
sequuntur Rot. post infinitos alios in Co-
met. pecun. 15. *Aprilis* 1616. *coram*
bo. me. Pirouano.
Secundũ, quod sit scripta post factum
matrimonium corruit ex facto, quia
tunc erant sola sponsalia contracta, &
sic Matrimonium impropriè, nec im-
pedit donationem, vt ex *Gratian. &*
alijs supra deductis conuincitur.
Tertium, Satutũ Vrbis de donatio-
nibus non applicari dicunt in puncto
Gratian. discept. 498. *n.* 33. *&* 34.
Rot. d. 538. *n.* 7. *p.* 4. *recen. Merlin.*
decis. 80. *n.* 7.
Quartum de Bulla Sixtina facilè ex-
15 ploditur, quia non loquitur de augmẽ-
to facto à viro effectuando post eius
mortem ex causa remunerandę iuuen-
tutis ipsius mulieris; nam causa remu-
nerationis non venit in vniuersali di-
spositione, sed debet specialitèr expri-
16 mi, cum sit potius emptio, & vendi-
tio, quam datio liberalis, vt firmatur
ex his, & ex alijs rationibus benè dedu-
ctis in terminis similis legis Hispanicę
17 *à Baua. in tract. de non melioran. filiab.*
cap. 17. *n.* 8. *&* 17. *& per tot.* & in
18 puncto donationis factę in premium
iuuentutis vltra taxam tradunt *Ayora*
in tract. de partition. p. 1. *c.* 7. *n.* 3. *fol.*
mihi 54. *& Azeuedo ad lib.* 5. 9. *reco-*
pilat. tit. 2. *l.* 2. *fol. mihi* 36. *n.* 11.
Quintum tollitur, ex auctoritatibus
19 adductis ad tertium, cùm idem in sub-
stantia hic recoquatur.
Sextum retorquet primum, & ideò
20 satis responsum.
Septimum, in quo ponderatis ver-
21 bis illis (*prometto, chè li miei heredi*
restituiranno la dote, che mi sarà data,

alla quale aggiungeranno &c.) dicebatur augmentum necessariò supponere dotem, & restitutionem presupponere solutionē, & his presuppositis cessantibus cessare etiā augmentū, *vt ex Rot. p. 1. diuers. d. 589. n. 1.* resoluitur cum affirmatiua constantissimā, quod dos fuit persoluta, vt iam fuit ostensum in prima propositione causę, ita vt sit me-
22 lius ex aduersò ponderandum factum, antequam alleratur negatiua.

Octauum, de momentanea superui-
23 uentia vxoris nimis subtile est, sed sufficit sponsam illo tempore, quo superuixit dotem habuisse, vt ea debeatur suis heredibus, ex clara dispositio-
24 ne legum supra in principio adducta-
25 rum. Dos non est sine matrimonio; sed est dos verè, & propriè respectu
26 mulieris, eo soluto. Sunt hę res, quę in studijs leguntur *in rubr. ff. soluto matrim.*

Decidendus casus iste videtur, vt etiam ex aduersò admittitur ex congressu Excellentiss. Comitis de Haro, & Eminentiss. Cardinalis Mazarini, qui concluserit matrimonium faciendum, & iam factum erat: & obiectiones, & difficultates conclusioni non obstare debent; Quod in hac causa iam est conclusum, & debet denuò concludi. Igitur post tantas moras equum est, vt tandem DD. de Bolognetis soluant.

Quarè &c.

ARGVMENTVM.

Donatio facta patri cum pacto, quod post eius mortem succedant in ea eiusdem filij, independenter à patre acquiritur filijs. Primus donatarius non potest retrodonare in praeiudiciū vocatorum. Nec consensus donantis, ac donatarij praeiudicare potest, quibus fuit ius quaesitū. Donatio, vt supra facta non est vnica donatio, sed continet duas diuisas donationes. Ex inobseruantia vnius ex vocatis non praeiudicatur vocatis ex propria persona, sed potius eis aperitur via illicò succedendi. Si huiusmodi vocatus sit hæres primi donatarij, non prohibetur impugnare eiusdem factum

SVMMARIVM.

1 Donatione facta patri, & post eius mortem filijs, filij dicuntur particulariter contemplati, & ex propria persona, & vsque ab initio eisdem acquiritur ius irreuocabile.
2 Et in hoc casu cessat omnis quæstio.
3 Pater non potest retrodonare in præiudicium filiorum, qui bona ista non habuerunt ex facto ipsius, sed ex facto donantis.
4 Nec in totum, nec in partem potest minuere donationem.
5 Etiamsi accederet consensus donantis, & primi donatarij.
6 Donatio semel perfecta non potest reuocari, nec minui in præiudicium illorum, quibus ius fuit quæsitum.
7 Non potest alterari ad præiudicium substitutorum, pro quibus non solum primus donatarius, sed etiam Notarius fuerat stipulatus.
8 Donatio vt supra facta continet duas, diuisas, & separatas donationes.
9 Si reuocetur de consensu primi donatarij intelligitur ea solum reuocata, quæ facta fuit ad eius fauorem.
10 Si hujusmodi donatio sit conditionalis, an primus donatarius in præiudicium substitutorum retrodonare possit.
11 Quæ sunt facti putantur ex facto.
12 Solutio facienda de fructibus bonorum præsumitur ex possessione illorum.
13 Primus donatarius non adimplens præiudicat sibi, non vero substitutis.
14 Contrauentio vnius ex vocatis non præiudicat, cæteris substitutis, & venientibus ex propria persona, sed potius illis aperitur via illicò succedendi.
15 Donatio cum genere substitutionis, nec ex ingratitudine primi donatarij ergà donantem, nec ex alio quolibet facto resolui potest in præiudicium substitutorum.
16 Nec obstaret quod substituti essent hæredes primi donatarij; quo minus possent impugnare retrodonationem; ad quam fuerunt vocati independenter à primo.

RA-

RATIOCINIVM XXVII.

RAVENNATEN. DONATIONIS.

Euer. Pater. Prima donatio non fuit facta Paulo acceptanti pro se, & filijs, sed eidem Paulo durante solum sua vita, & cum expresso pacto, quod post ipsius mortem succedant in eisdem bonis donatis, & iuribus vniuersis eius filij,
1 *vt in Summar. num.* 4. vnde intrat absque difficultate conclusio receptissima, quod ijdem filij fuerint æque particulariter, & ex propria persona contemplati, fueritq; illis vsque ab initio quæsitum Ius irreuocabile, vt præ alijs tradunt, *Fontanell. de pact. nupt. clausf. 4. glos. 9. p. pr. nu. 10. vers. secus verò fuit dictum, optimè Ludou. Bell. cons. 45. num. 8. dicens hoc casu cessa-*
2 *re omnem quæstionem, & cons. 45. nu. 1. & 2. & cons. 46. nu. 3. Surd. dec. 324. n. 6. Hodier. in addition. ad dec. 322. num. 2. & dixit Rot. in Auenionen. fideicom. 4. Februarij 1647. §. hæc autem irrelevantia coram Reuerendiss. Verospio & in Florentina donationis, seu separationis bonorum 2. Aprilis 1650. §. non obstante, coram bo. me. Peutingerio.*

3 Hinc sequitur non potuisse Paulum retrodonare in præiudicium filiorum, qui bona ista non habuerunt ex facto ipsius, sed ex facto donantis, vt dicit *Barz. decis. 64. num. 5. Venturin. qui loquitur in puncto de retrodon. cons. 14.*
4 *num. 45. & 76.*, vbi quod nec in totum, nec in partem potest minui, *Galerat. de renunc. lib. 1. cap. 11. nu. 3. vers. sed neque Franc. dec. 205. nu. 3. Ruit. cons. 15. num. 8. lib. 2. Altogr.* cons. 7. num. 14. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. pr. num. 35. & dixit Rota in Romana diuisionis 20. Iulij 1639. coram bo. me. Bichio confirmata 10. Iunij 1641. coram Reuerendiss. Decano, & in Romana, seu Nepesina restitutionis in integrum 4. Iunij 1655. coram eodem & in Romana restitutionis dotis 30. Maij 1658. §. & vlterius coram Reuerendissimo Beuilaqua.*

5 Idque procedit, etiam accedente mutuo consensu donantis, & primi donatarij, quia vbi donatio est perfecta non potest reuocari, nec minui in præiudicium illorum, quibus est quæsitũ Ius, *iuxta tex. in l. perfecta C. de do-*
6 *nat. quæ sub mod. & in l. illud C. de collat.*, & in terminis, quod non possit alterari ad præiudicium substitutorum, pro quibus nedum primus donatarius, sed etiam Notarius fuit stipu-
7 latus, dicunt *Socc. cons. 115. num. 12. lib. 4. Cranet. cons. 19. num. 5. Clar. §. donatio q. 1. nu. 13. Cabal. cons. 68. in fin. plenè Gratian. cap. 329. nu. 13. Lauien. qui exactissimè articulum discutit dec. 91. per totam & dixit Rota coram Buerat. decis. 149. num. 4. & ibi Adden. num. 10. & dec. 38. num. 13. part. recent.*

8 Et confert optima ratio adducta per *Menoch. cons. 1153. num. 53. & 54.* quod simile Instrumentum donationis ad fauorem alicuius suæ vita durante, & postea ad fauorem aliorum continet duas diuisas, & separatas donationes, adeo quod etiamsi de consensu primi donatarij reuocaretur, intellige-
9 retur solum reuocata ea, quæ facta fuit ad eius fauorem, non autem altera.

Nec quicquam obstat, quod dicta dona-

donatio esset conditionalis, reseruatis
10 scilicet prò Francisco annuis scut. 30. quam conditionem prætenditur non fuisse obseruatam, ac ideò potuisse hac de causa fieri retrodonationem.

11 Primò, quia ex facto cessat suppositum, dum Franciscus, vt ex ipsomet Instrumento retrodonationis elicitur semper stetit in possessione, ac ideò percepit dictam summam ex fructibus,
12 ex quibus erat reseruata.

Secundò, quia Paulus ex huiusmodi nō implemento potuisset quidem præ-
13 iudicare sibi, non autem filijs, quorū substitutio, vt dixi, facta erat independenter ab ipso, vt in specie, quod ob contrauentionem vnius ex vocatis nō
14 præiudicetur ceteris substitutis, & venientibus ex propria persona, sed potius eis aperiatur via illicò succedendi, sunt tex. clari in l. peto §. fratre, & in dictam Pater §. libertis ff. de leg. 2. ibi (eos enim ad fideicōmissum videtur inuitasse qui iudicio paruerunt) & probant Peregrin. de fideicommissis art. 18. num. 29. in fin. & Fusar. de substit. quæst. 575. num. 10. & in specie de donat. cum directa substitutionis, quod
15 nec ex ingratitudine primi donatarij ergà donantem, nec ex alio quolibet eius facto resolui possit in præiudiciū substitutorum per text. in dict. l. peto, dicunt Molin. de primog. lib. 1. cap. 9. n. 58. & lib. 4. cap. 11. nu. 10. alter Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 6. nu. 36. Ventur. dicto cons. 14. n. 45. ad 55. & dixit Rota dec. 44. n. 15. p. 6. recen.

16 Sicuti nec refert quod dictus Io: Antonius sit hæres patris, quia non ideò prohibetur impugnare dictam retrodonationem, & petere bona, ad quæ vigore primæ vocatus est independenter ab ipso Patre, vt in terminis probant Osasch. dec. 180. nu. 5. Borz. dec. 64. eod. nu. 5. Thes. q. 90. n. 23. lib. 2. plenissimè Venturin. dicto cons. 14. n. 79. & dixit Rota in Interamnen. fideicomm. 11. Maij 1654. §. & hanc opinionem procedere etiamsi filius sit hæres coram Reuerendiss. Celso hodie S. R. E. Principe Eminentiss.

Quare, &c.

ARGVMENTVM.

Sacerdotes sunt præferendi Subdiaconis, non obstante istorum antiquitate. Præcedentia debita collegio debetur omnibus de eodem Collegio. Ad formalē Collegij quæ requirantur? Capitulum cōstituitur à solis Canonicis. Membra quādo inter se diuidi possint. Semel separatū quando sit semper separabile. In præcedentijs attenditur consuetudo. Actus præcedentiæ præsumuntur gesti in vim consuetudinis. Ex consuetudine vnius Ecclesiæ infertur ad aliam Ecclesiam, non habentem talem consuetudinem. Ignorantia cōsuetudinis quando præsumatur in Papa. Clausula sine præiudicio quid operetur.

SVMMARIVM.

1 Capellani præcedunt Clericos si illi sint Sacerdotes, illi Subdiaconi, etsi antiquiores.
2 Beneficiati præcedunt Capellanos.
3 Clericis etiamsi de Collegio beneficiatorum existant, præcedent etiam eosdem Capellanos.
4 Alias monstrum esset quod inter illos, qui essent de eodem corpore alij extranei interseratur.
5 Non sunt de eodem corpore, qui multa simul communicant, sed in multis alijs separantur.
6 Ad effectum constituendi idem corpus necesse est, quod omnibus membris extet caput.
7 Non est de eodem corpore, qui non concurrit ad faciendum capitulum cùm Canonicis.
8 Soli Canonici dicuntur de capitulo.
9 Monstrum est, quod in eodem corpore dentur duo capita.
10 Certitudo numeri, communio emolumentorum, & simultanea congregatio in certo loco, non inferunt ad collegium.
11 Non est inconueniens, quod intercedat diuisio

mem-

membrorum à capite, vbi non est idē corpus.
12 Soli Canonici faciunt Capitulum, alij verò sunt subordinati Canonicis, & Capitulo inseruiunt.
13 Dato medio inducitur separatio.
14 Plus, & minus non faciunt differre specie.
15 Res semel effecta separabilis, semper est separabilis.
16 Extende in re semel alienabili, & semel appellabili
17 Absurdum maius veniret, si noua admitteretur separatio.
18 In precedentijs, & cessionibus Ecclesiasticis attenditur consuetudo.
19 Pro inducenda huiusmodi consuetudine sufficiunt decem anni.
20 Priuilegium non præsumitur, sed de eo debet constare.
21 Actus præcedentiæ presumuntur facti in vim cōsuetudinis.
22 Consuetudine deficiente vni Ecclesiæ, recurritur in prædicta materia ad consuetudinem aliarum Ecclesiarum vicinarum.
23 Et si in alijs Ecclesijs vigeat non consuetudo, sed priuilegium; ex illo interpretanda est etiam similis voluntas pro Ecclesia, de qua agitur.
24 Consuetudo vnius Ecclesiæ, quæ sit Cathedralis attendi debet, non obstante, quod in alijs Ecclesijs contrarium seruaretur.
25 Decretum Principis non abrogat consuetudinē, nisi expresè dicat, vel de ea Princeps fuerit informatus.
26 Ignorantia consuetudinis, vt est facti, præsumitur in Principe.
27 Princeps non præsumitur velle tollere ius quæsitum.
28 Data in Principe scientia consuetudinis presumendum est, quod disposuisset iuxta illam, ne daretur diuersitas.
29 Clausula (sine præiudicio) præseruat à præiudicio de futuro contrahendo, non de iam contracto.
30 Eadem clausula non operatur circa expresè disposita per Principem in eadē constitutione, &c.

RATIOCINIVM XXVIII.

ROMANA PRÆCEDENTIÆ.



Llustriss. & Reuerendiss.
Domine. Persistendum
videtur in toties resolu-
tis, quod Capellani de-
beant Clericos præcede-
1 re; quia cum illi sint constituti in or-
dine Sacerdotali, isti verò in Subdia-
conali, non obstante antiquitate sunt
præferendi, vt de hac Basilica loqui-
tur *tex. in cap. statuimus de maior. &
obed. vbi Io. Andreas not. pr. & seq.
Abb. not. pr. & cæteri omnes Aret. cons.
23. in fin. Cassan. in Catal. Glor. Mun.
par. 4. consideratione 15. cum simil.*
2 Quamuis enim prætendatur, quod
cum alij beneficiati sinè controuersia
præcedant Capellanos, ideò idem sit
3 dicendum de Clericis, qui sunt de eo-
dem Collegio, ne contingat monstruo-
sitas, quod inter illos de eodem cor-
4 pore alij extranei interserantur iuxta
tradita per *Cassand. dict. part. 4. consi-
derat. 32. per tot. Zabar. cons. 1. n. 71.*
5 Tamen istud multipliciter tollitur;
& primò, quia negari potest Benefi-
ciatos, & Clericos tale Collegium cō-
stituere, quod non possit separari citrà
vitium monstruositatis; cum ipsi non
cōstituant Collegium formale, ex quo
habent quidem sigillum, & nonnulla
alia communia, sed sunt, & multa in-
ter eos separata, & quod magis refert
non habent aliquem, qui ibi sit per
modum capitis, & alij tamquam mē-
6 bra, pro vt requiritur, vt per *Host. &
alios in cap. nobis de iur. Patr. Alex.
cons. 75. num. 2. alias 31. lib. 4. De-
cian. resp. 6. num. 2. lib. 2. cum alleg.
per Rot. in Paduana sedilium die 18.
Maij coram Reuerendiss. D. Sacrato.*
7 Imò nec concurrunt cum Canoni-
cis ad faciendū Capitulū, prout est de
iure, cū soli Canonici dicatur de Capi-
8 tulo, vt late per *Cas. de Grass. decis. 4. n.
6. de his, quæ fiūt à Prælat.* Nec possūt
illud facere de per se, tamquam corpus
separatū; quia ita in eadem Ecclesia re-
presentante vnum corpus extaret duo
9 capita, quod esset monstrū, vt per *Host.
in cap. cum contingat n. 1. de foro comp.
& in cap. quoniam num. 2. de off. ord.*
& fuit ponderatum in dicta Paduana
sedilium, in qua fuit responsum Ar-
gumentis, quod habeant certum nu-
10 merum, sint addicti Ecclesiæ, & extēt

emolu-

emolumenta communia, atque etiam simul congregentur in certo loco pro suis negotijs tractandis, vt *ex Achil. dec. 10. nu. 1. & per tot. de Preb. & alijs relatis Mandos. super reg. 8. glos. 19. num. 12.*

11 Ideòq; cessat omne inconueniens consideratum ratione diuisionis membrorum à suo capite *per Cassan.* quia
12 hic soli Canonici sunt de Capitulo, alij verò omnes sunt subordinati in eadem Ecclesia ad illos, & Capitulo inseruiũt vt per *Abb. in cap. cùm non liceat de præscript. in 3. not. & alios allegatos per Cas. de Grass. dicta dec. 4. n. 8.*

Secundò, quia istud Collegium est iam separatum, posteaquam inter Beneficiatos, & Clericos extant alij Ca-
13 pellani, videlicèt Columnenses, & Pinelli, ideòq; quomodocumque istud processerit, satis est quod ex interpositione aliorum Capellanorũ, quæ nunc fit, non dicatur Collegium separari, cum iam sit separatum, & plus, & mi-
14 nus non faciant differre speciem *l. seu fam. ff. de euict. Nat. cons. 402. num. 16. & Surd. decis. 7. num. 22.* Imò quod semel est effectũ separabile perpetuò duret separabile, pro vt dicitur de re semel effecta alienabili, & causa
15 appellabili *l. Pater §. quindecim. vbi*
16 *Doct. ff. de leg. 3. Rolan. cons. 1. n. 85. lib. 1. cum allegatis per Scacc. de appell. quæst. 17. limit. 47. memb. 1. num. 111. & 112.*

17 Et maius absurdũ sequeretur, quod cum iam Beneficiati, & Clerici, sint inter se separati à dictis Capellanis, nũc etiam separarentur isti Capellani Toletani ab alijs, si illi quoque inter prædictos non collocarentur.

Tertiò, quia clarissima est conclusio, quod in huiusmodi præcedentijs,
18 & cessionibus attenditur consuetudo *Bal. in cap. cum olim nu. 1. de consuet. Card. cons. 62. in princ. Natt. cons. 577. n. 2. & 3. Corn. cons. 193. n. 14. lib. 2. Decian. resp. 21. num. 6. lib. 2. Menoch. cons. 51. num. 49. & fuit decisum per Rot. in Asten. sedis 9. Iunij 1593. coram Gipsio, & in Illerden. præeminentiarum 20. Iunij 1603. coram Eminentissimo D. Cardinali Ludouisio.*

Proptereàq; cum infacto non controuertatur, quin dicti Capellani Columnenses, Pinelli, & alij præcedant Clericos, ideò debent etiam præcedere isti Toletani, vigore huiusmodi consuetudinis admodum antiquæ, cum tamen sufficiant decem anni *Card. d. cons. 62. in fin. Aret. dicto cons. 23. n. 11. vers. sed quia Fel. in dicto cap. sta-*
19 *tuimus nu. 1. vers. attende, Rol. cons. 5. num. 71. lib. 1. & fuit decisum in Saguntina pracedẽtiæ 22. Iunij 1609. coram R. P. D. Pamphilio.*

Nec dicatur, quod Capellani Columnenses, & alij potuerunt præcede-
20 re ex priuilegio, vel etiam consuetudine præscripta spatio 40. annorum; nam quoad priuilegium, de illo non constat, & actus præcedentiæ præsumi debent facti in vim consuetudinis *Curt. Iun. de consuetud. cap. vlt. num. 602. alias inter tract. sect. 8. num. 27. Decian. resp. 21. num. 118. vers. præterea dico lib. 2.*

Quod eò magis procedere debet, quia in alijs etiam Ecclesijs Patriarcha-
22 libus vrbis idem seruatur, & propterea, vbi etiam deficeret consuetudo istius Basilicę esset recurrendum ad cõsuetudinem similium Ecclesiarum vicina-

cinarum *Bald. dicto cap. cum olim nu. 3. vbi Abb. not. 3, Rim. Sen. conf. 9. num. 2. & 27. lib. pr. Menoch. conf. 390. nu. 22. & seqq. Decian. resp. 124. nu. 29. lib. 3.*

Et licet prætendatur, quod in alijs Ecclesijs Capellanis fuerit concessa
23 præcedentia ex priuilegio, tamen vbi etiam istud verum esset, adhuc ex illa concessione posset argui ad interpretationem istius; & exemplo Principis, qui ita statuit in alijs Patriarchalibus, idem esset etiam in ista statuẽdum *Decian. in l. cognitis in princ. not. 4. ff. de off. eius & in rubr. de re ser. num. 10.*

Non obstat quod in Ecclesijs Hispaniarum dicatur seruari contrarium;
24 nam vltrà quod de hoc non constat, præferri debet consuetudo istius Ecclesiæ, & aliarum vrbis, quæ etiam est in Cathedrali Paduana, vt colligitur *ex decisione coram Sacrato habita die 26. Ianuarij 1618.*

Nec etiam obstat, quod fel. rec. Clemens VIII., qui Capellanias ere-
25 xit, denegauerit in quodam memoriali Capellanis istam præcedentiam, & iuxtà eiusdem mentem ista Sacra Congregatio idem responderit prima vice; nam istud procedere potuit, quia Papa non fuerit rectè informatus de cõsuetudine eiusdem Ecclesiæ, quæ sola sufficit, & multo magis stante etiam
26 consuetudine aliarum Ecclesiarum, quarum ignorantia præsumitur in Papa *cap. pr. de constit.* aliàs enim non est verisimile, quod voluisset derogare
27 huiusmodi consuetudini, & tollere ius, quod illius vigore iam competebat istis Capellanis *ad l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in sum. publ.*

Quia potius, si sciuisset, quod in erectionibus hæc præcedentia in hac, vel alijs Ecclesijs concedi consueuisset alijs Capellanis, præsumendum est, quod illam etiam istis concessisset vbi etiam de iure illa ipsis non competijsset, pro vt concessit postea suis Ca-
28 pellanis erectis in Basilica Latheranensi; quibus assignauit habitum in choro per alios Capellanos dictæ Ecclesiæ gestari solitum, & stallum in choro post alios Capellanos, tum ad euitandam diuersitatem, & monstruositatem supra ponderatam, tum ad seruandam æqualitatem, vt istis quoque concederetur id, quod alijs concedi consuetum erat, *cap. alleg. 89. nu. 6. Put. dec. 17. n. 2. lib. 3. in antiq., & Cassad. decis. 12. n. 14. de Preben.*

29 Denique non obstat clausula *sine praeiudicio*, quia vltra quod non obstat aliquod præiudicium, cũ iam alij Capellani præcedant, vt dixi; dicitur etiã, quod ista clausula nihil operatur res-
30 pectu expressorum, & eorum, quæ veniebant cum ipsa erectione secundum naturã suam, pro vt est hæc præcedentia, stante consuetudine Ecclesię *Card. Seraph. decis. 1445. n. 4. & 5.*

Ex quibus, &c.

ARGVMENTVM.

NEc non omnia, & singula iura eidem Testatori competentia in bonis maternis ipsius. Verba hac adiecta in Testamẽto immediatè post alia verba: omnia singula bona Paterna ipsius Testatoris, an comprehendant sola iura, & actiones in bonis maternis? an verò bona, quæ tunc Testator pacificè possidebat? Iura, & actiones constituunt tertiam bonorum speciem. Vsus loquendi an sit attendendus pro intelligentia mentis disponentium?

Discretiuus modus loquẽdi quid operetur. Verbum competentia *non designat, nisi ea, in quibus testator habebat actionem ad petendum. Geminata discretiua quid suadeat in proposita hypothesi? Qualitas personæ loquentis consideratur pro eius mente aperienda. Existentia eorum, quæ testator in sua oratione separauit iustificat distinctionem. Verbum* iura *licet videatur applicabile ad stabilia, vel mobilia, tamen quando adest tertia species, ad hanc germaniùs videtur applicandum. Ius in re, an appellet Dominium.*

SVMMARIVM.

1 Testator sub verbis (*nec non omnia, & singula iura eidem competentia in bonis maternis*) censetur intellexisse non de bonis, quæ tempore conditi testamenti pacificè possidebat, sed de iuribus ad ea.
2 Iura, & actiones constituunt tertiam bonorum speciem.
3 Legatum iurium sola incorporalia comprehendit.
4 Sub legato bonorum mobilium, & immobilium non veniunt iura.
5 Vsus loquendi in Testatore attendendus est ad eiusdem mentis intelligentiam.
6 Vbi Testator discretiuè in eadem periodo accepit bona, & iura videtur quod appellatione vnius alterum venire noluerit.
7 Discretiuæ vis est, vt vna pars declaretur ab alia.
8 Verbum (*Competentia*) non appellat iura iam consummata, & exequuta, sed consummanda, & exequenda.
9 Discretiua seriò & appensatè prolata à Testatore ostendit, quod vnum ipse distinxerit ab alio.
10 Qualitas personæ consideranda est pro eius mente aperienda, cum iuris Doctor præsumatur scire leges, & Doctorum sententias.
11 Iura, & actiones considerantur, vt constituentia tertiæ speciei, quando in patrimonio adsunt bona, iura, & actiones.
12 Verbum (*Iura*) ita se habet ad mobilia, vel stabilia, prout iura sunt ad mobilia, vel ad stabilia.
13 Cessat huiusmodi indifferentia, & applicatio, quotiès adest vtraque species, bonorum scilicet, & iurium.
14 Testator relinquendo iura, quæ habebat in bonis maternis dicitur reliquisse bona mobilia, & stabilia, ad quæ habebat actionem, non verò, quæ possidebat.
15 Maximè vbi Testator habuit pro diuersis bona, & iura in bonis.
16 Ius in re qui dicit in abstracto non dicit Dominium, sed ius actionis, & hypothecæ.
17 Ius rei, Ius in re, & ius ad rem sunt quid diuersum.
18 Generalitas verborum sequitur naturam actus, cui adijcitur & operatur latitudinem in eadem specie, non verò in specie diuersa.
19 Iura sicut veniunt appellatione omnium Bonorum, ità è conuersò appellatione omnium iurium debent venire Bona.
20 Sed de iure non est verum, quod appellatione bonorum veniant iura.
21 Iura sub appellatione omnium bonorum ideò venirent, quia cum nomen *Bona* sit genus, aptum est sub se continere omnes species, & sic stabilia, mobilia, iura, & actiones.
22 Conuersio verò, quod itidem appellatione omnium iurium bona veniant, ideò non sequitur, quia nomen, iura, se habet per modum simplicis speciei, quæ apta non est comprehendere species diuersas.
23 Substitutus in omnibus instituto, capit omnia, quæ instituto fuerunt relicta.
24 Instituto, & substituto in omnibus per Testatorem æquatis, eadem difficultas, quę opponitur substituto prætendenti, opponi potuisset contra institutum, si prætendisset.
25 Institutio vsusfructus super iuribus non est superflua, cum respiciat bona, quæ recuperanda veniunt vigore dictorum iurium.
26 Loquens discretiuè de bonis, & de iuribus, eorumque intelligens differentias, dum relinquit iura, distinctum quid dicit à Bonis.

RATIOCINIVM XXIX.

MELEVITANA HÆREDITATIS



REuer. Pater. Omisso primo puncto de caducatione substitutionis fauore Collegij, circà quod sufficienter, & benè D. causæ Patronus, venio strictè ad secundum de intelligentia illorum verborum, quæ Franciscus Bonellus Testator, vocando Collegium in suo testamento adiecit ibi, *omnia, & singula bona paterna ipsius D. Testatoris, nec non, & omnia, & singula iura eidem D. Testatori competentia in bonis maternis ipsius D. Testatoris.*

Et ex sequentibus considerationibus, immò demonstrationibus expeto declarari, quod Testator sub illis verbis voluit comprehendere sola iura, & actiones in bonis maternis, quæ tunc ipse non possidebat: non verò bona materna, quę tunc penès eum erant,

erant; & ab eo liberè, & pacificè possidebantur, vt etiam aliàs fuit declaratum, & decisum.

Prima consideratio fundatur in verà, & receptissimà regulà, quod iura,
2 & actiones constituunt tertiam bonorum speciem, vt latè probant *Rebuffus in l. mouentium 93, col. 3. vers. sed dubitari potest ff. de verb. signific. Oldradus cons. 219. per totum. Pinellus de bonis maternis pr. part. rubricæ nu. 24. & seqq. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 29. num. 58. Berlich. plenissimè in suis conclusionibus T. 3. conclus. 3. & nu. 9. vsque ad 13.* omnium verò meliùs *Thesaur. quæst. forens. 2. lib. pr.* præsertim, quando sumus in dispositione hominis; vt ex *Baldo Martino Laudens., & Tiraquel. dicit Menoch. cons. 47. num. 3.*

Ex hac enim regula inferunt Doctores, quod sub legato, & relicto iuriũ
3 veniant sola incorporalia, solæq; actiones ad recuperandum bona. Videatur, oro, *Paul. de Castr. in l. si sic 78. §. si mihi quod &c. num. 5. & 6. ff. de leg. 1.* vbi ponit casum de eo, qui donauit Ecclesiæ omne ius, quod habebat in certo Castro *Calder. cons. 4. de verb. signific. Ibi, reliquit dictus Testator iura, quid contineatur sub illo vocabulo, & videtur quod solum incorporalia per l. 1. §. 1. de rer. diuis. Menoch. cons. 47. ex nu. 1. vsque ad 6.* vbi est casus de eo qui dedit, & donauit omnia iura sua, & actiones, quæ habet super Castro; quemadmodum sub relicto, aut donatione omnium bonorum mobilium,
4 & immobilium non veniunt iura, & actiones ex eadem regula, quod tertiã speciem constituunt, vt plenissimè multisq; allegatis probant *Berlichius precit. conclus. 3. tit. 3. ex num. 9. vsque ad 13. & Thesaur. dicta quæst. 2. per tot. lib. 1.*

Secunda consideratio oritur ex vsu tàm matris nostri Testatoris, de cuius
5 iuribus ipse disposuit, quàm ipsiusmet Testatoris; quem vsum principalitèr attendendum esse in hac materia, monet punctualiter *Pinel. ad rubricam de bonis maternis num. 24. in fin. ibi, & in his præcipuè attenditur vsus loquendi, & mens disponentium &c.*

Mater enim tempore suæ dotationis dixit, quod dabat in dotem omnia, 8 & singula, ac vniuersa bona mobilia, & stabilia ipsius sponsæ, peruenta ex dicta diuisione, nec non iura, & actiones ipsius sponsæ quascumq; *sum. n. 2.* & deindè obtinuit absolutionem à iuramento, vt iura sua effectiuè experiretur; Testator verò contradistinctè à bonis loquutus fuit de iuribus, vt mox subdam.

Tertia, Igitur consideratio resultat
6 ex eo, quod noster testator contradistinctè, & discretiuè in eadem periodo, & sub eodem relicto loquutus fuit de bonis, & de iuribus in bonis, ibi, (*omnia, & singula bona paterna ipsius D. Testatoris, nec non omnia, & singula iura eidem D. Testatori competentia in bonis maternis ipsius D. Testatoris.*)

Hæc enim discretiua ostendit vsum loquendi eiusdem, & indicat re vera Testatorem habuisse pro diuersis iura à bonis, & bona à iuribus, & appellatione iurium non comprehendisse bona: sic in punctualibus terminis consuluit *Menoch. allegat. cons. 47. nu. 5.* reddens rationem, quod ex vi talis
7 discretiuæ vna pars declarat aliam, & sic ex vi eiusdem discretiuæ punctualiter

liter arguit *Dec. conf.* 442. *nu.* 9. *cum seqq. Merlin. de pign. lib.* 2. *quæst.* 29. *num.* 87. *& dixit Rota decis.* 89. *nu.* 14. *tit.* 2. *p.* 4. *recent.*, *& inter hic impress. decis.* 90. *num.* 10.

Quarta consideratio in eo stat, quod Testator non solùm fuit loquutus de iuribus contradistinctè ad bona, sed vlteriùs non reliquit iura, quæ habet in bonis maternis, sed reliquit iura sibi Testatori competentia; Vt enim dicit *Felin. in cap. inter dilectos* 6. *sub n.* 2. *de fide instrumentorum* ex vi illius
8 verbi *competentia* notanter infertur, quod si testator relinqueret omnia, quæ sibi de iure competebant in tali loco, non venirent nisi illa, in quibus habebat actionem ad petendum.

Quinta consideratio insurgit ex eo, quod testator non semel tantum, &
9 per transennam, sed ter, & quidem seriò, ac appensatè in eadem substitutione contradistinxit bona à iuribus, & iura à bonis. Hæc n. geminatio, & triplicata repetitio magis conuincit testatorem loquutum fuisse de Iuribus verè, & propriè, & non de bonis; sic in specie *Menoch. dicto conf.* 47. *n.* 4. ibique *sanè Geminatio arguit enixam donantis voluntatem*.

Firmam considerationem facit qua-
10 litas personæ testatoris; erat enim vtriusque Iuris Doctor, sicq; censendus est optimè nouisse differentiam, quam de iure faciunt Doctores inter bona, & iura in bonis, vt præter *Alex. conf. pr. n.* 13. *lib. pr. in facto adductum* arguit ex simili qualitate Doctoris, *Crauet. conf.* 277. *col. vlt. circa medium*, ibi *& primo quia facta est donatio per Iuris Consultum, qui non ignorabat*.

Septima, Demum consideratio est in eo, quod re verà testator in Patrimonio, seù hæreditate matris habebat vtramq; speciem, bonorum scilicet, & iurium; postquam .n. mater dederat in dotem bona, & Iura contradistinctè, & fecerat se absolui à Iuramento ad effectum agendi *summ. n.* 2. *&* 3., noster testator, eius filius intentauit multas actiones pro recuperatione plurium, & diuersorum bonorum ad dictam eius matrem spectantium, & actiones adeò efficaces, vt eorum vigore hæres nostri testatoris recuperauerit multa corpora.

Quando auté in patrimonio adsunt bona, & iura, & actiones semper iu-
11 ra & actiones considerantur, vt tertia species, nec assumunt naturam bonorum; siuè ius, & actio detur ad rem mobilem, siuè ad immobilem; sic *Pinell. in rubr. C. de bonis maternis par. pr. nu.* 24. *& seqq. Petrus Pechius de testament. coniugum lib.* 5. *cap.* 15. §. *non est minor quæstio per tot. & signanter ad medium ibi (his tamen non obstantibus)* plenissimè ex gratia vidédus *Thesaur. dicta qu. forens.* 2. *nu.* 2. *& seqq. lib. pr. Rot. Recent. par.* 7. *decis.* 311. *num.* 32.

Atque his considerationibus stantibus non officiunt ea, quæ in secunda,
12 decisione ponderantur. Quod enim verbum (*Iura*) applicetur bonis mobilibus, aut stabilibus, pro vt iura sunt ad mobilia, vel ad stabilia non obstat in iure, & non præiudicat in facto; in iure siquidem nunquam fit hæc applicatio, quoties adest vtraque species, bonorum scilicèt, & iurium, vt probant supra allegati, & signanter *Thesaur. dicta quæst.* 2. *lib. pr. & Rot. dicta decis.* 371. *num.* 32. *part.* 7. *Recent.* quibus

quibus addo *Merlinum de pignoribus lib. 2. quæst. 29. nu. 76.* & vt ponderat *Idem Romanus in cons. 509. n. 18. allegatus in decisione*, quoties fit mentio Iurium in genere, impossibile est facere talem applicationem, *tange enim si potes*, sunt verba Romani, *Genus humanum, vel genus pecuniæ, aut seruorum*.

In facto autem non præiudicat, quia supplico meminisse, quod nos nõ disputamus in præsenti, an Testator relinquendo Iura, quæ habebat in bo-
14 nis maternis reliquerit stabilia, & mobilia, ad quæ habebat ius, & actionem; quia hæc indubitatè veniunt, & nos vltrò ea offerimus, & sumus prompti consignare; sed an appellatione Iuriũ reliquerit bona materna, quæ tunc ipse testator pacificè possidebat.

Nec ex eo, quod testator dixit, relinquo Iura mihi competentia in bo-
15 nis, censetur reliquisse bona tunc per eumdem pacificè possessa, quia dum testator habuit pro diuersis bona, & iura in bonis, vt vidimus, & in effectu habebat vtrumque, nempè & bona, & iura ad bona, vt ostendunt dos materna, actiones intentatæ, & euentus ipse recuperationis bonorum, parum refert, quod dixerit, relinquo iura simpliciter, vel dixerit, relinquo iura cõpetentia in bonis: maximè quia etiam
16 in abstracto is, qui dicit Ius in re non dicit dominium, sed ius actionis specialis hypothecæ, & similium, vt benè distinguendo inter iura rei, & iura in re, & iura ad rem probat multis al-
17 legatis *Altograd. cons. 3. nu. 26. lib. 1.*

Non obstat, quod testator reliquerit iura sub verbis generalibus *omnia, & singula*; quia hæc generalitas ver-
18 borum sequitur naturam actus, cui adijcitur, & operatur latitudinem in eadem specie, non verò in specie diuersa; vt in terminis dicunt *Tiraquell. de retract. Lignag. §. pr. glos. 7. n. 26. & 28. Thesaur. d. quæst. forens. 2. lib. pr. n. 4. Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 25. n. 75.*

Nec facit, quod sicut appellatione
19 omnium bonorum veniunt Iura, ità & appellatione omniũ iurium veniant bona, quia omisso, quod in iure non est vera illa propositio, quod appella-
20 tione omnium bonorum veniant iura, vt fuit dictum *in Fulginaten. dotis 23. Iunij 1659. coram Reuerendiss. Albergato §. 2.* quia assignatio, vbi etiam illa subsisteret, simile non vrgeret,
21 quia ex eo appellatione omnium bonorum veniunt iura, ex quo nomen *bona* est nomen generis, aptum comprehendere sub se stabilia, mobilia, Iura, & actiones; tamquam species *Rebuff. ad l. bonorum appellatio 49. ff. de verb. signif. col. 2. vers. notandum est, quod appellatione bonorum*; At ver-
22 bum, iura, est verbum simplicis speciei, sicq; non aptum comprehendere species diuersas à sua.

Minus obstat, quod testator substituendo Collegium Isabellæ censeatur
23 substituisse in ijs omnibus, quæ Isabellæ reliquerat, sicque etiam in bonis maternis ad tradita in similibus per *Rot. in Aesina Fideicomm. quæ est hic decis. 99. num. 2.*

Quia admittimus Collegium fuisse substitutum in omnibus, quæ fuerant Isabellæ relicta, sed negamus testatorem reliquisse Isabellę bona materna; verba n. testamenti sunt, quod ei reliquit omnia, & singula bona paterna

ipsius

ipsius D. Testatoris, nec non omnia, & singula iura et bona eidem testatori cõpetētia in bonis maternis *summ.n.4.*

Et hic est casus, de quo disputamus, & de quo disputatum etiam fuisset cũ
24 Isabella, si ipsa voluisset prætendere, quod appellatione iurium maternorum venire debuissent etiam bona illa, quæ testator pacificè possidebat.

Demum non obstat, quod tali casu vsusfructus relictus Isabellæ reman-
25 sisset superfluus, & inutilis quòad ista iura materna, quia à contrario erat admodum vtilis, & proficuus, cum bona vigore talium iurium recuperanda, & in effectu recuperata cadere debuissent sub tali vsufructu.

Hæ responsiones sunt satis claræ; cęterum si iterum ponderetur, quod testator I. V. Doctor habens bona materna, & iura ad bona, seriò, appen-
26 satè, & discretiuè loquutus fuit de bonis, & de iuribus; ferè impossibile erit non agnoscere, quod aliquid diuersum voluerit relinquere relinquẽdo bona, ab eo quod relinquebat, quandò reliquit iura. *Videantur quæ scripsimus infrà in Ratiocinio 31.*

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

IVRIS Patronatus pertinentia non intrat, nisi probata descendentia. Identitas personæ quomodò probetur? ex quibus excludatur? Mulierem quinquagesimum tertium annum agentem, monstruosum est gignere. Obseruantia proxima in pertinentia Iuris patronatus est attendẽda.

SVMMARIVM.

1 Descendentia ad effectum iuris patronatus debet probari concludenter, & per gradus distinctos.
2 Identitas personæ de cuius descendentia quæritur non iustificatur ex solo nomine.
3 Identitas personæ requisita sunt, quod probatio concludat, vel expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti.
4 Reus vincit, Actore non probante.
5 Nomen frequens apponi, & vsitatum in aliquo loco non probat identitatem personæ.
6 Nomen pluribus mulieribus commune distinguit Personas ex circumstantijs, & præcipuè generationis.
7 Matertera soror est matris.
8 Testificatio descendentiæ ad fauorem eius, qui se prætendit Patronum, eiusque præsentationis obseruantia habita ab Authore illius, qui ex aduerso contradicit maximè prodest existenti in quasi possessione.
9 Verisimile non est quemque in sui præiudicium ea probare, quæ neutiquam vera sint.
10 Vxores in ciuitate Melitæ solent cui nupserint exprimere, ad personam designandam.
11 Discretio circumstantiarum in expressione nominis ostendit personæ diuersitatem.
12 Mulier innupta præsumitur, quoties nomen viri non exprimit, vbi huiusmodi mos viget.
13 Mulieres excedentes quinquagesimum tertium annum monstruosum est gignere.
14 Obseruantia proxima in æquiuoco nomine distinguit, & ostendit veritatem.
15 Enunciatiua nominis absque alia demonstratione non probat identitatem personæ, de qua quæritur.
16 Præsentationes non attenduntur, vbi non docetur de iure præsentandi, sed semper consouendi sunt in eorum quasi possessione veri patroni.

RATIOCINIVM XXX.

MELEVITANA IVRIS PATRONATVS.



Euer. Pater. Strictè ad pertinentiam. Domini de Pontremulis nullam possunt prętendere ad eorum fauorem: quia, vt benè firmat prima decisio, ipsi non probant descendentiam ab Antonio Vagnolo institutore per probationes Conclu-
1 dentes, & gradus distinctos, vt est necesse *cap. licèt, & quadam 47. de testibus* ibi (*singulos gradus clara computatione distingunt.*)

Non obstat, quod Antonius Vagnolus institutor huius patronatus duos habuerit filios Antonillum, & Lisam, & quod Lisa nupserit Mattheo Pontremulo, ex quo posteà nati sunt DD. Pontremuli hodiè aduersarij.

Quia

Quia dato millies, quod Pontre-
2 muli iustificent, aut iustificare possint,
quod quædam Lisa nupserit aliàs Mat-
theo Pontremulo, inde tamen non se-
quitur, quod talis Lisa fuerit illa Lisa
de Vagnolis, filia Antonij institutoris
iuris patronatus; ad effectum .n. iden-
3 titatis personæ requiritur, quod proba-
tio concludat, vel expressis nomini-
bus, vel demonstratione, vel circum-
locutione sufficienti. Sunt verba *Text.
in dicto cap. licet ex quadam 47. post
medium de testibus Ibi (Personas expres-
sis nominibus, vel demonstratione, vel
circumlocutione sufficienti designent.)*

Et licet hoc nobis sufficeret ad vi-
ctoriam; quia reo satis est vincere per
4 non probationem actoris, *Rot. his de-
cis. 67. num. 17.* tamen ad magis con-
uincendam hanc veritatem supplica-
mus ponderari infrascripta.

Primò, quod nomen Lisæ est in
Insula Melitæ admodum vsitatum;
habemus enim Lisam, à qua aliàs pre-
tendebant succedere in hoc patronatu
Patrimonij, vt videre est *in decis. 170.
p. 3. recent. num. 4.* & Lisam nuptam
Pontremulo; quando autem nomen
5 est vsitatum non deseruit ad probatio-
nem identitatis personæ *Bald. in l. hac
consultissima vers. quæro, quod si nomen
C. qui testamenta facere possunt Cor-
neus cons. 146. num. 4. vers. nec pro-
batur identitas lib. 2. Dec. cons. 13. n. 9.*

6 Secundò, quod Lisa aliàs nupta Mat-
theo Pontremulo habuit aliam soro-
rem, Lisa verò filia Antonij Vagnoli
nullam habuit sororem, sed solum fra-
trem Antonillum, vt patet ex testa-
mento; hoc enim euidenter excludit
identitatem.

Quod autem Lisa nupta Mattheo
Pontremulo habuerit aliam sororem
probatur euidenter ex testamento
cuiusdam Falsoni ex aduerso producto,
in quo vocat Lisam materteram suam,
7 quod est eam vocare sororem matris
Instit. de grad. cognat. §. matertera.

Tertiò, quod cum in aliâ lite, quam
Vagnoli principales nostri habuerunt
cum Platamonijs, qui prætendebant
succedere à Lisa Vagnola, & ex hoc
capite dicebant ad se pertinere patro-
natum, de quo tractamus, vt *in decis.
160. p. 3. recent. num. 4.* Saluus Pon-
tremulus Auctor DD. Aduersariorum
8 se examinauit pro DD. de Vagnolis,
& probauit eorum descendentiam ad
exclusionem DD. de Platamonijs,
& quod plus est passus fuit, quod so-
lus præsentatus à Vagnolis institueretur in patronatu, absque eo, quod ipse
vel præsentauerit, vel præseruauerit
iura sua, aut aliquando dixerit se de-
scendere à Lisa filia institutoris.

Incredibile autem, nè dicam im-
9 possibile est, quod hæc omnia ipse ne-
glexisset, dum alius se dicebat filium
Lisæ.

Quartò quod cum Lisa Vagnola an-
nis 1456. & 1496. *summ. n. 1. & 2.*
præsentasset adhunc patronatum vnà
10 cum Antonello fratre, vocauit se fi-
liam q. Antonij Vagnoli, & sororem
Antonelli, & non expressit se nuptam,
aut relictam alicuius, vt in ciuitate Me-
litæ solitum est *summ. num. 3.*

Ex hoc enim duæ insurgunt consi-
derationes: vna quod sicut ipsa solita
11 erat exprimere cognomen, patrem,
& fratrem, ità aliquod ex istis etiam
expressisset, quando nupsit Mattheo
Pontremulo, si Lisa, quæ nupsit Pon-
tremulo fuisset re verâ Lisa Vagnola.

Alte-

Altera, quod cum non expreſſerit
12 nomen mariti, ſiuè viui, ſiuè mortui,
vt in Inſula Melitæ eſt conſuetum, admodum probabile redditur, quod vſque ad annum 1496. ipſa re vera eſſet innupta.

Et datò millies, quod poſt dictum annum nupſiſſet impoſſibile eſt, quod filios pepererit, quia iam de eo tempo-
13 re excesſerat quinquageſimum tertiũ annum, quo monſtruoſum eſt mulieres gignere, *Text. in l. ſi maior C. de legit. hæred. & ibi Gloſ. Gratian. diſcept. forenſ. 313. num. 24. p. 2. Rot. coram Durano deciſ. 131. num. 11. & 12. & pleniſſimè Zacch. quæſt. medic. legal. quæſt. 9. num. 57. & 58. lib. pr.* ſicque de primo ad vltimum redditur euidenter, quod Liſa filia Antonij de Vagnolis non fuit, nec eſt illa Liſa, quæ nupſit Mattheo Pontremulo.

Quintò quod in Vacationibus, quæ ſucceſſerunt eo tempore, quod erat proximum aſſerto matrimonio illius
14 Liſæ, & viuebant filij, & ſucceſſores eiuſdem Liſæ, Pontremuli nunquam præſentauerunt, aut præſentare prætenderunt; Hoc enim in vim obſeruantiæ proximæ admodum ſtringit, & optimè declarat, quod re vera Liſa illa, ex qua Pontremuli ſucceſſerunt, non fuit Liſa Vagnola, vt ex ſimili obſeruantia proxima arguit *Rot. recent. p. 5. deciſ. 150. num. 27.*

Ex his patet non obſtare, immò potius retorqueri teſtamentum Falſoni, & eidem matrimonij Violantis Pontremulæ cum enunciatiua, quod erat filia Matthei Pontremuli, & Liſæ.

Quia omiſſo, quod ſemper petimus
15 principium; Etenim neque in his enunciatur Liſa cum demonſtratione, quod eſſet de Vagnolis, dum ex præmiſſis habemus, quod in teſtamento commemoratur Liſa, vti ſoror matris Falſoni, & in matrimonio Violantis, vti mater eiuſdem Violantis, clarè indè aſſequimur hanc non fuiſſe Liſam Vagnolam, quia ipſa non habuit aliquam ſororem, nec potuit filios gignere, vt oſtendi.

Quoad præſentationes factas, vt dicitur à Pontremulis, ſatisfacit noſtra
16 prima deciſio, & cum ipſi non oſtendant, qua via Patronatus ad eos tranſierit, ſeù peruenerit ſemper pronunciandum eſt prò veris deſcendentibus fundatoris, & inſtitutoris patronatus, vt in terminis huius patronatus dictũ fuit cùm Platamonijs *in deciſ.* 170. *n.* 8. §. *vltimo &* 180. *num.* 5. *pariter in fine verſ. nec datus aliquis modus, &c. p. 3. recent. Vide adhuc ratioc.* 34.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

IVRA quando non conſtituant tertiam ſpeciem. Verbum (omnia) adiectum ſpeciei non generalizat, niſi in illa ſpecie. Datur in iure vſusfructus iurium, actionum, ac nominum debitorum.

SVMMARIVM.

1 Verbum (Iura) ſi neceſſariò applicatur, vel mobilibus, vel ſtabilibus, tunc iura non conſtituunt tertiam ſpeciem; ſecus verò vbi huiuſmodi applicatio non eſt neceſſaria.

2 Teſtator habens in hæreditate materna bona, & iura, ſi de iuribus diſponat non dicitur diſpoſuiſſe de bonis.

3 Signum vniuerſale (omne) adiectum generi, omnes ſpecies comprehendit: at ſi ſpeciei adijciatur non amplectitur ſpecies diuerſas.

4 Appellatione (omnium, & ſingulorum ſtabilium) non veniunt mobilia, nec è contra.

5 Clauſula (pleno iure) non habet maiorem latitudinem, quam habeat ſpecies, & intelligitur reſpectu ſubiectæ materiæ.

6 Subſtitutus ea ſolum capit, quæ fuerunt ſcripta inſtituto.

7 Vſus-

7 Vsusfructus in iuribus relictus non est inutilis.
8 Vsusfructus iurium, actionum, & nominum debitorum datur in Iure.
6 Discretiua non operatur, quando testator ex alio motiuo ea vtitur, quam ex motiuo diuersificandi, & distinguendi.
10 Relinquens bona materna non approbat diuisionem de illis factam, cum non se restringat magis ad ista, quam ad illa.
11 Relinquens bona relinquit stabilia, mobilia, iura, lites, & omnia, cum verbum (bona) sit omnium complexiuum.
12 Relinquens bona paterna, relinquit etiam lites, & iura; quæ competebant patri Testatoris.
13 Cedens ius, quod habet in castro nihil dat, si nihil iuris in eo habet, dat è contra totum, si ius habet in toto castro.
14 Relictis iuribus cum discretiua, omnia iura debentur saluis bonis.

RATIOCINIVM XXXI.

MELEVITANA HÆREDITATIS.



Euer. Pater *Alex. in l. à Diuo Pio Seff. decis. Aragonia, Giurba ad consuetud. Messanen., & Capite Galeotta* allegati per alterum ex Dominis ex aduer. scribentibus faciunt distinctionem, quam & nos in nostris informationibus dedu-
1 ximus; quod aut est necesse applicare verbum (iura) stabilibus, & mobilibus, puta quod vnus sit institutus hæres in bonis mobilibus, alter in stabilibus, & tunc iura non constituunt tertiam speciem; aut non est necesse; & tunc iura manent in sua specie vera, & propria.

Terminetur, quæso, causa cum hac distinctione: noster testator habebat bona paterna, habebat bona materna, & pacificè possidebat, & habebat iura in bonis maternis, scilicet, actiones ad recuperationem aliquorum bonorum maternorum; dispoſuit de bonis paternis, & de iuribus in bonis maternis, ergo cum haberet in hæreditate matris
2 bona, & iura, nulla adest hic necessitas applicandi verbum (iura) bonis stabilibus, aut mobilibus, ergò verbum (iura) intelligi debet in sua propria specie distincta, & diuisa ab ipsis bonis.

Obiectum de signis vniuersalibus (omnia & singula) stringeret; si
3 testator dixisset (relinquo omnia, & singula bona); in quibus terminis loquuntur allegati, eo quia verbũ (bona) est verbum vniuersale, aptum de sui natura comprehendere sub se omnes species, vt in informatione probaui, & latissimè ad propositum ostendit *Giurba ad consuet. Messanen. capit. pr. Glos. 2. p. p. n. 1. & seqq*; at quando testator dicit relinquo (omnia, & singula iura) hæc species non comprehendit species diuersas, eo prorsus modo, quo sub appellatione omnium, &
4 singulorum stabilium non venirent mobilia: adduxi in informatione punctuales doctrinas hoc probantes, nempe *Thes. q. forens. 2. nu. 4. lib. pr. Merlin. de pign. lib. 2. quæst. 29. nu. 75.*
5 Et eàdem prorsus responsione eliditur consideratio, quæ fit super clausula (pleno iure), quia scilicèt non habet maiorem latitudinem, quam habeat species relicta, & intelligitur respectu subiectæ materiæ, vt dicit *Marta de clausf. p. p. clausf. 93. num. 3.*
6 Admittimus, vt in informatione dixi, quod Collegium sit substitutum, & vocatum ad omnia ea, ad quæ fuerat vocata Isabella, sed dicimus Isabellam quoque fuisse vocatam ad bona paterna, & ad sola iura materna.
7 Quod autem vsusfructus in iuribus fuisset inutilis nõ subsistit in iure, quin immò datur etiam vsusfructus iurium,
8 actionum, & nominum debitorum, vt

benè ostendit *Castillus de vsufructu Contr. lib. pr. cap. 38. nu. 10. ibi (sed si tripliciter tantùm, vt dixi bonorum omnium vsufructu relicto tunc veniūt in tali legato omnia bona mobilia iura, actiones, & nomina debitorum vbique locorum existentium*) & est de hoc tex. *expressus in l. postquam omnium rer. 3. ff. de vsufructu ear. rerum, quæ vsu consumuntur.*

Non assequor motiuum de nouo, vt (ex aduerso dicitur) in facto excitatum; quia dum Testator in substitutione, de qua tractamus reliquit bona paterna, & iura in bonis maternis, non video in quo grauauerit filios in bonis proprijs.

Ponderatio, quæ fit ad exclusionem
9 discretiuæ, quod scilicet, Testator ex eo vsus fuit in maternis verbo (iuribus) quia stante lite introducta nolebat approbare diuisionem, prò vt, approbasset, si reliquisset per verbum (bona).

Nulla pacto stringit, quia is, qui
10 generaliter dicit, relinquo bona materna, nō se restringit magis ad ista, quàm ad illa, nec approbat, aut reprobat, talia, vel talia bona.

Sed à contrario is, qui intelligit le-
11 gare, aut relinquere mobilia, stabilia, iura, actiones, lites, & vt dicitur *Currum, & Boues*, satis est; quod dicat relinquo bona, quia hoc verbum (bona) est complexiuum omnium *l. bonorum appellatio 49. ff. de verb. signific.*

Et quæro à DD. meis ex adu. scri-
12 bentibus, vbi Testator substituit venerandum Collegium in bonis paternis, veniunt ne sub hoc relicto etiam lites, etiam iura, quæ patri Testatoris competebant? Certè quod sic; & ex huiusmodi generali relicto Testator nullum intulit dictis litibus preiudiciū.

Ergo pari modo, si Testator re vera voluisset substituere Collegium in integra hæreditate materna, & non in solis iuribus, totum compleuisset, relinquendo simpliciter bona materna, nec tali modo disponendo litibus intulisset præiudicium; sed in facto istæ lites adhuc non erant introductæ; sicque vis motiui fundata in litibus cessat.

Non obstat *Cancerius ex adu. repetitus variar. lib. 3. cap. 13. num. 152.*
13 quia cum solum probet, quod cedens, seù vendens ius, quod habet in castro censetur nihil dare, si nihil iuris habet, & totū dare, si ius habet in toto castro,

Non facit ad casum nostrum, quia nos admittimus deberi patribus aduersarijs iura omnia, quæ Testator habebat, sed iura incorporalia distincta à bonis, quæ per ipsum pacificè possidebantur, & tamquam constituentia speciem diuersam, vt in casu alterius Testatoris, qui reliquit iura probat *Caldermus cons. 4. de verb. signific. aliàs allegatus. Videantur concordantia suprà in Ratiocinio 29.*

Et ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

Litera Apostolicæ non sunt exequendæ ad fauorem eius, qui concurrit cum nominato ab æquè se prætendente patronum, & habente pro se tres vltimos status pacificos. Ad effectum excludendi nominatum ab habente vltimum statum pacificum requiritur probatio clara, & euidens in petitorio. Linea quando stet effectiuè, & quando contentiuè.

SVMMARIVM.

1 Literæ subrogationis non sunt exequendæ ad fauorem eius, qui nititur excludere nominatum ab æquè se patronum prætendente, & habente tres vltimos status pacificos.

2 Quæstione non existente inter patronos super perpe-

perpetua pertinentia patronatus, sed inter nominatos, ille semper obtinet, qui est nominatus ab habente vltimum statum, & pacificam possessionem.

3 Vltimus status non attenditur, quando docetur Ius Patronatus effectiuè pertinere ad alium.

4 Huiusmodi autem probatio debet fieri in petitorio ità clarè, & indubitatè, vt nihil obijci possit.

5 In iure patronatus deficientibus primis institutis, eorumq; linea, substitutus remanet Patronus.

6 Vocatio illorum de domo præmissa, antequam determinaretur ad certas personas non comprehendit, omnes de illa domo, sed omnes de domo vocatorum.

7 Maximè si testatrix post vocationem illorum de domo declaret, quas personas intelligat appellare, & latitudinem generis restringat per speciem.

8 Dictio *videlicet* est declaratiua.

9 Vocata domo, & linea Titij, & Sempronij eius fratris an censeatur vocata linea effectiua, & contentiua, ita quod veniant alij fratres Titij?

10 Testator vbi vocationem restringit ad personas certas, vocando eas nomine proprio, censetur considerasse solam lineam effectiuam eorum.

11 Linea simpliciter prolata, appellat dumtaxat effectiuam.

12 Lineæ mentio, si fiat in ordine ad extraneos, vel collaterales; dum Testator vocat lineam propriam ipsius, idem est, ac si dicat voco lineam effectiuam.

13 Ex vocatione expressa illius, qui aliàs venire poterat in linea contentiua arguitur, quod testator vocauerit lineam solum effectiuam, non autem contentiuam.

14 Declaratio prædicta post generalem vocationem illorum de domo non restringeret, si respiceret vocationem passiuam, non verò actiuam.

15 Ad huiusmodi effectum dignoscendum debet inspici, ad quam partem referatur declaratio.

16 Declaratio censetur facta pro eo, quod est dubium, & quod est magis dubium.

17 Declaratiua *videlicet* immediatè subsequens verbo dubio, ostendit, quid testator declarare voluerit.

18 Absurdum est mentem testatoris ita aperire, vt interatur voluisse diligere totam domum in eligendo, quod erat plus, & noluisse diligere totã domum, in eo quod deberet eligi, quod erat minus.

19 Declaratio tollit confusionem, quæ ex verbo dubio nasci posset.

20 Declaratiua *videlicet* afficit lineam actiuam, non verò passiuam, quando ex dispositione id cognoscitur.

21 Correctio voluntatis in testamentis, quantum fieri potest est euitanda.

22 Vltimus status attendi debet ad fauorem nominati, quando inter patronos res est dubia.

23 Sententia, non citato eo de cuius interesse principaliter agitur, in aliquo eidem minimè obest.

24 Ætas ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali ea sufficit, quæ de tempore nominationis, institutionis, & prouisionis reddit prouisum idoneum intrà annum, ad ordinem Subdiaconatus.

25 Quæ validius militant, dum agitur de retinendo, eum in beneficialibus datur multiplicatio titulorum.

25 Lim. si ex consuetudine Canonicatus esset Sacerdotalis, quia ætas habilis ad Subdiaconatum non sufficeret.

27 Canonicatus non est Sacerdotalis, si in fundatione dictum fuit, quod Canonicus possit celebrare per alium.

28 Idem ostendunt literæ Apostolicæ mandantis erectionem quatuor Canonicatuum pro quatuor Clericis, seu Presbyteris, qui parimodo celebrent per se, vel per alios.

29 Exceptio habita in Synodo Diœcesana distinguit ordines Canonicatuum.

30 Obseruantia etiam immediatè subsequuta tollit omnem difficultatem.

RATIOCINIVM XXXII.

LAVRETANA CANONICATVS.



Reuer. Pater. Literæ Apostolicę, pro quarum executione instat D. Machiatus duo continent: primò subrogationem gratiosam pro nominato ad Canonicatum per Corradoros, assertos patronos in locũ alterius, antecedẽter ab ijsdẽ nominati; secundò gratiã collationis ob incapacitatẽ principalis nostri, ex defectu ætatis. Sequendo ordinem in facto tentum, loquar de ambabus gratijs singillatim, & distinctè.

1 Quantum attinet ad primam; literę subrogationis pro nominato à Corradoris non sunt exequendæ, quia nominatus ab eis venit in concursu cum principali nostro, nominato ab eorum Protectore, qui non solum prætendit se patronum ad exclusionem eorumdem de Corradoris, sed habet prò se tres vltimos status pacificos.

2 In hac enim materia, quando quęstio non est inter patronos super perpetua pertinentia patronatus, sed inter nominatos, ille semper obtinet, qui est nominatus ab habente vltimũ statum, & pacificam possessionem *cap. consultationibus de Iure patronatus cap. cum olim de causa poss. & pro-*

 prie-

prietatis add. ad Burattum decis. 776. *num.* 11. *& seqq.* & post antiquiores
decisiones fuit dictum *in Mediolanen.*
iuris Patronatus 24. *Maij* 1655. *co-*
ram Illustriss. Zurate §. existentia de-
nique in fine & latius in Asculana iu-
ris Patronatus prima Iulij 1650. *coram*
Reuerendissimo Meltio §. non obstat
quod Nouellius.

3 Non obstat quod patronatus effe-
ctiuè pertineat ad DD. de Carrodoris,
non autem ad Eminentiss. Protecto-
rem, sicque vltimi status non suffra-
gentur.

4 Quia responsio est, quod ad effe-
ctum excludendi nominatum ab eo,
qui habet proximum statum, requiri-
tur probatio pertinentiæ in petitorio
adeò clara, & indubitata, vt nihil pos-
sit contra eam obijci, *add. ad Burat-*
tum dicta decis. 776. *nu.* 16. *Rot. de-*
cis. 269. *nu.* 4. *&* 3. *p.* 2. *Diuers. ple-*
nissime in præcitat. Asculana iuris Pa-
tronatus coram Reuerendiss. Meltio.

Tantum autem abest, vt hæc pro-
batio pertinentiæ clara, & indubitata
stet pro DD. de Caradoris; quin po-
tius clarissima & constantissima per-
5 stet, & constet pro Eminentiss. Prote-
ctore; Etenim Margharita Celsa fun-
datrix huius Patronatus voluit quidē
quod nominatio, seù electio pertine-
ret ad Domum Baptistæ eius viri, &
Felicis eius Cognati de Carradoris, sed
deficiente linea prædictarum domo-
rum declarauit, quod spectare, & per-
tinere deberet ad Eminentiss. Prote-
ctorem; vnde cum domus, & linea
Baptistæ Viri, & Felicis cognati iam
defecerint, nam D. Carradorus à quo
fuit nominatus aduersarius venit ab
alio fratre Baptistæ, & Felicis, regula
est clara pro Eminentiss. Protectore.

6 Nec ex eo, quod Testatrix antece-
denter nominauerat Domum de Car-
radoris simpliciter, & absque aliqua
restrictione ibi (*pro tertia vice ad do-*
mum de Carradoris) potest prætendi,
quod se non restrinxerit ad domum,
& lineam Baptistæ eius Viri, & Felicis
eius Cognati, quia cum post nomina-
7 tam Domum ipsa declarauerit, quid
intelligebat comprehendere sub dicto
verbo (domus) vtendo dictione vi-
delicet, ibi (*videlicet de Domo Celsi*
8 *de illis dependentibus, de eius patre, &*
Patruo, &c. de domo Carradori de D.
Baptista eius viro, & D. Felice eius
Cognato) antecedens nominatio do-
mus simpliciter facta informatur, & re-
stringitur ex subsequenti declaratione,
vt egregiè in ipsissimis terminis res-
pondit *Rot. in Romana fideicommissi*
de coronis 12. *Iunij* 1651. *coram Re-*
uerendiss. Cerro Decano §. quia præter-
quod.

9 Minus obstat, quod Testatrix vo-
cando Domum, & lineam Baptistæ vi-
ri, & Felicis cognati dicatur vocasse
lineam effectiuam, & contentiuam,
sicque etiam fratres dictorum Bapti-
stæ, & Felicis; quia obiectum eadem
responsione restrictionis excluditur;
vbi enim Testator se restringit ad per-
10 sonas certas, eas vocando nomine
proprio censetur solum considerasse
lineam effectiuam eorum. Sic *Rot. in*
præcitata Romana fideicommissi de Co-
ronis coram Illustriss. Cerro Decano §.
placuit enim responsio in fine, & prius
fuerat dictum *coram Eminent. Ottobo-*
no decis. 217. *nu.* 4. *&* 5. & est opti-
ma ac punctualis *decisio Placentina Ca-*
nonicatus 16. *Martij* 1648. *coram Re-*

ueren-

nemdis. Rojas, idquo ex vi regulæ,
11 quod nomen lineæ effectiuam, non
contentiuam de sui natura compre-
hendit, vt benè in præcitatis decisio-
nibus aduertitur, maximè quando
12 mentio lineæ fit in ordine ad extra-
neos, vel collaterales, quia tunc idem
est, ac si Testator vocando lineam pro-
priam sui ipsius, dixisset: voco lineam
effectiuam *Rot. coram Eminent. Otim
bono dicta decis.* 2 17. *num.* 3.

Hæc doctrina in iure verissima o-
stenditur etiam magis vera in facto, ex
13 eo quod Testatrix expressè nomina-
uit etiam Felicem suum Cognatum,
fratrem Baptistæ Viri; si enim ipsa vo-
cando domum, & lineam Baptistæ
intellexisset vocare domum, & lineam
contentiuam, & non effectiuam dum
taxat, non erat opus vocare Felicem,
fratrem ipsius Baptistæ, in linea con-
tentiua indubitatè comprehensum.

Dum ergo vocauit Baptistam Vi-
rum, & Felicem eius fratrem, & de
alijs duobus fratribus eiusdem viri vi-
uentibus mentionem non fecit, indè
clarè assequimur, quod Testatrix li-
neam horum duorum fratrum non
considerauit, nec vocauit.

Audio D. Aduersarium prætende-
re, quod verba illa (*videlicet de domo
Celsi, de illis descendentibus, de domo
14 Carradori, de D. Baptista eius viro,
& de Felice eius Cognato*) &c. non
sunt apposita ad declarationē antece-
dentis vocationis in parte actiua, quā-
do scilicet fuit facta mentio domus ad
effectum eligendi, sed in parte passiua,
scilicet ad designandum personas, ex
quibus fieri deberet electio.

Respondeo propterea hoc nullo
pacto subsistere, quia verbum (*domus*
15 *de Carradoris*) necessariò indigebat
declaratione, ex quo antecedenter te-
statrix simpliciter vocauerat Domum
de Carradoris, nec expresserat quam
domum, seù de qua domo intellige-
ret, electio verò passiua non indige-
bat declaratione, quia iam Testatrix
specificauerat, quod vnaquæque de
dictis domibus posset eligere eius Ca-
nonicum ad eius contentamentum.

At quando ex duobus vnum ne-
16 cessariò indiget declaratione, aliud
vel nullo modo, vel non ideò neces-
sariò indiget, declaratio censetur facta
pro eo quod magis indiget, quia de-
claratio non est declaratio, si non est,
aut refertur ad rem dubiam *Rot. coram
S. m. Gregorio decis.* 375. *num.* 9. &
10., ergo, &c.

Confirmatur hæc veritas ex illo
verbo, quod immediatè legitur post
17 distinctionem, videlicet, ibi (*vi-
delicet de domo Celsi*), cum enim de-
claratio sit specificè annexa verbo (do-
mo) non remanet locus dubitandi,
quid Testatrix sub illa dictione decla-
rauerit, scilicet, voluerit declarare.

Secundò ex absurdo, quod seque-
retur, vbi enim primò loco in vocatio-
18 ne nempè actiua, vniuersa domus
Carradora posset, & deberet concur-
rere, in vocatione passiua sola linea
Baptistæ, & Felicis considerari debuis-
set; quod absurdissimum esset, & ab
omni ratione alienum; nulla enim ra-
tio suadet, quòd Testatrix voluerit di-
ligere totam domum in eligēdo quod
erat plus, & non diligere totam do-
mum in eo, quod deberet eligi, quod
erat minus.

Tertiò ex confusione, quæ potuis-
set sequi; vbi enim Testatrix non de-
clara-

19 claruit domum Carradorum, & alias,
quæ debebant eligere, potuissent omnes fratres de illo cognomine prætendere electionem, quod fuisset maxima confusio.

Quartò confirmatur hæc veritas, ex clausula, quæ immediatè subsequitur hanc declarationem ibi *& deficiente linea prædictarum domorum in tali casu electio prædictorum Canonicorum spectare, & pertinere debeat supradictæ Almæ domui*; cum enim in
20 hac clausula testator euidenter de electione actiua loquatur, & consideret defectum lineæ quoad electioné actiuam, clarè assequimur illud (videlicet) positum immediatè ante fuisse adiectum ad declarationem domus, quæ debebat eligere: non ad declarationem personarum, quæ debebant eligi.

Quintò demum ex eo, quod diximus correctionem incontinenti, quod
21 quantum fieri potest in testamentis vitandum est; nam vbi Testatrix dixit, quod Canonici possent eligi ad contentamentum, incontinenti correxisset, & restrinxisset contentamentum ad illos de domo.

22 Vtrumque tamen sit, cùm ex præmissis saltem habeamus, quod res sit dubia, vel non omninò clara, vltimi status qui militant prò nominato ab Eminentiss. Protectore suffragantur, & quæstio terminanda est inter Patronos pro futuris vacationibus.

23 In nihilo obstante sententia Vicarij Lauretani, super erectione dictorum quatuor Canonicatuum, & reseruatione patronatus in fauorem aliorum de Carradoris, vltrà Baptistam, & Felicem nominatos à Testatore, quia lata fuit non citato Eminentissimo Protectore, de cuius principali interesse agebatur, sicq; ei non præiudicat *Clem. Pastoralis de sent. & reiudic. l. de vno, quoq; ff. eod. Rot. decis. 129. num. 2. part. 2. Recent.*

Hæc quòad litteras subrogationis pro nominato; Quo verò ad gratiam ex defectu ætatis obstat D. Aduersa-
24 rio; quod principalis noster vltrà nominationem, & institutionem Eminentiss. Protectoris habuit etiam prouisionem Apostolicam tempore, quo intra annum poterat ordinari ad Subdiaconatum; quod sufficit ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali. *Gerola in praxi Episcopali p. p. V. Canonici Barbos. in collect. ad Concilium sess. 24. de reformat. cap. 12. nu. 5. Rot. coram Seraphino dec. 318. n. 5.*

Et multò magis ad retinendum, etiamsi antecedens nominatio Eminentiss. Protectoris non fuisset facta tempore, quo posset ordinari: quia in beneficialibus datur multiplicatio titulorum *Rot. post alias in Regien. beneficij 27. Iunij 1653. coram Illustriss. Beuilaqua §. vltimo.*

Non obstat, quod vbi Canonicatus in Cathedrali ex cõsuetudine sunt
26 Sacerdotales, Subdiaconatus non sufficiat; quia talis consuetudo in istis Canonicatibus negatur.

Nam in limine fundationis fuit dictum, quod isti Canonici possent ce-
27 lebrare per alios; quod excludit qualitatem Sacerdotalem *Rot. post alias in Lucana Cappallaniæ 1. Iulij 1650. coram b. m. Bichio §. prouisio pariter, &c.*

28 In litteris S. M. Pauli V. fuit dictum, quod erectio fieret prò quatuor Clericis, seù Præsbyteris, qui pari modo celebrarent per se, vel per alios.

Et

29 Et demum in Synodo Diœceſana, in qua fuit habitus ſermo de conſuetudine Immemorabili Canonicorum in ordine ad Sacerdotium, fuerunt excepti iſti quatuor Canonicatus.

30 Et ad declarationē totum facit obſeruantia immediatè poſtmodū ſubſequuta, & benè in facto ponderata. *Vide ad hæc ſequens Ratioc.*

Quarè, &c.

ARGVMENTVM.

AN vocatis deſcendentibus ex domo dicatur vocata domus effectiuè, vel contentiuè; vbi deſignati à Teſtatore non habeant filios, nec habere poſſint? vocata domo, ſi teſtator ſpecificè reſtringat vocationem ad certam perſonam, tunc vocatio reſpicit ſolum illam perſonam, eiuſq; familiam. Sicuti incluſio vnius, eſt excluſio alterius, ita vnius vocatio expreſſa excludit vocationem eorum, ſub quorum numero idem etiam tacitè venire poterat.

SVMMARIVM.

1 An pro vocatione lineæ contentiuæ inducenda, bona ſit coniectura, quod deſignati à Teſtatore filios non haberent, nec habere poſſent.

2 Vocata linea veniunt omnes de illa contentiuè, ſi tamen vocatio relicta non fuit ad perſonas certas illius lineæ.

3 Diſpoſitio, etſi generalis ad fauorem collateralium, reſtricta tamen ad certum collateralem non egreditur perſonam illius, & familiam.

4 Teſtator, vbi vocata familia Celſorum ſubiunxit *videlicet deſcendentes ab eius Patre, & Patruo* non dicitur vocaſſe totam familiam Celſorum, ſed deſcendentes tantum à Patre, & Patruo.

5 Vocatio in genere, non facta aliqua ſpecificatione ſortitur effectum in genere.

6 Vocatis verò Collateralibus, ſed ad quoſdam vocatione reſtricta, alij non cenſentur vocati.

7 Fruſtratoria eſſet particularis expreſſio, vel reſtrictio, ſi hęc venire poſſet ſub generali diſpoſitione.

8 Vocata domo, & familia certorum Collateralium non cenſetur facta vocatio aliorum, qui ſunt in linea Collaterali vocatorum.

9 Diſpoſitio reſtrictiua ad perſonas certas operatur, vt ille, earumque familia, & domus effectiuè dicantur vocatæ.

10 Data etiam vocatione contentiua ceſſat, vbi teſtator redegit genus ad ſpeciem.

11 Vocatio contentiua non coniecturatur ex carentia filiorum in vocatis, quando vocatio fuit reſtricta ad certas perſonas.

12 Vocatio contentiua ad iuspatronatus non infertur, ex declaratiua inducente contentiuam in perſonis eligendis ad Canonicatus de illo iure patronatus.

13 Conſilium *Spadæ 7. lib. 3.* in quibus terminis loquatur, & an eiuſdem ponderatio num. 9. concludat ad caſum.

14 Nominatio facta ab eo, qui eſt in quaſi poſſeſſione, non ſolum per vltimum, ſed per tres vltimos ſtatus pacificos eſt attendenda, vbi Patroni non ſunt in quæſtione, ſed ſolum nominati, & ius Aduerſarij non eſt liquidiſſimum.

RATIOCINIVM XXXIII.

LAVRETANA CANONICATVS.



Euer. Pater. Tota vis DD. ex aduerſo ſcribentium ſtat in oſtendendo, quod Teſtatrix, vbi vocauit deſcendentes ex domo de Celſis, de Bottapis, & de Carradoris, vocauerit non ſolum domum effectiuam, ſed etiam contentiuam.

1 Idque principaliter ex eo, quod multi ex deſignatis à Teſtatrice, videlicet eius pater in familia Celſa, eius mater in familia Bottana, eius maritus in familia de Carradoris non haberent, nec habere poſſent filios.

2 Difficultas cauſæ, meo iudicio non ſtat in hoc, quia admitto, quod vbi Teſtatrix non ſe reſtrinxit ad aliquam perſonam certā in linea collaterali, & contentiua veniant omnes de illa linea collaterali, & contentiua, ſed dixi, & dico, quod vbi Teſtatrix vocauit aliquā domū, & vltra mentionē, & vocationē domus ſpecificè vocauit, &. nominauit aliquem collateralem illius domus,

3 tunc diſpoſitio in genere collateralium non egreditur illum collateralem ſic deſignatum, & eius familiam effectiuā.

Veniamus ad applicationem; Teſtatrix vocauit domum Celſam, videlicet

4 licet descendentes ab eius patre, & patruo: certè vocauit domum collateralem patris sed restrictiuè, ad personam parrui, vndè non vocauit, nec voluit comprehendere alios collaterales patris restrictiuè, si quos tunc pater, & patruus habebant.

Rursus Testatrix vocauit domum
5 Bottanam, videlicet descendentes à Virginia eius matre, tunc quia non designauit, nec specificauit aliquem in genere collateralium, vocauit omnes collaterales matris.

Vbi igitur in familia, & domo de Carradoris vocauit descendentes à
6 Baptista eius viro, & Felice eius cognato, fratre dicti Baptistæ, vocauit vtrique familiam, & domum Carradoram contentiuam, quia fratres sunt inter se collaterales, sed vocationem restrinxit ad collaterales specificè nominatos, & proinde alios fratres Baptiste eius viri comprehendere noluit.

Veritas hæc probatur ratione, &
7 auctoritate; ratione quia si Testatrix in linea, & domo de Carradoris voluisset comprehendere omnes fratres, & Collaterales Baptistæ eius viri, non habuisset opus exprimere solum Felicem nepotem in linea cõtentiua iam comprehensum; vocauit ergo Felicem, quia alios collaterales Baptistæ noluit comprehendere.

Auctoritate, quia recepta, & com-
8 munis conclusio est, quod vocata domo, & familia certorum collateralium non censetur facta vocatio aliorum, qui sunt in linea, & domo collaterali talium collateralium vocatorum, sed solum familiæ, & domus effectiuè eorumdem, vt in punctualibus terminis dixit *Rot. coram Eminentiss. Ottobono decis. 217. nu. 4. & 5.*, Sequendo decisionem Placentinam in informationibus iam allegatam.

9 Quia restrictiua ad personas certas operatur, quod solùm familia domus, & linea propria, & effectiua, non verò linea contentiua, & collateralis talium personarum certarum dicatur vocata, vt plenè *in Romana de Coronis coram Reuerendiss. Decano*, quam pariter in informationibus citaui.

Stat igitur quod in vocatione harum domorum Testatrix vocauit do-
10 mum contentiuam, & collaterales, vt pars aduersa prætendit, sed indè non sequitur, quod vbi in domo contentiua, & collaterali Testatrix se restrinxit ad vnum fratrem, & alios fratres non nominauit, censeatur etiam istos voluisse comprehendere.

His positis non obstat, quod aliqui
11 ex designatis in hac dispositione non possent habere filios, sicque necessariò dicendum sit, quod Testatrix vocauerit eorum familiam contentiuam: quia vt dixi, hoc est verum, sed intrà limites vocationis, & quoad personas collaterales expresse designatas, vt in puncto huic obiecto fuit respons. *p. 7. recent. decis. 15. nu. 19. & seqq.*, noscens enim Testatrix, quod Baptista Carradorus eius vir forsan non poterat procreare filios, vocauit eius familiam collateralem, sed restrictiuè ad personam solius Felicis eius fratris, & rursus noscens quod eius Pater in familia Celsa non poterat procreare filios, vocauit eius familiam contentiuam, sed restrictiuè ad patruum.

In familia verò Bottana, quia mentionem fecit de sola Virginia, & eius domo, nec ad aliquem collateralem

speci-

ſpecificè ſe reſtrinxit, totam familiam
collateralem ipſius vocaſſe cenſetur.
12 Conſilium *Spadæ 7. lib. 3.* totum ſtat
in oſtendendo, quod clauſula illa *vi-
delicet de domo Carradori; de D. Bapti-
ſta eius viro, & D. Felice eius Cogna-
to* deſignet perſonas, quæ debebant
eligi, non verò perſonas, quæ debe-
bant eligere, cui obiecto ego in infor-
matione ſatisfeci.

Quatenus verò *ſub n. 9.* ponderat,
quod Virginia mater Teſtatricis non
13 poterat habere filios, & deſcendentes
de familia Bottana, ſicq; Teſtatrix vo-
luerit vocare totam familiam cõtenti-
uam ipſius, dico ponderationẽ eſſe ve-
ram, ſed nõ ſtringere ad caſum noſtrũ.

Quia, vt dixi, etiam in familia Car-
radora vocauit familiam contẽtiuam,
ſed reſtrictiuè ad Felicem fratrẽ Bapti-
ſtæ eius viri.

Hæc ſint dicta non ad dirimendam
quæſtionem perpetuæ pertinentiæ Iu-
14 riſpatronatus inter Eminentiſs. Pro-
tectorem, & Carradoros, cùm modò
de hoc non agatur, & patroni non ſint
in cauſa; Sed ſolum dicta ſint ad oſ-
tendendum, quod ius dictorũ de Car-
radoris non eſt liquidiſſimum, & cla-
riſſimum, vti requiritur ad effectum
excludendi nominatum ab eo, qui eſt
in quaſi poſſeſſione, non ſolum per
vltimum, ſed per tres vltimos ſtatus
pacificos, *iux. cap. conſultationibus de
iure patronatus, & deciſionem in Aſ-
culana renuntiationis corã Reuerẽdiſs.
Meltio. Vide adhæc præcedens Ratioc.*

Ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

Quibus concurrentibus attendatur vltimus ſtatus in iure patronatus præſentandi. Scientia præſumpta in præiudicialibus non præiudicat. Sententia an valeat contra non citatum ex capite veriſimilis notitiæ. Depoſitio ad perpetuam rei memoriam, an probet contra tertium?

SVMMARIVM.

1 Argumentum, cui aliàs Rot. deciſio reſpondit non indiget alia reſponſione.
2 Vltimus ſtatus, quando quæſtio eſt inter Patronos, non attenditur, niſi concurrat poſſeſſio quadragenaria pacifica, & cum ſcientia veri patroni.
3 Scientia ad effectum predictum non intrat, quando præſentatio facta fuit à pluribus, ſed præcipuè à veris patronis, cum tali caſu videantur veri patroni iuſtè potuiſſe negligere præſentationem, veluti factã in parte à nõ veris patronis.
4 Status vltimus, vt ſuum operetur effectum debet eſſe clarus, & certus, non dubius, turbidus, vel obſcurus.
5 Concordia inter nominatos facit præſumi bonum ius ad fauorem patroni, qui nominauit eum, cui in iudicio ceſſum fuit.
6 Maximè quando, qui cederet, eſſet potens, & potiùs, quam contendere, eligeret magnum ſuſtinere incommodum.
7 Concordiam, qui petit reſcindi, id non tentaret, niſi eſſet certus de ſuo bono iure.
8 Sententia ad quam quis non fuit citatus, & de cuius præcedenti iudicio nulla habita fuit notitia non meretur allegari.
9 Scientia an præſumatur in paruo oppido?
10 Scientia præſumpta in præiudicialibus non ſuffragatur.
11 Ciuitas Meleuitana non eſt parua.
12 Sententia lata ſine citatione non operatur effectum ſuum ex capite veriſimilis, & præſumptæ notitiæ contra non citatum.
13 Scientia deducitur ex multiplicatione præſentationum, & diuturnitate temporis.
14 Præſentationes, quæ non ſubſiſtunt non probant vltimum ſtatum.
15 Deſcendentia non probatur, niſi probata identitate illius perſonæ, à quà deſcendere quiſque prætendit.
16 Teſtificatio ad perpetuam rei memoriam nihil concludit in præiudicium tertij.
17 Teſtes ad rei perpetuam memoriam examinati nihil releuant, quando & pars ipſa, ad cuius inſtantiam depoſuerant eos non adhibuit in iudicio, poſt quinquennium orto, ſuper negotio teſtificato.
18 Teſtium dicta, qui non producit, de eorum fide dubitare videtur.
19 Teſtibus ad perpetuam rei memoriam examinatis, an deferendum ſit nec ne, relinquitur arbitrio prudentis Iudicis, qui ex facti circumſtantijs id penſabit.
20 Nec facilè inclinabit in præiudicium tertij, vbi huiuſmodi probationes, nedùm eſſent leues, ſed etiam ſuſpectæ.

RATIOCINIVM XXXIV.

MELEVITANA IVRISPATRONATVS.



Euer. Pater. DD. ex aduerso scribentes ad concludẽdam pertinentiã Iurispatronatus fauore eorum de Pontremulis vtuntur duplici medio, scilicet, possessione præsentandi, in qua dicuntur fuisse illorum Auctores, præsertim in vltima vocatione anni 1627. & descendentia à Lisa, quam aliàs dicunt fuisse nuptam Matthæo Pontremulo.

1 Vtriq; medio occurrit, & respondet prima decisio causæ *sub §. minus domini putarunt, & sub §. non subsistit, quod Pontremuli*; Vndè breuibus me expediam.

2 Vltimus status, vbi esset pro DD. Aduersarijs non suffragaretur, quia præsens quæstio est cum Vagnolis: qui non dubitantur esse veri patroni; dicunt enim Doctores, quod hoc casu requiritur possessio pacifica, & incontrouertibilis, cum scientia veri patroni, & spatio quadraginta annorum. Sic in terminis huiusmet Patronatus contra Dominos de Platamonijs, qui aliàs ex simili vltima vacatione prætendebant deducere eorum pertinentiam, dixit *Rot. p. 3. Recent. decis. 170. n. 6. & n. 8. vers. superetur vltima præsentatio, &c.* ibi *circa quam licèt nec etiam constet de scientia Vagnolorum, tamen in omnem euentum quatenus, & illa fuisset quæsita possessio Platamonijs non potuit habere vim præscriptionis, quod etiam inter patronos requirit tempus annorum quadraginta*, in eadem causa repetijt *in dec. 180. ead. p. 3. Recent.* vnde cum nec scientia Vagnolorum sit probata, nec ab anno 1627. quo successit vltima vacatio vsque nunc effluxerint anni 40. nullum potest fieri fundamentum in dicta vltima vacatione; sed re vera vltimus status non est pro DD. Aduersarijs: quia, vtbenè ponderat prima decisio causæ, Io: Baptista Cagliares fuit præsentatus à Ioanne Paulo Vagnolo, & à Petro Fracisco Pontremulo, vti donatario Leonardi, & aliorum plurium de Vagnolis.

Et licèt idem Cagliares fuerit etiã præsentatus ab alijs de Pontremulis, & multi de familia Vagnola nominauerint quemdam Grech, tamen cum isti Vagnoli potuerint credere, quod Cagliares fuerit institutus, ex præsentatione facta ab alijs de eorum familia

3 Vagnola, & ex hoc capite potuerint iustè negligere Institutionem Grech, indè non sequitur, quod ipsi sciuerint præsentationem Pontremulorum, sicq; numquam Pontremuli acquisiuerunt possessionem aptam ad acquirẽdum, vt in terminis huius patronatus fuit dictum *in præcit. decis. 170. n. 7. & 8. p. 3. Recent.*

Vlteriùs ambiguum est, an Cagliares potiùs in vim nominationis de eo factæ, quam in vim Iuris competentis alij nominato beneficium possederit; introducta enim lite cum dicto alio nominato Cagliares concordauit, & resignato ei certo quodam beneficio, per ipsum possesso, literas

4 Apostolicas expediuit; status autem vltimus, vt operetur effectũ suum debet esse clarus, & certus, non dubius, turbidus, vel obscurus *Gonzal. ad reg. 8. Glos. 45. §. 2. n. 38. Rot. recent. p. p. dec. 308. n. 2.*

5 Et in terminis similis concordiæ inter

ter nominatos in hoc eodem patronatu fuit dictum *in præcitata dec.* 170. *n.6. vers. nam de anno p.* 3. *Recent.*

6 Et re vera, quænam ratio suadet, quod si bonum Ius non astitisset collitiganti, Cagliares qui tunc erat nepos Episcopi Meleuitani, sicq; Potens, proprium beneficium dimisisset in fauorem dicti Collitigantis, & magnam pecuniarum vim in expeditione literarum Apostolicarum expendisset?

Ponderant DD. ex aduerso scribentes, quod post hanc concordiam Grech nominatus à Vagnolis ab ea resilinit, & quod impetrata commissione per Breue, introductaq; causa coram Inquisitore Meleuitano postea succubuit per sententiã definitiuam.

7 Hanc sententiam ego non vidi; sed si canonizat concordiam, potius auget, quam destruat dubietatem à me consideratam in vltimo statu; Cæterum Grech non tentasset resilire à concordia, si ius suum, sicq; ius Vagnolorum, qui eum nominauerant, non fuisset admodum clarum.

Si verò sententia canonizat ius patronatus fauore eorum de Pontremulis non meretur allegari, quia Vagno-
8 li in toto illo Iudicio non fuerunt citati, nec aliquo modo constat, quod eiusdem Iudicij notitiam habuerint, vt bene loquens de alia sententia ponderat *dicta decis.* 170. *p.*3. *Recent. n.* 7. *cui adde Rot. hic decis.* 5. *n.*15.

9 Quæ dicuntur de scientia coniecturali, & præsumptiua stante paruitate oppidi, & Ciuitatis poterant omitti; quia scientia præsumpta in præiudi-
10 cialibus non suffragatur *Rot. coram Buratto decis.* 899. *n.*2. *& p.* 8. *Recent. decis.* 156. *n.*16.

11 Ciuitas Meleuitana non est parua; & demum nemo vnquam dixit, quod
12 sẽtentia lata sine citatione possit operari effectum suum ex capite verisimilis, & præsumptæ notitiæ contra non citatum.

Decisiones autem ex aduerso allegatæ deducunt scientiam ex multipli-
13 catione præsentationum, & diuturnitate temporis, quæ hic non concurrunt.

Nam præsentationes anno 1552. & 1562., quæ deducuntur in com-
14 probationem huius prætensi vltimi status, & in multiplicationem actuũ, nullam prorsus habent subsistentiam, vt clarè ostẽdit *prima decisio causæ sub,* §. *nõ obstat quod de anno* 1552. *&c.*

Quantum attinet ad descendentiã Lisæ, seù ex persona Lisæ, multa di-
15 cunt DD. ex aduerso scribentes, sed dicta per eos non includunt, quod Lisa, à qua Pontremuli descendunt sit illa Lisa filia Antonij Vagnoli fundatoris huius patronatus.

Et licèt iterum repetant testes anno 1598. ad perpetuam rei memoriã in id examinatos, tamen iterum eis obstat, quod depositio ad perpetuam
16 rei memoriam nihil concludit in præiudicium tertij, vt benè ponderat *nostra prima decis.* §. *non subsistit, quod Pontremuli.*

Quod si hæc propositio in abstracto vera est, in concreto casus nostri erit verissima, ponderando, quod licet Pontremuli examinari fecissent testes anno 1598. tamen sequuta postea vacatione huius patronatus anno 1603., introducta lite super descendentia à dicta Lisa pro parte eorum de Platamonijs, vt videre est in sæpius

citatis *decis. 170. & 180. p. 5. Re-*
17 *cent.*, Pontremuli in eo Iudicio nec
verbum quidem dixerunt de descen-
dentia præfata, & de testibus quinque-
nio antè examinatis.

Imò Saluus Pontremulus, qui aliàs
de anno 1552. & 1562. vt ex aduer-
so dicitur præsentauerat, non solùm
non produxit testes, sed subiecit se
examini fauore eorum de Vagnolis,
conclusit illorum descendentiam à fun-
datore, & passus fuit, quod præsenta-
tus à solis Vagnolis institueretur.

Hoc euidenter ostendit ipsum du-
bitare de fide præfatorum testium, &
18 eos prodere, ac exhibere neglexisse,
quia poterant, & debebant subijci ri-
goroso, & formali examini.

Ex his igitur circumstantijs eua-
cuatur vis doctrinarum, quæ ex ad-
uerso afferuntur; nam in hac materia
deferendi testibus ad perpetuam rei
memoriam examinatis, prudens Re-
ligio Iudicantis pensare debet facti cir-
19 cumstantias, nec facilè inclinare ad
præiudicium tertij; cum leuibus pro-
bationibus, dico ego, in casu nostro
cum leuibus, & suspectis: quia ne-
20 quit excogitari ratio, ob quam Pon-
tremulus neglexerit producere, aut
allegare testes adeò recenter exami-
natos. *Vide ad hæc Ration. 38.*

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

IN spolio, à quo die fructus veniant restituendi: Mala fides quando esse debeat euidentissima. A licitatione, an & quando permissum sit recedere. Compensatio quando habeat vim oblationis depositi, & solutionis.

SVMMARIVM.

1 Fructus non debentur, nisi à die motæ litis, vbi spolium non est violentum, vel attentatum.

2 Fallit, vbi adest mala fides, & iniusta occupatio scienter facta.

3 Mala occupatio deducitur, siquis offerat scut. 1800., indeq; sibi eadem bona deliberari faciat pro solis scut. 915.

4 Mala fides debet esse euidentissima, & quæ nulla excusatione, vel ratione velari possit ad effectū, quod fructus debeantur ante motam litem.

5 Malam fidem excludit quælibet causa etiam temeraria, & bestialis, & qualis qualis occasio possidendi.

6 Malam fidem excludit etiam titulus cum errore iuris.

7 Acquisitio fructuum non requirit bonam fidem, sed satis est, quòd non concurrat mala.

8 Mala fides ex deliberatione facta pretio minori, quam fuerat oblatum non intrat, si bona subhastata effectiuè nihil pluris valebant, cùm instè ab oblatione hoc ideò recedi potuerit.

9 Valor bonorum probatur ex testibus, & ex mensuratione, & æstimatione publici Agrimensoria.

10 Oblatio facta vltrà verum valorem non subsistit.

11 Licitatio non admittitur, quam calor licitantis vltrà modum solitæ conductionis inflauit.

12 Licitator subhastatione iam consummata, & negotio finito potest agere de læsione.

13 Fortiùs poterit recedere à licitatione: quando calore, vel probabili credulitate maioris valoris deceptus obtulit plus, quam res subhastanda effectiuè valeret.

14 Mala fides non intrat, vbi quæstio dubia est.

15 Oblatio iam facta confirmatur ab ea, qui vigore illius obtinet sibi deliberari.

16 Implicat in adiecto obtinentē sibi deliberari pro minori pretio velle ratificare maiorem oblationem antecedenter factam.

17 Quemadmodum etiam implicat in adiecto expressio valoris excludens læsionem, cuius commissio fuerat obtenta.

18 Obtinens sibi pro minori pretio deliberari, quam obtulerat, in necessarium antecedens videtur à prima oblatione recedere.

19 Compensatio in bonis deliberatis habet vim oblationis, depositi, & solutionis

20 Noua oblatio in casu prædicto non est necessaria, sed pro omnibus sufficit ipsa adiudicatio, & compensatio.

21 Mala fides non inducitur ex monitorio non reproducto.

22 Monitorium non operatur litem, nisi quando reproducitur.

23 Monitorium etiam reproductum non operari malam fidem ad effectum restitutionis fructuū, si reus per multum temporis neglexerit litem prosequi, dixit Fachin.

24 Et hæc est differentia inter iudicialem interpellationem, & extraiudicialem.

25 Monitorium habens inhibitionem, imò simplex interpellatio extraiudicialis sufficit ad effectum nunciationis noui operis.

RATIO.

RATIOCINIVM XXXV.

SABINEN. PRÆTENSI SPOLII.



Euer. Pater. Decisio, quæ reuidetur admittit, quod vbi spolium non est violentum, nec attentatum, fit condemnatio fructuũ
1 solùm ex die motæ litis, sed dicit hoc non procedere, vbi adest mala fides, & iniusta occupatio scienter facta, *& concordat cum Firmana Domus coram R. P. D. Alberg. quæ est hic decis. 160. n. 2.* malam autem fidem, & iniustam
2 occupationem scienter deducit in casũ ex eo, quod principalis noster, postquam obtulerat, mediante suo procuratore speciali sc. 1800. super bonis controuersis,
3 Sibi deliberari fecit eadem bona pro solis sc. 915. Strictè igitur ad hãc prætensam malam fidem, & præmisso, quod ad effectum, vt debeantur fru-
4 ctus antè motam litem ex mala fide, illa debet esse euidentissima, & quæ nulla excusatione, & ratione velari possit *Post. de subhast. inspect. 55. nu. 97. 103. & 104. Surd. decis. 211. n. 7. plenissimè Rota penès Post. d. tract. de subhast. decis. 96. per totam ex gratia videnda.*

In tantum, quod ad eam excludendam sufficiat quælibet causa, etiam te-
5 meraria, & bestialis, & qualis qualis occasio possidendi *Post. d. inspect. 55. d. nu. 104. Rot. penès ipsum dicta decis. 96. nu. 7.*
6 Et etiam titulus cum errore iuris sit satis ad exclusionem huius petitionis; quia acquisitio fructuum non re-
7 quirit bonam fidem, sed satis est, quod non habeat omninò malam, vt punctualiter ad effectum, de quo agitur fuit dictum *in Ciuitate Castelli Spolij coram Reuerendiss. Terracinen. quæ est in addit. ad Post. de subhast. decis. 126. nu. 20. 21. & 22.*
8 Certè talis euidentissima mala fides in præsenti non adest; quamuis enim principalis noster, mediante suo procuratore speciali, antecedenter obtulisset maiorem summam, iustè tamen credidit, pro vt, & hodie credit, se postmodum potuisse recedere à tali oblatione: attento quod valor bonorum
9 subhastandorum effectiuè ad maiorẽ valorem non ascẽdebat; vt liquet tam ex testibus ex aduerso examinatis, quã ex mensuratione, & æstimatione publici Agrimensoris, quã modò damus.

Indubitati enim iuris est, quod oblatio facta vltra verum valorem non
10 subsistit, quia vt inquit *textus in l. licitatio in princ. ff. de public. & vectig.* non admittitur licitatio, quam calor
11 licitantis vltra modum solitæ conductionis inflauit; sequuntur *Bertachinus de Gabell. p. 2. nu. 28. Post. de subhast. inspect. 35. nu. 24. & seqq. & inspect. 34. n. 123. & inspect. 35. n. 15. & seq.*

Et si permissum est licitatori, subhastatione iam consummata, & nego-
12 tio finito agere de læsione, vt latè probat *Post. de subhast. inspect. 59. per totam.*

Vtiq; fortius ei erit permissum à licitatione recedere, quando calore, vel
13 aliàs probabili credulitate maioris valoris deceptus plus obtulit, quam effectiuè res subhastanda valeret.

Vtcumq; tamen res se habeat, & an hæc Doctrina saluare possit principa-
14 lem nostrum à spolio, illud est certum quod reddit saltem negotium dubium

& ex-

& excludit illam euidentissimam malam fidem, quæ ad effectū, de quo agitur est necessaria, vt supra probaui.

Nec facit, quod principalis noster effectiuè non recesserit, immò potius
15 obtinēdo deliberationem in fauorem sui ipsius, tamquam maioris oblatoris oblationem iam factam cōfirmauerit,
16 cum de alia oblatione non constet; quia responsio est implicare in adiecto, quod dum ipse obtinebat sibi deliberari bona pro solis scutis 515. voluerit ratificare, & confirmare maiorem oblationem antecedenter factam, vt in simili de eo, qui agens ad læsionem obtinuerat committi causam in Rota cum expressione tanti valoris,
17 qui læsionem, quam tunc intentabat, videbatur excludere, fuit responsum *in Romana domus 25. Nouem. 1642. coram Reuerendiss. Dunoz. §. nec releuat confessio &c.*

Veritas ergo est, quod principalis noster, vbi prius obtulerat scuta 1800.
18 mediante eius procuratore, post modum obtinendo sibi deliberari bona pro scutis 915. in necessarium antecedens, à prima oblatione recessit.

Et cum in creditore, qui in bonis sibi deliberatis compensat suum creditum, compensatio habeat vim obla-
19 tionis, depositi, & solutionis, vt ex multis inquit *Giurba decis. 53. ante n. 11. §. quod enim in adiudicatione &c.* potuit principalis noster iustè putare non fuisse necessariam formalitatem
20 nouæ oblationis, sed adiudicationem, & compensationem ipsam sufficere pro omnibus.

Minùs denique obstat, quod mala fides censeatur inducta ex monitorio,
21 etiam non reproducto; quia in contrarium est veritas; monitorium enim operatur litem solùm, quando reproducitur, vt ad istum effectū dixit *Rot. in Romana domorum 25. Iunij 1646. coram B. M. Bichio in principio.*

In tantum, quod *Fachineus controuers. lib. 12. cap. 73. per tot.* putauerit,
23 quod etiam reproducto monitorio, si reus per multum temporis spatium neglexerit prosequi litem, neque hoc casu monitorium operetur malam fidē ad effectum restitutionis fructuum.

Et hæc est differentia inter interpellationem iudicialem, & extraiudi-
24 cialem, vt benè comprobat *Faber. in C. lib. 7. tit. 18. definit. 77. in addit. nu. 2.*

Decisio verò Romana fideicom-
25 missi *de Spiritibus 12. Decembr. 1644. coram B. M. Bichio*, loquitur in terminis monitorij, habentis inhibitionem, quam non habet nostrum, & non ad effectum repetitionis fructuum, sed ad effectum nunciationis noui operis, in qua ipsa decisio ponderat sufficere simplicem interpellationem extraiudicialem.

Ex his igitur.

ARGVMENTVM.

SImulatio excluditur, vbi fuit contractum eo modo, quo permittitur. Diuersitas personæ facit licitos contractus, qui geri non possent cum vnica persona. Dominium pecuniarum illi quæritur, cui solutio, etsi momentanea parat aliquam vtilitatem. Testes in simulatione probanda quales esse debeant? Hæres emens cum pecunia hæreditaria cui acquirat? Hypotheca priuilegiata ei non competit, qui pecuniæ non est dominus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Simulatio deduci nequit ex contractu fieri de iure permisso.
2 Fideicommissarius potest dare pecuniam ad censum in vtilitatem fideicommissi, eãdemq; nomine proprio, illico ad cambium accipere.
3 Suspicio simulationis cessat, si fuit contractum eo modo, quo potest contrahi.
4 Ex huiusmodi contractus possunt contineri ex pacto antecedenti.
5 Diuersitas personarum in vna, & eadem persona facit licita, & permissa duo diuersa genera contractuum.
6 Creditor cambij non compensat cum fideicommissario debitore nomine proprio, quod eidem debet fideicommissario nomine.
7 Pecunia mihi soluta non ideò desinit effici mea, quia illicò redest ad soluentem, si habeat effectum, ad quem illa destinaui.
8 Dominium pecuniæ transijsse dicitur in eum, qui ex tali pecunia commodum habuit.
9 Dominium pecuniæ, etsi illicò restitutæ acquiritur ei, qui vtilitatem, & negotium fecit ex tali pecunia.
10 Simulatio non omnibus probatur præsumptionibus, sed efficacibus, & dilucidis.
11 Simulationis probatio, si ex testibus desumatur, hi debent esse fide digni, & ab omni exceptione immunes.
12 Cambium de pecunijs fideicommissi emptum quæritur fideicommisso.
13 Pecunia cuius est, eius etiam debet esse rei Dominium.
14 Hypotheca nulla acquiritur à dante pecuniam ad mutuum super re, quam mutuatarius acquisiuit, nisi de hypotheca priuilegiata specialiter fuit conuentum.
15 Idem procedit in eo, qui credidit pecuniam in emptionem.
16 Contractum tenet Salgad. in hærede grauato, emente de pecunijs hæreditarijs.
17 Hypotheca priuilegiata non datur, etiam in subsidium, si cessat dominium pecuniæ.
18 Census de pecunijs redactis ex re hæreditaria emptus quæritur hæreditati, secùs verò, vbi pecunia effecta fuit alterius.

RATIOCINIVM XXXVI.

ROM. PECVNIARIA.



ILlustriss. Domine. Dato millies, quod ex aduerso probaretur dilucidè, & clarè D. Marchionem Serlupium, & Mercatorem conuenisse vsq; à principio, quod scuta ốm. darentur ad censum Mercatori, pro vtilitate fideicommissi, & quod immediatè Mercator, ex dictis scutis daret scuta quatuor millia ad cãbium eidem Marchioni, non tãquã repræsentanti fideicommissum, sed vti personæ particulari;

1 Non video, quæ simulatio possit
exinde deduci; quia cùm huiusmodi
contrahendi genus nullam habeat iuris prohibitionem, aut resistentiam, & stante diuersitate personarum, quas repræsentabat Marchio, potuerit nomine fideicommissario, sub contractu census, ab eo pecunia accipi, & nomi-
2 ne proprio illicò sub contractu cambij
eidem pecunia dari, simulatio non intrat; est enim regula, quod vbi potest contrahi eo modo, quo fuit contractum, cessat suspicio simulationis, *sic ex*
3 *Granet. cons. 319. n. 9. in fine, & alijs*
dixit *Rot. penes Cencium de censib. decis. 5. nu. 12. & seqq.* & latiùs *decis. 28.*
4 *ex nu. 7. & 9.* vbi est casus, de pacto
antecedenter inito, & *decis.* 132. vbi pariter est casus de pacto antecedenter inito de inuestiendis pecunijs. Res fiet clara, ponendo casum, quod defuncto Marchione Mercator adhuc nõ esset lapsus fac ultatibus: sanè cũ tali casu nemo impedire potuisset Mercatorem, quin ageret ad restitutionem cambij contra bona hæreditaria Marchionis, nomine proprio obligati.
5 Ex hoc clarè datur intelligi, quod
diuersitas personarum in vna, & eadẽ persona facit licita, & permissa duo diuersa genera contractuum.

Idem esset, si è conuerso defuncto
6 Marchione fideicommissarij egissent,
prout agunt ad solutionem fructuum census; Mercator enim opponere non potuisset se credidisse pecunias ad cãbium Marchioni, quia hoc fuit cum

ipso

ipso actum nomine proprio, longè diuerso nomine fideicommissario.

Non obstat, quod pecuniæ non fuerint omninò effectæ Mercatoris:
7 quia satis est, quod fuerint effectæ suę, in vsum destinatum ratione dandi ad cambium Marchioni, vti personæ particulari; vt in puncto fuit resolutum *in præcitata decis. 132. penès Cencium de censibus*.

Et dùm ex hac immediata datione ad cambium, facta per Mercatorem Marchioni, acquisiuit Mercator com-
8 modum dicti cambij, & obligationem contra bona hæreditaria dicti Marchionis, non potest dici, quod Dominium pecuniarum non transiuerit in ipsum Mercatorem; quotiescumq; .n.
9 solutio parat commodum, & vtilitatē restituenti, etiamsi momentanea sit, facit, quod dicatur acquisitum Dominium illi, qui restituit; sic ad limitationem *tex. in l. qui sic soluit ff. de solut.* fuit responsum *in decis. 123. n. 3. & seqq. post Cencium de censibus*.

Hæc, vt dixi procedunt, quatenus dilucidè probaretur pactum antecedens; cæterùm cum in præsenti talis
10 probatio non adsit, res est etiam clarior; non enim omnes præsumptiones, sed efficaces, & dilucidæ ad effectum simulationis requiruntur, *Rot. decis. 5. nu. 5. & decis. 257. nu. 10. post Cencium de censibus*.

Et vbi probatio simulationis præ-
11 tenditur desumi ex testibus, illi debent esse fide digni, & ab omni exceptione immunes *Rot. in Lauretana prædij 12 Maij 1642. coram B. M. Bichio §. neque obstant duo testes in fine*.

12 Dicit pars aduersa, cambiū in omnem casum censeri quæsitum fideicōmisso, cum fuerit initum, seù emptum de pecunijs fideicommissi, iuxta adducta *per Salgad. in labyrintho Credit. p. 2. cap. 24. à nu. 35*.

At seclusa simulatione obiectum
13 nullo iure subsistit, quia pecunia, cum qua fuit initum cambium erat propria Mercatoris, & fideicommissum nihil aliud prætendere poterat, quam censum, quem cum dicta pecunia acquisiuit.

Certissima enim est iuris proposi-
14 tio, quod dans pecuniam mutuò, vel sub alio contractu nullam acquirit hypothecam priuilegiatam super re, cum tali pecunia à mutuatario empta, vbi specialitèr de hypotheca priuilegiata non fuit conuentum; *sic ex Dino, Bart. & alijs in l. si cum dotem §. fin. ff. solut. matrim.* docet *Neguzant. de pign. 2. memb. 2. partis nu. 13.* sequitur *Merlin. eod. tract. de pign. lib. 2. quæst. 48. num. 12.* & latiùs *quæst. 23. nu. 1. lib. 3. Salgad. in labyrint. creditorum p. 2. cap. 24. n. 21. 22.* & signanter 23. §.
15 *qui quidem rectè post medium*, vbi arguit à fortiori, & generaliter de eo, qui credidit pecuniam in emptionem, & *Acosta de priuileg. Credit. reg. 2. ampl. 5. per tot.*

Vndè quicquid postea dicat *Salga-*
16 *dus* in terminis hæredis grauati, ementis cum pecunia hæreditaria, hoc nihil habet commune cum casu nostro: quia in casu hæredis pecunia erat hæreditaria, quando fuit facta emptio, & in casu nostro pecunia iam transiuerat in Dominium Mercatoris mediante legitima impositione census.

Cessante autem tali Dominio pe-
17 cuniæ in hærede grauato, eoq; acquisito Mercatori, qui censum imposuit sequi-

ſequitur, quod neq; in ſubſidium dari queat hypotheca priuilegiata, aduerſus rem emptam cum tali pecunia, vt benè ad propoſitum, etiam in fortioribus oſtendit *Hermoſilla*, quem per extenſum adducit, & ſequitur *Salgad. in labyrintho credit. p. 2. cap. 24. dictis nu. 21. 22. & 23.*

In nihilo obſtantibus deciſionibus in cauſa Anconitana cenſuum, quia caſus illorum eſt de acquiſitione cenſuum facta per hæredem grauatum de pecunijs hæreditarijs, vel ex re hæreditaria retractis, non verò de pecunijs iam per legitimum contractum effectis proprijs alicuius tertij, qualis eſt caſus noſter.

Et ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

INueſtituræ in feudo, quot eſſe poſſint. Inſtantia litis cæpta per defunctum an tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, in eadem inueſtitura comprehenſum? Legitimatus an ſit capax infeudationis? Nullitas aduerſarij à quolibet poteſt opponi. Quid in iure Fiſco competenti? clauſula (ſublata) cuius ſit effectus. Ius Populare vndè oriatur. Alienatio poſſeſſione non tradita, an ſubiaceat pœnæ deuolutionis? Caducitas quomodò excuſetur. Eius pœna an, & contra quos non intret?

SVMMARIVM.

1 Tot ſunt inueſtituræ, quot ſunt gradus in conceſſione comprehenſi.

2 Inſtantia litis cæpta per defunctum tranſit etiam in ſingularem ſucceſſorem, in eadem inueſtitura comprehenſum.

3 Extinctio lineæ aliorum vocatorum ſatis probatur ex eorum non comparentia.

4 Legitimatus ex Bulla Pij Papæ V. non eſt capax infeudationis.

5 *Lim.* diſtinguendo inter Feuda ex pacto, & Feuda hæreditaria, quia in primis obſtet legitimatis Bulla Piana, non verò in ſecundis, quia in his ſuccedere poſſunt veluti hæredes.

6 Legitimatio incapacis ad ſuccedendum eſt ſpecies alienationis.

7 Alienatio vbi eſt prohibita infertur, quod prohibita etiam ſit legitimatio.

8 Illegitimus ex alia Bulla Pij V. eſt omnino incapax ſucceſſionis in bonis ab Eccleſia inueſtitis.

9 Inueſtitura prima extinguitur, & noua fit conceſſio; ſi ſucceſſio concedatur incapaci.

10 Prælatus prohibitus nouam inueſtituram concedere, non poteſt antiquam extendere ad perſonam in ea, non comprehenſam.

11 Legitimare ad feudum non poteſt, qui feudum non valet de nouo concedere.

12 Inueſtituræ prorogantur per legitimationem.

13 Eccleſiæ intereſt pauciores in inueſtituris comprehendi, vt bona indè ad eamdem citiùs reuertantur.

14 *Seraph. deciſio* his non obſtat, quia in inueſtitura de qua in ea agitur, legitimati erant comprehenſi.

15 Bulla emanata ad fauorem R. Cameræ Apoſtolicæ non prodeſt cuiquam contra eam.

16 *Deciſio Seraph.* eſt intelligenda, quod legitimati eſſent comprehenſi in inueſtitura feudi hæreditarij, aliàs repugnaret dictæ Pianæ, excludenti legitimatorum vocationem.

17 Nullitas actus geſti contra diſpoſitionem prædictæ Pianæ opponi poteſt à quocumque per diſpoſitionem dictæ bullæ.

18 Vocatus in inueſtitura non dicitur tertius, cum habeat cauſam à Domino directo, ideò poterit opponere de iure eidem Domino competenti.

19 Ius Fiſci, licet quoad pœnas opponi nequeat, niſi ab ipſo Fiſco; ſecus tamen eſt, quoad nullitatem actus.

20 Clauſula (ſublata) cum claudat os Iudici, & partibus contra contenta in diſpoſitione poteſt à quocumq; opponi.

21 Ius Populare oritur ex cõſideratione publicæ vtilitatis, propterea poteſt à ſingulo de populo opponi, quãuis Fiſcus habeat particulare intereſſe.

22 Expulſus à poſſeſſione de iure non tenetur ſoluere cenſus.

23 Alienatio facta ante Bullas recenſitas non inducit deuolutionem, niſi ſequatur poſſeſſionis traditiõ non obſtante clauſula (conſtituti).

24 Caducitas non intrat ablegato dolo; & excuſatur à quacumque cauſa, etiam probabili, & colorata.

25 Caducitas huiuſmodi non obeſt Vocatis ex propria perſona, & non habentibus cauſam ab eo, qui alienauit.

26 Caducitas, quæ non fuit acceptata, iterùm allegari non poteſt.

27 Adimplementum non fuiſſe ſequutum qui dicit, probare debet.

28 Caducitas, vt incurratur, requiritur, quod quis interpelletur, indeq; ſi contumax, nõ inueſtiatur.

29 Caducitatis pœna, vbi non fuit expreſſa, ſubintelligi non poteſt.

30 Conſtitutio Gregorij Papæ IX. loquitur de alienatione facienda, & propterea non eſt eadem cum ſupradicta Leonis X.

31 Prohibitus alienare pœnas non incurrit, ſi agnoſcat bonam fidem.

32 Prohibitio alienationis ex prædictis Bullis intelligitur de alienatione noua, non verò de continuatione, ſeu obſeruantia antiquæ iam factæ.

RATIOCINIUM XXXVII.

SABINEN. CASTRORUM.


Llustriss. Domine. Litteræ Leonis X. videntur suffragari filiabus Bertoldi, & Cosmi; continent enim concessionem, siue confirmationem antiquam inuestiturarum motu proprio, ex certa scientia, & plenitudine Potestatis Franciotto Vrsino seniori pro descendendentibus per rectam lineam maribus, & in eorum defectum fœminis prestitam. Defuncto autem Henrico de anno 1604 vltimo masculo aperta fuit successio ad fauorem Bertoldi, qui causam commisit de anno 1606. & subsequenter ad fauorem DD. eius filiarum, quæ vti descendentes à primo inuestito dicuntur
1 habere inuestituram iure proprio, cum tot dicātur inuestituræ, quot sunt gradus in ea comprehensi *Paris. cons. 23. num. 130. post med. lib. p. Menoch. cons. 1153. n. 3. et 4. lib. 2. Peregr. cons. 28. nu. 11. lib. p. Rosental. cap. 1. conclus. 7. nu. 5.*

2 Et instantia litis cæpta per defunctum transit etiam in singularem successorem, in eadem inuestitura comprehensum *Castren. in l. si cum hominem nu. 2. vers. & è contra cœpta à Patre ff. de fideiuss. Dec. in cap. quia verò nu. 20. & 21. de iudic. Peregr. de fideicomm. art. 73. n. 26. Suarez. allegat. 27. nu. p. Menoch. cons. 904. nu. 75. Burat. decis. 337. nu. 6.*

3 Descendentia autem fuit iam à Camera firmata, & defectus aliorū masculorum est patens: quia nullus alius comparet præter D. Franciottum iuniorem; vndè satis censetur probata extinctio aliorum *Seraph. decis. 1487. nu. 1. Comitol. decis. 71. nu. 13. Recent. decis. 79. nu. 12. & decis. 359. nu. 16. parte 5. & in Romana domus, seu appartamenti 17. Decembris 1635. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

4 Non obstat existentia D. Franciotti filij naturalis dicti Henrici, qui tāquā legitimatus prætendebat excludere D. Bertoldum; nam eius legitimatio est penitus nulla, cùm ei obstet Bulla Sanctiss. Mem. Pij V. de non in fœudandis; quam etiam legitimatis obstare aliàs re maturè discussa resolutum fuit *in Camera coram B. M. Cardinali*
5 *Crescentio in causa inter Amonen. successionis Castri Pedis Luci, vt in decis. ab eo extensa 41. nu. 20. par. p. recent.* & fuit etiam postea approbata 9. *Iunij* 1606. *coram Maluas*, qui etiam decisionem extendit distinguendo inter feuda ex pacto, & feuda merè hæreditaria, vt in istis non obstet Bulla, quia succedunt vti hæredes, non vti legitimati; & frequenter ita tentum fuisse in Camera dixit *Cherub. in Schol. p. ad Bullam Innocentij Noni.*

Rationes plures sunt, & euidentes:
6 quia legitimare ad succedendum incapacem feudi est species alienationis, vt dicunt *Ancaran. cons. 427. n. 2. in fine vers. esset enim iuxta, Alex. cons. 67. nu. 3. ad med. lib. p. Dec. cons. 284. nu. 10. vers. 3. communis opinio Ruin. cons. 36. num. 16. post med. lib. p. Socin. Ian. cons. 95. nu. 40. lib. 3. Paris cons. 9. nu. 48. lib. 2. Gabriel. cons. 30. n. 11. lib. 1. Menoch. cons. 181. nu. 40.* Sed aliena-
7 tio est prohibita in Bulla prædicta, ergò, & legitimatio incapacis.

8 Præterea certum est ex alia Bulla eiusdem Pontificis illegitimos esse totali-

taliter incapaces redditos ad succeden-
dum in bonis ab Ecclesia inuestitis
Constit. 117.§.7.*& per tot.Rot. decis.*
9 359.*nu.*23.*& seq. par.*5. *recent.* Sed
concedere successionem incapaci est
extinctio inuestituræ, imò noua con-
cessio, & ideò Prælati, qui prohiben-
tur nouam inuestituram concedere,
non possunt antiquam extendere ad
10 personam in ea non comprehensam,
vt benè *Cuman.cons.*100.*n.*2.*ad med.*
hinc *Bald.in cons.*129.*nu.*2. *lib.*3. di-
xit non posse legitimare ad Feudum,
qui non potest feudum de nouo con-
cedere *Gabriel. cons.*30. *num.*7.*lib.p.*
11 ergò etiam in bulla prædicta prohi-
bentur legitimari.

Eò magis vrget ratio; quia Inno-
centius IX. & Clemens VIII. declara-
runt hanc Bullam comprehēdere etiā
extinctionem inuestiturarum, & Leo
XI. compilauit regulam Cancellariæ
in ordine 64. quam sequentes Ponti-
fices renouarunt, in eaq; reuocantur
omnes, & quæcumque prorogationes
inuestiturarum factæ à die promulga-
tionis dictæ Pianæ constitutionis; sed
12 per legitimationem sinè dubio proro-
gantur inuestituræ, vt dixit *Rosental.*
*cap.*7.*conclus.*19.*n.*29.*ad med.* ibi, *&*
sic quidem spem consolidationis Domi-
nij, & successionis agnati prorogat &c.
ergò cadit sub dictis reuocatorijs.
13 Interest autem Sedis Apostolicæ,
vt pauciores personæ comprehendan-
tur in inuestitura, adhoc, vt citiùs re-
uertatur *Angel. cons.*311. *in fine pri-*
*mi dubij Felin.in cap.per tuas num.*9.
*& Dec.n.*25. *de probat.Socin.in l.cum*
viro nu. 5. *Item, quod verba ff. de con-*
*dit. & demonstrat. Menoch. cons.*474.
*nu.*4.*&* 7.

14 Non obstat, quod *Cardinalis Se-*
*raph.decis.*1321.*nu.*6.contrarium di-
xerit, quia duplici ratione mouetur.
Primò quia legitimati comprehende-
bantur ibi in inuestitura, & sic nō pro-
15 rogabatur. Secundò quia Bulla ema-
nauit fauore Cameræ; ideò non suffra-
gatur particularibus; nam quoad pri-
mam, quicquid sit de ea in illo casu, in
quo etiam habet difficultatem, ex quo
per constitutionem Pij contra illegiti-
mos videtur sublata vocatio in inue-
16 stitura contenta, & tunc tantum pro-
cedit, quando fœudum est merè hæ-
reditarium, quo casu succedit, quia
hæres, non vti vocatus. Cessat diffi-
cultas in casu nostro, in quo illegitimi
non comprehenduntur.

Altera autem ratio cessat etiam in
facto, quia Camera cepit possessionē,
& opposuit de incapacitate, & etiam
in alijs causis non potest subsistere; &
merito à Camera Apostolica fuit reie-
17 cta in prædictis decisionibus, quia cū
per Bullam Pianam penitus annullen-
tur actus in contrariū gesti, sequitur, vt
quilibet possit opponere de nullitate
extensionis, cum ipso iure excludat ius
partis aduersæ, *Castren. cons.*367.*nu.*
2.*lib.p.Paris.cons.*70.*nu.*14.*& lib.*3.
Surd.d. 108.*nu.*15.*Gregor. decis.*14.
*& decis.*415.*nu.*3.*& in alijs.*

Vlteriùs vocatus in inuestitura nō
dicitur tertius, quia habet causam à
18 Domino directo, ideò potest oppo-
nere de iure eidem Domino compe-
tenti, vt benè admonet *Rimin. Sen.*
*cons.*422.*nu.*11. sicuti dicitur de vsu-
fructuario, qui habet mandatum in
rem propriam in concernentibus rem
ipsam, vbi habet in vsumfructum ad
*text.in l.p.in fine, & in l.*2.*ff. vsufru-*
ctuar.

ctuar. quẽadmodũ caueat, & ibi DD.

19 Præterea ius Fisci non potest opponi, nisi à Fisco quoad pænas; secus autem, quoad nullitatem actus, vt benè firmat *Laderch. cons. 8. nu. 12. vers. tertiò respondeo.*

Accedat, clausula (sublata) in dicta Constitutione Piana contenta, per quã

20 clauditur os Iudici, & partibus contra contẽta in eadem dispositione, & ideò potest à quocumque opponi, vt colligitur ex *Bart. in l. hic consequenter §. sed an post med. vers. respondeo per istam glossam ff. famil. herciscund. & tradunt Laderch. cons. 8. nu. 12. vers. secundo respondeo Menoch. cons. 756. nu. 8. Rimin. iun. cons. 363. num. 342. & seq.*

Demum Sanctus ille Pontifex in proœmio considerauit vtilitatem sub-

21 ditorum Sedis Apostolicæ, ergo actio ista est popularis, & poterit à quolibet dari de iure Cameræ, etiamsi habeat particulare interesse, iuxtà doctrinam *Bart. in l. 2. nu. p. C. de fid. instrum. lib. 10.*

Camera autem Apostolica nullum obstaculum videtur posse ponere prędictæ successioni; non defectum solutionis census, quia solutus fuit, tàm antè possessionem apprehẽsam, quàm

22 etiam postea, licèt de iure non teneatur soluere is, qui expulsus fuit à possessione. *Baldan l. solemnib. nu. 6. C. de rei vendicat. Angel. cons. 311. nu. 3. Alex. cons. 124. in fine lib. 5. Socin. iun. cons. 70. nu. 10. & seqq. lib. p. Fachin. cons. 79. nu. 41. lib. p. Gratian. discept. 223. nu. p. & seqq. Rot. in Lauretanæ bonorum corã Bo. Me. Cocin. post Posth. de manut. d. 275. nu. 5. & 6.*

Non donationem factam ab Henrico dicto Franciotto iuniori, quia cum facta fuerit de anno 1583. ante

23 Bullas Sixti, & sequentium Pontificum, intrat conclusio, quod alienatio non inducat deuolutionem, nisi sit deuentum ad actualem traditionem, nec sufficit clausula constituti *Rosental. cap. 9. conclus. 4. nu. 4. Rot. coram Cardinali Mantica d. 27. num. p. & seqq. Gregor. d. 520. nu. 6. recent. d. 160. nu. 8. & seq. parte 4.*

Respondetur etiam, quod coloratam causam habuit, credendo Bullas non obstare legitimationi, maximè quia facta fuit alienatio, antequã emanaret Bulla Innocentij IX. quo casu probabilis erat opinio, quod non obstaret, vti notum est ex tractatis tẽpore Gregorij XIV. circa Ducatum Ferrariæ, & ideò excusatur, si alienauit in eum, quem credebat esse comprehensum in inuestitura; nam sinè dolo non

24 intrat talis caducitas, & quælibet causa colorata excusat, vt sæpè dixit *Rot. & signanter coram Seraph. decis. 1228 nu. 4. Gregor. decis. 388. num. 4. Bubalu. decis. 624. nu. 6.*

Demùm accedat, quod caducitas incursa ob talem alienationem non

25 præiudicat sequentibus comprehensis post mortem alienantis, quando, vt in casu nostro, ab eo causam non habent. *Socin. cons. 66. num. 18. lib. 3. Rolan. cons. 69. nu. 27. & seqq. lib. 2. Rosental. c. 9. conf. 68. n. 7. Menoch. cons. 468. nu. 14. ad med. & 15. Rota in Paduana feudi 20. Nouẽbris 1628 & 15. Ianuarij 1629. coram Reuerendiss. D. Ghislerio.*

Opponuntur etiam pacta non seruata in retentione Canonum; sed ex

26 hoc non fuit acceptata caducitas, vndè

non

non potest nunc allegari *Andr. decis. 63. nu. 3.* & non fuit probatum non
27 adimplementum, prout debebat ex aduerso plenè probari, vt dixit *Rot. decis. 25. nu. 5. p. 6. recent. & hic decis. 12. nu. 3.*

Vltrà quod sufficeret interpellatos non fuisse inuestitos, prout requiritur ad hanc caducitatem incurrendam, ac
28 dixit *Rot. in Romana Vineæ 28. Aprilis 1645. & 14. Martij coram Reuerendiss. D. Rojas*, immò pœna caducitatis non fuit adiecta, ideò subintelligi non potest, vt pluribus comprobat *Rosental. cap. 9. conclus. 54. n. 12.*

Demum non obstat Constitutio Gregorij IX. quia loquitur de aliena-
29 tione facienda; qualis non est ista Leonis; sed agnitio bonæ fidei, & renouatio inuestituræ ab immemorabili
30 tempore concessa, de qua Papa cognouit; vndè non subiacet huiusmodi prohibitionibus, sicut dicitur in alijs
31 Prælatis, quibus prohibita est alienatio, tamen possunt agnoscere bonam fidem *Bald. in authen. si qua mul. nu. 4. C. de Sacrosan. Ecclef. Rebuff. de alienat. rer. Eccles. nu. 28. Seraph. decis. 167. nu. p. ad med. Florentina domus 16. Nouembris 1611. coram Cardinali Sacrato.*

Huiusmodi enim probationes intelliguntur de alienatione noua, non
32 autem de continuatione, seù potius obseruantia antiquæ iam factæ, vt tradunt *Abbas in cap. 2. nu. 3. ad med. de feud. Calderin. cons. 4. 1. post princ. vers. ratio quia eodem titul. Rolan. cons. 1. nu. 85. lib. p. cum alijs post Rosental. cap. 4. conclus. 22. n. 2. & ibi congesti in prima glos.*

Ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

AN positi in conditione dicatur dispositiuè vocati? Filij quando subintrent locum Patris. An fideicommissum institutum sub conditione, si primus institutus sine filijs decesserit, expiret per eiusdem decessum cum filijs? An valeat illatio à vocatione actiua ad passiuam? verba semper, & quandocumque, *quando important perpetuitatem fideicommissi. Qualitas masculinitatis posita in conditione, quam præbeat præsumptionem in fideicommisso. Exclusio fæminarum perpetuò facta ostendit etiam perpetuitatem fideicommissi. Vocatio naturalium in defectum naturalium, & legitimorum quid importet? Onus iniunctum substitutis ex fæminis assumendi nomen, & cognomen familiæ ipsius testatoris quid connotet in fideicommissis. Votum Testatoris quod bona sua perpetuò possideantur à vocatis sub pœna priuationis quid significet. Ex his omnibus coniecturis concluditur cons. Oldrad. 21. cessare.*

SVMMARIVM.

1 Positi in conditione fideicommisso adiecta dicuntur dispositiuè vocati ex Statuto vrbis.

2 Filij in vim vulgaris anomolæ substitutionis subintrant locum Patris prædefuncti, antè purificatam conditionem.

3 Substitutiones factæ sub conditione (si institutus decesserit sine filijs) caducantur, si idem decedat cum filijs.

4 Fallit conclusio, si ex Statuto, vel ex coniecturata mente Testatoris positi in conditione dicantur vocati, cum ex eadem tacita mente censeantur grauati restituere alijs vocatis, si ipsi itidem sine filijs moriantur.

5 Actiua vocatio non infert ad vocationem passiuam.

6 Fallit, si ex coniecturis hoc deprehendatur, & appareat Testatorem voluisse ordinare perpetuum, & successiuum fideicommissum.

7 Voluntas præsumitur efficax ad effectum à Testatore prætensum, maximè vbi non repugnat potentia.

8 Aduerbia (semper, & quandocumque) absolutè, & indeterminatè prolata, important perpetuum fideicommissum, quia absolutè, & quocumque tem-

tempore debent operari effectum.

9 Masculinitatis qualitas adiecta filijs in conditione positis facit præsumi, quod testator voluerit bona successiuè conseruari in eius agnatione.

10 Maximè, si huiusmodi qualitas fuerit geminata: cum ex hoc enixa arguatur testatoris voluntas, ad prædicta.

11 Fœminæ, licet sint de agnatione, agnationem tamen non seruant,

12 Fœminarum perpetua exclusio à fideicommisso cum earum competenti dotatione insinuat perpetuam agnationis conseruationem fuisse à Testatore optatam.

13 Filij naturales positi in conditione deficientiæ filiorum legitimorum, & naturalium indicant fideicommissi perpetuitatem.

14 Filiæ fœminæ naturales, & legitimæ sunt à iure dilectæ: filij verò naturales vbique, & semper exosi.

15 Onus assumendi nomen, cognomen, & insignia familiæ Testatoris, iniunctum masculis ex fœminis, importat etiam coniecturã perpetuitatis.

16 Affectio Testatoris ad res suas relictas cum onere insignium familiæ, earumq; perpetua conseruatione in domo, & familia ipsius, facit etiam præsumi perpetuitatem.

17 Prohibitio alienationis sub pœna caducitatis, facta in oratione separata cum expressione rationis, ad effectum scilicet, quod bona semper, & in perpetuum remaneant in domo, & familia ipsius concludentissimè probat perpetuitatem.

18 Digressus ad plures gradus substitutionum, electio maioris natu, pœna apposita contrauenientibus, & alia similia efficacissimè probant, Testatorem non tàm respexisse implementum conditionis, quàm effectum perpetuitatis bonorum in sua familia.

19 Coniecturæ, & si magni ponderis, non probant scorsim consideratæ, sed debent adhunc effectum coniungi.

20 Leuiores sufficiunt, vbi agatur inter Testatoris descendentes,

RATIOCINIVM XXXVIII.

ROMANA FIDEICOMM. DE CARDELIS.



Euer. Pater. Iterum respondendum venit constare de fideicommisso ad fauorem D. Martij, & fratrum de Vrsinis, stantè expressa dispositione testatoris, quod decedente quandocumque Fabritio, primo hærede instituto sine filijs legitimis, & naturalibus, siue descendentibus illorum, succedere deberet Alexander Vrsinus, cui sine filijs deficienti filium masculum Sulpitiæ, & Iouiæ succedere voluit. Cumq; per obitum Iulij defecerit descendentia Fabritij, euenit casus vocationis Alexandri, & eius filiorum, qui cum
1 reperiantur positi in conditione dicũtur dispositiuè vocati *ex l. statuti vrbis lib. 1. cap. 142.* quod in hoc sequutum est opinionem *Oldrad. contrà glos. in l. Lucius la 2. ff. de hæredibus institut.* vt dicit *Gabriel. in cons. 115. num. 1. lib. 1.*

Et quamuis de tempore defectus descendentiæ Fabritij prædecessisset Alexander eorum pater, attamen ipsi tamquam successiuè vocati admittē-
2 di veniunt, cum subintrent locum patris in vim vulgaris anomolæ *Bart. in l. quamdiù la vltima nu. 10. ff. de acquiren. hæred. Gabriel. cons. 115. n. 3. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 15. n. 4. 14. & 22. Surd. decis. 37. n. 36. Rot. dec. 221. n. 10. 11. & 12. p. 8. recen.*

Non obstat dicere, quod per obitum primi Instituti cum filijs caduca-
3 tæ remanserint substitutiones subsequentes ordinatæ sub conditione, si primus Institutus decessisset cum filijs, iuxtà vulgatum *cons. Oldrad. 21. quod passim sequuta est Rot. & signanter hic impress. decis. 10. n. 17.*; quia quotiescumq; positi in conditione dicuntur vocati, siuè ex coniecturata mente testatoris, siuè ex dispositione Statuti, per eorum existentiam fideicommissum non expirat, cum ex eadem tacita mente ipsi censeantur grauati restituere substitutis, si ipsi etiam
4 sine filijs obijerint. *Dec. cons. 170. n. 4. vers. non obstat quod substitutio, Paris. cons. 66. n. 58. vers. & primo non obstat, Menoch. cons. 220. num. 6. vol. 3. Surd. cons. 344. n. 9. vol. 3. Thesau. decis.*

tis.96.n.32.& seq. Rot. decis. 361.n.
13.p.1. recent. & coram Eminentiss.
D. Card. Ottobono decis.113.n.6.
5 Nec dicatur, quod regulariter ex
vocationē actiua non rectè inferatur
ad passiuam; cessat enim regula, quo-
tiescumque ex verbis testamenti, seù
coniecturis indè resultantibus constet
testatorem voluisse ordinare perpe-
6 tuum, & successiuum fideicommissū,
ac voluisse grauare omnes in infinitū
Rota decis. 319. n. 2. p. 1. recent. &
in Romana fideicommissi de Zefiris 4.
Iulij 1646. §. quod omnes in fine co-
ram bo. me. Bichio, quia in hoc casu
receptissimum est, quod sicuti potuit
testator huiusmodi fideicōmisso gra-
7 uare omnes vocatos; ità voluisse
censetur, cum alias eius voluntas ad
fauorem aliorum successiuè vocato-
rum adimpleri non posset *Casal cons.*
426. num. 26. & seq. Surd. cons. 96.
n. 34. Rot. decis. 296. nu. 15. p. 5. &
decis. 248. n. 9. & seq. p. 7. Recent.
Quod autem testator voluerit in
casu nostro ordinare perpetuum, &
8 successiuum fideicōmissum manife-
stè conuincitur ex pluribus; & primò
ex verbis denotantibus perpetuitatē
videlicet *semper, & quandocumque*,
quæ si absolutè, & indeterminatè pro-
lata, absolutè, & indeterminatè in-
telligi debent quocumque tempore,
etiamsi descendentes post plura sæcu-
la deficiant, ac proindè non aliter ef-
fectum sortiri possunt, nisi omnes de-
scendentes sint successiuè substituti;
& grauati restituere vltimo; *Rot. dec.*
492. n. pr. vers. supposita doctrina p.
4. diuers. Seraph. dec. 934. n. 8. & post
Giouagnon. cons. 36. n. 45. & 55. lib. 2.
& decis. 366. nu. 15. p. 4. tom. 2. recen.

Secundò ex eo, quod filij fuerint
positi in conditione cum qualitate
9 masculinitatis, quo casu testator vi-
detur cogitasse de cōseruatione fami-
liæ, & agnationis; & per consequens
ponendo in conditione vocasse, &
vocando grauasse; cum aliter agnatio
conseruari non possit, nisi vnus alte-
ri successiuè de agnatione restituat;
Dec. dicto cons. 270. n. 1. vers. secunda
conclusio, Curt. Iun. cons. 113. nu. 4.
Paris. dict. cons. 66. nu. 50. Grat. resp.
106. n. 48. vol. 2. Crauet. cons. 130. n.
4. Surd. dict. cons. 344. nu. 10. & seq.
Menoch. cons. 1017. n. 1. vol. 11. &
de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. n. 27.
latè Rustic. d. tract. an & quando liber.
lib. 1. cap. 2. n. 1. & per multos sequē-
tes, Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib. 2. tit. 3. n. 3. vers. quicquid sit, Fu-
sar. q. 44. n. 25. Guid. pap. decis. 184.
n. 5. Boer. dict. dec. 155. n. 25. & seqq.
Thesaur. dict. decis. 96. n. 21. & seq.
Seraph. decis. 956. nu. 6.
Quæ sine dubio procedunt, quan-
do qualitas masculinitatis fuit sæpius
repetita; prout fuit hic non solùm in
duplici positione in conditione, sed
etiam in institutione hæredis, & in
vltima substitutione masculi vnius ex
10 filiabus; tunc enim ex geminatione
colligitur enixa testatoris voluntas
conseruandi sua bona in familia, *Curt.*
dict. cons. 113. n. 5. Ceph. cons. 251. n.
77. vol. 2. Menoch. cons. 152. n. 7. vol.
2. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 76. nu.
33. Fusar. dict. q. 437. n. 31. Thesau.
dicta decis. 96. nu. 27. Rot. decis. 266.
n. 11. & 15. p. pr. recen.
Secunda coniectura est, quod per-
petuò exclusit fœminas relicta eis cō-
11 petenti dote; per eas enim agnatio
non

non conseruatur, *Curt. Iun. dict. cōs. 113. n. 5. Paris. dict. cons. 66. nu. 49. Grat. dict. resp. 106. n. 47. Cranett. dicto cons. 130. n. 7. Menoch. dict. cōs.*
12 *152. n. 8. vers. 3. comprobat., Surd. d. cons. 344. n. 10. vers. Item hæc Testatoris, Laderch. cons. 49. n. 2. vers. pr. ergò, Rust. dict. tract., an & quando liber. lib. 5. cap. 5. n. 2. Fusar. dict. q. 437. n. 29. Barz. dec. 6. n. 39. Seraph. decis. 339. n. 10.* & fuit dictũ *in Fulginaten. fideicom. 1. Martij 1660. quæ est hic decis. 22. n. 2. & in Bononien. fideicom. de Cataneis 17. Martij 1662 quæ est hic decis. 88. nu. 7.*

Tertia est coniectura, quia posuit in conditione non solum filios legiti-
13 mos, & naturales, sed etiam in defectum eorum naturales tantum, quæ sola est sufficiens ad coniecturationē grauaminis; cùm indè colligatur testatorem ita dilexisse perpetuationem agnationis, vt eius fauore filias legitimas, & dilectas à Iure, & ab homi-
14 nibus, postposuerit naturalibus vbiq; & semper exosis, vt ponderat *Cranett. cons. 316. n. 16. vers. 3. concurrit Seraph. decis. 1329. n. 4.*

Quarta validissima coniectura sumitur ex substitutione filiorum ma-
15 sculorum ex fœminis cum onere assumendi, & deferendi nomen, & insignia domus de Cardellis; indè colligitur, quantum fuerit cordi Testatori conseruatio suæ agnationis, cum voluerit etiam perpetuare per fictionem, cum non posset per naturam *Rip. in l. Centurio n. 164. vers. qua ratione ff. de vulg. & pupill. Zoch. in l. hæredes mei §. cum ita in septima part. n. 62. ff. ad Senatus Consultum Trebellianum, Paris. cons. 18. n. 42. vol. 2. Manzar. cons. 4. n. 3. vers. his itaq; & n. 43. vers. 9. & si, Giouagn. cons. inter decis., Thesaur. vltim. n. 29. & 30., Menoch. cons. 117. n. 23. vol. 2. & cōs. 1006. lib. 6. vol. 2., & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 69. n. 29. Rust. ad l. cum Auus lib. 4. cap. 2. n. 40. & seq. & in tractatu an, & quando liber. lib. 2. cap. 6. n. pr. & seq., Fusar. q. 441. nu. 32. & q. 480. n. 34., Thesaur. decis. 69. n. 25., Seraph. decis. 1329. nu. 3. Rot. decis. 266. n. 16. & seq. p. pr. recent. & in supracit. Bonon. fideicom. quæ est hic in ord. decis. 88. nu. 8. & per tot.*

Quinta coniectura oritur ex affectione, quam testator ostendit in re-
16 bus relictis, quæ deprehenditur circa domum, quam voluit, vltrà assumptionem insignium familiæ perpetuò à substitutis inhabitari sub pœna caducitatis in euentum contrarij, & circa Granaria, quæ voluit perfici, & sub eadem pœna caducitatis in perpetuū remanere in domo, & familia ipsius. *Rip. in l. filius familias §. diui n. 4. ff. de legat. pr. Dec. cons. 23. n. 4. vers. & conclus. pr., Alex. cons. 53. n. 5. vers. & maximè, Grat. cons. 5. n. 2. vol. 2. Menoch. cons. 1155. n. 31. vol. 2. & de præsūpt. lib. 4. præsūpt. 69. n. 18., Fusar. q. 480. n. 77. Capic. dec. 108. n. 4. Puteus dec. 448. n. 1. lib. 2. Caualer. decis. 34. num. 7.*

Sexta coniectura, quæ validissima est, illa est, quod Testator post om-
17 nes substitutiones in clausula per se stante, & in oratione separata per verba præceptiua prohibet hæredi instituto, substituto, & successoribus eorum omnem, & quamcumq; alienationem stabilium sub pœna caducitatis,

tis, adiecta ratione, quod intentio eius est, quod dicta bona semper, & in perpetuum remaneant in domo, & familia ipsius Testatoris. *Alex. cons. 101. n. 13. vol. 7. Paris. cons. 57. n. 7. vol. 2. Surd. cons. 67. n. 12. vol. 1. Menoch. cons. 117. n. 18. vol. 2. Crass. recep. sent. §. fideicomm. q. 8. n. 8. Rust. ad l. cum Auus lib. 4. cap. 2. n. 47. Fusar. dict. q. 480. n. 37. Mantic. decis. 375. n. 7. & seq. Caualer. decis. 34. n. 9. decis. 481. n. 3. vers. sed quicquid. Rot. decis. 44. n. 1., & seqq. dec. 143. n. 9. dec. 193. n. 6. part. 1. recent.*

Septima coniectura oritur ex prædictis, quod ex superius consideratis,
18 & ex verbis, quibus vtitur Testator semper, & perpetuo remanere descẽdentibus successoribus, denotantibus successiuam continuationem, ex digressu ad plures gradus substitutionũ, ex electione masculi maioris natu, ex pœna contrauenientium, & quod agitur inter descendentes, & ex alijs, quę solent ponderari à DD., & leguntur in hoc testamento, apparet testatorẽ respexisse non tam implementum cõditionis, quam effectum perpetuitatis bonorum in sua familia *Soccin. Iun. cons. 160. n. 73. vol. 2. Riminal. Iun. cons. 21. nu. 36. & seq. vol. 1. Pereg. cons. 139. n. 2. vol. 5. Rustic. ad l. cum Auus lib. 4. cap. 2. n. 52. Trentacinq. de substitut. p. 4. cap. 7. n. 75. Fusar. dicta q. 480. n. 69.*

Quæ coniecturæ, licet etiam separatim consideratæ sint magni ponderis, tamen coniunctim si ponderen-
18 tur, omnem tollunt ambiguitatem, quin grauamen in positis in conditione, & vocatis sit repetitum, & cesset *consil. Oldr.*; prout ad hunc effectum coniungendas esse dixit *Rot. in decis. 266. n. 19. decis. 320. n. 16. p. 1., & decis. 194. p. 5. Recent.*

Maximè, cum simus in descendentibus Testatoris: quo casu leuiores etiam coniecturæ admittuntur *Greg. decis. 315. n. 15. & dicta decis. 266. num. 6.*

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

INuocatio Diuini nominis non est de forma Instrumenti, ideoq; non inualidat, si omittatur. Quando credatur referenti, & si non constet de Relato. Admissio Instrumenti probatur per testes, maximè omni exceptione maiores. Testium attestatio potius, quàm narratiua Instrumenti, quando attendi debeat. Additiones, & cancellationes in Instrumento an vitient, & quando requirant scribentis Notarij approbationem. Instrumenta nõ probant, nisi originalia; in actis tamen registrata habentur loco originalium. Et edi possunt in actis mutilata, & in particula. Suspicio falsitatis in ciuili habetur prò falsitate. Vitium in instrumento ad effectum falsitatis debet esse visibile, & extrinsecum. Impugnatio Instrumenti, quoad legalitatem non impedit eius executionem.

SVMMARIVM.

1 Inuocatio Diuini nominis non est de forma Instrumenti.
2 Contrarium induci posse videtur ex Apostolo.
3 Contrarium etiam ex textu Canonico.
4 Contrarium ex Textu Ciuili.
5 Contrarium suadet etiam ratio.
6 Sed prædicta probant quoad congruentiam, non autem quoad necessitatem.
7 Inuocatio huiusmodi non est quid intrinsecum Instrumento, sed quid ornamenti, & boni ominis.
8 Sacramenta nouæ legis conficiuntur pluribus cæremonijs, quæ tamen substantiales non sunt.

9 Constant enim rebus tamquam materia, & verbis tamquam forma.
10 Sacramentum baptismi conficitur aqua, & verbis illis, *Ego te baptizo in nomine Patris &c.*
11 Et de hoc Sacramento dicitur *accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.*
12 Erubescere debemus loqui sine lege.
13 Non reperitur cautum, quod inuocatio fit de forma scripturæ.
14 Non creditur referenti, nisi constet de relato.
15 Fallit, quando referens continet, quod continetur in relato, & emanauit ab habente potestatẽ disponendi.
16 Non potest dici non confectum instrumentum, ex quo non inuenitur in prothocollis, eum possit esse amissum.
17 & 18 Amissio Instrumenti probatur per testes, maximè omni exceptione maiores.
19 Quando debeat attendi ratificatio potius, quam tenor instrumenti.
20 Rogitus notarij in antiquis, & ad fauorem matrimonij præsumitur.
21 Cancellationes non vitiant, si sint scriptæ manu eiusdem Notarij.
22 Apostilla non habet opus approbatione, si sit scripta ab eodem Notario.
23 Et præsumitur addita de voluntate contrahentiũ.
24 Instrumenta ad effectum probationis edi debent originalia.
25 Registrata in actis habentur loco Originalium,
26 Et probant absque alia solemnitate, quando fuerunt indicata cum obligatione de stando simplici copiæ.
27 Instrumenta edi possunt in particulis, & mutilata.
28 Falsitatis suspicio in Ciuili habetur pro falsitate,
29 Redditur suspectum instrumentum per additionem in margine essentialis apostillæ.
30 Intellige vtrumque, si vitium sit visibile, & extrinsecum.
31 Excludit huiusmodi vitium apostilla scriptà manu eiusdem Notarij.
32 Approbatio aliorum contentorum in instrumento fatetur legalitatem instrumenti.
33 Fuit decisum, in terminis instrumenti minus solemnis.
34 Standum est omnibus, quę instrumentum cantat.
35 Impugnatio instrumenti non impedit eius vsum, donec pendet cognitio.
36 Sed est exequendum pendẽte iudicio rescissionis.
37 Instrumentum habet præsumptionem veritatis, & validitatis.
38 Nec retardatur eius exequutio exceptione enormissimæ læsionis, quæ tamen à continenti non probatur.
39 Simplex instrumentum non recipit à iure executionem.
40 Contrarium in instrumento iurato, & Camerali obligatione vallato,



RATIOCINIVM XXXIX.

ROMANA NVLLITATIS INSTRVMENTI.

Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis, vt non declinem in verb. malitiæ, Psalm. 140.



Reuer. Pater. Retardari nequit petita in Tribunali A. C. instrumenti executio cõtrà Illustriss. & Excellentiss. Ducem Portię, quandoquidem inconcussa adhuc remanet vis, & veritas illius, nec quæ pleno calamo ex aduerso scribuntur, ità solemnitates arguunt, vt aliqua ratione fidem maculent, aut substantialia euertant, aut iustitiam immutẽt.

1 Inuocatio siquidem Diuini Nominis, in cuius defectu maxima fit oppugnatio non est de forma instrumẽti, & ideo vitiari non potest *c. Pisani de restit. spoliat. c. venerabili de officio deleg.*

2 Et licet ad mentem Aduersariorum contraria sententia adstrui posse videatur, & quidem ex pluribus, & prę cipuè *ex Text. in c. in Nomine Domini 23. distinct.* vbi Apostolus excommunicans Corynthum cœpit declaratoriam à Nomine Domini: Item
3 *ex Text. in c. liceat 25. qu. 5. in princ. & c. non obseruatis in fin. 26. qu. 7.* vbi referũtur, & sequuntur verba *eiusdem Apost. 1. cor. 10. & act. 17.* ibi *siuè manducatis, siuè bibitis, siuè aliquid aliud facitis, in Nomine Domini Nostri Iesu Christi facite, in quo viuimus mouemur, & sumus.*

4 Quibus concordant etiam Imperialia rudimenta de conficiendis instrumentis, tradita in auth. vt præponatur nomen Imperatoris, vbi ex illis verbis, *& inchoetur mox authore*
5 *Deo* prius quã aliud ponatur requiritur

tur Diuini Nominis Inuocatio; acce-
dente etiam ratione, quę suadet singu-
lum quemque effectum in suam cau-
sam referendum, vnumquodque à
suo principio inchoari, & sine Deo,
qui est principium, & fundamentum
rerum omnium *alpha, & omega no-
strarum operationũ Apoc.* 1. nihil San-
cti, nihil iusti, nihil veri confici potest.
6 Hæc tamen, & similia ad necessi-
tatem non inferunt, sed potius ad
congruentiam ratione religionis, &
reuerentiæ, ad quam nedùm ex præ-
dictis iuribus, & rationibus, sed ex
quibuscumque alijs, quę adduci pos-
sent, hortamur Deo Trino, & vni
morem gerere in omnibus nostris a-
ctibus, non vtique præcisè termino
scripto, sed mentali, vt habetur *Luc.
X. diliges Dominum Deum tuum ex
toto corde tuo, & ex tota anima tua,
& ex omni mente tua*: & propterea
7 summo animo asserendum est Diuini
Nominis inuocationem nihil esse in-
trinsecum, & substantiale instrumen-
to quamuis quandoque apponatur,
cum respiciat solummodò ornamen-
8 tum scripturæ in bonum agentis au-
spicium; videmus enim, quod Sacra-
menta nouę legis pluribus conficiun-
tur ceremonijs, & solemnitatibus;
9 cum tamen substantialiter constent
solùm rebus, tamquam materia, &
verbis tamquàm forma, vt est in Sa-
cramento Baptismi: quod licèt multa
10 habeat sibi extrinseca, tamen exple-
tur per solam ablutionem, proùt est
complexum aquæ, tanquam materię,
& illorum verborum *ego te baptizo in
11 nomine Patris* tanquam formæ: vn-
de eo dicitur; *accedit verbum ad
elementum, & fit Sacramentum*.

12 Maximè quia erubescere debemus
loqui sine lege *c. consideremus* 5. *No-
uell. de trien. & semiss. l. illam C. de
collat.*; atqui nullibi cautum reperi-
tur, quod huiusmodi inuocatio fit de
13 forma scripturæ; igitur nec nos te-
merè pronunciare debemus. Perpen-
dantur *Glos. in l. iuris gentium §. quod
facie ff. de pact. Glos. in l. generali C.
de Stabular. lib.* 10. *Text. in d. auth.
vt praponatur nomen Imperatoris tex.
in c. inter dilectos de fide instrum. tex.
in §. quoniam non, auth. quibus mod.
naturales efficiantur legitimi*: in his re-
censentur quidem substantialia in-
strumenti, nusquàm tamen legitur
Diuini Nominis inuocatio.
14 Non releuat, quod non constet de
alio instrumento, ad quod præsens
refertur, ex iuris regula quod non cre-
datur referenti, nisi constet de relato
DD. in auth. si quis in aliquo vbi *Al-
ciat. n. 6. C. de eden. Surd. cons.* 3137.
nu. 50. *Rot. diuers. decis.* 27. *nu.* 3.
& decis. 40. *nu.* 7. *p.* 2. *& rec. decis.*
189. *n.* 7. *p.* 5., & ratio est quia instru-
mentum secundum se referens ad
primum ab eo recipit declarationem,
tamquam à radice *Mantic. decis.* 373.
nu. 1. Nam fallit assertum, cessatque
15 eiusdem ratio, quando referens con-
tinet etiam expressè id, de quo facta
fuit relatio, & emanauit ab habente
facultatem disponendi: doctrina est
*Bald. in l. 2. ad fin. C. de Episc., &
Cler.*, *Innoc. in c. inter dilectos de fid.
instrument. Rot. coram Seraph. decis.*
1083. *num.* 2. & 3., *& part.* 6. *rec.
decis.* 310. *num.* 54., censeturque
huiusmodi relatio ad instar narratiuę,
quæ vtique probat quoad contrahen-
tes, & habentes causam ab eis *l. opti-
ma*

ma C. de contrah. stipulat. Rot. decis. 717. num. 2. part. 2. rec., & vbi ex

16 enunciatiuis in actis exhibitis probatur amissio prędicti primi instrumenti, non ideò quod non inuenitur in prothocollis Notarij concluditur ad eius non confectionem *Aym. cons. 112. nu. 7. cum alijs de quibus Rot. p. 1. rec. decis. 502. nu.* 8. In tantum vt nedùm præsumatur de instrumento, sed de omnibus, quæ in vim instrumenti deperditi gesta esse dicuntur, vt exemplificando in puncto facultatis ad substituendum tradit *Rot. in compostell. coadiutoriæ 9. Maij 1653. coram R. P. D. Zarate §. nec releuat* vbi citantur concordantes *coram Andreol. decis. 9. nu. 6. vers. eo. n. & p. 2. diuers. decis. 143. n. 11. & coram Illustriss. Episcopo Papien. in Ianuen. separat. Tori 27. Nouembris 1652. §. hinc releuans.*

17 Confirmatur huiusmodi amissio etiam ex depositione plurium testiũ in actis ser. ser. productorum, qui cum sint quales esse debent, legales, integri, & periti, & deponant de illius præcedenti existentia, & subsequuta amissione, nec non etiam de eius tenore, substantia, & qualitatibus, sunt omninò attendendi ad effectum cognoscendi veritatem, & iustitiam instrumenti *c. cum olim vbi Glos. vers. sinè reprehensione Abb. nu. 8. Butrn. 3. & seqq. Surd. cons. 109. à nu. 13. & cons. 144. per tot. Larr. decis. Granaten. 56. nu. 4. vers. quod maximè*, quos refert, & sequitur *Rot. in calagur. decis. decimarum 17. Aprilis 1654. §. verum, in præsenti coram R. P. D. Zarate.* Quod equidem non assererem, si testes vel fidem facerent de auditu *c. licèt ex quadam vbi DD. de testib. Rot. decis. 4. nu. 5. & decis. 498. nu. 4. & decis. 567. nu. 4. coram Buratt.* aut si paterentur ali-

18 qualem exceptionem, cùm requirantur omni exceptione maiores, vbi agitur de amissione instrumẽti quod requirebat solemnitates, nedùm in ordine ad se, sed etiam in ordine ad actum, & genus negotij, vt in terminis concordiæ super iure Ecclesiæ etiam cum altera Ecclesia, dixit *Rot. in dicta calagur. decimar.* vbi *allegan. Gratian. discept. 517. nu. 9. & Merlin. decis. 826. n. 1. vers. etiamsi.*

19 Nec fidem adimit testibus eorum discrepantia à narratiua instrumenti referẽtis; quia prȩterquamquod modica est, & æquiuoca, ideoque reconciliabilis, tamen cum inter testes deposuerint, qui priori contractui interfuerant, attendi debet potius eorum attestatio, quàm tenor, seù narratiua instrumenti *Ias. in l. errore in fin. C. de testam. Mascar. de probat. conclus. 644. n. 1.*; Minus etiam officit quod Maurus 3. testis testetur solummodò de prima idea instrumenti, & sic de materia, non autem de forma instrumenti, & rogitu Notarij; quia contrarium aliundè manifestissimè suadetur, & cum versemur in antiquis, & ad fauorem matrimonij, rogitus

20 Notarij præsumi debet, vt docuit *Rot. in auenionen̄ transactionis 5. Iunij 1662. coram R. P. D. Tana §. denique, & inter impress. post volumen huius operis decis. XCVII. num. 6.*

21 Additiones nominum, & cancellationes, quę inspiciuntur in instrumento, non vitiant: dum apparent scriptæ manu rogati Notarij *Rot. decision.*

cision. 122. nu. 28. p. 4. tit. 2. recent.
Bald. in rubr. nu. 2. C. de instrum. &
in l. nostram C. de testam., & his, alijsque relatis fuit dictum in Tiburt. castror. 16. Februarij 1660. coram R. P. D. Beuilaqua §. nec ad tollendam fidem, quæ est post volumen huius operis decis. 15. nu. 4.

22 Nec erat opus alia approbatione, quia certum est quod apostilla probat absque alia solemnitate modo, vt diximus, sit conscripta manu eiusdem Notarij Castren. cons. 131. n. 2. vers. si constat lib. 2. cum alijs plenissimè adductis per Rot. in Rauennaten. Pensionis 5. Iulij 1660. coram R. P. D. Alberg. §. quamuis verba prædicta quæ est inter hic impress. decis. LII. nu. 3.

23 Et præsumitur facta, & addita de voluntate contrahentium Bertazol. cons. ciuil. 14. nu. 10. Rot. p. 2. rec. decis. 698. nu. 11., & fuit dictum in Vrbinaten. prædij 13. Maij 1658. §. nec aliàs coram R. P. D. Beuilaqua & coram eod. in dicta Tiburt. Castrorum §. eod. in fin. & abundè etiam dictum fuerat priùs in Roman. Fideicommissi de victorijs 27. Iunij 1652. coram R. P. D. Verospio.

24 Non me latet instrumenta non probare, nisi ostendantur originalia l. 3. C. de diuer. rescript. ibi auth. ipsa atque originalia rescripta, non exempla eorum insinuentur vbi Glos. litt. C. exponit verbum insinuentur, idest in iudicio ostendantur ad aliquam probationem faciendam; in actis tamen
25 registrata habentur loco originalium Innoc. in cap. 1. extr. de procur. quem refert & sequitur Bald. in auth. si quis in aliquo n. 5. C. de eden. & probant absque vlteriori probatione, dũ
in præsentiarum præuia declaratione,
26 seu obligatione de stando simplici copiæ fuerunt indicata Salut. Tiber. in prax. lib. 2. cap. 24. num. 6. & seqq. Porll. de manut. obseruat. 97. nu. 43. Rot. in Fanen. hæreditatis 30. Maij 1659. §. & quamuis coram R. P. D. Alberg. & coram eod. in Rom. Saluiani 18. Februarij 1661. §. quod autem obligatio, quæ est in ordine decis. 71. num. 11.

Minùs etiam obest, quod instru-
27 mentum datum fuerit in particula, cũ id de iure liceat, & instrumenta produci possunt mutilata, & in ea tantum parte, quæ respicit merita causæ vt ex Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. de product. iur. nu. 6. & alijs, dixit Rot. in Reatina rintegrationis Fideicommissi coram Eminentiss. D. meo Cardinal. Celso 8. Iunij 1657. §. legitima verò, quæ est inter impress. decis. 4. antè nu. 1. ibi in folio particulari.

28 Scio etiam falsitatis suspicionem in ciuili haberi prò falsitate cap. afferte mihi gladium de præsumpt. l. habemus C. de probat. Canaler. decis. 445. Buratt. decis. 611. nu. 4. vbi addens plures congerit Rot. post 2. vol. cons. Farinac. decis. 229. n. 2. & fuit dictum in Calagurit. beneficij de Cornaga coram R. P. D. Verospio 10. Decembr. 1646.
29 in fin., & reddi instrumentum suspectum per apostillam in ejus margine appositam, negotij substantiam continentem Mantic. decis. 357. num. 1. Bald. in l. si vnus 12. nu. 3. C. de testam. cum alijs allegatis in Meleuit. iuris patronatus 16. Iunij 1659. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. non obstat.

30 Vtrumque tamen debet intelligi, quandò vitium est visibile, & extrinsecum

secum: non autem quandò est inuisibile, & intrinsecum *Caualer. decis. 205. nu. 10. Buratt. decis. 716. nu. 10. Capyc. latr. consult. 4. num. 31.*

Huiusmodi verò sensibilitas non
31 rectè desumitur ex prædicta apostilla, dum dignoscitur scripta manu eiusdē Notarij, vt latè *Rot. & per eam allegati firmant in præcitata Rauennaten.*
32 *pensionis 5. Iulij 1660.*, Cessatque omnis suspicio fidei, & legalitatis ex approbatione multorum in dicto instrumento contentorum *Rot. in Bononiensis Primog. 25. Iunij 1655. coram bon. mem. Bichio relata in dicta Rauenatensi pensionis coram R. P. D. meo Albergato*, & in terminis instru-
33 menti minùs solemnis fuerat priùs dictum *coràm Cardinali Seraph. decis. 928. nu. 2. decis. 980. nu. 15. decis. 1000. nu. 13. & decis. 1232. nu. 3.*

His itaque sic dilutis firma remanet conclusio, quod instrumento stan-
34 dum est quoad veritatem, & materiam, vsquedum de contraria dispositione appareat, & quidem in omnibus, quæ instrumentum cantat *l. fin. & ibi Bald. C. de fals. cau. adiect. leg. Ias. cons. 120. vers. 6. facit lib. 2. Afflict. decis. 403. nu. 5.*: Et impugna-
35 tio instrumenti quoad legalitatem, & formam non impedit eius vsum, & executionem: donec pendet cognitio eius validitatis *Felin. in c. capitulum n. 9. & 13. de rescript. Rot. in Rom. domus 25. Februarij 1641. coram R. P. D. meo Cerro §. nec refragatur*, &
36 quod sit exequendum pendente rescissionis iudicio plenè *Giurb. decis. 100. per tot.* & pendente nullitatis cognitione tradidit *Franch. decis. 373. Put. decis. 35. lib. 1. Rot. diuers. decis. 301. nu. 3. part. 1. Gutierez de contract. iur. p. 2. c. 2. nu. 23. & 29. & Gratian. discept. c. 264. num. 43.*
37 Quia instrumentum habet pro se præsumptionem veritatis, & validitatis, *l. cum precibus 18. C. de probat. l. si post diuisionem 4. vers. ostende igitur C. de iur. & fact. ignor. l. sciendū ff. de verb. oblig. Greg. decis. 68. n. 2. ad fin. cùm alijs quos refert & seq. Rot. in Ianuen., seu Rom. cambij 2. Decembris 1644. coram Dunoz. in princ.* facitque probationem probatam rem claram, & manifestam *Rot. hic decis. 52. num. 2.*

Nec retardatur executio instrumenti, etiamsi exciperetur de enor-
38 missima lęsione: quæ tamen incontinenti non probetur *Gratian. d. disception. 264. eod. nu. 43.*, & propterea cùm non versemur in simplici instru-
39 mento, quod vtique vti tale non recipit à iure communi exequutionem *l. non minor 25. annis C. de iudic. l. si cum dotem §. eo autem ff. solut. matr. l. si pacto C. de pact. Thesaur. Pedemon. decis. 26. nu. 1.* sed simus in instrumento iurato, & camerali obliga-
40 tione vallato omni iure venit exequendum; vt *post d. l. non minor scripsit Ias. in l. 2. nu. 9. & l. nulli n. 8. C. de iudic.* vbi de communi, quem seqq. *Viu. comm. opin. 428. num. 4.* quibus adde passim *Rot. & signanter coràm Ducan. decis. 60. n. 2. & seqq. & in dicta Rauennaten. Pensionis coram R. P. D. meo Albergato in princ. Vide ad hæc sequens ratioc.*

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

Consuetudo si sit legitimè introducta æquiparatur legi. Quæ debeant

beant concurrere ad effectum legitimæ cõsuetudinis. Defectus inuocationis Diuini Nominis vitiat, si omittatur inuocatio, propter contemptum. Capitula potius, quã instrumenta sunt attendenda, quando capitula discrepant ab instrumentis desuper confectis. Maximè quando instrumentum debuit confici ad idæam capitulorum.

SVMMARIVM.

1 Prolixitas disputationis adauget veritatem.
2 Consuetudo habet vim legis.
3 Inuocatio Diuini Nominis ratione consuetudinis est de forma instrumenti.
4 Verba *modis omnibus* adimunt facultatem dispensandi in contrarium.
5 Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.
6 Consuetudo Statuto contraria obseruari debet.
7 Omissio solemnitatis per consuetudinem requisitæ inualidat actum.
8 Magna est vis consuetudinis, & hæc tenetur pro lege.
9 Nec ab ea est recedendum; nisi sit irrationabilis.
10 Intellige tamen de consuetudine legitima.
11 Ad effectum legitimæ consuetudinis requiritur, quod actus sit liber.
12 Item. quod Populus habuerit inteotionem disponendi.
13 Quod Populus voluerit introducere certam solemnitatem, irritando actum aliter gestum.
14 Item quod actus fiat, cum animo faciendi præceptum.
15 Ex quibus dignoscatur huiusmodi animus.
16 Vsus particularis, in quo prædicta non concurrunt non habet vim consuetudinis.
17 Inuocatio Diuini Nominis, quantumuis vsu Notariorum inducta non vitiat instrumentum, si ablegato contemptu omittatur.
18 Missus in possessionem ex primo Decreto quando lucretur fructus.
19 Omissio Sacramentorum necessitatis an inducat discrimen æternæ salutis, si omittantur ex impotentia, vel negligentia: & quid, si in spretum.
20 Contemptus reddit hominem culpabiliorem.
21 Nemo debet alterius odio prægrauari.
22 Mutatio voluntatis in contrahentibus non præsumitur, & propterea attenduntur capitula potius, quam instrumenta, si ab his discrepent.
23 Recurritur ad capitula, tamquam ad matricem.
24 Et accipitur omnia congrua interpretatio pro reconciliandis capitulis cum instrumentis.
25 Solent contrahentes innouere instrumentis, quod recesserunt in tali parte à capitulis.
26 Mutatio voluntatis semel perfectæ in capitulis, non præsumitur in instrumento.
27 Non censetur recessum à iure quæsito per conuentionem capitulorum, per actum in forma ab illis diuersa celebratum.
28 Immutatio voluntatis in contrahentibus ex quo arguatur.

RATIOCINIVM XL.

EADEM NVLLITATIS INSTRVMENTI.



Placet adhuc DD. informantibus pro parte aduersa nouas excitare subtilitates ad retardandam supra memoratã instrumenti exequutionem; & quia adau-
1 get veritatem disputationis prolixitas,
non renuimus & his satisfacere; ne
in aliquo supplantemur. Esto, inquiũt,
quod in corpore iuris sancitum non
inueniatur, instrumentum vitiari per
omissionem inuocationis Diuini Nominis, cùm tamen ex consuetudine
apponi soleat à Notarijs, meritò dicẽdum est ex huiusmodi præteritione
vulnerari instrumentum: quandoquidem legis, & consuetudinis par es-
2 se debeat effectus, vt statuit *Imp. in §. si qua verò auth.* vt præponamus nomen Imperatoris; vbi non intendit
derogare consuetudini, quæ vigeret,
sed eam mandat *omnibus modis* serua-
3 ri: ex quo tex. videtur posse argui inuocationem Diuini Nominis esse de
forma instrumenti, saltem ratione cõsuetudinis, ponderatis præcipuè verbis illis *modis omnibus*, quæ tantæ sunt
4 efficaciæ, vt omnem auferant facultatem dispensandi incontrarium *l. fin. C. vt intra certum tempus criminalis quæstio &c.*

Confirmabant assumptũ alio medio, per huiusmodi syllogismum ex-
5 presso. Idem operatur oppositum in
opposito, quod propositum in proposito *l. si vt proponis C. de nupt. l. si ex*
6 *testamento in princ. ff. de leg. 1. Cephalo cons.*

conf. 16. *nu.* 5. *lib.* 1. sed consuetudo, Statuto omninò cõtraria, omni modo seruari debet *Rom. conf.* 218. *in fin. Peregr. conf.* 11. *n.* 42. *Circ. fin. lib.* 3.
7 ergò omissio solemnitatis requisitæ per consuetudinem inualidabit actũ, vt placuit *Bald. in l. rem non nouam C. de Iudicijs*.

Magnam fateor esse vim, & au-
8 thoritatẽ consuetudinis, vt quæ (*verba sunt Isid. lib. 2. etym.*) sit ius quoddam moribus constitutum, quod pro lege suscipitur, & tenetur, cùm ea deficit, & à qua *vt sensit D. August. lib. 2. music.* non est recedendum, ni-
9 si rationi aduersetur; at cùm iura alle-
10 gata loquantur de legitima consuetudine, nego huiusmodi Tabellionum vsum esse legitimum, & posse mereri nomen, & effectum legitimæ consuetudinis.

Ad inducendam autem legitimam consuetudinem plura requiruntur;
11 Primò, quod actus sit voluntarius, & consequenter liberè emanatus, non
12 ex errore, aut ex coactione: Secundò, quod populus sciat, & habeat intentionem disponendi *l. de quibus ff. de leg.* 3. *Rom. conf.* 61. *ad fin.* & in terminis Ciuitatis subditæ cum Regente *Peregr. conf.* 11. *n.* 43. *lib.* 3. Ter-
13 tiò, quod Populus voluerit inducere certam solemnitatem, annullando a-
14 ctum aliter celebratum. Quartò demum, quod actus fiat ex intentione inducendi obligationem, vel, vt loquar verbis *glos. in ver. præscripta c. fin. de consuetudine*, quod agens habeat animum faciendi præceptum: & hoc dignosci potest, si actus sit difficilis,
15 & nihilominus à Populo fiat: Secundò si grauetur populus, ex quo non fiat: Tertiò si eius materia sit admodũ Reipublicæ vtilis; vltimò si facientes contra consuetudinem puniantur.

Et ex his patet Responsio ad argumentum, & ad eiusdem confirmationem; cùm nihil horum locum sibi vindicet in casu, in quo inuocatio Diuini nominis deduci nequit ex con-
16 sensu Populi, sed ex quodam Notariorum vsu, qui nullatenus irritare valet ex prædictis contractus, huiusmodi Inuocatione carentes.

Imò ad validius eneruandã difficultatẽ, quã inuehunt aduersarij, volo pro nunc, & sine præiudicio veritatis prædicta omnia in nostra hypothesi præsupponere; sed non ideò, quod fuerit
17 omissa Diuini Nominis Inuocatio infirmatur cõtractus, si contemptus deficiat. Hoc assertum latè tuetur *Socin. in l.* 1. *ff. de nou. oper. nunc. n.* 32. & ipse puto, habere maximum in iure fundamentum; nam etsi regulariter missus in possessionem ex primo Decreto non lucretur fructus, hoc tamen
18 fallit concurrente nimia aduersarij contumacia, quæ inferat ad iudicis contemptũm, vt statuitur *in l. Iulianus* §. *fin. ff. ex quibus causis in possessionem eat*: Prout etiam habemus *in c.*
19 *veniens de transact.* vbi *glos. in ver. necessaria*, quod omissis Sacramentis necessitatis ex impotentia, vel negligentia, nullum inducitur discrimen salutis æternæ, secus verò vbi sperneretur susceptio, & honor deesset Sacramentis (contemptus enim, *teste D. Bern. de precep. & discip.* culpam facit maiorem:) Nec sunt contemnenda, *vt scribit D. Hieron. ad Lætam.* quasi parua, sinè quibus magna cõstare non possunt: & idẽ *ad Heliod. dixit*,

vbi

vbi honor non est, ibi contemptus est.
20 Quæ dicta volui ad confirmandam vim nostri argumenti, non autem ad fundandam veritatem materiæ ipsius glos., de qua, vt altera glos. marginalis monet consulendi vtique sunt Theologi; cum ad effugiendum periculum æternæ salutis non sufficiat in Sacramentis necessitatis, qualia sunt Baptismus, & Pœnitentia abesse contemptum, sed requiratur etiam adesse flamen; ex quo sunt media necessaria ad saluté non quidé in re, sed in Voto.

Rursus datò etiam, quod per contemptum fuerit omissa Inuocatio, nô propterea sequetur contractus inualidatio, dum contemptus non vtique contrahentibus culpæ verti debet, sed
21 soli Notario, qui peccauit. Nemo enim alterius odio debet grauari c. *non debet de Reg. Iur. in 6. l. si quis in suo §. legis C. de inoff. testam.*

Quæ verò circumferuntur de discrepantia capitulorum ab Instrumento, intrare nequeunt in casu, non quoad suppositionem iuris, sed facti; verissima namque est iuris conclusio, quod capitula sunt attendenda, si ab Instrumento discrepent: cum semper censendum sit contrahentes permansisse in prima voluntate, quæ magis
22 desumenda venit ex capitulis à partibus factis, quam ab Instrumentis à Notarijs confectis *Alex. cons. 156. n. 9. lib. 6. Surd. decis. 71. per tot. & dec. 288. n. 41. Greg. decis. 168. n. 8. cum alijs in Rom. fitus 25. M ij coram bo. me. Royas §. nec dictum fuit.*

Ea ad capitula recurrendum est, tamquam ad matricem *Surd. cons. 292. n.*
23 *18. vers. 4. cöcessis Rot. decis. 114. n. 4. p. 1. Rec.* nec omittenda est congrua Interpretatio pro conciliandis Instru-
24 mentis cum capitulis *Bald. cons. 465. n. 5. lib. 5. Dec. cons. 195. n. 3. Crauett. cons. 70. n. 5. & 18.*

At in facto nô inueni vllam differentiam substantialem inter capitula, & Instrumentum, quamuis vtraq; cû perspicilijs, & sine, semel, ac iterum attentissimè perlegerim: Imò si quid diuersum à capitulis in Instrumentum irrepsisset fuisset sanè dictum, cum vt plurimùm soleant contrahentes de hoc facere mentionem in Instrumen-
25 to, vel capitula abolere, ac lacerare *Rot. decis. 250. n. 17. & 18. p. 6. Rec.*

Addo etiam, quod in dubio omnis interpretatio sumenda esset pro eliminanda difformitate Instrumenti à capitulis; quoniam, vbi contractus suû sortitus fuerat effectum per cöclusionem Capitulorum, non est creden-
26 dum, quod partes tempore confecti Instrumenti voluerint à capitulis recedere mutando voluntatem, refragante textu *in l. eum qui voluntatem ff. de probat. Natt. cons. 178. nu. 5. Imol. in l. Titia §. Idem respondetur ff. de verb. oblig.* vbi habetur, quod si inter partes præcessit conuentio, per quam ius quæsitum sit contrahenti,
27 non videtur ab ea recessum per actû sequentem, ex interuallo celebratum in forma diuersa, *Idem Imol. in l. quoties §. sed & si cum col. 2. vers. item seruando ff. de hæred. Instit. Alex. cös. 122. n. 2. vol. 2. Tiraq. de retract. conuent. glos. 1. n. 1. & in fin. tituli n. 21. & Surd. dicta decis. 71. n. 3. & 4.*; Maximè, quia inde etiam colligitur conformitas, & voluntatis constantia
28 in contrahentibus, quod Instrumentum fuit incontinenti exaratum, & in

vim pacti in capitulis emanati *Crauett. conf. 156. n. 19. Asin. de execut. §. 6. c. 2. nu. 6. in fin. Rot. in rec. p. 5. decis. 73. num. 23. & 24.*

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

I*Mmissio concurrentibus requisitis debetur ad fideicommissum* ex remed. l. fin. *Prædium non ideò dicitur esse in Dominio viri, quia fuit datum æstimatum, quandò æstimatio tendere potuerit ad aliū effectum. Enunciatiua non probat cum dubitari contingit de principali. Nec approbat, qui producit in parte, & partibus.*

SVMMARIVM.

1 Intrat immissio *ex l. fin. C. de Edic. D. Hadr. toll.* quoties verificantur extrema.
2 Possessio rei conuenti probatur ex litis sustentatione.
3 Confessio hæredis grauati probat possessionem defuncti.
4 Et afficit successorem confitentis, & habentem causam ab eo.
5 Restitutio dotis in ijsdem corporibus, in quibus fuit constituta ostendit in accipiente scientiam dictæ possessionis.
6 Fatetur defunctum possedisse, qui vti hæres in eius, vult immitti hæreditatem.
7 Sententia lata in causa status facit ius, quoad omnes.
8 Data in dotem æstimata non videntur esse restituenda fideicommissario ab hærede grauato, si ea alienauit, sed præstandus valor bonorum.
9 Reus probare tenetur, quæ sunt fundamentum suæ exceptionis.
10 Collata in dotem, si adhuc extent præsumuntur dotalia.
11 Maximè, si accedat contrahentium voluntas expressa, vel præsumpta.
12 Confessio contrahentium facit superlatiuam probationem, & nullam admittit exceptionem.
13 Æstimatio corporum quandò non constat de cōstitutione dotis in quantitate, non excludit qualitatem dotalem.
14 Non sunt contraria, bona dari æstimata, & dari, vt sint dotalia: cùm æstimatio potuerit respicere valoris bonorum notitiam.
15 Simplex, & vnica enunciatiua non probat.
16 Enunciatiua non probat quando contingit principaliter dubitari de enunciato.
17 Stante interesse suspecta est in enunciante.
18 Hæres præiudicare nequit defuncto; neq; vocatis ex propria persona.
19 Confessio contra iuris præsumptionem potest acceptari, reiecta qualitate.
20 Productio facta in parte, & partibus, & per compulsum non nocet producenti.
21 Maximè in enunciatiuis.

RATIOCINIVM XLI.

CIVIT. CASTELLANÆ FIDEICOMMISSI.



Llustriss. Domine. Ludouico, & fratribus de Clarionibus, vti hæredibus vocatis ad fideicommissum q. Fauntillæ Pirramæ, nequit de iure retardari immissio in possessionem bonorum, de quibus hodie agitur contra Communitatem Terræ Gallesij; quoniam facta recognitione testamēti constat de impositione fideicommissi, & eius purificatione, & vocatione immittendorum, & possessione defunctæ tempore conditi fideicommissi, ac demum de identitate bonorum, eorumq; possessione penes aduersariam: quibus omnibus concurrentibus intrare im-
1 missionem *ex Rem. l. fin. C. de edict. D. Had. toll.* tradunt *glos. in dicta l. fin. & Bart. nu. 3. Peregr. de fideic. art. 48. per tot. Gratian. discept. c. 69. n. 9. & seqq. Rot. in rec. p. 5. decis. 408. n. 7. & 8. coram Merlin. decis. 186. nu. 8. coram S. M. Greg. decis. 186. nu. 8. & decis. 206. nu. 1.* & fuit latè dictum *in Rom. fideic. de Capogallis 18. Iunij 1657. in princ. coram b. m. Dunoz, & in Tiburt. Castrorum 16. Februarij 1660. coram Reuerendiss. Beuilaqua in princ. quæ est inter hic impress. decis. 15. num. 1.*

Prædicta omnia, facta inductione concurrunt in casu; nam si de possessione, seu detentatione hodierna penes Communitatem loquamur, hæc abundè probata remanet per testes for-

formitèr receptos, de quibus *in sum. nu.* 1. quamuis ex sola litis sustenta-
2 tione eam sufficienter probari pluries dixerit *Rot. corã Caputaq. decis. 369. p. 2. & corã Cæsar. de Graff. decis. 4. de restit. spoliat. coram Buratt. decis. 693. nu. 5. cum ibi alleg. per add. & coram b. m. Dunoz. in Rom. Saluian. 29. Nouembris 1655. §. possessio verò.*

Probatur item possessio de tempore impositi fideicommissi ex de-
3 positione eorumdem testium *dicto sum. nu.* 1. nec non etiam ex confessione Bernardini Pirrani, primi hæredis grauati *Angel. in l. ab emptione nu. 4. ff. de pac. Dec. cons. 101. n. 1. cum alijs in Rom. fideic. de Cuppis 2. Martij 1654. coram Reuerendiss. Meltio Episcopo Papien.* quæ afficit etiam di-
4 ctam Communitatem, vtpotè causam habentem ab eodẽ Bernardino *l. cũ à matre C. de rei vindic. Mascard. de probat. conclus. 778. n. 26. Rot. in Rom. Salu. corã Reuerendiss. D. Bourlemon. 19. Ianuarij 1660. §. nam cum, quæ inter hic impress. est decis. 9. nu. 6.*

Ad quam confessionem infertur, ex restitutione dotis facta dicto Bernardino hæredi per Capitaneum Lãbertum Sarganum, virum relictum dictæ q. Fauntillæ in ijsdemmet corporibus, ad quæ modò petitur immis-
5 sio, ad tradita per *Rot. coram Caualer. decis. 629. nu. 5. coram Duran. decis. 118. nu. 1. & in nec. decis. 135. nu. p. & 2. p. 1. & decis. 539. n. 2. p. 4. cum alijs de quibus in prædicta Tiburt. Castrorum coram Reuerendiss. D. Beuila-
6 qua §. possessio autẽ*, vbi habetur, quod is fateatur possessionem penes defunctum tempore testamenti, si veluti prætensus hæres eam apprehendere nitatur: Reliqua verò ad hunc immissionis effectum necessaria, supponuntur canonizata ex sententia iam lata, quæ licet emanauerit contra diuersos collitigantes, de quibus in facto, ea ra-
7 men quoad omnes ius facit, cum prolata fuerit in causa eiusdem Status. *Surd. cons. 61. nu. 2. Rot. decis. 486. nu. 3. p. 4. tom. 2. rec. cum alijs allegatis in Bononien. fideic. de Pancaldis 5. Iulij 1655. coram Reuerendiss. D. Beuilaqua §. de existentia.*

Non obstat, quod inefficaciter agi contra se prætendat præfata Communitas, eo fundamento, quod Prædia, Oliuetum scilicet, & vinea fideicommisso subijci nequiuerint, tamquam data in dotem æstimata; sed agendum potius de iure sit pro eorum valore, & æstimatione contra bona Bernardini,
8 qui facta sibi restitutione dotis ea alienauit, vt docent communitèr *DD. in l. æstimatis ff. sol. matrim. Tiraq. de retract. lignag. §. 3. glos. 14. nu. 20.*

Quoniam longè sufficit responsio, quod de istiusmodi æstimatione nusquam apparet, cùm tamen ab allegante concludenter veniat probãda, tam-
9 quam fundamentum suæ exceptionis. *Rot. coram Seraph. decis. 1171. nu. 2. vers. & vbi quis se fundat, & coram S. M. Greg. decis. 278. nu. 6.* ibiq; addens *nu. 12. & decis. 279. nu. 3.* fuitq; dictum *in Rom. fideic. de mutis 11. Ianuarij 1649. coram dicto Reuerendis. Papien. §. tertia detractio.*

Et pro nobis satis est iuris præsũptio, ex qua resultat qualitas fundi dotalis, quoties ostenditur de collatione
10 Prædiorum in dotem, eorumq; identitate *Gabr. cons. 60. nu. 2. & 3. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt.* 74.

74. *nu.* 25. maximè accedente volun-
11 tate contrahentium, tàm ex verbis expressa, quàm ex coniecturis desumptæ, quorum alterum sufficit *Rota in rec. p.* 8. *decis.* 259. *n.* 2. *& seqq.* vbi, ex quibus coniecturis ea colligatur: Immò allegata pro nunc confessione tàm dicti Capitanei Lamberti, quam dicti Bernardini emanata in instrumento restitutionis dotis, de quo *in dicto sum. num.* 2. quæ quoad quali-
12 tatem fundi dotalis facit superlatiuã probationem, nullamq; admittit exceptionem. *l. cum te C. de transact. Rot. decis.* 128. *nu.* 10. *p.* 6. *rec. & decis.* 54. *nu.* 8. *p.* 7. fuitq; dictum *in dicta Rom. Salu.* 19. *Ianuarij* 1660. *coram Reuerendiss. Bourlemont. in fin.* adhuc dicitur, quod etiamsi liquidò constaret de prædicta æstimatione; modò non appareat de præcedenti
13 constitutione, ac promissione dotis in quantitate, non ideò corpora desinunt esse dotalia, nec censentur æstimata ad effectum venditionis, vt in his terminis sentiunt *Menoch. præcis. præsumpt.* 74. *n.* 15. *Gratian. discept. c.* 459. *nu.* 13. *&* 14.

Eaque est ratio, quia se se inuicem compati videntur hæc duo, scilicet
14 corpora dari pro fundo dotali, & tradi ad alium effectum æstimata, puta ad sciendum eorum valorem, vt in his terminis animaduertunt ijdem *Ruin. dicto cons.* 134. *num.* 7. *& Gratian. c.* 745. *nu.* 89. *& seqq.*

Sed cõstantissimè replicatur, quod non constat de prædicta æstimatione, dum aliundè non probatur, quam ex simplici enunciatiua, sequuta in dicto instrumento dotis restitutionis inter dictos Lambertum, & Bernardinum: hæc enim nihil omninò fidei præstare
15 potest, non solum, quia vnica *Aret. in ccum clausul. nu.* 22. *in fin. de probat. Rot. coram Buratt. decis.* 178. *nu.* 13. fuitq; dictum *in Bononien. Iuris patronis* 13. *May* 1658. *coram Illustriss. D. Cerro §. secundò ex quo, quæ est hic decis.* 6. *nu.* 10. sed etiam quia confer-
16 ri nequit cum enunciato, de quo hodie contingit principalitèr dubitari, vt optimè *post Alex. cons.* 21. *n.* 8. *vers. sed non probabit lib.* 1. *Ruin. cons.* 170. *nu.* 10. *lib.* 3. *Paris cons.* 94. *n.* 19. *lib.* 1. docuit *Rot. coram S. M. Greg. decis.* 372. *nu.* 2. *&* 3. *& in rec. decis.* 226. *nu.* 35. *& decis.* 245. *nu.* 37. *p.* 7. *& decis.* 84. *nu.* 7. *& decis.* 110. *nu.* 30. *part.* 8. *& dicta decis.* 6. *nu. eod.*

17 Considerato præsertim interesse dicti Bernardini, cui non facilè visum est, ab huiusmodi falsa enunciatiua dissentire, vt commodiùs fideicommissum alienando fraudaret. *Rot. coram Burat. dicta decis.* 178. *n.* 14. *& decis.* 303. *nu.* 12. *& dicta decis.* 84. *nu.* 6. *p.* 8.

18 Quo casu, nec istius, quandoquidem releuaret, nocere posset enunciatio, aut dictæ q. Fauntillæ eius auctrici, vt in similibus dixit *Rot. in Fesulana Canonicatus* 6. *Martij* 1654. *coram bo. me. Peutingerio*, aut principalibus nostris: quippè qui, cum sint vocati ad fideicommissum ex propria
19 persona, non autem ex iure dicti primi hæredis, quo vti nolunt, nequeunt eius lædi confessione, *Alex. cons.* 12. *col.* 2. *in fin. vers. nec etiam obstat. lib.* 4. *Nat. cons.* 470. *n.* 12. *& seqq. & nu.* 26. *Ruin. cons.* 138. *nu.* 10. *lib.* 2. *Peregr. de fideic. art.* 52. *nu.* 81. *cum alijs in Placentina bon rum* 1. *Aprilis* 1661.

coram

coram Reuerendiss. D. Priolo, & coram eodem in Aesina fideicommissi 23. Iunij 1662. §. pro vt non refert, quæ inter hic impress. est decis. 99, nu. 8.

Nec facit, quod huiusmodi enunciatiua fuerit approbata ex productione dicti instrumenti restitutionis dotis, in quo emanauit, quia cum enun-
20 ciatiua confessio habeat contra se iuris præsumptionem, vt supra firmauimus, potest diuidi, & acceptari reiecta qualitate, vt sæpissimè fuit in voto *Rot. decis. 525. nu. 2. & decis. 772. nu. 12. p. 2. rec. & decis. 130. nu. 2. & decis. 191. n. 8. et decis. 294. n. 10. p. 7.*

21 Vltra quod certissimi iuris est productionem iurium factam in parte, & partibus, & per compulsum non nocere producenti *Felin. in c. imputari nu. 13. de fide instrum. Alex. cons. 136. num. 20. vers. non omitto lib. 2. Beltram. ad S. M. Greg. decis. 238. nu. 15. vers. limita cum alijs, quos sequitur Ridulph. in prax. p. 1. c. 2. nu. 152.*

22 Maximè in enunciatiuis *Add. ad Grauat. lib. 6. c. 1. n. 19. Bero. cons. 170 nu. 1. & seq. lib. 1. Osasc. Pedemon. decis. 38. nu. 1.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Ditio hæreditatis præsumitur ex venditione rei hæreditariæ; quandoque tamen videtur posse fieri venditio ex alio titulo. Retinens iure hypothecæ non transfert Dominium, nisi sit hæres. Solutio imaginaria quando militet? solemnitates in muliere, vel quando non desiderentur, vel quando præsumantur. Interpellatio, in quo casu non sit necessaria. Scientia testamenti ex quibus arguatur. Interesse recompensatiuum fructuum debetur ad rationem quinque in centum secundum legalem æstimationem.

SVMMARIVM.

1 Aditio hæreditatis infertur ex venditione rei hæreditariæ.
2 Venditio rei hæreditariæ fieri nequit citrà ius, & nomen hæredis.
3 Qui alienat adit hæreditatem eius, cuius erat dominium rei alienatæ.
4 Aditio præsumitur etiam ex titulo, seù iure petendi hæreditatem.
5 Sola possessio in habente huiusmodi titulum facit præsumi aditionem.
6 Fallit, si possidens se possidere protestetur, ex alia causa.
7 Qui vendit, vt Dominus rem etiam sibi obligatam, vendit, vt hæres.
8 Aditio præsumitur pro illa rata, quam non capit alia prætensa causa.
9 Mulier creditrix mariti potest retinere bona eiusdem.
10 Videtur etiam, quod hæreditario nomine de iisdem possit disponere.
11 Sed non procedit, quia possidens iure hypothecæ non potest disponere de proprietate.
12 Mulieri non plusquam alijs creditoribus competit retentio iure hypothecæ.
13 Qui sibi soluit per imaginariam solutionem, is quoque alienat citrà nomen hæredis.
14 Imaginaria solutio non competit hæredi beneficiato absque officio Iudicis.
15 Amplia, vel quando deficit inuentarium, vel ratio non redditur.
16 Possidens iure hypothecæ non sibi, sed debitori possidet.
17 Huiusmodi possessio resoluitur, si offeratur creditum.
18 Possidens iure hypothecæ non impedit bonorum subhastationem ad effectum, quod primò sibi, deindè alijs creditoribus soluatur.
19 Solemnitates, vbicumque mulier lædi potest debent interuenire.
20 Non requiruntur, si mulier fiat locupletior.
21 Nec inter æquè priuilegiatos omissæ vitiant.
22 Ex quo cursu tẽporis præsumantur interuenisse?
23 Non datur præsumptio præsumptionis.
24 Duæ præsumptiones ex vnico actu oriri nequeũt.
25 Lim. si ex diuersis fontibus oriantur.
26 Interpellatio quando requiratur pro implemento conditionis sub pæna caducitatis.
27 Dies interpellat pro homine.
28 Scientia testamenti, ex quibus inducatur.
29 Scientia oneris legato adiecti quãdo præsumatur.
30 Fructus secundum legem debentur ad rationem 5. pro 100.
31 Fructus debentur eodẽ iudicio, quo debetur Sors.
32 Nemo debet vti re, & pretio.
33 Excessus fructuum perceptorum iure hypothecæ debet imputari in sortem.
34 Iniquum est, cui semel satisfactum, vti re, & pretio.

RATIOCINIVM XLII.

ROMANA PECVNIARIA.



Minentiss. Domine. Tota huius quæstionis resolutio ab eo pendet principio, nùm D. Dorothea Massaria sit hæres D. Hypoliti Sabioneti q. eius viri; nam hac firmata qualitate ineuitabilis manet actio D. Plausillæ de Sterpis, quę vti heres D. Antonij Berterij creditoris dicti Hypoliti ex persona D. Laurentiæ eius matris agit contra Vener. Monasterium Sancti Vrbani Vrbis hæredem mediatum dictæ q. Dorotheæ ex persona D. Ceciliæ eius filiæ, pro solutione scutorum 950. sortis nomine debitorum, vna cum fructibus, ex causa valoris vineæ, & caneti insolutum dati dicto Hypolito per dictum Antonium nomine dotis.

Præmitto itaq; inofficiosum esse dubitare de aditione dictæ Dorotheæ ad hæreditatem Hypoliti, cum manifestissimè suadeatur ex venditione
1 dictæ vineæ, dictiq; Caneti, per quam necessariò infertur. *Bald. in l. potuit num. 18. C. de iur. deliber. Menoch. lib. 4. præsumpt. 101. n. 2. Rot. coram Sanctiss. Mem. Greg. decis. 7. n. 8.*
2 Nam cum venditio rei hæreditarię fieri nequeat citra ius, & nomen hæredis *l. pro herede §. Papinianus ff. de acq. hered. l. si quis mihi bona §. sed quid si mandauit ff. eodem, Cephal. cons. 148. n. 28. lib. 1. Bald. cons. 272. in princip. vers. 2. hoc probatur lib. 5.*, consequens est, vt ex hac vineæ, & caneti alienatione, quæ est abdicatiua, & translatiua Dominij,
3 inducatur aditio hæreditatis illius, cuius erat Dominium rei alienatæ, *Pau. de Castro in in l. potuit n. 4. C. de iur. deliber. Mantic. de Coniect. vlt. volun. lib. 12. tit. 12. n. 10., Bart. in l. gerit n. 21. ff. de acq. hæred. Natt. cons. 448. num. 11. Rot. coram Greg. decis. 98. num. 3.*

4 Maximè vrgente alia præsumptione, quæ prouenit ex titulo hæreditario dictæ Dorotheę delato ex Edicto Præt. viro sinè liberis agnatis, & cognatis defuncto *l. vlt. ff. quorum bonorum l. 1. C. vndè vir., & vxor:* quo casu stante licita, & magis præsumibili causa, irrefragabile intrare
5 aditionis argumentum in fortioribus terminis, solius scilicèt possessionis dixit *Alciat. de præsumpt. Reg. 2. præsumpt. 23. n. 1. vers. & idem est in hereditate, & Boer. decis. 101. n. 24. quos sequitur Mascar. de probat. concl. 45. n. 33. l. 1.*

6 In tantum, vt prætendens se possidere, vel facere ex aliâ causâ, quam hæreditariâ teneatur hoc, vel illud expresse protestari, vt in his terminis respondit *I. C. in. l. & si quis §. pleriq; ff. de Relig. & sumpt. fun.*

Quæ profectò rationabiliorem locũ sibi vindicant in puncto venditionis rei hereditariæ, quam nemo, & si omnibus modis obligatam habeat, alie-
7 nare potest, nisi vt Dominus, nec vti Dominus potest, nisi vt hæres; pro vt Magistraliter docuit *Bart. in dicta l. gerit. n. 21. vers. si verò.*

Sed dato etiam, & non concesso, quod alienanti alia probabilis causa de iure suffragetur, quò minus videatur adire; hæc tamen, quando res alienata excedit creditum, vel pretium prætensæ causæ, nullo Iure impedire

8 pedire poteſt, quia ſaltem pro illa ra-
tà cenſeatur adiuiſse *tex. in l. duo
fratres in fin. ff. de acq. hæred.* conſul-
uit etiam *Bart. conſ. 272. verſ. tertia
ratio eſt lib. 5.* quem ſequitur *Crauett.
conſ. 33. num. 14. Maſcar. d. concluſ.
45. nu. 38.*

9 Nec de prædicta aditione excuſare
poteſt allegata cauſa crediti dotalis di-
ctæ Dorotheæ, ea ratione, quod ſicu-
ti cenſetur illius vigore potuiſſe reti-
nere bona viri, vt originaliter dixit
*Bald. in l. pignoris 10. num. 1. verſ. ſed
quæro C. de pignorat. act. Bart. & com-
muniter DD. in l. ſi filio, la prima n. 1.
in fin. ff. ſol. matr.*

10 Ita etiam de illis diſpoſuiſſe videa-
tur non hæreditario, ſed creditore no-
mine.

11 Nam omiſſo, quod iſtud ius eſt
meræ poſſeſſionis, & competit mu-
lieri ad effectum dumtaxat pignoris,
& hypothecæ, nullibi reperio de iure
cautum, poſſe vxorem poſſidentem
iure hypothecę diſponere de proprie-
tate citrà ius, & nomen hæredis; quia
cum effectus huius retentionis non
promanet ex aliquo ſpeciali priuile-
gio doti conceſſo, ſed ex ipſa crediti
dotalis hypotheca, non videtur plus
iuris ſibi poſſe arrogare mulier, quàm
cæteri alij creditores, quibus vigore
hypothecæ huiuſmodi, etiam compe-
12 tit retentio in bonis debitoris, vt de
præſenti caſu diſſerendo, firmat in
puncto *Merlin. de pignor. lib. 3. q. 76.
nu. 9. ſequuntus iura, & auctoritatem
Burſatt. conſ. 8. à nu. 15. per ſeqq. &
Giouagnon. conſ. 73. nu. 2. & 21. lib. 3.*
nullum ius alienationis de iure con-
uenire poſſe mulieri, niſi quatenus ei-
dem concederetur poſſe ſibi per ima-
ginariam ſolutionem ſatisfacere: quod
aſſerunt iuris eſſe improbatiſſimi.

14 Quodque DD. neque concedunt
hæredi beneficiato abſque officio Iu-
dicis, dum ſibi ſoluere vellet per ac-
ceptationem inſolutum *Vrſell. con-
cl. 36. n. 14. Rot. coram Mantic. deciſ.
326. nu. 6. & 26.* & indubitabile eſt,
quando vel non apparet de inuenta-
15 rio, vel de eo ratio non redditur ex
cumulatis per *Rot. in rec. p. 6. deciſ. 2.
nu. 11. 16. & per tot. Salg. labyr. cre-
dit. p. 1. deciſ. 9. nu. 30.*

Quod etiam à poſteriori demon-
16 ſtratur, ſi perpendatur, quod mulier
non ſibi, ſed debitori poſſidet *l. pigno-
ris ff. de vſu cap. Surd. conſ. 186. n. 21.
Rot. deciſ. 545. nu. 5. p. 5. 7. 2. rec.* quod
huiuſmodi poſſeſſio reſolubilis eſt, ſi
17 à creditoribus offeratur ſolutio credi-
ti dotalis, *l. cum ſibi vbi Bart. & cæteri
ſcribentes notant C. qui pot. in pign.
hab. Afflict. deciſ. 199. num. 2. in fin.
Giurb. deciſ. 16. n. 16. cũ alijs relatis per
Merlin. dicta quæſt. 76. nu. 42.* & de-
mùm, quod in huiuſmodi poſſeſſio-
ne ſe conſouens, tenetur pati in bonis
ſubhaſtationes, & mandatorum exe-
18 cutiones, venditiones, & adiudicatio-
nes ad effectum, vt eidem de credito
ſatisfiat, & de eo, quod ſupereſt alijs
creditoribus perſoluatur *l. à Diuo Pio
§. quod ſi res fuerit ff. de re iudic. Auth.
hoc ita C. de pignor. & hypoth. Bart. in
d. l. à Diuo Pio §. ſed & illud, Bald. in
l. in ciuilo n. 2. C. de bon. auct. Iud. poſ-
ſid. & in l. ordo num. 9. ff. de execut. rei
Iudic. optimè Gratian. diſcep. c. 241.
nu. 3. & ſeqq. cum alijs, quos refert, &
ſequitur Rot. p. 7. rec. deciſ. 181. nu. 4.*

Quæ ſanè abeſſe neceſſarium foret,
ſi aliqua vmbra Dominij militaret

Adi-

Aditione igitur ſtipulata non ob-
ſtat defectus ſolemnitatum de quibus
conſtare debet, nedum in contracti-
bus, ſed etiam in quaſi contractibus,
19 & vbicumque mulier lædi poteſt *Ad*
tradita per Rot. coram S.M.Greg. de-
ciſ. 333. *nu.* 1. *vbi add. & poſt Pic. ad*
Stat. vrb. deciſ. 8. *num.* 4.

Quia pluribus reſpondetur. Et pri-
mò, quod non requirebantur ſolem-
nitates, ex quo mulier nullum perce-
pit detrimentum, ſed facta fuit locu-
20 pletior *l. vetere, & l. prædium* §. *emp-*
tor C. de præd. min. Rot. poſt Cenc. de
cenſ. deciſ. 309. *nu.* 18. *coram Greg. de-*
ciſ. 21. *nu.* 9. *verſ. non obſtat, & in rec.*
deciſ. 1. *nu.* 36. *p.* 5. *Simoncell. de De-*
cret. lib. 3. *tit.* 7. *nu.* 20. Secundò, quod
defectus ſolemnitatum non vitiat cō-
21 tractum, aut quaſi contractum, quan-
do ſumus inter æquè priuilegiatos, *ea-*
dem Rot. coram Buratt. deciſ. 480. *nu.*
25. *corā Greg. deciſ.* 164. *vbi add.*

Tertiò denique dicitur, quod ex
longinquitate temporis, annorum
ſcilicet 26. præſumitur omnis ſolem-
22 nitas interueniſſe *argumento tex. in l.*
ſi filius familias, cum ibi not. C. de pet.
tit. hæred. Bald. in l. ſciendum nu. 11. *ff.*
de verb. oblig. Felin. in c. Albericꝰ de
teſt. Dec. conſ. 485. *nu.* 10. *Gabr. conſ.*
80. *num.* 18. *lib.* 2. *Rot. coram Put. in*
antiq. edit. deciſ. 336. *n.* 5. *lib.* 2. *coram*
Caſſad. deciſ. 3. *de preben. corā Seraph.*
deciſ. 1042. *nu.* 3. *& in rec. deciſ.* 396.
nu. 7. *p.* 5. *tit.* 1. *& deciſ.* 16. *nu.* 2. *p.* 7.
Verſ. ad Afflict. deciſ. 368. *nu.* 5.

Nec releuat, quod data aditione,
& conceſſo interuentu ſolemnitatum
23 haberetur ſimul, & ſemel præſum-
ptionis præſumptio, quæ in Iure non
admittitur; nam veriſſimum eſt, quod
ex vno, eodemq; actu nequeunt duæ,
24 vel plures oriri præſumptiones, vt
de titulo, & ſolemnitatibus ex vno,
eodemq; præſumptionis capite illatis
tradidit *Rot. p.* 7. *recent. deciſ.* 191. *nu.*
15. vbi refert, & ſequitur *Abb. in cap.*
peruenit lib. 3. *in fin. de cenſ. Ruin. ple-*
nè conſ. 75. *n.* 8. *lib.* 1. *& conſ.* 29. *lib.*
4. *Nat. conſ.* 162. *n.* 24. *lib.* 1. *Höded.*
conſ. 82. *nu.* 26. *lib.* 1.

26 Secus verò dicendum eſt, ſi præ-
ſumptiones quaſi ex diuerſis fontibus
effluant per plures actus.

Minus etiam facit oppoſitus defe-
ctus interpellationis, aut eius minus
26 legitima executio ad effectum, quod
Dorothea decaderet à legato dictorū
ſcutorum 1500. ob non impletam
conditionem *Auth. hoc amplius C. de*
fideic.; Nam licèt gratis opponatur
omiſſio huiuſmodi interpellationis,
cùm re vera fuerit formiter exequu-
ta, vt in ſummario noſtro, adhùc dici-
mus, quod neutiquam erat neceſſaria
ad effectum inducendæ caducitatis,
ob non factum implementum, cum
27 ſuperfluum ſit legis, vel Iudicis mi-
niſterium, quando teſtator ipſe per
appoſitionem diei, & comminationē
pœnæ interpellauit, & in caſum inob-
ſeruantiæ prouidit, vt in puncto *Cra-*
uett. conſ. 193. *n.* 4. *Caſtren. conſ.* 292.
nu. 9. *verſ. ſuper* 8. *dubio lib.* 2. *Rip. in*
l. Inſulam nu. 37. *ff. de re verb. oblig.*
Theſau. Pedemon. deciſ. 77. *nu.* 1. *&*
deciſ. 212. *in princ.*

28 De ſcientia Teſtamenti dubitari
nequit, tàm ratione coniunctionis,
quàm etiam longi temporis intercesſi
facti notabilis, quale eſt conditio Te-
ſtamenti, & intereſſe dictæ mulieris,
expectantis hæreditatem *c. quanto de*
tranſ-

transflat. Prælat. & *c. illud de cleric.*
excom.& optimè ponderat *Ruin.conf.*
50. nu.17. lib.1.Crauet. conf.123.n.
3.Rot.in rec.p.2.decis.74.nu.2.

Minus etiã ambigi poteſt de ſcien-
29 tia oneris legato adiecti, vt de condi-
tione adiecta legato dotis viro relicto
dixit *Rolan. conf. 36. nu.24. lib.2.* &
de legato relicto mulieri per virum cũ
onere compenſandi, eſt *tex. in l. cum*
ab vno ff. de leg. 2. ac tenuit Caſtren.
conf.59. n.3.verſ. breuiter contrarium
lib.1.

Neq; vltimo dubitari poteſt, quin
fructus debeantur ſuper dicta quanti-
tate ſcutorum 1500. & quidem ad
rationem 5. pro 100. ſecundùm le-
30 galem æſtimationem *Gloſ. in auth.*
perpetua verb.iuſta C.de Sacroſ. Eccl.
quam pluries ſequuta eſt *Rot.* & *ſi-*
gnanter deciſ. 94. nu. 56. p.7. rec. &
pluribus relatis in Auenionen. Saluia-
ni 27. Februarij 1660. in prin. coram
Reuerendiſs. D. Epiſcopo Papien. quæ
inter hic impreſſ. eſt deciſ. 20. per tot.
& *in Romana pecuniaria 1660. die*
25. Iunij, quæ eſt hic deciſ.49.num.2.
31 tùm quia fructus debentur eodem iu-
dicio, quo debetur Sors *Merlin.de pi-*
gnor.lib.3. tit.3. quæſt.95. num.3. per
totum, Aponte deciſ.34.num.38.Rot.
in Rom. pecuniaria 23. Martij 1636.
coram Panzirolo, & ſequuntur condi-
tionem Dominij *l.ſi Dominium C. de*
pignor.l.2. C. de pignorat. actione Sal-
gãd.labyr.credit.q.2.c.13.nu.39. tùm
32 etiam quia æquitati diſcõuenit quem-
libet poſſeſſorem vti commodo alteri
debito, & quos percepit nolle fructus
reſtituere *l. curabit C. de act. empt.*
tùm demum quia exceſſus fructuum
ex dd. corporibus pro dicta rata per-
ceptorum in omnem caſum impu-
33 tandus eſt in dotem, vt pluribus cu-
mulatis *poſt Bart. in l. Titia 48. in*
princ. ff. de ſolut. gloſ. ibidem in verb.
habendum Gratian. c. 700. num. 54.
dixit *Roderic. de annu. reddit. lib. 3.*
q. 7. num. 48. verſ. Sed ſi fructus; &
propterea extenuato credito dotali in
34 omnem euentum iniquum foret, ſi
nec corpora dimitterentur, nec ſore
prædicta, & fructus ſoluerentur.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

P*Lures Adminiſtratores inſolidum de exactis tenentur inſolidum. Procurator an,* & *quando agere poſſit aduerſus Comprocuratorem. Procurator quando de iure intelligatur reuocatus. Plura ſequerentur abſurda, ſi comprocuratores poſſent contra ſe ſe alternatim exigere nomine Domini,* & *occaſionem eiuſdem cauſæ.*

SVMMARIVM.

1 Sententia valida, & iuſta eſt confirmanda.
2 Adminiſtrans inſolidũ tenetur inſolidũ de exactis.
3 Vincula duo magis ligant, quam vnum.
4 Procurator agere nequit contra ſuum Comprocuratorem pro eadem cauſa.
5 Fallit, ſi habeat mandatum ſpeciale ad illum actũ.
6 Mandatum ad certum actum datum, non extenditur ad nouam cauſam.
7 Mandatum ad ſpeciale negotium, expirat negotio abſoluto.
8 Procurator ſi mutationem ſtatus patiatur, ipſo iure intelligitur reuocatus.
9 Procurator tenetur veiliorem facere Domini conditionem, eidemq; non præiudicare.
10 Debet in emergentibus difficultatibus explorare voluntatem Domini.
11 Actio, & Paſſio eiuſdem de eodẽ dari non poteſt.
12 Circuitus inanes ſunt euitandi.
13 Cauſalitas mutua, & actio eiuſdem in ſe ipſum non datur.
14 Odofredus, & alij in locis citatis quomodo ſint intelligendi.
15 Comprocurator quia poteſt petere ab extraneo non ideo ſequitur, quod poſſit petere à Comprocuratore.
16 Adminiſtrator inſolidum ſi ſit debitor, non plus debet ſoluere ſocio, quam ſibi.
17 Procuratoris actus inchoatus reddit alium Procuratorem agenti extraneum.

18 Exemplificatur in duobus Iudicibus ad idem constitutis.
19 Vnus Iudex non regit alterum.
20 Tutores exigunt ab alijs, quam à se ipsis.
21 Doctorum dicta sunt intelligenda, ita quod non eluciſentur iuribus per ipsos allegatis, vel quod absurdis non inuoluantur.
22 Doctores sunt intelligendi secundum iura, quæ allegant.

RATIOCINIVM XLIII.

CIVITATIS CASTELLI BONORVM.



ILlustriss. Domine. Sententia semel lata pro D. Benedicto de Benedictis contra D. Capitaneum Guidum Vbaldum Stellam validissimis nititur iuris fundamentis, summamque habet æquitatem, ideò summo animo confirmanda *Rot.*
1 *decis. 708. nu. p. p. p. & decis. 295. n. p. p. 5. & decis. 194. n. 47. par. 7. rec.*

Assumptum duo respicit probanda, quorum primum sic ostendo. Administrauit insolidum dictus Capita-
2 neus; igitur de exactis tenetur insolidum *tex. est apertissimus in l. si plures ff. de curat. ben. dan. & in l. creditor §. duobus, vbi Bart. & DD. ff. mandat.* Vrgetque in fortioribus *alius tex. in l. 2. §. fin. ff. eod. & in l. 2. ibiq; Glos. C. de diuid. tutel.* quem etiam sequitur *Io. Andreas ad speculat. tit. de instrum. edit. §. nunc verò vers. sed numquid, & Aret. cons. 29. col. 2. vers. venio, & cons. 60. col. 3. vers. summ. testam.* & eo magis, quando, vt in casu ex gemino motiuo administrationis insolidum, & retentionis rei exactæ, tamquam ex duplici vinculo maior effecta videtur, & quasi conduplicata
3 obligatio, *ad tex. in c. 1. de Treug. & pace, & in l. penult. §. si verò C. de adopt. & ad tradita per Bald. in l. 1. col. penult. C. de præst. & alios quos refert Surd. cons. 31. nu. 6.*

Nec istiusmodi obligatio iure aliquo censeri debet extincta per assertam exacti legati traditionem factam, vt dicitur, à dicto Capitaneo alteri Procuratori ad idem insolidum constituto; quia regulariter loquendo Procurator nequit agere aduersus Cō-
4 procuratorem, nisi ex causa, quæ sit extrinseca demandatæ administrationi; cum aliàs tueri se possit exceptione eiusdem mandati, vt optimè distinguendo ratiocinatur *Glos. in l. qui proprio §. si duobus, & ibi Bart. nu. 3. ff. de procurat.* aut saltem agere non
5 valet, nisi exhibeatur mandatum ad illum actum speciale, vt declarat *tex. in l. qui duos, & in l. itaq; ff. eod.*

Sed & altera etiam occurret potissima ratio, si propiùs ad casum accedamus; eritq; consideratio defectus mandati, quæ citrà terminos præsentis inspectionis ponit statum, & merita causæ: nam neque ratione obiecti, neque subiecti vlla amplius tempore consignationis rei exactæ vigebat exigendi, liberandique facultas. Non ratione obiecti, quia cum bona quatenus exacta ceperint ex alia causa Domino deberi, quam quæ per modum impellentis, vel causæ finalis præcesserat mandatum, consequens est dicere, quod ad hanc de nouo emergen-
6 tem causam mandatum non respexerit; ad quod faciunt notata per *Surd. decis. 146. n. 4. Rot. in nou. decis. 1. n. 1 de Procurat. & p. 3. rec. decis. 789. n. 5. Ludou. decis. Perus. 37. num. 2. p. 1. & Gram. ad vestr. lib. 4. c. 5. nu. 38.* Dixi etiam, nec ratione subiecti, quia cum vterque eorum ad actum certum, & peculiarem susceperit authoritatem, neces-

necessarium fuit, vt actu per exactio-
7 nem consumpto facultas etiam termi-
naretur, tamquam actui alligata, &
correspectiua: docuit *Gratian. discep.
246. nu. 6. & sæpius Rot. coram Pen.
decis. 348. nu. 3. & decis. 233. num. 3.
p. 4. rec.*

Vlterius suprapositio dilemmati ad
reprobãdam mandati existentiam du-
plex etiam accedit instantia, quarũ vna
in Procuratore exigente, altera in sol-
uente præstat difficultatem; In exi-
gente, inquam, quia ex mutatione
status, quam fecerat, & quam probè
nouerat exactus ex repetitis, & impor-
tunis diligentijs, ipso iure fuit reuoca-
8 tus; vt notant *Bart. in l. cum quis in
princ. & in l. si cum Cornelius in fin.
ff. mand. & Gig. in cons. 59. num. 6.* in
exacto idem etiam pronuncio; quia
aut durabat facultas; vel non. Si se-
cundum habemus intentum: si pri-
mum, & ipse non minus, quam alius
erat Procurator, & per consequens
tenebatur vtiliorem facere Domini
sui conditionem, eiusque iuri iam in
vtroq; quæsito nullum inferre præiu-
9 dicium *argumento l. si quis mihi bona
§. sed si mandauit ff. de acquir. hæred.
Rot. decis. 28. n. 6. p. 2. rec.* sed debebat
expectare specialitatem mandati, vel
aliam Domini prouisionem, vt decla-
10 rat *Gratian. discept. 329. nu. 13. Pau-
lus de Castr. in l. qui proprio §. si duo-
bus ff. de Procurat. Rot. coram S. M.
Greg. decis. 75. n. 1. & in rec. decis. 68.
nu. 1. p. 2. & decis. 391. nu. 31. tom. 2.
p. 4. & decis. 26. nu. 3. p. 5.* in contra-
rium nihil recta ratione obesse potest,
11 nedum ex iuribus allegatis, sed etiam
ex innumeris, quæ inueherentur ab-
surdis; Primò enim daretur actio, &
passio eiusdem de eodem, reclamante
omnium DD. cœtu *ad l. planè §. si
duobus l. qui filiabus in fin. l. legatum
§. 1. ff. de leg. 1. Peregr. de fideic. art. 7.
num. 20.*

Sequerentur etiam circuitus ina-
nes, quia Procurator exactus posset
exigentem exigere, & rursus alter al-
12 terum in infinitum. Quod quidem
iura abhorrent *Clem. Auditor de re-
script. l. in rem suam, & ibi glos. ff. de
compensat. l. cum fundus §. seruum ff.
de reb. cred. Natt. cons. 133. nu. 9. Rot.
in Rom. fructuum dotis 7. Februarij
1659. §. vlt. coram bo. me. Verospio, &
coram eodem in Rom. cambij 23. Mar-
tij 1661. & p. 1. rec. decis. 770. nu. 1.*
Aliud etiam admitteretur inconue-
niens, & ex his plura alia, & maxima:
13 essetq; mutua causalitas, actio eiusdẽ
in se ipsum, & sexcenta alia, quæ enu-
merat *Amicus tract. 14. q. 3. art. 3. nu.
19. & Hurtad. in phys. disp. 8. sect. 8.*

Nec etiam aduersari videtur doc-
14 trina Odofredi *in dicta l. qui proprio
§. 1. si duobus, Federici de Senis, &
aliorum subscribentium in cons. 124.
quod & sequitur Card. Tusch. L. P.
conclus. 832.* quia rationes non mili-
tant in casu. Non enim infertur, si
dicatur: potest vnus Procurator inso-
15 lidum altero inuito petere ab extra-
neo, ergo potest petere ab eodem Cõ-
procuratore; etenim potest vtiq; pe-
tere ab extraneo, quia ad id fuit ex-
pressè constitutus; sed neutiquam à
consocio, quia neque per excogitatio-
nem fuit dictum: & sic videmus *in
dicto cons.* 124. illationem, medium
autem connecti non videmus: & in
isto casu nulla maior apparet ratio, cur
teneatur soluere socio, quam sibi ipsi,

16 quatenus administrator sit,& debitor.
Clarissimè innuit *I.C. in dicta l. itaq; ff. de procurat. & comprobat Cyriac. controu.139.nu.9.*

Minùs etiam subsistit altera ratio
in subsidium prioris adducta *in dicto*
17 *cons.*124. quod scilicet per actum inchoationis, seù exercitij vnius Procuratoris, alius fiat agenti extraneus;hoc enim debet intelligi in actu primo, ne vno agente alter impediat,vel contra-
18 dicat, vt à simili de Iudicibus ad idem constitutis dixit *Bonif. in c. cùm plures de off. & pot. deleg.* Non verò in actu secundo, in quo exercitium,& actus primus fuit per exactionem,& receptionem consummatus, alioquin daretur circuitus, si vnus posset alium cogere,quia vno inchoante alius semper euaderet respectiuè extraneus,& exactio esset in continua colluctatione, quod sanè facta inductione in omnibus proportionabilibus patet, &
19 præcipuè in Iudicibus, quorum vnus alterum non cogit, *l. nam Magistratus ff. de recept. Arbitr. Innoc. in c. prudentiam extr. de off. deleg. dixitq; Bart. in dicta l. qui proprio §. si duobus nu.3.*

Item in Tutoribus, & Curatoribus, qui ab alijs, quàm à se ipsis exi-
20 gere habent, hærede vniuersali viuente, vt scripsit *Gratian. in dicta discept. 329. nu.13.*

Quæ quidem, aut his similia dicenda fore putarem, nè tantorum virorum dicta iuribus,quæ allegant cui-
21 dentissimè aduersentur, vel immeritò recitatis obruantur absurdis, vt optimè *Surd. cons.388. nu.30. & arguitur ex l. si pro pœna ff. de verb. signif.*
22 Clari enim iuris est DD. rationes esse intelligendas secundum iura, quæ allegant *Tex. in c. qualiter, & quando de accusat. Bart. in l. non solum §. si liberationis verba ff. de liberatione leg. Socin. cons. 63. nu.9. vers. dicta enim DD. lib.1. Rot. in Rom. seù Ianuen. 4. dot.27. Aprilis 1643. coram Ghisl. §. nec obstat vers. intelligendus est.*

Reliquum esset, quod & fuit alterum positi assumpti membrum demonstrare, quam magna sit æquitas, quæ fauet bono iuri nostri principalis,& ex aduerso manifestat dolum dicti Capitanei; sed quia factum ipsum perorat, & ex eiusdem litteris conuincitur, quod voluerit de bonis exactis disponere, secùs ac esset voluntas Domini, consultò abstineo à pluribus.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

F*Ideicommissum, ex quibus arguatur perpetuum. Prohibitio alienationis iniuncta vocatis an, & quando protrahatur ad non expressos in dispositiua. Prælegatum factum filijs venit in restitutione fideicommissi, quando fuit granata portio vniuscuiusq; hæredis fideicommissarij.*

SVMMARIVM.

1 Testatoris clara voluntas prævalet ratiocinijs, & habenda est pro lege.
2 Verba *semper, & quandocumque* important perpetuitatem fideicommissi.
3 Et apposita in fideicommisso non verificantur, nisi omnes successiuè sint substituti, & vltimo restituere grauati.
4 Voluntas Testatoris illuditur, dum protendi impeditur, ad quos vocauit.
5 Conseruatio bonorum in familia est ratio perpetuitatis fideicommissi.
6 Perpetuitas fideicommissi suadetur etiam ex prohibitione Trebellianicæ.
7 Probatur etiam ex prohibita alienatione cum pœnæ comminatione.
8 Prohibitio alienationis indicta nominatis, quando extendatur ad innominatos.
9 Verba *modo quo supra* sunt repetitiua omnium antecedentium.
10 Conditio *si sine filijs* deficit existentibus liberis, & substitutiones euanescunt.

11 Con-

11 Conditionis primæ defectu non expirat fideicommissum, quando conditio pendet ab alio euentu.
12 Maximè quando substitutiones factæ fuerunt per vulgarem, & fideicommissariam.
13 Voluntas Testatoris si est aperta recedendum est à iuris regula.
14 Legati, & hæreditatis diuersus est titulus.
15 Verbum *portio* est terminus vniuersalis, plura complectens.
16 Portione grauata intelligitur omne id grauatum, quod prouenit tàm ex prælegato, quàm ex institutione hæreditaria.
17 Maximè si prælegatum fiat per modum diuisionis, & contineat substantiam hæreditatis.

RATIOCINIVM XLIV.

ROMANA FIDEICOMMISSI.



X Testamento olim D.
Hieronymi Senioris de
duobus contigit dubi-
tare; num scilicet fidei-
commissum in eo insti-
tutum esset perpetuum; & an præle-
gata certarum rerum facta filijs com-
prehenderentur sub eadem fideicom-
missi dispositione. Vni, & alteri hu-
manissimè iussus pro veritate respon-
dere puto affirmatiuè rescribendum.

Motus, quantum attinet ad perpe-
tuitatem fideicommissi ex pluribus,
sed potissimum ex apertissimis ipsius-
met testamenti verbis, quæ ità volun-
tatem defuncti ad oculos ostendunt,
vt cuicumque alij rationabili demon-
1 strationi præferri debeant *Iudicio Rot.*
p.1.rec.decis.319. num.2. & in Rom.
fideicom. de Zefiris 4. Iulij 1646. §.
quod omnes in fin.coram bo.me.Bichio.
& habenda est pro lege *ad Rot. coram*
Reuerendiss.Decano in Neapolit. hæ-
redit. 30. Ianuarij 1660. quæ est hic
decis.12.nu.13.

Verba autem sunt hæc: *semper, &*
quandocumque, quæ denotant perpe-
2 tuitatem, & absolutè, indeterminatèq;
prolata, absolutè quocumq; tempore
accipi debent, ita quod suum non sor-
tiantur effectum, nisi omnes sint suc-
3 cessiuè substituti, & vltimo restitue re
grauati, prout de verbo *semper* dixit
Bald.in l.ab eo n.8. C. de fideicomm. l.
1.ff.sol.matr.l.semper in Ciuitate ff.de
iur.immu. Paris. cons.90. num.42.&
cons.92.n.43.lib.2. Barbos.cum ibi ci-
tatis dict. 361. nu.4. Rot. coram Coc-
cin.decis.267. n.15. & coram Zarate
in Rom.fideic.14.Iunij 1652. §. quod
eo magis; & de vtroq; respondit post
Giouagnon.cons.36.nu.45.& 55. lib.
2.eadem Rot.coram Seraph.decis.934.
nu.8.& parte 4.diuers. decis.492.nu.
1.vers.sumpta doctrina,& p.4.t.2.rec.
decis.336.nu.15. Aliàs illuderetur in-
4 debitè Testatoris voluntas, si ad quos
successiuè vocauit, protendi nequiret
Cephal.cons.426.nu.26.& seq. Surd.
cons.96.nu.34.Rot.decis.296.nu.15.
p.5.& decis.248.n.9.& seqq.p.7.rec.

Secundò ex causa conseruandi bo-
5 na in familia, quam veluti finalem, &
principaliter impellentem protestatur
Testator in fine dicti sui supremi elo-
gij, ibi *declarans mentem ipsius Testa-*
toris esse principaliter prouidere, vt bo-
na sua prædicta conseruarentur in eius
familia modo quo supra, & propterea
consequens est, vt fideicommissum
restituatur successiuè vocatis ad effe-
ctum seruandorum bonorum in fami-
lia, vt acceptissimum esse tradidit *Dec.*
cons.270. nu.1.vers. secunda conditio
Curt. Iun. cons.113.nu.4.Paris.cons.
66.nu.50.Grat.resp.106. nu.48.vol.
2.Surd. cons.344.n.10.& seqq. Me-
noch.cons.1017.num.1. vol.11.& de
præsumpt.præsumpt.76.latè Rustic.in
tract. an & quando liberi &c. lib.1.c.
2.nu.1.& seqq.Mantic.de coniect.lib.
2.tit.

2.*tit.*3.*nu.*3.*vers.quidquid Fusar.qu.* 44.*nu.*25.*Guidop.decis.*184. *num.*5. *Boer.decis.*155.*n.*25.*& seq.Thesaur. decis.* 96. *nu.* 21: *& seqq. Rot. coram Seraph.decis.*956.*nu.*6.

6 Tertiò ex prohibitione ne detraheretur Trebellianica; tunc enim intelligitur fideicommissum repetitum de vno in alium *Menoch. cons.* 117. *nu.* 21. *Bursat.cons.*227.*nu.*22.*affirmans de communi Rustic.in l. cum auus lib.* 4.*c.*2.*nu.*49.*cum alijs innumeris,quos pleno calamo effundit Fusar. de subst.t.q.*480.*nu.*78.

7 Quartò ex interdicta bonorũ alienatione sub pœnis seorsim comminatis, & per modum principalis dispositionis. Certi enim iuris est, quod tunc verbum dispositiuum inducit fideicõmissum in casum mortis, ita vt vnus alteri gradatim restituere sit grauatus *Bald.cons.*57.*n.*4.*lib.*2.*Soc.Sen. cons.* 227.*col.*4.*in primo casu lib.*2.*& cons.* 43.*nu.*5.*lib.*3.*Curt.Iun.cons.*114.*n.* 18.*& cons.*143.*n.*9.*in fin.& seq.* vbi etiam testatur doctrinam esse penès omnes absque contradictione, quos sequitur *Fusar.de substit. quæst.*688. *nu.* 30. *& seqq. adde Pereg.de fideic. art.*14. *à nu.* 3. *per sequentes, & Rot. coram Caualer.decis.*34.*nu.*7.*& optimè omnium eamdem Rot. coram Eminentiss.Otthob.decis.*113.*n.*16.*& seq.*

Non refragante, quod prohibitio
8 alienationis indicta nominatim primis vocatis, quatenus est signum infallibile fideicommissi, tale fideicommissum non importet ad fauorem eorum, ad quos ipsa expresse non extenditur; quia respondetur, quod cum in successiuè vocatis sit eadem prorsus ratio conseruationis bonorum in familia, propterquam fuit facta prohibitio, ad hos etiam eodem modo extendi videtur, vt dixit *Fusar. quæst.* 679.*n.*13. *& seqq.* ponderando præ-
9 sertim verba *modo quo supra* in declaratiua Testatoris prolata.

Quę cum habeant vim verbalis repetitionis operantur, vt omnes conditiones factæ in prima dispositione denuo sint in secunda de verbo ad verbum expressæ, vt dixit *Rot. decis.* 40.*n.*10. *p.*5. *rec.* & sic repetunt dictã prohibitionem ad reliquos vocatos *Fusar.dicta quæst.*689.*nu.*16.

Nec aduersari visum fuit, quod per superexistentiam filiorum ex pri-
10 mis vocatis conditio defecerit, & cõsequenter reliquæ substitutiones euanuerint iuxta celebrem Doctrinam *Oldrad.cons.*21.*quem sequuta est passim Rot. & signanter in Perusina fideic.coram Priolo* 26. *Ian.* 1660. *quæ est hic decis.*10.*n.*17.*&* 18.quia cum substitutio filiarum non se teneat tantum ex conditione *si sine filijs*, sed etiã ex conditione decedentiæ sine liberis, adiecta filijs filiorum testatoris, ibi, *& si nullus ex masculis superesset, vel superesset, & postea quandocumque decederet sine alijs filijs &c.*

11 Hinc est, quod per defectum primæ conditionis expirare nequit fideicommissum, cuius purificatio ex alterius pendet conditionis euentu: sic docuit *Decian.cons.*84.*nu.*3.*per seqq. vsque ad* 13. *& illinc vsq; ad* 26. *& signanter antè nu.* 11. *ibi sed conditio fuit apposita non tantum si filij decessetrint, sed & si omnes filij &c.Peregr.de fideicom.art.*29.*nu.*41. *Fusar. de substit.q.*480.*n.*68.

12 Maximè si attendatur, quod per vul-

vulgarem, & fideicommissariam factę fuerint substitutiones, vt ad hoc inferendo ex pluribus ponderauit dictus *Peregr.art.18.n.5.& 6.*

Et ex his concludo supradictum fideicommissum ad Alexandrum ex nepte Testatoris filium porrigi, & à regula recedendum quando, vt hic, in
13 aperto est Testatoris voluntas, vt dixit *Rot. corā bo.me. Panzirolo in Rom. fideic. de alicornis 16. Maij 1639. §. ex Io: Bapt. in fin. & corā Eminentiss. Otthobono decis.113.n.9.& p. rec. decis.361.nu.13.*

Quò ad aliam autem dubitandi rationem minus difficultatis in proposito casu mihi inesse videtur, & propterea prælegata fuisse comprehensa in fideicommisso vniuersali ex eo asserendum, quod non fuit dictum per Testatorem, *& vter eorum decedat sine liberis alteri restituat suam portionem hæreditariam*, tunc etiam per illud adiectiuum, *hæreditariam*, satis indicasset testator, quenam bona venirent
14 in fideicommisso, cùm legati, & hæreditatis diuersus sit titulus, vt loquitur *Tex. in l. quoties C. de hered. instit.* sed fuit simpliciter dictum *in cuiuscumque eorum portione substituo*, vbi cum *ly* portio, sit terminus generalis
15 aptus de sui natura conuenire, tùm prælegatis, tùm etiam institutioni vniuersali, indè est quod grauata portione intelligitur grauatū omne id, quod
16 ex quocumque titulo pertingat; *Tex. est apertissimus in l. Marcellus, §. quidam liberis ff. ad Trebell.* quem sic distinguentem; sequitur in his terminis *Curt. Iun. cons. 13. à n. 3. & per seqq. Cephal. cons. 634. n. 34. lib. 5. & Peregr. de fideicom. art. 3. num. 44.* & à contrario sensu tenuit *Rot. in Rom. fideic. 23. Febr. coram Reuerendiss. Saia, quæ est hic decis. 19. nu. 1.* vbi contrarium defendit, si à fideicommisso excepta fuissent prælegata.

Quod sanè ab omni prorsus difficultate alienum esse videbitur, si vltimò consideretur versari in prælegatis factis per modum diuisionis, & in qui-
17 bus tota sistit hæreditatis vis, & substantia; ita *Dec. cons. 253. col. 2. vers. & vlterius*, vbi de cōmuni, *& Ruin. cons. 110. nu. 8. lib. 2.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

M*Anutentio cui danda. Quando desinat esse manutenibilis. Hæres fideicommissarius agens contra tertium remed. l. fin. quid probare debeat. Simulatio probatur per coniecturas. Quæ sint? Constitutum in quibus casibus inutile sit. An, & quæ exceptiones aliæ respicientes Petitorium releuet in possessorio.*

SVMMARIVM.

1 Manutentio danda est possidenti cum titulo.
2 In manutentione præfertur, qui habet titulum antiquiorem.
3 Manutenibilis non est possessio, quæ caret titulo.
4 Hæres fideicommissarius agens *ex l. fin.* contra tertium, quid probet.
5 Nulla consequentia sequitur ex insubsistenti principio.
6 Simulatio est difficilis probationis, & probatur ex coniecturis.
7 Coniecturæ legales faciunt probationem euidentissimam.
8 Simulatio probatur ex causa simulandi, quæ dicitur fraus legis.
9 Simulationis causa non est alleganda, quando clarè constat de simulatione.
10 Possessio venditoris post venditionem est coniectura simulationis.
11 Et hæc appellatur potentissima coniectura.
12 Non est credibile placuisse emptori, venditorem vti re, & pretio.
13 Simulatio inducitur si venditor rem venditam alteri locet, & pensiones exigat emptore earum apocas scribente pro venditore.
14 Simulatio probatur ex confessione emptoris.

15 Sim-

15 Simulatio probatur per vnicum testem de auditu.
16 Probatur etiam ex confessione iutata ipsius venditoris in articulo mortis.
17 Nemo præsumitur velle in mendacio decedere.
18 Confessio Auctoria obest successori.
19 Recognitio scripturæ non est necessaria, si producatur in actis parte citata, & non opponente.
20 Simulatio probatur ex affectione venditoris ad rem venditam.
21 Simulatio probatur etiam ex qualitate contrahentium.
22 Mulier facilè decipi potest.
23 Simulatio probatur ex qualitate contrahentis assueti simulare.
24 Simulatio præsumitur inter sanguine iunctos.
25 Constitutum non prodest constitutario, nisi probetur possessio constituentis.
26 Non operatur quando vendens remanet in possessione.
27 Possessio præsumitur ex prima causa, dùm de noua non apparet.
28 Contractus rerum non perficiuntur, nisi sequuta corporali traditione.
29 Constitutum repugnat venditioni quatenus res tradatur.
30 Constitutum corruit si inualida sit causa, cui inhæret.
31 Non operatur, nisi iusta causa præcedat.
32 Simulatio non vulnerat Instrumentum, sed fictam dispositionem pingit pro vera.
33 Simulatio quandonam ex leuibus, & paucioribus coniecturis probetur?
34 Exceptiones respicientes petitorium nequeunt allegari in possessorio.
35 Exceptio Dominij incontinenti probanda admittitur etiam in possessorio.
36 Maximè si iam probata remaneat, & pars aduersa passa fuerit.
37 Exceptio nullitatis instrumenti incontinenti probata attenditur in iudicio manutentionis.
38 Titulo allegato eiusdem qualitas examinari debet ad dignoscendam qualitatem possessionis.
39 Exceptio, quæ oritur ex illo fonte, vndè orta est actio, numquam reijcitur.
40 Mandatum de immittendo relaxari non potest in præiudicium tertij legitimè possidentis, & cum titulo antiquiori.
41 Sententia lata non purgatis attentatis est nulla.
42 Pro purgatione attentatorum debet concedi mandatum exequutiuum.

RATIOCINIVM XLV.

ROMANA DOMVS.



Vitiosa est possessio RR. Monialium S. Vrbani, vtpotè quę allegato caret titulo; igitur manutenenda est in possessione domus, de qua agitur D. Plau-
1 tilla de Caffarellis principalis nostra, quæ cum possessione probata titulum habet validissimum. *Tex. in c. licet causa de probat. in verbis ibi, maximè cum ijdem Frauentini &c. Menoch. de retin. remed. 3. n. 738. Thesaur. decis. 206. à n. 1. per seqq. & signanter in fin. Rot. decis. 595. nu. 2. p. 1. diuers. & decis. 460. n. 5. p. 3. & decis. 29. n. 11. p. 5. rec. Adden. ad S. M. Greg. decis. 323. nu. 4. & seqq.*

Nullatenus obstante asserta Mo-
2 nialium possessione; tum quia posthabenda est in concursu habentis titulum antiquiorem, & iustiorem: vt tradit *Post. de manut. obser. 71. n. 112. & 113. docuitq; Rot. post eumdem decis. 78. nu. 7. decis. 493. nu. 5. & decis. 655. nu. 2.* tum etiam quia desijt esse manutenibilis, ex quo fuit colorata ti-
3 tulo insubsistenti, vt nouissimè dixit *Rot. coram Reuerendiss. Cerro in Rom. subhast. de Alexijs die 27. Iunij 1650 & coram Eminentiss. D. Celso in Mediolanen. beneficiorum die 17. Nouembris 1651. §. fin. & die 10. Februarij 1659.* prout etiam non videtur satis esse hæredi fideicommissario agenti *ex remed. l. fin.* si probet dum-
4 taxat authoris possessionem: quia non sistimus in hoc solum, quod teneatur probare ius defuncti, & tunc potissimum, quando intentat iudicium contra tertium, causam aliundè habentem, quàm ex persona dicti defuncti, vt scribit *Gratian. discept. for. c. 215. nu. 10.* sed vlteriùs quoque progredimur, constanter asserendo prætensam Monialium possessionem non fuisse probatam: Immò nec posse probari, cum semper præstiterit penes qu. D. Mariam dictæ domus dominam, & post eius obitum in eius hæredes iure

ſtitatis,tam ex Iudicis Decreto,quam ex Statuti diſpoſitione fuiſſe continuatam.

At quoniam titulatam oſtentare poſſeſſionem gaudent Aduerſarij,duplicem produnt titulum: alterum emptionis dictæ domus à dicta q.D.Maria per D. Laurentium Dalmaſtium anno 1614.alterum donationis poſtmodum factę D.Bernardinę Romandiolæ Monialium auctrici per eumdem D.Laurentium eius virum;vtrũque aſſero inefficacem eſſe,ac nullum; quia nulla eſt, & ſimulata prædicta venditio,à qua pendet donatio. Nulla enim conſequẽtia poteſt eſſe legitima,
5 ex illegitimo principio,*argum.l.fin.C. de natur.liber.Alex.conſ.174. lib.5.*

Huiuſmodi autem venditionis ſimulatio cum ſui natura ſit difficilis
6 probationis,& coniecturis probetur *l.non omnes §.à barbaris ff. de re milit. gloſ.circa fin.in l.1.ff. de pact. & in l. qui ex liberis in princ.ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tabul. Cyn. in l. 1. C. ad l. Cornel. de Sicar. & alij, quos ſequitur Paul.de Caſtr.conſ.75.n.2.vol.2.* ideo ſeqq.præſumptionibus ad cauſam demonſtrabitur, quandoquidem probatio, quæ fit per coniecturas legales
7 habetur pro euidentiſſima *l.ſi Tutor. C. de peric. tut. l.licet Imperator ff. de leg.1.l.ſeruus plurium §.fin. ff. eodem Cepoll. in tract. de ſimulat. præſumpt. 26.nu.86.& paſſim DD.*

8 Et primò ex cauſa ſimulandi; quia cum D. Maria donare vellet prænunciatam domum D. Romandiolæ eius conſobrinæ, timens nè Iudex in cauſę cognitione ſuum interponeret Decretum,huiuſmodi adhibuit cautelam,vt legem impunè fraudaret *Fontanell. deciſ. 179. num.15.* licet non ſit allegãda, quando clarè conſtat de ſimu-
9 latione *Adden.ad Magon.Lucen.deciſ. 25.L.A.Gratian.diſcept.c.600.n.19 Adden. ad Ludouiſ. deciſ.157. L.D. in fin.* vel quando ſub figura vnius contractus alius ſimularetur. *Farinac. de falſit.quæſt.162.n.139.*

Secundò probatur ex poſſeſſione, in qua vſque ad obitum, & per annos 13 permanſit dicta D. Maria poſt aſ-
10 ſertum venditionis contractum *l. ſicut §.ſuperuacuum, & ibi gloſ. in V. obijcere ff.quib.mod.pign.vel hypoth. l. poſt contractum ff. de donat. Honded. conſ.46.n. 24.* quam potentiſſimam
11 appellat coniecturam *Caſtill.deciſ.89 n.20.tit.1.* cui addo *Surd.deciſ.34. nu. 4.Rot.coram Martin.Andr.deciſ.109 nu. 10.* eaque eſt ratio; quia non videtur credibile placuiſſe emptori domum in bonis venditricis remanere,
12 eamq; re vti, & pretio. *Tex. in l. ſi quis, & ibi Gloſ. referens concordantes in V. alienauerint C. de natur. lib. Corn. conſ.135. nu.31. verſ. quia non eſt veriſimile Maſcar.de probat. concl. 439.nu.3.*

Tertiò probatur ex locationibus,
13 & penſionum exactionibus habitis per dictam D. Mariam, præſente etiã dicto Laurentio, & conficiente nomine eiuſdem Mariæ Apocas receptionum ad fauorem Inquilinorum, per ea, quæ in propoſito notant *Honded.conſ.46.nu.24.lib.1.& conſ.33. n.14.lib.2.Corn.conſ.135.col.5. verſ. concurrit lib.1.Pariſ.conſ.54.n.77.& conſ.55.nu.56.lib.1.& conſ.82.n.41. lib.3.Maſcard. de probat.concl.815. nu.48.Carroc.de loc.& conduct.tit.de vſur.q.3.n.36.*

14 Quartò probatur validissimè ex
cōfessione dicti Laurentij asserti emp-
toris, qui recognoscendo bonam fi-
dem in quadam minuta, propria ma-
nu exarata declarauit, venditionem
non habuisse effectum, nec fuisse ve-
15 ram *Bald. conf. 298. num. 3. versic.*
modo venio lib. 3. vbi ait sufficienter
probari simulationem per vnicum te-
stem de auditu, quod repetit *cons.*
299. nu. 1. vers. item dicta simulatio
lib. 3. & cons. 431. vers. aut posses-
sio lib. 5. Decian. cons. 62. num. 51.
lib. 3. Tiraquel. de retract. consang. §.
1. Glos. 24. num. 55. Rot. diuers. p.
1. decis. 806. num. 8. & seqq. coram
Buratt. decis. 99. num. 5. & coram
Comit. decis. 86. num. 8.
16 Concurrente etiam iurata confes-
sione dictæ Mariæ disponentis in vlti-
mo suæ vitæ elogio de dicta Domo,
quam asseruit esse suam *Tusch. concl.*
261. n. 16. & faciunt tradita per *An-*
gel. cons. 106. vers. non obstat. Et huius
assertioni fides est adhibenda, cùm
17 nemo præsumatur velle in mendacio
decedere *Vrsell. concl. 87. n. 107. Rot.*
in collect. decis. 1790. p. 5. & Rot. p. 7.
rec. decis. 58. nu. 20.
Neque hic dicatur Laurentij con-
fessio obesse non posse donatariæ,
18 quia ex *Rot. coram Seraph. decis. 553.*
n. 2. & 3. & in Tiburtina Castrorum
coram Reuerendiss. Beuilaqua. 16. Fe-
bruarij 1660. quæ est hic decis. 15. n. 3.
contrarium habetur, & probare tradi-
tur, nedum contra confitentem, sed
etiam contra eius successorem.
Defectus verò recognitionis dictæ
19 minutæ ex aduerso allegatus obstare
nequit, quo minus vim faciat.
Quia cum fuerit in actis producta,
parte citata, & non opponente perin-
de est, ac si fuerit. sen. ser. recognita,
plenamq; fidem meretur, quamuis es-
set transumpta *Post. de manut. obseru.*
99. nu. 1. & 2. Rot. coram Burat. decis.
664. nu. 2. & 3. p. 3. rec. & fuit dictum
in *Astoricen. seù nullius iurisdict. 19.*
Iunij 1654. coram Reuerendiss. Cerro
in fin.
20 Quintò demùm probatur simula-
tio non solùm ex qualitate rei in con-
tractum deductæ, quæ quando verè
sit vendenti vtilitate, & affectu carior,
præsumptionem auget fictionis, vt
scripserunt *Farinac. tract. de falsit. &*
simulat. q. 162. nu. 201. Tusch. concl.
21 *260. n. 24.* sed etiam ex qualitate cō-
trahentium, mulieris scilicet, facilè
deceptibilis, vt dixit *Cyriac. contr. 219.*
22 *nu. 27.* & dicti Laurentij magnoperè
colludere insueti, vt in facto per D.
causę patronum animaduertitur. *Tex.*
23 *est in c. illo vos de pignor. vbi glos. in*
V. consueuerit l. vel vniuersorum ff. de
pignor. act. l. quis omisse §. 1. ff. de vsur.
Rot. coram Comit. decis. 86. n. 14.
24 Considerata maximè contrahen-
tium consanguinitate, vt ponderant
Gratian. discept. c. 255. n. 7. & Tiraq.
de retract. consang. limit. 9. n. 8.
Non obstat constitutum, siuè affe-
ratur ad inducendam possessionem ad
fauorem dicti Laurentij, & per conse-
quens donatariæ eiusq; successorum,
siuè ad minuendam præsumptionem
ex possessione dictæ Mariæ, superiùs
firmatam, quia in donatione nō pro-
25 dest, nisi probetur rem donatam fuis-
se à donante possessam *Rot. penes Post.*
de manut. decis. 300. n. 27. & in ven-
26 ditione nihil etiam operatur, quando
vendens remanet in possessione. *Rot.*

*coram Caualer.decis.*503.*nu.*1. *Posth. de manut.obser.*20.*nu.*23.& ratio est, quia veritas præualet fictioni *Tusch. l.*5.*concl.*260.*n.*17.*Crauet.cons.*156. *nu.* 10. & cum non appareat, ex quanam noua causa venditrix possideat
27 præsumitur ex prima semper possidere *Mascard.de probat.concl.*439. *n.* 36. estque iuris tritissimi contractus
28 rerum non perfici, nisi sequuta corporali traditione,*l.vnica C.de suffrag. Bart. in l. post contractum col.*2. *ff. de donat. Bald. in l.* 1. *C. de donat. antè nupt.Tiraq.de iur.constit.p.*3. *limit.*9. *nu.*1.*&* 2.

Et huiusmodi constitutum contradicere in facto ipsimet venditionis in-
29 strumento dixit *Castren. cons.*465.*in princ.lib.*5. tituloque,cui inhæret corruente, ipsum quoque resolui *Tiraq.*
30 *p.*3.*limit.*7.*n.*15. *quem sequitur Rot. diuers.p.*1. *decis.* 549. *nu.* 5. cum nequeat operari, nisi iusta causa præce-
31 dat *Glos.in l.quod in eo in princ. ff. de acquir. possess. quam sequuntur Alex. cons.* 82. *lib.* 2. *& alij quos refert Tiraq.p.*3.*limit.*6.

Nec etiam militare videtur dispositio *l. optimam C. de contrah. & committen. stipulat. & l. exercendis C. de*
32 *fid.instrum.*quia non impugnatur instrumentum, neque eiusdem negatur confessio: sed defuisse dicitur animus verè agendi, quod fictè, & simulationis gratia fuit actum *Rot. Ianuen. de Mercat. decis.* 184. *per tot.* quemadmodum vrgentissimis probatum remanet coniecturis, & si leues, & pau-
33 ciores sufficerent *Crauet. cons.* 156. *n.*7.*lib.*1.*Paris.cons.*55.*nu.*73. *lib.*1. *Rot.Rom.coram Seraph.decis.*660.*nu.* 3.*& Ianuen.d.decis.*184.*n.*14.

34 Neque vltimò aduersatur, quod istæ exceptiones non iuris, & tituli simulatione infecti, respiciant Petitoriū,& consequenter allegari nequeant in possessorijs iudicijs, quoniam huic obiectioni duplicem damus responsionem. Et primò dicimus exceptio-
35 nem iuris, seu Dominij toties admitti, quoties incontinenter liquidari potest *Peregr.de fideicom.art.*48. *nu.*30. *Gratian.discept.*238. *nu.*2. quod validiùs locum sibi vindicat in casu no-
36 stro, quia prædictam exceptionem non liquidandam, sed liquidatam offerimus,passis etiam aduersarijs super hac disputari *Posth. de manut. obseru.* 42. *nu.* 140. & instrumenti nullitas
37 probata incontinenti deduci potest in iudicio manutentionis *Menoch. adipisc.remed.*4.*n.*730.*et.*732.*Rot.apud Posth.decis.*646.*n.*2.*Put. decis.*29.*n.* 7.*lib.*2.

Secundò respondetur, quod cum RR. Moniales in allegato titulo ius suum deduxerint, iure meritò debuit qualitas tituli examinari, vt hinc di-
38 gnosceretur qualitas possessionis, vt optimè dixit *Rot. in Alercen. Vicariæ* 26. *Iunij* 1654. *coram bo. me. Bichio, & in Rom.subhast. de Alexijs die* 27. *Maij* 1650. *corā Reuerendiss. Cerro,*
39 ex regula, quod numquam censetur exclusa exceptio, quæ promanat ex illo fonte,vndè oritur actio.*Rom.cons.* 244. *num.*5. *circa fin. & cons.*472.*in princ.Graff.de except.cap.*13.*n.*1.*et* 2.

Ex quibus omnibus hucùsque deductis liquidò constat de malo iure aduersariarum, nec non etiam de iniustitia sententiarum per RR. DD. meos Marescottum, & Rattam respectiuè latarum, quæ etiam vnico atta-

cto fundamento sunt nullitatis redarguendæ: & illa quidem Reuerendiss. D. Marescotti ex eo, quia non poterat ad fauorem Monialium relaxari mandatum de immittendo, quando obstabat possessio legitime cōtradictricis, titulum antiquiorem aliundè habentis,
40 quam ex persona, à qua ipsæ Moniales causam habent. *Gratian. discept.* 215. *nu.* 10. *Annot. ad Rot. coram Ludouis. decis.* 194. *nu.* 24. *Posth. de manut. obseru.* 71. *nu.* 112. *& seq. & eadem Rot. post eumdem decis.* 78. *nu.* 7. *& decis.* 493. *nu.* 5. *& decis.* 655. *n.* 2.
41 Altera verò Reuerendiss. D. Rattæ, quia sententiauit non purgatis attentatis; & tamen pro eorum purgatione mandata executiua debuisset
42 concedere *Rot. coram Ludouis. decis.* 465. *n.* 2. *&* 3. *& coram Seraph. decis.* 1176. *nu.* 9.

Quarè summo animo manutenenda est D. Plautilla, quæ mediatè ex persona dictæ D. Mariæ eius auctricis Dominij, & possessionis causam præsefert ineuertibilem, vt abundè satis in facto fuit ostensum &c.

Ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

IN societate non est illicita lucrorum inæqualitas, data capitalis inæqualitate. Potest etiam in societate certum lucrum taxari, quando incertitudo est in spe maioris vtilitatis. Spes futurorum quæstuum vendi potest. Pactum, quod totum lucrum prouenìens ex pecunia Titij in negotium data, soluatur ipsi Titio, valet. Validum etiam est pactum, quod vni ex socijs soluatur in pecunia, non autem in mercibus negotij. In societatibus tres possunt subintelligi à contrahentibus confici contractus, & qui? sufficit in contrahentibus intentio implicita, Bulla Sixti V. qualem socialem conuentionem damnet. Consuetudo Regionis quid operetur.

SVMMARIVM.

1 In societate si inæqualis sit sors pacisci potest de inæquali lucro.
2 Huiusmodi pactum est contrahentibus arbitrarium, data inæqualitate capitalium.
3 Iustitia est fundamentum omnium contractuum.
4 Inæqualitas est iuribus inimica.
5 Venditio lucri futuri cur sit rationabilis.
6 Iustitia non patitur parem tribui vtilitatem ei, qui imparem contulit pecuniam.
7 Certitudo lucri non prohibetur; maximè quando spes maior est in exitu.
8 Spes futurorum quæstuum vendi potest.
9 Mercatores præsumuntur valdè lucrari.
10 Pactum, quod totum lucretur Domino pecuniæ, valet.
11 Pactum certitudinis non valet, quando pecunia non exponitur risico dantis.
12 In contractibus bonæ fidei veniunt solum expressa, & omissa habentur pro omissis.
13 Imò non expressa intelliguntur reseruata iuris dispositioni.
14 Pactum, quod socio soluatur in pecunia, nō verò in mercibus, vel nominibus debitorum, valet.
15 In societate tres possunt celebrari contractus, si tamen intentio concurrat.
16 Et licet simultanei sint, seorsim tamē accipiūtur.
17 Et hi tres contractus sunt societatis, assecurationis, & venditionis.
18 Estq; sententia communis inter Theologos.
19 Adducitur ratio huius sententiæ.
20 Et habet etiam fundamentum in iure Ciuili.
21 Et est consona iuri Canonico.
22 Quando intentio potest esse implicita, de ea semper presumitur ad effectū validitatis actus.
23 Tres predicti cōtractus iustè cōficiuntur cū vnica persona, si dati, & recepti seruetur æqualitas.
24 Societas quandò transeat in mutuum.
25 Socius non potest vti pecunia, nisi in causam socialis mercimonij.
26 Assecurationis pactum idem operatur in deposito, & commodato, quod in societate.
27 Assecuratio transfert periculum pecuniæ in assecurantem, sed non abdicat omninò à Domino dominium pecuniæ, quando læditur ex eius vsu.
28 Ius Domini non tantum læditur ex damno, sed & etiam ex impedimento eiusdem libertatis.
29 Societas, in qua periculum Capitalis non est opponentis damnatur per Bullam Sixti V.
30 Intelligendum de societate simplici: non verò de societate implicitè continente assecurationem, & venditionem.
31 Consuetudo Regionis inducit in contrahentibus intentionem ad contractum licitum.
32 Et huiusmodi consuetudo est seruanda.
33 Estq; tantæ vis, vt faciat contractum vsurarium haberi pro non vsurario.

RATIO

RATIOCINIVM XLVI.

SAVONEN. SOCIETATIS.


Agnif. Thomas Guarne-
rius Nobilis Sauonensis
ex vna, & D. Vincenti-
tius Molinarius ex alte-
ra vnum, & alterum ini-
uerant societatis contractum, quorũ
primo pactum fuit adiectum, quod
dicto M. Thomæ super quantitate
inequaliter tantum collata solueren-
tur quinque pro 100. in anno; alteri
verò, quod salua principali sorte sex
pro centum super tota exposita da-
rentur, vel minus etiam, quandò-
quidem minus redderet negotium.
Vtrumque impugnat Molinarius eo
potissimum fundamento, quod pre-
dicta respectiuè pacta repugnent, illi-
cita sint, & contra substantiam con-
tractus: sed injuriâ prorsus dixerim;
quia validissima verè sunt, & omni
iure permissa.

Siquidem, quantum attinet ad pri-
mum, neque inæqualitas, neque con-
uenta lucrorum certitudo violare po-
1 test societatis leges. Non inæquali-
tas; quia data inæqualitate pecuniæ in
societatem erogatæ, non illicitum est
pacisci, etiam de inæquali lucrorum
diuisione. *Tex. est expressus in l. si
non fuerint, & in l. quid enim ff. pro
socio, §. sæpè il 2. & ibi Glos. & DD.
instit. de societ. c. nauiganti de vsur.*
vbi *bona Glos. in V. verisimiliter, &
Calder. n. 30. vers. verũtamen, Bald.
in l. 1. C. pro socio cum alijs congestis
per Onnatem de contract. disput. 100.
n. 83. lib. 3.* vbi ait quod varietas lucri
percipiendi eatenus in arbitrio socio-
2 rum est, quatenus pendet à diuersita-
te capitalium, quæ in societatem con-
feruntur, ideòq; sociorum pacta cir-
ca diuisionem lucrorum iusta sem-
per sunt iudicanda. His addo *Couarru.
Var. lib. 3. c. 2. nu. 3. vers. hinc primò,
Rot. coram Coccin. decis. 70. n. 1., &
corã Seraph. decis. 599. n. 5., & par. 3.
rec. decis. 536. n. 42. Molin. de primog.
Hispan. disput. 415. n. 2. & 5. Caiet.
2. secundæ q. 75. art. 2. Bonacin. de
contract. disput. 3. punc. 3. n. 3.* estque
in confesso apud omnes Diuini, & hu-
mani iuris DD.

Neque certitudo, dixi, quia si hec
aliquam diceret ad contractum socie-
tatis incompatibilitatem, ideò maxi-
mè esset, quia non seruaret æquali-
tatem, & sic aduersaretur iustitiæ, quæ
3 omnium cõtractuum debet esse fun-
damentum, *l. Iustitia ff. de Iust. & iur.
l. verum §. si cum tres ff. pro soc. Arist.
apud Diogen. lib. 5. & Eurip., Rot. p.
3. rec. decis. 380. n. 4. & par. 4. decis.
315. nu. 16.*, Iura enim hostiliter ab-
4 horrent inæqualitatem, vt pluribus
allegatis dictum fuit *in Bonon. fideic.
coram Dunoz. 13. Iunij 1652. §. nec
quidquam.*

Sed venditio lucri futuri, & non-
5 dum existentis rationabilis est, & iuri
consona; modò ea lege honestatis fiat
vt spes sui æstimatione ita sit de præ-
senti in pretio, vt nedum æquet quã-
titatem certi, & conuenti lucri, sed
etiam ratione ancipitis fortunę super-
excedat; *Io: Lopes de contract. c. 65.
cum alijs relatis per Rot. coram Coccin.
dict. decis. 70. nu. 4. & fuit dictum in
Ferrarien. coram b. m. Cardinali Mel-
lino 20. Decẽbris 1599. quæ est decis.
190. post. 1. vol. cons. Farin. nu. 5. ibi
aut sola assecuratio fructuum sit ex-
cessiua,*

cessiua, & non proportionabilis ad dubium lucri euentum.

Consequens est, vt fateamur certam prędicti lucri taxationē,quatenus & ratam respicit, quæ in maiori quātitate debebatur dicto Thomæ super sorte in plus collata, & incertitudinem redituum longè maiorum, qui ex pecuniæ implicatione prouenire poterant, iustitiæ expedire, seruare æqualitatem, magnamq; præseferre æquitatem.

6 Quod non esset, si secùs fieret, & qui imparem contulit sortem parem vellet vtilitatem *Gratian. c. 768. à n. 26. per seqq. & signanter n. 32. Bero. cons. 168. n. 19. & 20. lib. 1.*

Et ratio prædictorum esse potest:
7 quia honesti lucri certitudo non prohibetur de iure, maximè vbi incertæ fortunæ exitus ita sit expectabilis, vt pensare valeat pactum de certo lucro præstando *l. nam ad ea ff. de legib. l. oleo C. de vsur. l. Sancimus §. penult. C. de donat. Dec. cons. 111. n. 10. lib. 1. Anchar. cons. 402. n. 3. vers. quib. non obstantibus Oldrad. cons. 207. n. 5. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 7. n. 8. optimè Gratian. c. 256. à n. 8. per seqq. Castracan. de societ. offici. c. 4. n. 51. & aptissimè Rot. coram Cas. de Graff. decis. 1. n. 4. de vsur. & p. 2 diuers. decis. 71. n. 5.*

Nec recens est, quod spes futurorum quæstuum vendi possit, & in
8 contractum deduci *l. nec emptio ff. de contrah. emptione l. spem C. de donat. Bald. in l. fin. n. 3. vers. quædam est C. de pact. Peregr. de fideic. art. 23. n. 62. cum alijs quos refert & sequitur Rot. p. 2. rec. decis. 631. nu. 4. & p. 8. decis. 110. n. 29.*

Quod à fortiori euenit in terminis
9 præsentis societatis nō tantum ex generali præsumptione, qua communiter magnus censetur lucrorū euentus oriri mercatoribus *Soc. Sen. cons. 24. n. 41. lib. 1. Felin. de societ. c. 20. n. 12. & seq. quam sequitur Rot. decis. 215. n. 18. p. 6. rec.*, verum etiam in particulari iudicio, quod fieri potest à redditibus retroactæ negotiationis ratione eiusdem mercimonij, loci, & industriæ personæ.

Et in puncto validitatis pactorū, si *Tex. in l. Titius ff. de præscript. verb.* censuit honestum, & licitum illud, in
10 quod Titius cum Sempronio conuenerat, vt scilicet de redditibus pecuniæ in negotium traditæ soluerentur Fisco annua Titij debita, idq; quod superesset totū ipsi Titio tribueretur, nihil remanente Sempronio; quanto magis debet sāctificari istud, per quod Molinarius Guarnerj pecunia, nedū se locupletem effecit, septem tenus pro sua dimidia, demptis dictis quinque prò centum ratione praportionis omni iure debitæ dicto Guarnerio pecuniæ collatori; sed etiam plurimum commoditatis, & æstimationis cōparauit negotio, quod vti propriam artem, & professionem idem Molinarius exercebat.

Non obstat quod vbi rata prædebita, fuit numericè specificata, & nihil actum fuit de risico sortis princi-
11 palis, videatur animus itidem fuisse dicto Guarnerio obligandi Molinarium prò securitate capitalis, & sic intrare *Glos. in cap. plerique 14. q. 3.* vbi reprobatur pactum certitudinis, si pecunia non fuerit exposita dantis periculo.

Nam

Nam respondetur in huiusmodi
12 contractibus venire tantum expressa, & omissa pro omissis haberi *l. quidquid adstringendæ ff. de verb. oblig. l. si extraneus ff. de condit. ob caus. l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim. Surd. decis. 202. nu. 9. & 10. Rot. p. 1. rec. decis. 522. nu. 5.*

Imò non expressa intelliguntur semper reseruata dispositioni, pro vt
13 de iure *l. quod si nolit §. qui assidua ff. de ædilit. edict. ibi, ea enim, quæ sunt moris, & consuetudinis in bonæ fidei iudicijs debent venire, vbi glos. in verbo venire,* allegat concordantes.

Minus etiam aduersari videbatur, quod propterea ad præsentem contractum opponebatur, nimirum ex eo etiam societatem labefactari, ex quo sors, quæ dicitur in plus collata non extiterit in actuali pecunia; & vt dicitur in *contanti*, sed in mercibus præexistentibus, & in nominibus debitorum ex priori societate causatis; & propterea, quod super his fuerit conuentum interesse quinque in centum; nam respondetur, negando suppositionem facti; de mercibus enim, ac de nominibus debitorum ne verbum quidem fuit dictum, sed actum fuit, quod super libris 9066. quas præ alio socio Guarnerius contulerat, præstarentur quinq; pro centenario; Item nec referret, si valor dictarum librarum 9066. constaret potiùs mercibus, quam pecunia; quia prior societas finita erat, & calculis peractis Molinarius erat verus debitor librarũ 17500. quas dicto Guarnerio in actuali pecunia, non verò in mercibus, & nominibus debitorum soluere tenebatur ex stipulatu; estque,
14 de iure licita conuentio, quod soluatur in pecunia, non autem in mercibus, & nominibus debitorum *Felic. de societ. c. 39. num. 4. Leotar. de vsur quæst. 31. nu. 32.*

Cætera, quæ huic contractui obijciuntur iure prætereo, nam vel in facto non militant, vel iam doctissimè fuerunt diluta per Magnificum causæ Patronum.

Superest, vt secundum tanta, quam
15 fouet Iustitia propugnemus contractum: Ad cuius validitatis euidentiã præmitto omnes DD. tum Sacros, tum Prophanos in hoc vnum conuenire, quod in contractu societatis, modò intentio adsit, tres possint vna
16 ca virtute cumulari contractus; qui licet simultanei sint, & cùm eodem initi, eodemq; tempore, quatenus tamen correspectiuitas vtrimque interueniat, operantur, ac si cum diuersis agerentur, & diuerso tempore; Ideòque asserunt in huiusmodi contractu, in quo fuit conuentum, vt sors salua esset conferenti, eidemq; in fine anni quinque pro centum soluerentur, intelligi primò venire contractum societatis, in quo pecunia fuit collata
17 in commune negotium augenda; secundò contractum assecurationis, per quem aliquo iusto pretio dato, cautũ fiat capitale conferentis; tertio contractum venditionis, in quo socius ad euitandas molestias alteri socio vendat pro certo, & iusto pretio incertitudinem lucrorum, quæ tamen ita esse soleant, vt arbitrio prudentum longè maiora sint dicto pretio conuento; & propterea id, quod excedit interesse conuentum succedat in locum pretij, tum assecurationis capitalis,

talis, tum etiam certitudinis lucrorũ.
18 Et hanc sententiam vti iustam, ratio-
nabilem, & vbiq; terrarum maxima
honestate receptam profitentur com-
munem inter Theologos, docentque
*Nauarr. de contract. p. 34. per tot. Mo-
lin. de iust. & iur. tract. 3. disput. 417.
n. 7. & seqq. Couarru. lib. 3. variar. re-
solut. c. 2. n. 3. latè Less. de iust. & iur.
Tit. de contractu societ. dubit. 3. per
tot. doctissimè bo. me. Cardinalis Delugo
de iust. & iur. tit. de cõtract. societ. disp.
3. n. 44. Bonacin. de contract. disp. 3.
p. 3. punct. 1. per tot. Sot. de instit. &
iur. lib. 6. p. 6. art. 2. latè Dian. p. 1.
tract. de contract. resolut. 30. per tot.*
qui omnes mirabiliter eam propu-
19 gnant, obiectisque perabundè occur-
runt: & ratio fundamentalis est, quia
omnes isti contractus seorsim accepti
validè, & iustè celebrari possunt, vt
nemini de iure ignotum est.

20 Quod prius innuerat *Tex. in l. si
non fuerint ff. pro socio*, vbi pactum,
quod socius nullam damni partem
sentiret non valet, nisi in contractu
societatis: in quo alius assecurationis
scilicet, interuenire intelligitur.

Facit etiam *tex. in c. per vestras de-
21 donat. inter vir. & uxor. & ibi Ho-
stien. & DD.* vbi viro vergente ad
inopiam mandat S.P. dotem Merca-
tori tradi in negotium ad effectum,
quod *in tuto fit*, & ex fructibus indè
percipiendis onera sustineantur; nàm,
cum id tribui nequeat priuilegijs do-
tis, quæ licèt multa sint talia, tamen
esse non possunt, vt valeant contra-
ctum illicitum honestare, consequens
est, vt S.P. mens fuerit, quod dos im-
plicaretur, prout de iure.

Modò patet ad nostram quæstio-
nem: amotoq; æquiuocationis vela-
mine, iam incipit æquitas fulgere;
quia licet expressè contrahentes me-
dijs hisce contractibus inter se se non
pepegerint, cum tamen implicita suf-
ficiat intentio, vt præallegati vno ore
22 fatentur, de ea semper est præsumen-
dum ad effectum, quod actus valeat.
*l. quoties ff. de verb. oblig. l. si quando in
princ. ff. de leg. 1. Bonacin. de contract.
disput. 3. p. 3. punct. 11. num. 2. vers.
addo cum Nauarro.*

Nec refert, quod tres isti contra-
ctus fuerint celebrati per modũ vnius
cum eadem persona, eodem tempo-
re, & vnico contextu; quia non ideò
mutatur æqualitas, cum accedente
pretio socius meus illud idem mihi
23 præstare voluerit, quod ab alio eo-
dem pretio facilè obtinuissem; iustitia
enim contractus non variatur, si cum
diuersis potius, quàm cum eodem
agatur, modò in singulis dati, & ac-
cepti seruetur æqualitas, vt egregiè
ratiocinantur *Bonacin. dicta disput. 3
p. 3. punct. 11. n. 2. vers. tùm quia Co-
uarru. variar. lib. 3. c. 2. nu. 3. & 4. latè
Lopez. de contract. lib. 1. c. 65.*

Non obstat, quod translato in so-
cium pecuniæ dominio, vigore asse-
curationis videatur societas proprijs
24 legibus spoliari, & in mutuum tran-
sire, cum & socius aliò, quam in mer-
cimonium destinare non possit pecu-
niam, vel ea nullo modo vti: quæ vi-
25 dentur importare conditiones, sub
quibus præfati DD. recensitam ad-
struunt Doctrinam.

Nam respondetur illud idem in
societate euenire, quod per huiusmo-
26 di pactum contingeret in deposito,
vel commodato; licet enim per asse-
cura-

curationem dicatur translatum in aſſecurantem rei periculum; non ideò ſequitur quod Dominium omninò abdicatum fuerit, ità vt Dominus in ſuo iure læſus nequeat auocare pecuniam, ſi in diuerſum vſum conuerta-
28 tur, quia ius non tantum ex damno læditur, ſed etiam ex impedimento libertatis domini. Videatur hic plenè *Delugo de iuſt. & iur. tit. de ſociet. diſput. 3. n. 44.*

Nec demum aduerſari viſa eſt Bulla Sixti Pōtificis V. edita anno 1586., quæ incipit *Deteſtabilis auaritiæ &c.*
29 *eſtq; 45. Sixti T. 2. Bullarij*: vbi damnatur ſocietas, in qua periculum capitalis non eſt apponentis; Siquidem S. P. voluit ibi damnare dūtaxat ſimplicem ſocietatis cōtractum, per quem periculum ſortis nō debet obſtare, niſi penes conferentem, non
30 autem contractum ſocietatis, in quo implicitè ineſſent aſſecurationis, & venditionis contractus, quos cum liciti de iure communi per ſe ſint, nullo modo dicendus eſt voluiſſe prohibere, vt optimè *Bonacin. T. 2. de contract. diſput. 3. q. 3. punc. 11. num. 2. verſ. reſpondetur. n. Cardinalis Delugo T. 2. de ſociet. diſput. 30. nu. 37.*, & priùs dixerat *Rot. coram Coccin. deciſ. 70. in fin. & coram Mellin. in vna Ferrarien. ſocietatis 20. Decembris 1599. quæ eſt deciſ. 130. n. 9. & 10. inter impreſſ. poſt. 1. vol. conſ. Farinac.*

Accedat vltimò Regionis conſue-
31 tudo, & modus in ea contrahendi, de quo teſtatur *Scacc. de commerc. §. 3. gloſ. 3. n. 36.*, quiq; omninò ſeruā-
32 dus eſt *Onnate de contract. diſput. 127. n. 70. lib. 3. Crauet. conſ. 145. n. 12. verſ. quinto &c. lib. 1.* & conſuetudinis *vt inquit D. Cyprian. in ſerm.*
33 *Dom.* tanta eſt vis, vt faciat contractum vſurarium haberi pro non vſurario.

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

Renunciatio eſt ſtricti iuris; & afficit ſolum expreſſa. Non egreditur tempus definitum. Dominus vtili habet primariam obligationem ſoluendi canones. Inquilinus non præiudicat habentibus intereſſe in re conducta. Vſurarum materia eſt odioſa.

SVMMARIVM.

1 Renunciatio eſt ſtrictiſſimi iuris.
2 Non afficit, niſi expreſſa à contrahentibus, nec eorum egreditur intentionem.
3 Dictio *donec*, & *quouſque* tempus definit, & limitat.
4 Conceſſa ad tempus, eo tranſacto videntur prohibita.
5 Certitudo in ſe, vel per relationem ad aliud, par eſt.
6 Renunciatarius quando non repetat à renunciante ſolutum pro re cuius iuri renunciauit.
7 Canonis ſolutio ſpectat primò ad dominū vtilē
8 Canon datur in recognitionem dominij: non verò prò fructibus.
9 Inquilinus non poteſt deteriorare conditiones intereſſe habentium in re conducta.
10 Materia vſurarum eſt odibilis.
11 Et vbi agitur de vſuris omnis rigor eſt demulcendus erga alteram partem.
12 Obligatio cameralis non retardatur turbida exceptione.

RATIOCINIVM XLVII.

ROMANA MVTVI.



Illuſtriſs. Domine. Verſamur in materia renunciationis, quæ cum ſtrictiſſimi iuris ſit afficere nequit, niſi à contrahen-
1 tibus expreſſa, nec renunciantis egre-
2 ditur intentionem *Text. in l. ſi domus ff. de ſeruit. Vrban. præd. in l. emptor §. ancilla ff. de rei vindic. Decian. conſ.*

169. lib. 2. Cancer. var. part. 3. c. 15.
num. 237. Rot. coram Duran. decis.
268. num. 10. & decis. 385. num. 3.
& in rec. part. 1. decis. 471. num. 5.
p. 5. decis. 543. num. 29., & par. 6.
decis. 167. num. 21. & 22. & no-
uissime Cirochus discept. 74. num. 9.

Atque ideo, cum renunciatio facta
per D. Liuium nostrum principalem
ad fauorem D. Septimij Vrsini anno
1626. habuerit respectum ad certũ,
& determinatum temporis spatium,
vt quod intra dictum tempus sors, &
vsuræ debitę per D. Alexandrum fra-
trem dicti D. Liuij dicto D. Septimio
optimè compẽsari possent cum mer-
cede domus, eidem D. Septimio ad ha-
bitandum hac de causa concessæ, &
super qua dictus D. Liuius habebat
iura primi inuestiti, fuit sanè tempori
contermina, & limitata, vt patet ex
instrumento desuper confecto, &
potissimùm ex dictionibus in eo ap-
positis *donec, & quousque*, quæ de
3 sui natura tempus definiunt, & limi-
tant *Aret. in l. quod meo num. 11. ff.*
de acq. possess. Pacif. de salu. inspect.
4. c. 2. num. 217. Gratian. dict. 45.
num. 1. & seqq. Rot. in rec. p. 5. de-
cis. 308. num. 21. Intantum, vt ef-
fluxo tempore, per quod in præiudi-
cium D. Liuij potuerit habitatio vi-
4 deri concessa, de cætero intelligatur
prohibita, vt tradidit *Rot. coram Put.*
in antiq. edit. decis. 416. n. 2. lib. 1.

Quod autem huiusmodi renun-
ciatio fuerit in tempus certum colla-
ta, patet etiam ex eo quod expresso
pensioni annuæ pretio, & enunciata
sortis, ac vsurarum quantitate potuit
renuncians illicò precognoscere quo-
usque temporis teneretur præstare
patientiam, cum paria sint aliquid es-
se certum in se ipso, vel per relatio-
5 nem ad aliud *l. vbi autem §. illud ff.*
de verb. oblig. l. certum, & ibi DD.
ff. si cert. pet.

Quibus sic firmatis irreleuans om-
ninò esse videtur exceptio deducta ab
hæredibus dicti D. Septimij præten-
dentibus pensiones non soluere, nec
possessionem domus dimittere sub
prætextu, quod præter sortem, &
vsuras prædictas veniant etiam ex-
computandi canones per dictum D.
Septimium soluti, occasione dictæ
domus, & de tempore, quo inhabi-
tauit; eaque potissimùm est ratio,
quia nec dicto D. Septimio oriebatur
necessitas ex prædicto instrumento
soluendi assertos canones; nec vlla
pro parte dicti D. Liuij primi inuesti-
6 ti ad hæc videbatur facta renunciatio
ad fauorem dicti D. Alexandri debi-
toris dicti D. Septimij *argum. Textus*
in leg. fin. C. ad l. falcid. vbi Angel.
Bald., & cæteri scribentes & optimè
concludunt tradita *per Crauett. cons.*
748. num. 17. Decian. cons. 52. à n.
18. per sequent. & signanter nu. 23.
Butr. in c. accedentibus n. 8. de priuil.

Insuper certi quoque iuris est so-
7 lutionem canonum ad dominum vti-
lem primò spectare, cum non detur
8 canon prò fructibus, sed in recogni-
tionem dominij *Rot. decis. 699. nu.*
9 *1. p. 3. rec.* nec posse inquilinum dete-
riores interesse habentis reddere con-
ditiones, maximè vbi nulla concur-
rit correspectiuitas consentientis, &
renunciantis iuri proprio, sed appa-
ret eiusdem notabile præiudicium
l. debitorem C. de pignor. l. si de-
bitor §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hy-
pot.

pot.fol.Ol.de cess.tit.2.q.3.n.10. Carroc.de loc.et cōd.p.2.q.15.n.11.et seq.

Quæ licet nullam iuris patiantur
11 difficultatem, si quid tamen vigoris
obstaret, cum agatur de immoderatis
vsuris, & sic de materia valdè odibili *Clar. §. vsura num. 3. & 4.* me-
10 ritò esset ex equitate arcendus *l. placuit C. de iudic. l. si seruum §. sequitur ff. de verb. oblig. l. in summa §. item Varus ff. de aqua pluu. arcen.*

Cœterùm huiusmodi exceptio præsentis non est indaginis; quia cum D. Liuius anno 1658. prædictæ domus possessionem ceperit; & à filijs dicti D. Septimij fuerit in Dominum exceptus sub obligatione camerali soluendi pensiones, nequeunt modò dicti hæredes turbida hac, & iniusta prætensione effugere dictam cameralem obligationem, ac solutiones debitas retardare *Gallesf. de obligat. camer. qu. 17. nu. 2. Rot. coram Coccin. decis. 162. num. 1. & post Zacch. de oblig. camer. decis. 27. num. 1. decis. 36. num. pr. decis. 92. num. p. & decis. 155. num. 2. & ibi passim, eadem Rot. in Rauennaten. Pensionis coram Reuerendiss. Albergato 5. Iulij 1660. quæ est hic dec. 52. n. 1. & 12.*

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

PRO salario famulatus standum est conuentioni, in cuius defectum attenditur loci consuetudo. Quæ consuetudo præualeat in decisorijs. Commoditas addiscendi est pretio æstimabilis, ideoque rectè imputatur in mercedem.

SVMMARIVM.

1 Calumnia actoris non debet relinqui impunita.
2 Nouatio non præsumitur, sed requiritur expressa.
3 Contractus, & pacta in eo sunt seruanda.
4 Testes contractus, & mediatores, si summariè recepti plenè probant in causa summaria.
5 Fides viri eximij, & vitæ integerrimæ probat.
6 Confessio aduersarij superat omnem probationem, præcluditque omnia subterfugia, etiam si Testes in contrarium essent mille.
7 Consuetudo loci ostendit iustitiā conuentionis.
8 Consuetudo loci contractus in decisorijs attendi debet, quando de conuentione non cōstat.
9 Obseruantia præterita in eisdem contrahentibus adauget veritatem conuentionis.
10 Modus etiam tractandi famulum ostendit, quid fuerit actum pro salario.
11 Facultas studendi habet æstimationem salarij.
12 Idem dicendum de comparatione librorum, & aliorum.
13 Iudex prudens omnia ponderare debet.
14 Aulici in Curia Romana, quo modo pertractent famulos in salarijs.

RATIOCINIVM XLVIII.

ROMANA MERCEDIS.



Illustrissime Domine. Assurgit veritas vsquo modo mendacijs personata, & subtractis vi tēporis tegminibus, patet Aduersarij iniustissima calumnia, cui non modò quidquam debetur prætensi salarij, sed meritò refectionis damnorum, & expensarum pœna sta-
1 tuenda est, nè temeritas moti iudicij impunè recedat, & alij huiusmodi vexationis, atq; iniustitiæ sumant exemplum.

Conuentio enim habita inter D. Anhæmium de Nobilibus principalem nostrum, & Gothofredum de Frontinis aduersarium, dum ille ex precibus motus conduceret, iste locaret in Ciuitate Lucensi Seruitij operas omne, & quodcumque excludit salarium admittens solam victus, & vestitus retributionem; igitur dùm non constat de nouatione, de qua nunquā
2 præsumitur, nisi expresse fuerit dictū *l. fin. de nouat. Arias de Mega cum ibi relatis lib. 1. var. resol. c. 40. nu. 22. &*

lib.2.c.13.nu.2.& 7. Rot. coram Caual. decis. 124. cum alijs, & fuit dictum in Rom. fideic. de Rodulphis 4. Februarij 1656. coram R. P. D. Zarate, standum est contractui, & pactis
3 in eo *l.fin.& ibi Bald. C. de fals. cau. adiec. leg. Ias. cons.120. vers.6. facit lib.2. Afflict.decis.403.nu.5.*

Quod verò conuentio fuerit inita sub pacto prædicto constat primò ex testibus in partibus summariè receptis *summario n. 1.* qui dum versamur
4 in causa summaria, & deponunt vti testes contractus, & mediatores plenè probant *Rot. coram Verall. decis. 263. n.1.p.3. Mantic.decis.6.nu.10. & p.5.rec.decis.113.num.11.& fuit dictum in Rom. augumenti dotis 19. Aprilis 1660.coram Reuerendiss. Beuilaqua §. non obstat, quæ est inter hic impress.decis.31.num.1.*

Probatur etiam validissimè ex cōfessione eiusdem Aduersarij in Vrbe coram pluribus emissa, de quà extat fides D. Christophori Balduini, quę
5 plenissimè probat, cum sit à Viro Nobili, Sacerdote, Canonico, & vitæ integerrimę, vt testantur alij testes. *Gratian.discept.forens. cap.626.nu.7. & cap.749. à nu.1. vsque ad n.5. Burat. decis.111.nu.9.& ibi Add.littera D. Cæs.Barz.decis.50.n.3.* & deponunt etiam testes formiter producti *summ. nu.4.*

Quæ confessio cum omnem superet probationem, & omnes expellat exceptiones, & subterfugia, vt fuit
6 dictum in *Tolet. pensionis 25. Maij 1598. coram Littu, & in decis.54. n. 8. p.7. rec.* nullam admittit dubitandi rationem, etiam si Testes in contrarium essent mille *Rot.in Rauennaten. pensionis coram R.P.D. Alberg.5. Iulij 1660. quæ inter hic impress. est decis. 52.nu.8.*

Cui quidem conuentioni cōgruit
7 etiam vsus, & consuetudo, quæ viget Lucæ excipiendi ad seruitium huiusmodi iuuenes sub officio, vt vulgo dicitur *di Paggio*, solo victu, & vestitu; De qua consuetudine deponunt testes prædicti summariè in partibus recepti *summario nu. 2.* & testes in Curia ser. ser. examinati *summario nu. 3.* In decisorijs enim, quando etiam de
8 expressa conuentione non constaret, attendenda esset consuetudo loci, vbi celebratus fuit contractus *Glos. & DD. in l.3. §. fin. ff. de test. Vant. de*
9 *nullit.process.nu.56.* maximè quando dictus Aduersarius sub dicto officio *di Paggio*, iam antea inseruierat D. Scipioni, fratri dicti D. Anhæmij, vt deponunt testes prædicti *summ. n.2.*

Admodùm etiam conuenit veritati conuentionis prædictæ modus,
10 quo tractabatur dictus Aduersarius à D. Anhæmio: nàm pro exigua seruitute, quam habebat iuxta quod deponunt testes *summario nu. 2.* si quid vltrà pro salario impendendum futurum fuisset; nedum ità, vt dictum est, placidè tractasset, sed denegasset etiam commoditatē addiscendi, & frequentandi Gymnasium, de qua *in summ. nu.6.* cum talis studendi facultas sala-
11 rij habeat æstimationem *Menoch. de arbitr.cas.514. n.18.& cas.515.n.4.*
12 nec libros, & alia ad studium opportuna, de quibus *in summario n.8.*, nec continuò, quæ ad vestitum, & ornatum in diem necessaria erant dicto Aduersario comparasset, vt tamen eidem semper copiam fecit *summ. n.5.*

Quo-

Quorum omnium commoditas, & præstatio attenta inæqualitate seruitutis longè superat iusti salarij æstimationem, cum vt ex *summ. num.* 9. Famulo, quem de præsenti hic Romę conduxit nihil aliud pro mercede persoluat, quam Iulios decem in mensem, nihil minimum impendendo pro vestitu, & ornatu illius.

Quæ omnia quamuis in casu nostro ex abundanti offerantur, veniunt
13 tamen per prudentissimum Dominum meum pensanda, vt animaduertunt *Nouar. consf.* 1. *n.* 6. *de loc. & conduc. lib.* 3. *Menoch. de arbitr. cas.* 515.
14 *n.* 4. Præsertim in Curia: vbi aulici suis famulis vltrà victum, & vestitum non solent dare aliquod salariū *Granut. Theorem.* 12. *n.* 12. *Dec. cons.* 132 *in fin. Rot. coram Seraph. decis.* 74. *n.* 2.

Cœterum versamur in re clarissima tàm ex probatione conuentionis, quàm ex eiusdem aduersarij confessione; Qua propter supplicamus benignissimo Domino pro absolutione à petitis &c.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Cedens ad quid teneatur. In terminis verò census, & stante promissione de faciendis iuribus cessis, veris, ac bonis, ac de manutenendo quid? Ponderantur verba supradictæ promissionis.

SVMMARIVM.

1 Cedens ex natura cessionis non tenetur nisi ad veritatem crediti cessi.
2 Intellige in simplici cessione; secus si euictionis promissio intercedat.
3 Census respectu emptoris est irredimibilis.
4 Cedens iura census non tenetur semper ea bona facere, & exigibilia, si agatur ex causa cessionis.
5 Contrarium, si fuerit actum ex causa euictionis promissæ.
6 Verba *tàm respectu capitalis, quàm redditũum* continent duas promissiones.
7 Verba hæc importane veritatem crediti, eiusque perpetuam exigibilitatem.
8 Verba *vera, & bona facere*, quid importent?
9 Verbum *manutenere* supponit pro omni tempore, & habet tractum in futurum.
10 Census in annuis redditibus habet tractum successiuum.
11 Census, cùm sit perpetuus perpetuat etiam promissionem de exigibilitate.
12 Quidquid recipitur per modum recipientis recipitur.

RATIOCINIVM IL.

ROMANA CENSVS.



Illustriss. & Reuerendiss. Domine. Hæc sunt formalia verba obligationis D. Comitis Rugerij Valmaranæ. *Promittens dicta iura, vt supra cessa, vera, bona facere, & manutenere sub hypotheca, & obligatione omnium bonorum tàm respectu capitalis, quam dictorum annuorum redditũum.*

Materia est *l. si nomen ff. de hæredit. & act. vend.* vbi DD. in varia abeuntes in eo vnanimes existunt, quod nolint cedentem ex natura cessionis
1 ad nil aliud teneri, quàm ad cessi crediti veritatem; & hos latè congerit *Andreol. controu.* 115. *nu.* 2. *Olea de cess. tit.* 7. *q.* 3. *per tot. Bec. cons.* 105. *n.* 25. *& seqq. Roderic. de annu. reddit. lib.* 2. *quæst.* 21. *Surd. decis.* 326. *et alij innumeri*, qui tamen cum loquantur in terminis simplicis cessionis nomi-
2 nis debitoris, absque vlla consideratione conuentionis de præstanda euictione, vt disponitur *in dicta l. si nomen*, ibi, *nisi aliud conuenerit*, ad propositum sanè non faciunt, vt testantur *Leonard. de vsur. quæst.* 80. *nu.* 36. *& Rot. apud Merlin. decis.* 639. *num.* 4. *vers. quoniam.*

Nos verò, cum versemur in contractu

tractu cessionis, in qua per prædicta
verba fuit latè promissa exigibilitas,
& euictio, maximè in materia census,
in qua nihil est imputandum cessio-
nario cur sortem non exegerit, cum
hæc respectu Domini census sit irre-
3 dimibilis *Leotard. dicta quæst.80.nu.
41. Sott. de iust. & iur. lib.6.p.3. in
prima conclus. Rot. in Rom. census co-
ram Pamphilio 29. Nouembris 1593.
imp. apud Tiber. in prax. A.C. decis.3.
nu.4. post cap.25. lib.1. & in Arimi-
nen. fructuum coram R. P. D. Priolo,
quæ est hîc decis.69.nu.8.* summo ani-
mo affirmare poterimus huiusmodi
promissorem efficaciter teneri ad re-
stitutionem sortis supradicti census
cessi, nec non eiusdem reddituum de-
cursorum, si firmissimo distinctionis
fœdere oppositas DD. traditiones,
aut seiungamus, aut copulemus.

Quoties enim agitur actione pro-
ueniente ex natura cessionis, certi iu-
4 ris est cedentem ab vlteriori præten-
sione liberari, cum sufficiat semel
præstitisse censum verum cum exer-
cibili facultate ad fructuum exactio-
nem, vt in his terminis loquuntur
præcitati DD. & quicumque alij, qui
allegari possent.

At verò si agatur actione nata ex
euictione promissa, & sequuta; tunc
& eo casu cedens semper tenetur ad
5 restitutionem sortis, & fructuum,
quandocumque euictio sequatur; ita-
ut non excusetur, si per aliquod anno-
rum spatium census extiterit exigibi-
lis; & sic distinguendo, controuersiã
conciliat *Bart. in l. si quis aliam nu.2.
& ibi Castren. n.3. vers. contrariæ vero
glos. loquuntur ff. de solut.* quos se-
quuntur *eadem Rot. coram Merlin.
dicta decis.639. nu.5. & 6. Gratian.
decis.13. n.25. & seqq. Leotar. dicta
quæst.80. n.41. in fin. Rot. p.2. diuers.
decis.12. nu.13. & 14.*

Quæ amplianda veniunt in pro-
posita facti specie, si perpendantur
6 verba illa *tàm respectu capitalis, quàm
dictorum redituum*, cùm ex his resul-
tent duæ promissiones; quarum vna
respicit veritatem iuris cessi, vt ibi
7 *tàm respectu capitalis*, altera verò,
quę percutit veritatem facti cõsisten-
tis in exactione redditiuum, vt ibi *tàm
respectu dictorum reddituum*; sic in
puncto ponderans *Rot. respondit in
Tudert. census 28. Martij 1653. co-
ram Illustriss. D. Meltio modò Epis-
copo Papien. §. non obstat, & in No-
uarien. pecuniaria coram bo. me. Bi-
chio 26. Iunij 1652. §. quæ promissio.*

8 Plurimùm etiam suadent verba
illa, *vera, & boni facere*, per quæ ce-
dens tenetur infallibiliter iura cessa
præstare exigibilia, & efficaciter non
obligata, & soluendo, *Andreol. dicta
controu.115. nu.8. Menoch. conf.778.
nu.2. & 3. cum alijs, quos refert, & se-
quitur Mangil. de euict. p.79. nu.16.
vers.7. casus est, & quæst.80. nu.10.
& 18.*

Validiùs etiam dixero, si pondere-
tur verbum illud, *manutenere*, quod
9 verificatur de quocumque tempore,
cum habeat tractum in futurum, vt
optimè dixit *Rot. Bononien. coram
Barz. decis.110. n.20. quam sequitur
Gratian. discept. c.527. nu.35.*

Et hæc eo magis sibi locum vindi-
10 cant, considerata natura census, quæ
cum habeat tractum successiuum in
11 annuis redditibus perpetuat etiam
promissionem factam de exigibilita-

te;

12 te; cum ex Philosopho (quidquid recipitur per modum recipientis recipiatur *Rot. Bononien. in præcitata decis.* 110. *nu.*22.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Restitutio in integrum intrat, data iniustitia. Sententia iniusta non est exequenda. Immissio non est concedenda, vbi titulus deductus fuit repertus nullus. Data mixtura petitorij cum possessorio, vtrumque vnica sententia est absoluendum. Instrumenti nullitas potest opponi in quocumque iudicio. Simulatio probatur ex causa simulandi, & ex alijs coniecturis; Quæ coniecturæ probent simulationem. Possessio, dùm non apparet de mutatione causæ, præsumitur semper continuata ex prima causa. Locatio an præsumatur facta iure Dominij, an possessionis? voluntas declaratur ab actibus subsequentibus; voluntas est inefficax, si exprimatur per media inhabilia. Exceptiones exclusiuè intentionis agentis quandocumque allegari possunt. Mandatum de manutenendo si sit iniustum non attenditur, tamquam spoliatiuum. Clausula constituti non operatur in contractu simulato. Substitutio expirat caducata conditione. Verba in mancanza, *quid importent? In conditionibus voluntarijs attenditur nuda voluntas Testatoris, nec eius inuestigatur motiuum. Priuilegium piæ causæ in his conditionibus, an releuet?*

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum non conceditur aduersus rem iudicatam, nisi toto facto integrè Principi narrato.
2 Restitutio in integrum datur ex capite iniustitiæ, etiam aduersus tres conformes.
3 Sententia iniusta nullo iure est exequenda.
4 Si nullitas, & iniustitia primæ sententiæ effluat in sequentes, hæ pariter eodem vitio laborant.
5 Amplia, si sententiæ effectum sortitæ non sint, sed in executione fuerit præuentum.
6 Suspenditur exequutio non obstante clausula *sine retardatione*, & clausula *Parito iudicato*.
7 Immissio non est danda ei, cuius titulus deductus in possessorio inuentus est nullus.
8 Possessio, quæ ex bono iure petitorij illicò apparenti ostenditur iniusta, non est manutenibilis.
9 Petitorium quando absorbeat possessorium.
10 Possessorum iudicium antè petitorium absoluendum est.
11 Possessorij, & petitorij data mixtura ambo vnica sententia definiri debent.
12 Si secus fiat non oritur indè nullitas, sed grauamen ad obtinendam restitutionem.
13 Instrumenti nullitas in quocumque summarissimo iudicio potest deduci, si incontinenti probetur.
14 Simulatio probatur ex causa simulandi.
15 Probatur ex multiplicitate Instrumentorum breuissimo tempore confectorum, cum vnus videatur alteri inesse.
16 Probatur ex cautela adhibita pro coloranda fictione.
17 Probatur etiam ex nimia cõtrahentis liberalitate.
18 Donatio omnimoda constante matrimonio est prohibita de iure communi.
19 Idem disponit Statutum Vrbis.
20 Iuramentorum frequentia in contractibus simulatis maiorem inuehit suspensionem.
21 Simulationis præsumptio augetur, si causa, quæ sufficit allegari etiam iustificetur.
22 Scriptura plenè probat contra scribentem.
23 Scripturæ retentio penès Scribentem inducit eiusdem inexcusabilem approbationem.
24 Literatura scribentis probatur per comparationem factam à Peritis, cum alio eiusdem caractere.
25 Scriptura producta in actis parte citata, & non opponente perindè est, ac si ser. ser. fuerit recognita.
26 Possessio rei venditæ penès venditorem facit præsumi venditionem fuisse simulatam.
27 Hæc præsumptio ita vehemens est, vt non tollatur per clausulam constituti, etiamsi de tradita possessione confectum fuisset instrumentum.
28 Reparatio domus expensis venditoris, exactio pensionum facta nomine eiusdem, & alia de quibus remissiuè ostendunt simulationem.
29 Actus instante mortis articulo gestus præsumitur in se verus.
30 Declaratio, & confessio in mortis articulo præsumitur vera.
31 Simulatio resultat etiam ex emendicata causa narratiuum pro obtinendo Decreto.
32 Expositio insubsistens facta Iudici non confert ad validitatem Decreti.
33 Sufficit quod ex narratis alterum sit minus legitimum.
44 Inuerisimilitudines probant etiam simulationẽ.
35 Singulæ coniecturæ coaceruatim ponderatæ plenissimè probant simulationem.
36 Possessio penes venditorem non infert ad simulationem, si nouam causam habeat.
37 Præsumitur tamen ex prima venire, si de noua

non

non fuit actum inter partes.
38 Primæui Dominij signa quæ sint?
39 Locatio præsumitur facta ratione Dominij, non verò possessionis: nisi expressè sit dictum.
40 Simulatio cessat, quando apparet de voluntate vera contrahentis.
41 Hęres mediatus an excipiat in causa simulationis?
42 Voluntas in antecedentibus qualis fuerit, ostenditur ex subsequentibus.
43 Contractus data etiam voluntate non sortitur effectum, si medium sit nullum.
44 Dispositiones inter se pugnantes non sortiuntur effectum.
45 Hæres hæredis est primi defuncti hæres.
46 Exceptio exclusiua intentionis actoris à quocumque potest opponi.
47 Confessio facta ab vno ex contrahentibus an præiudicet cui est ius quæsitum per aliam declarationem ab eodem factam?
48 Quod est simulatè quæsitum non potest verè in alium transferri.
49 Mandatum de manutenendo quando est iniustum dicitur spoliatiuum, & non attenditur.
50 Clausula constituti patitur easdem exceptiones, quas contractus principalis.
51 Substitutio expirat, si ordo inuertatur, & conditio caducetur.
52 Verba *in mancanza de' figli*, si proferantur per ablatiuum absolutum resoluuntur in conditionem.
53 Important etiam ordinem succedendi.
54 Ordo præposteratus inefficacem reddit conditionem.
55 In conditionibus voluntarijs attenditur nuda voluntas Testatoris, non verò ratio motiua eiusdem voluntatis.
56 Fauore piæ causæ fit extensio legati de persona ad personam, sed non admittitur extensio conditionis de casu ad casum.

RATIOCINIVM L.

ROMANA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.



Euerendiss. Pater. Q. Matthæa Buccia duas habuit neptes, scilicet Laurentiam matrem Plautillæ principalis nostrę, ac Bernardinam matrem Cæciliæ auctricis Monialium Aduersariarum.

1 Habuit eadem in bonis inter cætera domum in Regione TransTyberim, quam cum primo loco intenderet post ipsius obitum conferre D. Bernardinæ, reseruato sibi vsufructu vita durante, simulauit venditionem de anno 1614. cum Laurentio *del Mastro* marito dictę Bernardinę *summario nu.* 1. qui propterea eadem die, qua fuit stipulata dicta venditio super dicta domo, ex eius pretio, vt asseritur creauit censum vitalitium annuorum scutor. 25. ad fauorẽ dictę Mattheæ, & hoc, vt ipsa sub colore fructuum dicti cẽsus pensiones eiusdem domus, eiusdem ferè quantitatis, vt ex locationibus de quibus infrà quòad viueret, perciperet. Deindè verò idem Laurentius paulò post dictam domum donauit eidem Bernardinæ vxori *summario nu.* 2.

Verùm inspecta inualiditate dictæ donationis, tamquam emanatæ inter virum, & vxorem, & sic à iure, & Statuto Vrbis prohibitæ *lib.* 1. *c.* 135. Idcircò idem Laurentius declarauit emisse de pecunijs proprijs ipsius Bernardinæ vxoris, & ad cautelam iterùm eidem dictam domum donauit *summario nu.* 3.

Cumq; dictæ simulationes, ac patentes nullatenus dictorum contractuum inter se ex diametro contrariorum fuerint, tàm à Matthæa, quàm à Laurentio, & Bernardina, vt supra agnitæ, neque ex eis dicta Matthæa cogi poterat persistere in voluntate conferendi post ipsius obitum præfatam domum dictæ Bernardinæ, ideò mutato consilio de eadem domo in suo, sub quo obijt testamento disposuit, instituendo in ea prout in cœteris bonis hæredem vniuersalem dictam Laurentiam eius neptem, ac nostræ Plautillæ matrem, declarans se inter cætera dictam domum possidere *summario nu.* 4.

Laurentia, vt supra hæres possessionem

sionem dictæ domus adepta est, vt *summario nu. 5.*

Contra quam paulò post fuit pro parte D. Cæciliæ, ac etiam Ioannæ *del Mastro*, ambo filiarum dictæ Bernardinæ motum iudicium super manutentione in possessione dictæ domus coram A. C., mandatumque de manutenendo non minus nulliter, quam iniustè, vt supra obtinuerat: quo mediante præfatæ sorores dictã domum, & quælibet pro medietate obtinuerunt; donec dicta Ioanna de anno 1643. de eius medietate duas ex quinque partes alienauit in Iulium Confortum eius cognatum, ac dictæ Cæciliæ virum, & reliquas tres in Antonium Beium *extr. fol.* 227.

Dicta verò Cęcilia obijt cum testamento, in quo instituto Andrea filio, eidemq; sinè filijs decedenti substitutis Clementia altera filia, eiusq; filijs, omnibus verò defunctis substituit Monasterium S. Vrbani *registr. fol.* 80. Defunctis in Lazaretto de anno 1656. dictis Andrea, filijsq; Clementiæ, & vltimo loco ipsa Clementia, ac proptereà vacante possessione dictæ domus, scilicet, pro dictis ratis, D. Plautilla principalis mea illius possessionem, vti hæres dictæ Laurentiæ matris adepta est *summario nu.* 6. & subindè iudicium coram A.C. in vim *l. diffamari* instituit contra dictum Monasterium; e contra verò ex parte Monasterij fuit instatum pro immissione vigore *l. final.* illamq; nulla facta exhibitione Testamenti dictæ Cæciliæ, nec probatis alijs extremis in eo iudicio necessarijs immissionem petitam non minus nulliter, quam iniustè reportarunt, vt ex cedula sententiæ *extr. fol.* 300.

Ideoq; R. P. D. Marescottus in secunda instantia declarauit dictam sententiam A. C. subiacere vitio nullitatis, illamque infirmauit.

At quia coram eodem R. P. D. Marescotto dictæ Moniales vltra Testamentum dictæ Cæciliæ, ac assertam possessionem illius super dicta domo produxerunt etiam instrumenta dictæ venditionis, ac donationis, seù declarationis, vt supra simulata, & inualida, *vt ex registr. sub fol.* 14. ac propterea titulo possessionis dictę Cęciliæ plenariè discusso, dictus Iudex tamquam in prima, dicto Monasterio concessit immissionem, sed tamen iniustè, attenta insubsistentia dicti tituli, vt infrà.

Sententiam R. P. D. Marescotti confirmarunt R. P. D. Natta, & R. P. D. Spada, ideoque pro parte Plautillę porrigitur Commissio restitutionis in integrum, & quidem antè cæptam, imò petitam ex aduerso dictarũ sententiarum exequutionem, quam proptèrea credimus etiam cum suspensiua signandam.

12 Et hoc ex capite iniustitiæ *l. si ex causa iudicati* 10. *ff. de minor. cap. ex litter. vbi Innoc. sub n.* 7. *de in integr. rest. Rota coram Seraph. decis.* 251. *nu.* 2. *Buratt. decis.* 223. *n.* 4. *cum alijs in S. Seuerini pecuniaria* 4. *Iunij* 1655. *coram Zarate in princ.* etiam aduersus prędictas tres conformes; quę licet ea, qua decet præfulgeant iustitia, ex rectissima RR. PP. qui iudicarunt intentione, re vera tamen, vel ex nouiter deductis, vel ex tunc non omissis quidem, sed minus luculenter adductis excusari nequeunt vitio manifestissimę iniustitiæ, qua stante videtur,

tur, vt petimus rescribendum cum clausula exequutionis earum suspensiua; cum sententia iniusta nullo iure
3 sit exequenda: *Bart. in l. 4. §. condemnatum ff. de sent. & re iud. Rota coram Caputaq. decis. 114. p. 3. Card. Seraph. decis. 425. n. 3. & rec. p. 4. tom. 3. decis. 548. c. 3. & p. 7. decis. 38. num. 1. & 2.*

Nec curanda venit plurium rerum iudicatarum auctoritas, quoties, pro
4 vt in casu nullitas, & iniustitia primæ sententiæ in sequentes effluxerit *Rot. coram Cas. de Graff. decis. 104. alias 11. nu. 3. de sent. & re iudic.*

Maximè vbi effectum non sunt
5 sortitæ, sed in executione, vt per huiusmodi commissionem fuit præuentum *ad tradit. per Rot. coram eodem Cas. de Graff. decis. 101. aliàs 8. nu. 13. eod. tit.* vbi quod sit suspendenda executio non obstante clausula *sine*
6 *retardatione*, & non obstante clausula *Parito iudicato*, fuit etiam dictum in *Romana manutentionis 18. Februarij 1656. §. minus obesse, & 27. Martij 1658. §. final. coram R.P. D. Albergato, & coram eodem in Albanen. hereditatis 28. Iunij 1660. in fine, quæ inter hic impress. est decis. 51. n. 11.*

Iniustitia verò prædictarum sententiarum inde inconuincibiliter desumitur, quod deducto, ac discusso titulo possessionis Cæciliæ, Monialium auctricis prouenienti ex prædictis Instrumentis respectiuè venditionis, donationis, & declarationis non poterat decerni, iterumq; concedi immissio,
7 vbi titulus impugnabatur, de simulatione conuincebatur, & vt verbo dicam, nullius iuris apparebat. Quemadmodum in puncto pluries docuit *Rota, & signanter in Romana subhastationis de Alexijs 27. Iunij 1660. coram R.P.D. Decano, & in Mediolanen. beneficiorum 2. Nouembris 1653. §. fin. coram R.P.D. Celso, atq; in Albanen. Vicaria 26. Iunij 1654. coram clar. me. Bichio*, cum non sit manute-
8 nibilis illa possessio, quæ ex bono iure petitorij illicò apparenti, ostenditur iniusta; nàm tali casu petitorium absorberet possessorium *Lambert. de iur. patr. art. 6. quæst. 3. p. 1. lib. 2. n.*
9 *4. vers. tertius est casus Rota p. 2. diu. decis. 167. nu. 10.*

In casu nostro (vt fuit in facto ponderatum) coram R.P. D. Marescotto Aduersariæ, vltra testamentum Cæciliæ earum auctricis deduxerunt etiam titulum possessionis eiusdem ex prædictis instrumentis simulatis, vnde iure merito debuit qualitas tituli examinari, vt hinc dignosceretur qualitas possessionis, non refragante pri-
10 uilegio iudicij possessorij, quod ante petitorium absoluendum dixit *Rota coram Pen. decis. 1034. n. 1. & alibi passim per text. in l. ordinarij C. de rei*
11 *vindic.* quoniam vbi possessorij, & petitorij fit mixtura, vnica ambo sententia definiri debent, & si secùs fiat,
12 non inde tamen oriri nullitatem, sed grauamen sufficiens ab obtinendam restitutionem voluit *Rota coram eod. Cæsar. de Graff. eod. tit. decis. 103. alias 10. nu. 10. & 11.* vltra quod
13 instrumenti nullitas si incontinenti probetur, non ambigitur in quocumque summarijssimo possessorio posse deduci ex *Menoch. de adipisc. remed. 4. nu. 730. & 732. Rot. penes Posth. de manut. decis. 646. n. 2. & fuit latè dictum in Romana Emphiteutis 30.*

Maij

Maij 1653. coram Dunoz. §. nec re-
leuat.

14 Quòd autem præcitata venditio,
cuius titulo nituntur Aduersariæ fue-
rit simulata, probatur primò ex ipsa
causa simulandi, quæ fuit, vt reserua-
to vsufructu Mattheæ eius vita du-
rante, absque alia institutionis, aut
legati expectatiua; Bernardina vxor
Laurentij emptoris, dictæq; Mattheę
neptis cauta fieret de acquisitione di-
ctæ domus, exclusa ab eiusdem spe
Laurentia vltima nepte; cui vereba-
tur ne aliàs æquè vellet testatrix gra-
tificari, *ad tradit. per Grati.in.discept.*
cap.255.n.24.et seqq. Rota post Mer-
lin.de pign.decis.32.nu.3.

Probatur verò ex memorata alio-
rum instrumentorum multiplicatio-
ne, nempè impositionis census vitali-
tij, donationis, ac declarationis bre-
15 uissimo temporis interuallo respecti-
uè celebratorum, cum ex huiusmodi
veritatis inconstantia, eadem in om-
nibus detegatur fictionis substantia, &
vnusquisq; actus alteri inesse videatur
iuxta Bald. in l. per diuersa in fin. &
in l. ab Anastasio nu.5. vers. item hæc
lex C. mand. vtrobiq; exemplificans
illatiuè ad casum, *Tiraquel.de retract.*
conuent. in præfat.nu.12. & 13. cum
alijs abundè per Farin. de simulat. q.
162.nu.146. & nu.154.

Nam quia post actam venditionē
vsusfructus dictæ domus cōpati am-
plius non poterat cum dicta Matthęa,
ideò facta conuentione in dicto in-
strumento venditionis de implicanda
ratá pretij in censum vitalitium *sum-*
mario nu. pr. fuit eadem die constitu-
tus super dicta domo pro scutis 250.
sortis nomine, redditus verò 10. in
centum singulo anno: vnde cum to-
tidem ferè domus ex locatione red-
deret, patet huiusmodi actum ad præ-
16 cedentem venditionis simulationem
fuisse correspectiuum, gestum dun-
taxat pro fictionis cautela, vt egregiè
innuit *Aym. cons. 158. nu. 11. in fin.*
& Fontanell. decis.179. nu.15.

Tertiò augetur prædictorum veri-
tas ex verisimili emptoris liberalitate;
17 qui vbi tutiori via sibi prospicere po-
terat, constituendo scilicet censum
perpetuum, qui staret pro euictione
dictæ domus, maluit contentus esse
solo dicti vitalitij census pignore, *ad*
tradita in similibus per add.ad Cepoll.
de simulat.nu.5. vers.fraus post Bald.
quem allegat in l. eam quā C.de fidei.

Quartò inducitur simulatio prin-
cipalis contractus venditionis ex acti-
bus subsequutis, pariterq; simulatis.
Donatio siquidem dictæ domus ad
fauorem Bernardinæ acceptantis, &
gratias agentis *summario nu. 1.* totum
fuit opus dictæ palliatæ venditionis,
cuius effectus, ex contrahentium in-
tentione nihil aliud esse debebat, quā
obuentio dictæ domus in manus Ber-
nardinæ; sed quia non videbatur stare
18 posse huiusmodi donatio, tàm inspe-
cto iure communi inter cōiuges, om-
nimodam donationem etiam in tem-
pus soluti matrimonij collata prohi-
bente *l.3.ff.de donat.inter vir. & uxor.*
Cephal.cons.61.nu.1. & 2. lib.1. Go-
19 *mez.de donat.nu.23.* quam etiam at-
tenta dispositione Statuti Vrbis *cap.*
131. lib. 1., ea propter ventum fuit
ad aliam scripturam, declarante Lau-
rentio viro per publicum Instrumen-
tum se emisse domum pecunijs Ber-
nardinæ vxoris tunc etiam præsentis,

cui iterum, etiam ad cautelam donauit sub eodem contractu *summ. n. 23.*

Ex quorum serie adeò efficax resultat simulationis argumentum, vt iure à nemine controuerti valeat, tàm propter contrahentium instabilitatē, & actorum manifestam contrarieta-
20 tem, quam etiam ob iuramentorum frequentiam, quæ maximè in contractibus simulatis maiorem inuehunt suspicionem, *glos. in cap. significauit verb. interdicit in fin. extr. de caus. Menoch. cons.* 109. *n.* 17. *lib.* 2. *Giurb. decis. Sicil.* 22. *n.* 17. *Borell. decis.* 19. *nu.* 58. *lib.* 2.

21 Quintò, comprobatur ex ipsius causæ iustificatione desumpta ex quadam minuta, reperta in bonis, & hæreditate dicti Laurentij, vt ex testibus, quorum depositiones dantur in manibus D. Ponentis, quæ manu eiusdem Laurentij inspicitur contrasignata his verbis, *minuta della Casa di Matthea fatta da Lorenzo à Bernardina*: In corpore verò declarat hæc ferè præcisa verba, *dictam venditionem, & censum prædictum fuisse celebratum ad effectum, vt tutius, & validius dicta domus vendita perueniret ad manus dictæ Bernardinæ; qui quidem Laurentius solum nudum nomen habere debebat, nam pecunia in dicto Instrumento contenta, vltrà dictum censum vitalitium, fuit sibi breui manu restituta, & ita &c. iurauit &c.* & pro vt latiùs *in summ. nu.* 70.

Quæ sanè minuta licet scriptura sit priuata, & informis, valdè tamen opitulatur veritati gestorum; ostenditur enim qualis ab initio fuerit animus dicti Laurentij fictè ementis, ideoque contra ipsum plenè probat, tàm ex
22 confessione scripturæ iuxtà *Gemin. cons.* 9. *nu.* 2. *Bald. cons.* 476. *num.* 6. *lib.* 1. *Specul. tit. de Instr. edit.* §. *nunc*
23 *dicendum in fin.* quàm etiam ex retentione penes se, quæ inducit inexcusabilem approbationem *Peregr. cōs.* 100. *n.* 2. *lib.* 1. *Rota Ianuen. decis.* 58. *nu.* 3. *& fuit dictum in Bonon. census* 5. *Maij* 1636. *coram bo. me. Dunoz.*

Quod verò adnotatio fuerit facta manu dicti Laurentij testantur Periti
24 ex comparatione facta cum alio certo charactere eiusdem Laurentij, super quadam donatione per ipsum facta, quorum peritorum relatio datur D. Ponenti, vltra quod ipsa ocularis inspectio identitatem characterum suadet, *l. comparationes* §. *omnes C. de fid. Instrum. Ioseph Ludou. Perus. decis.* 7. *per tot.*

Et his omissis satis esset dicere, quod fuerit in actis producta parte ci-
25 tata, & non opponente, quod facit perindè haberi, ac si fuisset seruatis seruandis recognita *Posth. de manut. obs.* 99. *nu.* 1. *&* 2. *Rot. coram Burat. decis.* 347. *nu.* 5. *& seqq. & in Astoricen. seù nullius Iurisdictionis* 19. *Iunij* 1654. *coram R. P. D. Decano in fin. & in Rauennaten. seù Fauentina pecuniaria* 3. *Decembris* 1655. *coram Dunozetto* §. *solutio si quod &c.*

Sextò infertur ex continua possessione, in qua Matthæa post venditio-
26 nem durauit vsque ad obitum, & sic per annos 13., vt deponunt testes *summario num.* 8. vocando se dominam sciente, & patiente Laurentio emptore, vt in his terminis tradunt *Vitalin. de claus. rubr. ex quibus caus. possessio simulata præsumpt. n.* 6. *in fin. vers. aut possessio, & nu.* 7. *Hon l. qui*

de

de communi testatur conf. 46. nu. 30. lib. 1. Roman. conf. 246. nu. 1. & 2. vbi add. litt. C. versic. adminiculis.

Quæ præsumptio ita vehemens est, vt nec tolli possit, per clausulam con-
27 stituti, etiam quod de tradita possessione confectum fuisset instrumentũ *Bart. cons. 6. num. 6. quem sequitur Bald. in l. 3. nu. 1. in fin. vers. & si sit C. plus valere, quod agitur Rota in rec. p. 8. decis. 88. nu. 26.*

Septimò deducitur simulatio ex instauratione domus de pecunijs dictæ Mattheæ facta, vt ex quictantijs
28 *summario nu. 11.* nec non etiam ex duobus instrumentis locationum factarum per dictam Matthæam de eadem domo, nimirum anno 1618. & 1622. *summario nu. 9.* iunctis pariter pensionum exactionibus, ipso Laurentio sciente, & conficiente *receputas* ad fauorem inquilinorum sub nomine, & commissione dictæ Mattheæ *summario nu. 10. ibi, per le pigioni di essa sua Casa*, & sic attentis prædictis intrant notata per *Honded. conf. 46. num. 24. lib. p. Corn. conf. 135. col. 5. vers. conuenit lib. 1. Mascard. de probat. concl. 815. n. 48. Caroc. de loc. & conduct. rubr. de vsur. q. 3 nu. 36.*

Octauò, coadiuuantur hucusque dicta ex declaratione eiusdem Mattheæ facta in suo vltimo, sub quo decessit testamento, se, scilicet dictam domum possidere *summario num. 4.*
29 qui actus stante mortis articulo præsumitur in se verus *l. vltima C. ad l. Iul. repetund. Crauett. cons. 6. nu. 11.*
30 *Rota cum ibi congest. coram Merlin. decis. 684. nu. 10.* & in terminis declarationis, & confessionis fuit dictũ *in Bonon. de victorijs 5. Maij 1655. coram Zarate §. postrema coniectura.*

Nonò conuincitur ex emendicata
31 narratorum causa in dicto instrumento venditionis pro impetrando Iudicis Decreto; nam nec indigentia viatici pro eundo Florentiam D. Mattheæ Patriam, nec ruina domus, quã eadem minari dicebatur, legitimam præseferebat vendendi rationem, &
32 propterea prædictæ expositiones, veluti insubsistentes ad validitatem decreti influere non poterant *Gratian. discept. cap. 691. nu. 31. & seqq. Rota in Vrbinaten. prædij 23. Maij 1653. coram clar. me. Bichio §. non obstat, & 13. Maij 1658. coram R. P. D. Beniliqua §. petat quoq; & in Tiburtina donationis 6. Ianuarij 1660. coram R. P. D. Albergato, quæ est hic decis. 8. n. 8*

Sufficitq; quod earum vltima sit minus legitima *Rota in Rom. Domun-*
33 *cularum 26. Iunij 1648. corã Dunoz.*

Decimò, & vltimò confluunt in eamdem simulationem non leues inuerisimilitudines, de quibus in alijs Instrumentis post dictam venditionẽ
34 emanatis; etenim cum Bernardina nihil aliud haberet præter dotem, quæ solummodò cõsistebat in vna domo, postea incorporata Palatio bo. me. Principis Thadæi Barberini, pretio inuestito in tot locis montium, Item, & in censu scut. 140. in sorte, quem anno 1612. dedit in dotem Cæciliæ eius filiæ, vt ex Instrumentis donationis, & dotis desuper confectis, datis D. Ponenti, de quibus *summario nu. 2.* sanè non videtur, vndenam Bernardina habere potuerit paratam pecuniam pro facienda dicta emptione *ad tradita per Dician. conf. 62. num. 12. lib. 3. Ayme. conf. 156. num. 9.*

Rot.

Rot. parte 3. rec. decis. 741. num. 6.
Ex quibus omnibus, & singulis
35 coniecturis plenissima resultat simu-
lationis probatio, si coaceruatim pon-
derentur, vt est faciendum in hac ma-
teria *Rot. in rec. decis. 533. num. 14.*
parte 5. tom. 2.

36 Non obstat primò quod possessio
D. Mattheæ ex censu vitalitio, quasi
ex noua causa mutata appareat, *ex*
tradit. per Farin. de simulat. dicta q.
162. nu. 241.

Quia præterquamquod de huius-
modi mutationis causa nihil inter
37 partes fuit actum, & ideò in dubio
præsumitur semper continuata ex
præambulis, & ex certo titulo *Alciat.*
de præsumpt. reg. 2. præsum. 23. nu. 1.
Boer. decis. 101. nu. 24. quos sequitur
Mascar. de probat. conclus. 45. nu. 33.
lib. 1. Rota parte 8. rec. decis. 256. n. 7.
vlterius tamen dicitur, quod locatio-
nes dictæ domus, veluti de re propria,
vt ex *receptis* dicti Laurentij, ibi, *per*
le pigioni della sua Casa, id est Mat-
theæ, quod non dixisset Laurentius, si
venditio census, donatio, & declara-
tio habuissent effectum, sed verisimi-
liter dixisset, *per le pigioni della Casa*
spettanti à Bernardina &c. e doue è
associata detta Mattea, Item expensæ
de proprio factæ, pro eiusdem reap-
tatione pensiones, & quietantiæ ali-
38 quid aliud sapiunt, quam pignus cre-
ditori conueniens, & legitima: certè
arguunt primæui dominij signa *argu.*
l. fructus, & l. ex diuerso ff. de rei vin-
dic. optimè Rota parte 7. rec. decis.
287. num. 6.

39 Et quod locatio in dubio præsu-
matur facta ratione Dominij, non au-
tem iure possessionis, nisi sit expressè
dictum voluerunt *Bart. & alij scri-*
bentes in l. si aliquam ff. de acquir. pos-
sess. n. 11. quam sententiam dixit com-
munem *Alex. cons. 69. nu. 13. lib. 5.*
cum alijs quos refert, et sequitur Card.
Tusc. concl. 610. nu. 11. lit. D.

Secundò, nec obstare videtur, quod
40 de huiusmodi simulatione ratio ha-
beri non debeat, quandoquidem de
Mattheæ voluntate transferendi do-
mum in Bernardinam satis constat,
quodque in omnem casum prædictæ
exceptiones dari nequeant à Plautilla
nostra principali, vti hærede mediata.

41 Facilè enim vtriq; obiecto stat res-
ponsio. Ad primum dicitur, quod
imò potius, ex subsequutis actibus, &
præcipuè, ex dispositione dictæ do-
mus aliter facta per dictam Mattheã
in suo testamento contrarium colli-
gitur quoad eius voluntatem erga
Bernardinam, quæ voluntas qualis in
antecedentibus fuerit benè ostenditur
42 ex postea gestis *l. is qui suis §. vnde*
quæri ff. de manumiss. Bald. cons. 245.
nu. 2. lib. 2. Rota in rec. p. 5. decis. 248.
nu. 1. cum alijs relatis in Romana so-
cietatis officij 26. Iunij 1652. coram
R. P. D. Celso §. verũ calculãdo ad fin.

Et dato etiam, & non concesso,
quod verè huiusmodi animus à prin-
cipio inesset, præmeditatum tamen
sortiri non potuit effectum; tùm quia
de dicta domo fuit dispositum per
media nulla, & inualida, vt de contra-
ctu venditionis ex defectu legitimæ
causæ, & de donatione inde sequuta
ad fauorem Bernardinæ, & prohibi-
tione iuris, & Statuti in superius expo-
sitis respectiuè monstrauimus, & de
vltimo instrumento declarationis ad
43 fauorem dictæ Bernardinæ paret ex
defectu

defectu solemnitatum *Pic. ad Stat.*
Vrb. glos. 7. nu. 1. Rota coram San. me.
Greg. 15. decis. 333. nu. 1. & p. 1. rec.
decis. 54. nu. 2.

Tum etiam, quia prædictæ dispo-
sitiones emanatæ, sunt inter se pu-
gnantes, & contrariæ; ideò habere
non possunt effectum *l. vbi pugnan-*
tia ff. de re. iud. Bart. in l. Gallus n. 10.
ff. de lib. & posth. & vbi contrahunt
44 vitium nullitatis à primo ad vltimum
nullius roboris redduntur ex defectu
consensus vtriusq; contrahentis, qui
deficit in contractu simulato, vt fuit
dictum in *Auenionen. simulationis*
29. Iunij 1635. coram Panzirolo, &
p. 7. rec. decis. 223. nu. 17.

Ad secundum respondetur, quod
cum istiusmodi exceptiones sint pror-
45 sus exclusiuæ intentionis aduersaria-
rum, nedum allegari permittuntur à
nostra principali, quæ licèt hæredis sit
hæres, nihilominus dictæ Testatricis
est hæres *l. fin. C. de hered. instit. Rota*
coram Burat. decis. 279. nu. 2. sed vel
etiam à quocumque tertio dari pos-
46 sunt *Surd. cons. 415. num. 16. vers. se-*
cundo respondeo, & nu. 17. quem cum
alijs refert, & sequitur Rota in Ro-
mana census 30. Aprilis 1655. coram
Dunoz. in fin.

47 Tertiò minus etiam releuat, quod
Laurẽtius per supra memoratam mi-
nutam, ac receptam præiudicare ne-
quiuerit D. Bernardinæ vxori, post-
quam declarauerat emisse domum de
eiusdem pecunijs.

Quoniam preterquamquod ex su-
perius firmatis satis manifestè con-
48 uincitur deficere dictam declarationẽ
in fundamento veritatis, tam ratione
defectus pecuniarum in Bernardina,
quam etiam ex implicantia donatio-
nis eidem posthmodum factæ, huic vni
tantùm semper inhæremus principio,
quod nimirum stante prædicta simu-
latione cedi non potuerit, quod non
erat quæsitum, nec verum dici pote-
rat, quod ipse contrahens fassus fuit
simulatum, vt in terminis etiam in
præiudiciũ prætendentis sibi ius quæ-
situm tradidit *Rota in rec. decis. 188.*
p. 5. tom. 1. n. 9. & p. 8. decis. 63. n. 16.

Nec denique obstat mandatum de
manutenendo ab A. C. anno 1627.
concessum Cæciliæ, & Ioannæ *del*
Mastro, filiabus vterinis dictæ Ber-
nardinæ contra Laurentiam dictæ
Mattheæ hæredem.

Quia tamquam spoliatiuum, & in-
iustum non erat attendendum: cum
49 ipsæ nullam donauerint possessionẽ;
& viceuersa Laurentia illam tunc pos-
sideret *Rot. in Alexandrina pensionis,*
& ibi alleg. 19. Iunij 1648. coram R.
P. D. Celso.

Nec dicatur, quod iuuari poterant
clausula constituti in dicta venditione
apposita, tum quia eadem nihil ope-
ratur in contractu simulato, qualis fuit
50 dicta venditio, cum easdem patiatur
exceptiones *Bald. & DD. in l. ex te-*
stamento in fin. C. de fideic. Crauett.
cons. 299. nu. 3. Rot. in rec. p. 1. decis.
694. tum quando per decenniũ,
etiam quod contractus fuisset validus
expirasset *Menoch. de recuper. remed.*
14. nu. 70. Thesaur. decis. 215. nu. 6.
Rota in Romana Palatij 2. Decembris
1646. coram R. P. D. Decano.

Hæc omnia, quæ summa nostro-
rũ fiducia in benignitate Domini ferè
suggessit materia, dicta volumus quo-
ad præsentem dumtaxat negotij sta-
tum;

tum; cæterum si tempus daret, nec quæ debetur erga dominum reuerentia prohiberet, dimissis, quæ hactenus attulimus, toti essemus in ostendendo malo iure aduersariarum, vt indè sensibilius patens fieret grauamen nostræ principalis.

Et vt summis labijs maior stringatur difficultas, dicendum est, quod filio hærede instituto per dictam Cæciliam, eiq; alijs per gradus substitutis vocatum fuit Monasterium, non nisi (*verba sunt testamenti*) *in mancanza de i figli di Clemenza*, qui cum ipsi
51 Clementiæ matri in alio ordine substitutæ prædecesserint, nec destinatam hæreditatem agnouerint certò dicendum est, quod præposterato à Testatrice in dicto ordine, & caducata conditione, sub qua Monasterium vocabatur, eiusdem etiam expirauerit substitutio *ad Tex. in l. ex facto §. si quis autem vers. aut igitur ff. ad Trebell. l. iubemus §. sin autem C. eod. Cephal. cons. 312. n. 86. latè Honded. cons. 49. nu. 42. lib. 2. Altograd. cons. 46. nu. 7. & seqq.* vbi materiam disserit, & disputato articulo fuit resolutum in *Perus. fideic. 26. Ianuarij 1660. coram R. P. D. Priolo §. quia ponderatis, & per tot.* Et ratio est, quia illa verba, *in*
52 *mancanza &c.* tamquam prolata per ablatiuum absolutum resoluantur in conditionem *l. à Testatore ff. de condit. & demon. Ciriac. contr. for. c. 424. nu. 1. Surd. decis. 268. nu. 10.* impo-
53 tantq; ordinem succedendi, ità vt demùm Monasterium admitti debeat, si filij Clementiæ agnouerint hæreditatem illis delatam post dictam Clementiam, eâq; agnita defecerint *Bald. in auth. matri, & auia C. quand. mul. tut. offic. fung. Surd. cons. 371. n. 69. & 70.* qui ordo si ex prædecessu præpo-
54 stererur inefficacem omninò reddit conditionem *l. vnic. §. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc. toll. Altogr. dicto cons. 46. à n. 1. vsq; ad 8. Rota latè in dicta Perus. fideic. §. nam illa verba.*

Nec valet dicere, quod ex verisimili Testatricis voluntate videatur vocatum Monasterium, siuè ante diem eorum substitutionis, siuè post filij Clementiæ decesserint, quia in con-
55 ditionibus voluntarijs, qualis est illa attenditur solum nudum factum, absque eo, quod inuestigetur ratio motiua Testatoris, quare magis disposuerit in vno casu, quàm in alio, *Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum nu. 2. & 3. de liber. & posth. Peregr. cons. 55. nu. 3. lib. 2. cum alijs in dicta Perus. fideic. §. in his enim conditionibus.*

Nec releuat in his priuilegium piæ causæ; quia eius fauore fit quidem
56 extensio legati de persona ad personam, sed non admittitur extensio conditionis de casu ad casum, *vt post Menoch. distinguentem in cons. 379. nu. 4. & 42. & Peregr. de fideic. art. 15. nu. 32.* latè firmat *eadem Rot. in dicta Perus. fideic. in fin.*

Quæ omnia, quanta grauemur iniustitia ob nostræ principali aduersam fortunam ipso sole clarius manifestant.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Vxor soluto matrimonio, & si ex stipulatu non habeat, habet de iure actionem contra dotis promissiones. Mulier ipsa est domina rerum dotalium, licet admi-

administratio spectet ad maritum. Obligatio Cameralis habet tacitam stipulationem pro omnibus, quorum interest. An rectè agat contra dictos promissores pro fructu, seu interesso decurso. Quæ requirantur ad effectum consequendi dotis interesse.

SVMMARIVM.

1 Vxor soluto matrimonio rectè agit contra dotis promissores, & si cum eis non contraxerit.
2 Viro in rebus dotalibus plura conceduntur, quæ soli mulieri conueniunt.
3 Quod procedit ex causa administrationis, non verò Dominij.
4 Dominium rerum dotalium iure naturali semper inhæret mulieri.
5 Dos dicitur proprium patrimonium mulieris.
6 Obligatio cameralis habet tacitam stipulationem pro omnibus, quorum interest.
7 Mulier soluto matrimonio an rectè agat pro fructibus decursis?
8 Actio ex stipulatu non intrat, nisi nata conuentione inter partes.
9 Officium Iudicis vt intret pro fructibus, seu interesse quid requiratur.
10 Mora non committitur sine interpellatione.
11 Vsura est quid quid petitur officio Iudicis, non probato damno emergente, aut lucro cessante.
12 Dies certa interpellat pro homine.
13 Interpellatio legis non afficit, nisi personas in instrumento expressas.
14 Renunciatio idem operatur.
15 Mulier soluto matrimonio habet directas actiones contra hæredes mariti.
16 Interpellatio iuris non sufficit contra dotis promissores.
17 Sed coniunctim etiam requiritur probatio damni emergentis, & lucri cessantis.
18 Dos succedit in locum alimentorum, & datur, vt indè mulier alatur.
19 Dos nulla est, vbi non deseruit oneribus matrimonij.
20 Dos debet restitui vnà cum fructibus, cessantibus oneribus matrimonij.
21 Debitor dotis tenetur ex æquitate ad alimentum mulieris pro certa quantitate.
22 Intellige, si mulier sit pauper, & aliundè viuere nequeat.
23 Contrarium tenet *Conrer.*
24 *C. Salubriter* non considerat mulieris paupertatem, sed excludit vsuras, nisi in casum moræ, damni emergentis, & lucri cessantis.
25 Alimenta præterita non repetuntur.
26 Fallit docto, quod ob illorum defectum fuerit contractum æs alienum.

RATIOCINIVM LI.

FIRMANA FRVCTVVM DOTIS.



Euerendiss. Pater. Vxor soluto matrimonio rectè agit contra Promissores dotis in totum, vel in partem nondum solutæ,
1 etiam, quod debitor dotis in ea non contraxerit, cum habeat à lege vtiles actiones *Gratian. discept. c. 49. nu. 24. & seqq. & cap. 462. nu. 4. Guido Pap. decis. 375. n. 1. & seqq. Rot. decis. 31.*
2 *p. 3. rec.* & ea est ratio, quia licèt subtilitate iuris illa videantur concessa viro quæ soli Domino conueniunt, cuiusmodi sunt vindicationes rerum dotalium *l. doce ancillam C. de rei vindic. seruorum manumissiones l. 3. C. de iur. dot. & alia similia*, attamen ea intelliguntur promissa, quo ad vsum tan-
3 tum, & legitimam administrationem, propter onerum substentationem, nō autem quoad proprietatem, quæ na-
4 turali iure mulieri semper inhæret *l. in rebus C. de iur. dot.* cum & dos di-
5 catur proprium vxoris patrimonium *l. 3. §. sed vtrum ff. de min. 25. ann. l. Pomponius §. philadelphus ff. fam. hercisc. Honded. cons. 16. nu. 10. lib. 2. Cigal. de act. §. 21. nu. 30. Rot. in Beneuent. dotis 1. Decembris 1617. coram Dunoz.*

Quæ eo magis sibi locum vindicarent, si ex stipulatu oriretur actio, ex
6 priuilegio obligationis Cameralis, quę habet in se tacitam stipulationem pro omnibus, quorum interest *Rot. decis. 285. nu. 8. p. 6. & decis. 177. n. 9. p. 7. rec. & decis. 174. n. 14. & decis. 191. num. 10. & 11. post Zacch. de obligat. Camerali, & in Romana census coram*

R.P.D.Verospio 18. *Maij* 1654. §. *licèt enim.*

7 Nulliter autem ageret ad repetitionem fructuum soluto matrimonio decursorum, super rata adhuc non soluta per dotis expromissores; siquidem aut hi peterentur iure actionis ex stipulatu; & tali casu requireretur ex-
8 pressa conuentio inter agentes, vt habetur *tot. tit. ff. & C. de sentent. quæ pro eo, quod interest*, vbi DD. omnes, & præcipuè *Rebuff. latè etiam Surd.*
9 *decis.* 259. *per tot.* aut peterentur officio Iudicis, & tunc præter interpella-
10 tionem ad moram committendam *l. quod te ff. si cert. pet. Mazol. consil.* 16.
11 *num.* 7. desideratur etiam damnum emergens, & lucrum cessans, alias tamquam ab illicito, & vsurario lucro repelleretur *per tex. vulgatissimum in c. salubriter*, vbi notant *DD. de vsur.*

Quæ non concurrunt in mihi data facti specie; quamuis respectu interpellationis recurri posset ad legem illicò interpellantem post aduentũ diei
12 ex certo appositæ in contractu promissionis dotis; vt dicitur *in l. magnã C. de contrah. & committ. stipulat. Afflic. decis.* 399. *nu.* 12. quia, & quoad hoc responderetur huiusmodi interpellationem esse strictissimi iuris, tamquam emanatam super materia odiosa, ideoq; non afficere, pro & contra,
13 nisi personas in instrumẽto expressas *c. odia de reg. iur. in* 6. *l. cum quidam ff. de liber. & posthum.* prout à simili in
14 materia renunciationis tradit *Moder. Cyrocht. discept.* 74. *nu.* 9. *ad fin. Rot. coram Duran. decis.* 268. *n.* 10. *& decis.* 389. *n.* 3. *& in rec. p.* 6. *decis.* 567. *nu.* 21. Immò cùm mulier sol. matr.
15 nihil petierit à dotis promissoribus, & haberet directas actiones contra hæredes mariti, contra hos experiri debebat: & in omnem casum quoad prædictum effectum contra promissorem dotis, sola interpellatio iuris non
16 sufficeret, sine probatione damni emergentis, & lucri cessantis, cum vtrumque coniunctim requiratur *per*
17 *DD. in dicto c. salubriter.*

Verum quia dos successit in locum
18 alimentorum, cùm ita detur, vt indè mulier alatur *Rimin. Iun. cons.* 380. *nu.* 22. *lib.* 4. *Cephal. cons.* 668. *nu.* 6. *lib.* 5. *Surd. de alim. tit.* 1. *quæst.* 35. *nu.* 3. *&* 4. *Rot. in Rom. alimentorum* 10. *Martij* 1610. *coram Penia*; In tantum vt nulla sit, nisi deseruiat oneribus
19 matrimonij, *l. is, qui in princ. vers. dos esse debet l. si pater mulieris in fin. ff. de iur. dot.* quibus oneribus cessantibus
20 dos, & fructus dotales veniunt restituendi *l. dotis fructus ff. de iur. dot. Capyc. Latr. consult.* 37. *nu.* 40. *& seqq. lib.* 1.

Hinc est, quod ex quadam æqui-
21 tate videtur introductum teneri dotis debitorem ad certam quantitatem, quæ deseruiat mulieri loco fructuum, & alimentorum, quando tamen pau-
22 per est, & non habet vndè viuat, tradunt *Castren. Crauet. & alij penes Couarru. var. lib.* 3. *c.* 1. *nu.* 3. *vers. sexto,*
23 licet ipse *Couarru.* validissimis rationibus dissentiat, & potissimùm, quia paupertas, nec inopia mulierum cohæret dispositioni præcitati *c. salubri-*
24 *ter* omni iure excludentis vsuras, nisi in casum moræ, & damni emergentis, lucriq; cessantis.

Immò cùm agatur de fructibus,
25 siuè alimentis iam preteritis nihil quidem mulieri debetur, nisi docto, quod

stante

stante eorum defectu coacta fuerit æs
26 alienum contrahere, vt tenent *Pancirol. conſ. 7. num. 15. Alex. conſ. 72. nu. 10. vol. 5. Pontan. de alim. cap. 12. nu. 1. Rot. in Nou. deciſ. 10. de Iudic. Capyc. deciſ. 24. nu. 9. Surd. de alim. tit. 5. quæſt. 1. nu. 43. & ſeqq.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

R*Eſtitutio in integrum intrat dat a leſione, & ſimulatione. Reſtitutio quid operetur? ſolemnitates ſemper, & quandocumque mulier lædi poteſt interuenire debent. Simulatio, ex quibus probetur. Pecunia quando dicatur verè, vel fictè expoſita?*

SVMMARIVM.

1 Reſtitutio in integrum, datur vbi agitur de ſimulatione, & leſione.
2 Hypothecæ medio tempore contractæ reſoluuntur reſoluto ex cauſa de præterito contractu, à quo ortæ ſunt.
3 Amplia quandò eſt Reus is, qui hypothecauit.
4 Reſtitutio in integrum totum id inſtaurat, quod abſtulit læſio.
5 Reſtitutio definitur, quod ſit poſitio in priſtinum ſtatum.
6 Contractus eſt nullus, ſi forma deficiat; & intentio.
7 Forma deficit, ſi omittantur ſolemnitates requiſitæ.
8 Solemnitates ſtatutariæ implendæ ſunt, quandocumque mulier lædi poteſt.
9 Contractus eſt nullitatis inſanabilis, ſi fiat abſq; ſolemnitatibus.
10 Reſolutis primis hypothecis, ſecundæ benè contrahuntur.
11 Correſpectiuitas contractuum, ex quibus dignoſcatur?
12 Contractus duo correſpectiui conſiderantur, vt vnus, & vnicus actus.
13 Vnus ineſt alteri, & totum annullatur, ſi pars reſcinditur.
14 Intentio contrahendi deeſt, vbi ſimulatur.
15 Nemo ſanæ mentis præſumitur velle ſuum iactare.
16 Inueriſimilitudo probat ſimulationem.
17 Actus apparens dicitur cautela ad impunè fraudandam legem.
18 Simulationis cauſa non eſt alleganda, quando eadem clarè patet ex coniecturis.
19 Cauſa quando eſt veroſimilis, & potuit à partibus opinari facit ſuperabundare probationem.
20 Idem dicendum, quando cauſa fuiſſet neceſſaria ad effectum.
21 Conſuetudo ſimulandi in vno ex contrahentibus dicitur vrgentiſſima coniectura.
22 Coniunctio ſanguinis apud leges eſt tanta ſuſpicionis, vt faciat facilè præſumi contractum ſimulatum.
23 Sicuti inter coniunctos præſumitur fraus, ita etiam fiducia, & ſimulatio.
24 Mulieres in actibus humanis facilè falli poſſunt.
25 Simulatio præſumitur ex inueriſimilitudine.
26 Inueriſimilitudo habet imaginem falſitatis.
27 Pecuniæ numeratio non vera, ſed apparens probat ſimulationem.
28 Numeratio apparens probatur, ſi Notarius relinquat in albo quantitatem ſolutam.
29 Pecunia ex quo nam appareat ſoluta *per manſtra*, & ad confidentiam?
30 Pecunia dicitur in mutuo ſoluta *per moſtra*, ſi deindè probatur, quod pro dicto mutuo datum fuerit nomen debitoris.
31 Hypotheca non extinguitur, nec debitor liberatur, quando fictè ſoluitur, & pecuniæ dominium non transfertur.
32 Pecunia conuerſa in cenſum præſumitur ficta expoſita pro cauſa antecedenti.
33 Ei, qui nimis callidè fuit deceptus ſummo animo ſuccurrendum eſt.
34 Nouatio non ſequitur fauore dotis.

RATIOCINIVM LII.

ROMANA CENSVS.



REuerendiſs. Pater. Duo habemus impoſitionis cenſus inſtrumẽta, quorum primum media ſui retrouenditione cauſam
1 effinxit ſecundo, in grauiſſimum præiudicium D. Fauſtinæ Albertoniæ noſtræ principalis, quæ per huiuſmodi nouationem ita læſa fuit in primæuis iuribus, & hypothecis, vt in bonis D. Laurentij Braccij, dolo ipſius de priori poſterior omnibus creditoribus euaſerit; quapropter concurrentibus inſimul, & dictorum contractuum retrouenditionis cenſus, ac eiuſdem Nouæ Conſtitutionis ſimulatione, nec non & læſione dictæ D. Fauſtinæ omni iure eiuſdem mulieris ſperamus
1 vt petimus, in integrum reſtitutionem *Gtd. de reſtit. in integr. quæſt. 84. tit. 6. n. 58.*

nu.58. Guidop. decis.141. in princ. & decis.571. nu.2. Rot. decis.405. nu.2. p.9. rec.

Quod nec erit molestè perferendum creditoribus, qui medio tempore cum dicto D. Laurentio contraxe-
2 runt; quia omisso, quod hypothecæ medio tempore contractæ resoluuntur eo ipso, quod ex causa de præterito inualidatur contractus, à quo or-
3 tum habuerunt, maximè quando esset reus is, qui hypothecauit, vt ex *Bal. in l.2. quæst.13. nu.43. C. de rescind. vendit. distinguendo firmat Ciriac. cõtr.55. per tot. & signanter n.27. & 43. lib.1.* adhuc etiam posito, quod intret restitutio, nulla illis fit iniuria, si prioris census hypothecæ reuiuiscant cum de natura restitutionis in inte-
4 grum sit, totum id instaurare, quod abstulit læsio; restitutio etenim nihil
5 aliud est, quam positio in pristinum statum *l. minor §. restitutio ff. de minor. l. fin. §. fin. C. de sententiam passis Cigal. de act. §. rursus ex diuerso nu.41. Gratian. discept. for. cap.584. nu.9.*

6 Nullitas autem prædictorum contractuum controuerti nequit, vt quæ satis suadeatur ex defectu formæ, & intentionis.

7 Ex defectu formæ, cum solemnitates requisitæ omissæ fuerint in secundo instrumento nouæ cẽsus creationis, & tamen statutum Vrbis c.154 *lib.1.* præscribens formam contra-
8 hendi cum mulieribus implendũ est, quandocumque lædi possunt: *Rot. coram S. M. Greg. decis.333. nu.1. vbi add. num.9. Gratian. discept. c.961. in princ. Pic. ad prædictum statutũ glos.7. nu.1. & apud eum Rot. decis.8. nu.4.*
9 aliter contractus insanabili subiacent nullitatis vitio *Rot. decis.314. nu.1. p.2. rec. & decis.178. nu.7. p.7. alleg. in Rom. Domus 29. Nouemb. 1660. coram Reuerendiss. Priolo, quæ est hic decis.58. nu.3.*

Nec iuuat, quod in instrumento census retrouenditionis solemnitates interuenerint, indeque liberatis bonis ab hypothecis validè ius quæri po-
10 tuerit creditoribus dicti Laurentij, quia concurrente correspectiuitate vnius contractus ad alterum, vt dignoscitur ex iisdem die, Notario, &
11 testibus, *l. lecta ff. si cert. pet. Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt.12. n.4. & seqq. Cyriac. controu.312. nu.101. lib.2. Gratian. discept. c.692. nu.38. & seqq. & c.807. n.2. Rot. coram Pen.*
12 *decis.113. n.3. Giurb. decis.85. n.18. et seq.* non debent considerari vt duo, sed vt vnus contractus, & vnicus ac-
13 tus; cum vnus alteri insit, & totum rescindatur, si pars annulletur *Natt. cons.115. n.2. Crauet. cons.298. n.13. Gratian. dicta discept.692. nu.38.*

Defecit etiam in contrahentibus intentio, quia aliud est, quod fuit in
14 instrumentis dispositum, aliud quod fuit mente simulatum *l. ab Anastasio C. mand. Soc. Sen. cons.65. n.14. lib.1. Paris. cons.54. nu.26. & 27.* cum re vera numquam animus fuerit dictæ D. Faustinæ extinguendi censum ita antiquum, & tam benè cautelatum, ad solum effectum reinuestiendi pecuniam in alium censum eiusdem vtique summæ, non tamen cum eodem venditore, & in eius bonis, licèt cum eodem debitore, sed in alijs bonis ære alieno grauatis, & cum acquisitione iuris, & hypothecę nouissime. Et propterea sicuti non est præsumendum

15 dum mulierem sanissimæ mentis ita fuisse dementem, quod suum iactare voluerit *l. cum de indebito C. de prob. l. campanus ff. de oper. libert. Rola. cons. 40. nu. 35. vers. non est verisimile lib. 1.* ita huiusmodi inuerisimilitudo
16 vehementem præbet simulationis cõiecturam *Rot. decis. 61. n. 10. & decis. 283. nu. 9. & 11. p. 5. rec. & in Rom. cambij coram Dunoz. 30. Ianu. 1643. §. 2. quia inuerisimilitudo.*

Veritas autem negotij in eo sistit, quod vendita domo censita per dictũ D. Laurentium DD. de Manfronis, cùm obligatione extinguendi intra certum, & definitum temporis spatium censum prædictum desuper impositum, & non habens dictus Laurentius, instante tempore implendæ promissionis, vndè verè, & realiter per actum retrò similem extingueret, timensq; ne Iudex in causæ cognitione suum denegaret Decretum apparentis numerationis pecuniæ, quam
17 ad se illicò traxit, adhibuit cautelam, vt impunè legem fraudaret *Fontan. decis. 179. nu. 15. Giurb. d. decis. 85. nu. 26. & seqq.*

Et hæc quidem motiuum, causamque præstiterunt simulationi, ad quam
18 adstruendam, licet nec causa sit alleganda, quando eadem clarè patet ex coniecturis, *Gratian. discept. c. 600. nu. 19. Farinac. de falsit. quæst. 162. nu. 139. Add. ad Magon. Lucen. decis. 25. littera A. Add. ad S. M. Ludouis. decis. 157. littera D. in fin.* atta-
19 men superabundat probatio ex eo, quod non solum causa est verosimilis, & à partibus opinari potuit *Rot. decis. 11. n. 4. & 5. p. 7. rec. & post Merlin. de pignor. decis. 3. nu. 3.* sed etiam
20 quia fuit necessaria ad euitandam exequutionem Cameralis obligationis, sub qua tenebatur dictus Laurentius censum redimere *Crauet. cons. 156. nu. 13. Rot. p. 3. rec. decis. 741. nu. 5.*

Concurrunt etiam coniecturæ validissimæ: quarum prima est consuetudo dicti Laurentij, huiusmodi simulationibus assueti, vt benè exponitur,
21 & probatur in facto per D. meum causæ patronum, quæ præsumptio vrgentissima censenda est *ex tex. in c. illo vos de pignor. vbi glos. in ver. consueuerit, & in l. vel vniuersorum ff. de pignorat. act. l. qui semisse §. 1. ff. de vsur. Rot. coram Comit. decis. 86. n. 14 & in prædicta Rom. cambij coram Dunoz. §. quinto quia Carolus.*

Secundo augetur præsumptio ex coniunctione sanguinis intercedente
22 inter contrahentes, quæ apud leges tantæ est suspicionis, vt facilè inducat ad præsumendum contractum simulatum *Laderch. cons. 75. n. 5. Surd. cons. 373. nu. 39. Tiraq. de retract. consang. limit. 9. nu. 8.* eaq; est ratio, quia sicuti inter coniunctos præsumitur
23 fraus, ita etiam præsumi debet fiducia, & simulatio *Gratian. discept. cap. 255. nu. 7.*

Tertio considerata maximè fragilitate mulierum, quæ in actibus hu-
24 manis facilè decipi possunt *tex. in c. Adam 33. p. 5. Authent. immobili §. 1. post medium de collat. tit. 14. Bald. in l. 2. p. 9. C. de rescind. vend. latè Tiraq. pr. l. connub. nu. 70. & seqq.*
25 Quartò etiam ex inuerisimilitudine, de qua supra diximus *Rot. decis. 61. n. 10. & decis. 283. nu. 9. in fin. & num. 11. parte 5. rec. & in dicta Rom. cambij §. secundo quia inuerisimile, &*

ratio

ratio est, quia inuerisimile præsefert imaginem falsitatis *Bald. in l. 1. C. de seru. fugit. quem sequitur Rot. apud Pen. decis. 346. nu. 10.*

27 Quinto efficacissimè augetur simulationis præsumptio ex non vera, sed apparenti pecuniæ numeratione, quæ licet exposita fuerit coram Notario, & testibus, etiam ad manus dictæ D. Faustinæ, re vera tamen numerata, & in manus eiusdem D. Faustinæ liberè dimissa non fuit, vt patet ex ipsomet instrumento, in quo volens Notarius, vt fieri debet, referre pecu-

28 niam solutam ad quantitatem tam fortis, quam fructuum, nequaquam enunciauit quantitatem dictorũ fructuum, sed eam in albo reliquit. Hinc apparet, quod verè pecunia soluta nõ fuit, sed ostensa, vt vulgò dicitur *per*

29 *mostra*, non ad solutionem, & extinctionem dicti census, sed ad confidentiam, & ad opus noui census creandi, vt in alia respondit *Rot. p. 1. rec. decis. 286. nu. 3.* ibi, *extinctio enim census fuit confidentialis itaut breui manu fuerit nouus census creatus eiusdem quantitatis*; habemus ergo expræcitata instrumenti serie, quod pecunia in extinctionem primi census verè, & realiter numerata non fuit, sed tantũ ostensa apparenter, & ad colorandam simulationem, & propterea inualida fuit extinctio, vt à simili de eo, qui dederat nomen debitoris, & stipulatus

30 fuerat pro mutuo, quod requirit pecuniam numeratam, dixit *post Bald. in d. cum allegatis n. 11. C. de vsur. Rot. coram Penn. decis. 13. nu. 5.*

Addatur, quod nullo vnquam temporis momento. extiterunt pecuniæ in dominio mulieris, sed statim receptæ per dictum D. Laurentium in pretium census venditi. Vndè magis intrat probatio simulationis ex regula, quod hypothecæ extinctæ non videantur, & debitor liberatus, quando

31 fictè fit solutio, & pecuniæ dominiũ non transfertur *ad l. qui sic soluit ff. de solut. & l. sæpè etiam ff. commod.* & faciunt notata *per Giurb. decis. 100. nu. 25.* vbi quod pecunia conuersa in censum non fuerit verè, sed fictè exposita

32 pro causa antecedenti, *& per Castr. cons. 47. sub n. 2. vers. sed in casu nostro lib. 1. vbi de pecunia conuersa in dote.*

Ex quibus manifestissimè infertur ad simulationem dictorum contractuum, & ad læsionem enormissimam

33 dictæ D. nostræ principalis, cui, ex quo nimis callidè fuit decepta, summo animo indulgendum, & succurrendum est, iuris, & facti remedijs opportunis.

Tanto magis, quod videmus existere in terminis nouationis, quæ ta-

34 men numquam sequitur fauore dotis, vt dixit *Mut. decis. 33. nu. 27. & latè tradidit cum multis allegatis Giurb. obseruat. 10. nu. 14.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

SAluianum non intrat si deficiant substantialia. Hypotheca non contrahitur in bonis fideicommisso subiectis. Fideicommissum ex quibus indicatur; eius existentia probatur per sententiam. Purificatur per mortem grauati. Hypotheca est fundamentum Saluiani. Sententia sine actis nõ probat. Maritus est generalis administrator bonorum mulieris in ijs, quæ respiciunt eius vtilitatem. Hæres fideicõmissarius non potest præiudicare vocatis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Saluianum non intrat substantialibus non concurrentibus.
2 Actore non probante Reus definitiuè absolui debet.
3 Creditum in Saluiano debet esse clarissimum.
4 Saluianum non militat non probata possessione de tempore obligationis.
5 Cessat Saluianum ex defectu hypothecæ.
6 Hypotheca non contrahitur in bonis fideicommissarijs.
7 Exceptio requirens altiorem indaginem reijcitur ad Petitorium in Saluiano.
8 *Lim.* in exceptione iam probata.
9 Item in exceptione, quæ incontinenti probari potest.
10 Exceptio deficientis hypothecæ ex causa fideicommissi impedit immissionem in Saluiano.
11 Fideicommissum extare probatur ex prohibita alienatione.
12 Inducitur etiam ex verbis *Descendentes*, *& in perpetuum* appositis in dispositione.
13 Nomen collectiuum *descendentes* denotat perpetuitatem, & omnes descendentes ordine successiuo vocat in infinitum.
14 Verbum *in infinitum* inducit absolutum, & perpetuum fideicommissum.
15 Sententia, quæ transitum fecit in iudicatum, facit cessare quæstionem, super qua fuit lata.
16 Acquiescentia aduersarij infert ad approbationem sententiæ.
17 Sententia per longum tempus obseruata, nequit amplius impugnari.
18 Purificatio fideicommissi inducitur per aduentũ conditionis, sub qua hæres fuit vocatus.
19 Actio realis cessat deficiente hypotheca.
20 Actio cessat contra hæredem non docto de aditione.
21 Inuentarium, eiusq; rationis redditio præseruat hæredem ab obligationibus æris alieni.
22 Sententia sine actis producta non meretur fidem, nec nomen sententiæ.
23 Sententia secunda, quę impertinens est cum prima iuuari nequit actis, & processu primæ.
24 Sed indiget specialibus probationibus, super quibus fundetur.
25 Sententia emanata ad instantiam viri in causa mulieris non afficit mulierem, non docto de mandato.
25 Maritus videtur habere mandatum à lege, & dicitur vniuersalis administrator bonorum mulieris.
27 Intellige si mulieri vbilibet prospiciat, secus si noceat.
28 Maximè si mulier nolit habere ratum gestum à viro.
29 Ratificatio quando non releuet.
30 Heres fideicommissarius non præiudicat filijs ex propria persona vocatis.

RATIOCINIVM LIII.

ROMANA VINEÆ, SEV FIDEICOMMISSI.



Illustriss. & Reuerendiss. Pater, Deficium substantialia intentati Saluiani, ideò D. Martha principalis nostra omni iure absoluenda videtur ab indebitè petitis per RR. Moniales pro immissione ad vineam, de qua agitur. *DD. in l. 1.*
1 *ff. de Salu. interd. & originaliter Rol. cons. 14. nu. 13. lib. 1. Rot. in rec. decis. 481. nu. 1. p. 4. t. 2. coram Seraph. decis. 1100. in print. in Rom. Saluiani 1. Ianuarij 1646. & 26. Februarij 1647. coram Royas cum alijs per eandem in Beneuent. Saluiani 14. Maij 1649.*
2 *in princ. corã Arguelles.* Et Actore nõ probante reus definitiuè absolui debet. *l. eum qui dicit, & l. verius ff. de probat. l. qui accusare C. de eden.*

3 Creditum multa patitur, & tamen ad hunc effectum esse debet clarissimum *Pacif. de Salu. insp. 4. c. 1. nu. 4. Rot. coram Greg. decis. 67. n. 1. & p. 4. rec. decis. 609. nu. 1. cum alijs in Rom. dotis coram Eminentiss. D. M. Celso 5. Iunij 1648. §. dum enim.* Possessio
4 dictæ vineæ de tempore prætensæ obligationis non fuit probata, & propterea intrare nequit Saluianum *Scacc. de salu. quæst. 25. n. 4. lib. 1. Menoch. de adipis. rem. 3. quæst. 29. n. 160. Rot. coram Duran. decis. 401. nu. 1. & decis. 461. nu. 3.*

Sed, & quod insanabile est, cessat etiam Saluianum ex defectu hypo-
5 thecæ, cui prædicta vinea subijci non poterat ex fideicommisso desuper imposito, cum expressa alienationis prohibitione. *Tex. expressus in l. fin. vbi glos.*

glos. in vers. hypothecam Bart. et Bald. nu. 2. C. de reb. absen. non alien. Petr. de fideicomm. quæst. 8. nu. 366. & seq. Peregr. eod. tract. art. 40. n. 48. Fusar. de substit. quæst. 703. nu. 2. & distinguendo tradidit Merlin. de pignor. lib. 2. quæst. 7. nu. 18. & seqq. Rot. coram Burat. decis. 223. nu. 7. & coram Seraph. decis. 257. nu. 2. & 3. & fuit dictum in Rom. retentionis domorum 2. Martij 1643. corã Ghislerio in princ.

Nec releuat, quod natura Iudicij ad petitorium reijciat huiusmodi exceptionem, vt quæ altiorem requirat
7 indaginem ad tradita per Rot. in Romana cẽsus, seu Salu. 25. Maij 1657. coram Reuerendiss. D. Cerro §. nec obstat, & in Rom. successionis 12. Ianu. 1661. coram Reuerendiss. Meltio, quæ inter hic impress. est decis. 64. nu. 10.

8 Quoniam adducimus exceptionem iam probatam, & canonizatam per sententiam in hac eadem causa emanatã anno 1640. Menoch. de adipisc. rem. 4. quæst. 67. cas. 15. num. 605. & seqq. Rot. in Rom. de Marescott. 20. Nouembris 1613. vers. circa secun-
9 dum coram bo. me. Sacrato, vel quæ incontinenti probari potest Bec. cons. 89. n. 18. Scapucc. de Salu. lib. 2. quæst. 8. nu. 1. & 2. Add. ad Burat. decis. 76. nu. 24. Seraph. decis. 752. n. 1. & quod
10 huiusmodi exceptio impediat immissionem fuit dictum in dicta Romana retentionis domorũ §. quia cum demus.

Existentia fideicõmissi, vltra quod patet ex lectura Testamenti, & Codicillorum q. D. Magdalenæ fideicõmittentis, probatur etiam ex prohibi-
11 tione alienationis, de qua in illis Bart. & DD. in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat. Gozad. cons. 52. nu. 5. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volun. pag. 263. n. 10. Gabr. de fideic. concl. 9. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 688. nu. 109. Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. nu. 16. Rot. in rec. p. 1. decis. 143. n. 1.

12 Quod etiam inducunt verba, descendentes, & in perpetuum, in dispositione Testatricis apposita: vt de nomine collectiuo, descendentes, quod
13 perpetuitatem denotat, & omnes descendentes ordine successiuo in infinitum vocat, dixerunt Peregr. de fideic. art. 19. nu. 11. & art. 25. nu. 8. & art. 30. nu. 2. & 14. Rolan. cons. 70. n. 20. lib. 3. Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 12. dub. 6. solu. 9. nu. 46. cum alijs fusè allegatis per Rot.
14 in rec. p. 1. decis. 193. n. 3. & de verbo, in infinitum, quod inducat absolutum, & perpetuum fideicommissum, scripsit Soccin. in dicta l. qui Romæ §. cohæredes n. 18. vers. hanc conclusionem ff. de verb. obligat. Addo Surd. cons. 67. nu. 36. & seq. Gabr. de fideic. concl. 9. n. 12. Rot. diuers. p. 2. decis. 121. nu. 4. & rec. p. 1. decis. 193. nu. 5. vers. vnde ex prædicta.

At in præsenti iudicio videor hæc omnia ex abundanti deduxisse, ex quo opus non est præsentis examinis, sed est potius supponendum ex præfata sententia, quæ transitum fecit in iudi-
15 catum Rot. p. 8. rec. decis. 230. nu. 12. Considerata maximè Aduersariorum acquiescentia per tot annorum spa-
16 tium, quæ sanè earum inducit consensum, & approbationem Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 39. nu. 3. Bald. in auth. si omnes nu. 11. & 12. C. si min. ab hæred. se abstin. Alex. cons. 136. nu. 2. lib. 2. Rot. decis. 64. nu. 17. & decis. 238. nu. 24. & seqq. p. 8. rec.

& in

& in Meleuit. Iurispatr. die 28. *Ia-*
nuarij 1661.*quæ est hic decis*.68.*n*.9.
17 *& decis*. 5. *nu*. 21. & quod nequeat
amplius impugnari sententia per lon-
gum tempus obseruata dictum fuit in
Ferrarien.supplementi legitimæ 1.*De-*
cembris 1645.*coram Dunoz*. §. *nec ex*
iuribus circa med.

Eius verò purificatio inde liquet,
quod Testator post institutam Por-
tiam eius filiam, & huic neptes sub-
18 stitutas, vocauit in earum defectum
descendentes vsque in infinitum; vn-
de cum tàm instituta, quam substitu-
tæ obierint, vt fatentur DD. Aduer-
sariæ, & D.Mathæa sit proximior de-
scendentibus ex dicta Testatrice, vt ex
arbore, quæ datur *summario nostro n*.2.
de purificatione non est ambigendum
Bellon.consf.19.*nu*.3. *Rot. in rec. p*.1.
decis.436.*nu*.1.

Quapropter cessante hypotheca ex
19 natura impositi fideicommissi nullo
modo agi potest actione reali ad vi-
neam; quemadmodum etiam, nec
20 agi potest actione personali contra D.
Martham, vti hæredem matris præ-
tensæ debitricis dictarum RR. Mo-
nialium, quia non docetur de aditio-
ne; & in omnem casum obstaret be-
21 neficium *l. & inuentarij*, & rationis
redditio, quæ ita præseruant hęredem
ab obligatione quasi contracta cum
creditore, perinde, ac si numquam
adiuisset *Rot.decis*.114.*nu*.22. *& de-*
cis.126.*nu*.22.*p*.7.*rec*. faciuntque al-
legata *in Firm.Salu.corã Eminentiss.*
Domino meo Celso 4.*Iulij* 1657. §.
hæres, & §. *repræsentat, & in Arimi-*
nen.Fructuum 31.*Ian*.1661.*quæ est*
hic decis.69. *nu*.7.

Non obstat asserta sententia R. P.
D. Ferentilli emanata, vt ex aduerso
dicitur, anno 1652. ad instantiam D.
Petri viri dictæ D. Marthæ, & qua
fuit declaratum vineam prædictam
nulli fideicommisso purificato, vel pu-
rificando esse subiectam; quoniam
cum producatur sine actis, nec appa-
reat quo iure, & quibus probationi-
22 bus dicantur, nec fidem, nec nomen
meretur sententiæ *l. si cum nulla vbi*
glos.& Bart.ff.de re iudic.Gratian.di-
scept.765.*nu*.64.*Rot.diuers.p*.1. *de-*
cis.104.*in fin. & p*.2. *decis*.96. *nu*.5.
& coram Seraph.decis.615.*num*.5.*&*
decis.723.*nu*.22. *& in rec. p*.1. *decis.*
665.*nu*.2.*& p*.4.*t*.2.*decis*.470.*n*.11.
Confirmatur; quia sicuti huiusmodi
sententia, quæ non vtique negat exi-
stentiam fideicommissi, sed solum ab
ea, vt prætenditur adimit prænomi-
natam vineam, vtpotè liberam, & à
fideicommisso emancipatam ex causa
dotis debitæ dictæ D. Portiæ fideicō-
mittentis filiæ, impertinens est in hac
23 parte cum prima sententia fideicom-
missi declaratoria, nec eam infert, vel
excludit; Ita etiam eiusdem actis, &
processu iuuari minimè potest; sed
opus habet specialibus probationibus
24 super quibus fundetur *Rot. corã Put.*
decis. 405. *lib*.6. *Seraph. decis*. 705.
nu.3.*& decis*.734. *nu*.51.*in rec. p*.4.
t.3.*decis*.578.*nu*.8:*& decis*.653.*nu*.
14. *& coram S. M. Greg. decis*.209.
nu.4.*& decis*.264.*nu*.4.

Insuper data etiam, & non conces-
sa subsistentia prætensæ sententiæ, ad-
huc afficere non potest D.Martham,
25 tamquam emanata ad instantiam ma-
riti, cui amoto mulieris consensu om-
nis in his deficiebat potestas, *vt post*
glos.in l.si filiæ C. de donat. antè nupt.

*c.cum super Abbatia de off.deleg.Menoch. consf.*103.*nu.*51.*vol.*1. tradidit *Rot.in rec.p.*1.*decis.*460.*nu.*6.

Nec facit, quod maritus videatur
26 habere mandatum à lege, & dicatur vniuersalis administrator bonorum mulieris *ad tex.in l.maritus C.de procurat.Dec.in l.*1. *nu.*49. *ff. de off. eius Rolan. consf.*64. *nu.* 1. *lib.*4. *Honded, consf.*66.*nu.*88.*lib.*1.*Tiraq.de retract. lignag.*§.9.*glos.*1.*n.*1.*Rot: coram Pen. decis.*693.*num.*10.

Quia prædicta procedunt quoad ea, quæ respiciunt fauorem, & vtilitatem vxoris, cum aliàs nequeat eius
27 conditionem, vel in minimo reddere deteriorem, aut eidem aliquo modo preiudicare *ad tex:expressos in l.ita cōstante ff.de iur.dot.l.dedit l.Attilianus l.si mulier dotis,& l.cum maritus ff.de pact.dot.Soc.Iun.consf.*105.*n.*11.*lib.*1 *Honded.dicto consf.*66.*n.*88.*lib.*1.

Maximè quando, prout in casu nostro mulier numquam vellet ha-
28 bere ratum gestum à viro. *Alex:in l, maritus C.de procurat.& consf.*83.*nu.* 4.*vers.ac etiam lib.*6.

Læsio demùm, & præiudicium, quod oriretur nostræ principali ex prætensa sententia, quatenus eidem deferatur, inde etiam augetur, & con-
29 siderabile redditur, quod nec ipsa mulier instare potuisset pro dicta sententia, nec eam approbare in præiudiciū filiorum *Peregr. de fideic. art.*40. *nu.* 123.*Rot.coram Duran.decis.*339.*n.*8 *& in rec.p.*5.*decis.*147.*nu.*1. *& p.*7. *decis.*25.*num.*9. *& p.*8.*decis.*255.*in fin. & fuit etiam dictū in Firm. fideicommissi* 15. *Martij* 1660. *coram Reuerendiss. D. meo Taya* §. *nec obstare, quæ inter hic impress.est decis.*25.*n.*1.

ARGVMENTVM.

Præscriptio contra agere non valentem non currit, etiamsi Statutaria sit. Cessat concurrente mala fide. Mala fides nocet etiam successori. Interpellatio inducit malam fidem. Præscriptio semel interrupta, ampliùs currere nequit. Scientia oneris constituit in Mora. Mora non committitur, vbi nondum nata est actio. Ignorantia excludit præscriptionem.

SVMMARIVM.

1 Præscriptio non intrat contra eum, qui agere, vel pati non valet.
2 Extende, etiam si præscriptio sit statutaria.
3 Præscriptio statutaria regulatur eodem modo, ac prescriptio iuris communis, in cuius locum subrogatur.
4 Pupillaritas probatur ex tutela pupillo decreta.
5 Probatur etiam ex fide baptismi.
6 Prescriptio cessat stante mala fide.
7 Ius canonicum requirit bonam fidem, etiam in prescriptione actionum personalium.
8 Et hec est sententia communior.
9 Mala fides non reuocatur, etiam quod superueniat sententia in contrarium.
10 Scientia oneris adiecti in legaro inducitur ex acceptatione legati, prout etiam ex interpellatione desuper emanara.
11 Scientia oneris inducit malam fidem.
12 Legatarius rem alteri restituendam ex lege testatoris non prescribit.
13 Mala fides vera impedit prescriptionem etiam 1000. annorum.
14 Mala fides in authore operatur, vt successor, vel hæres medius inchoare nequeat præscriptionē, vel ex præuia persona, vel vtendo accessione temporis sui principalis.
15 Interpellatione contrahitur vitium litigiosi, quod perpetuò excludit à quacumque præscriptione.
16 Præscriptio interrumpitur per intimationem.
17 Præscriptio mala fide semel inducta ampliùs currere, & renouari nequit.
18 Interpellatio quomodo constituat in mora petendi.
19 Inducta ad vnum effectum non possunt contrarium operari.
20 Præscriptio non percutit iura nondum existentia, sed pendentia à conditione.
21 Præscriptio non datur contra inscium.
22 Mora non committitur, vbi nondū actio nata est.
23 Præscriptio non competit in conditionalibus, etiamdato titulo, & bona fide.
24 Et hæc sententia est communis.
25 Præscriptio in conditionalibus non incipit currere, nisi post aduentum diei.

26 Igno-

26 Ignorantia probatur iuramento ignorantis.
27 Ignorantia impedit quamcumque præscriptioné.
28 Nihil est imputandum ei, qui verosimiliter ignorauit ius suum.
29 Succurritur huiusmodi ignoranti per restitutionem in integrum.
30 Ad effectum præscriptionis est omninò necessaria in eo, contra quem præscribitur scientia iuris, quod eidem competit.

RATIOCINIVM LIV.

ROMANA PECVNIARIA.



Euerendiss. Pater. Strictè ad præscriptionem ex aduerso allegatam, & ad quam tamquam ad nodum Gordianum tota præsentis Iudicij difficultas fuit redacta. Hæc multifariè excluditur; & primò quia agitur de inducenda præscriptione contra D.Mariam matrem
1 nostræ principalis tunc pupillam; quę certè nec agere, nec pati valebat *l. si cut vers. sed. pupillari ætate dumtaxat, & l. cum notissimi in princ. Vbi etiam Glos. in ver. excipiendo C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. Abb. in c. pr. num.* 2. *eod. tit. Gratian. discept.* 403. *nu.* 22. *Add. ad Buratt. decis.* 774. *littera A. Rot. coram bon. mem. Cardinali Mellino decis.* 258. *nu.* 7. *post Pacif. de salu. decis.* 302. *nu.* 2. *& parte* 7. *Rec. decis.* 61. *nu.* 13., *& parte* 8. *decis.* 105. *num.* 16. *& seqq.*
2 Non obstante quod præscriptio ipsa ex statuto oriatur, vt in terminis Statuti Vrbis scripsit *Marescott. var. lib.* 2. *decis.* 67. *n.* 24. *vers. sed quamuis, & dixit Rot. in Rom. census* 9. *Decembris* 1587. *coram Gypsio* §. *quæ quidem præscriptio, quæ est decis.* 144. *post Fenz. ad Stat. Vrb.*, quia eodem modo regulatur pręscriptio Statutaria,
3 ac præscriptio iuris Cõmunis, in cuius locum subrogatur, vt in puncto tradit *Surd. de alim. tit.* 9. *qu.* 6. *nu.* 20. *in fin. Balb. de præscript.* 2. *p. punc.* 3. *q.* 14. *n.* 4. *Gratian. discept.* 994. *nu.* 4. *Rot. & per eam alleg. decis.* 257. *n. pr. post Pacif. de salu.*
4 Pupillaritas autem controuerti nequit tam ex tutela data in eodem testamento, in quo dictæ Mariæ emanauit legatum *Mascar. de probat. concl.* 675. *n.* 9. *Ioseph Ludou. decis. Pe-*
5 *rus.* 55. *num.* 6., quàm etiam ex fide baptismi, quę offertur formiter extracta *Rot. p.* 6. *rec. decis.* 260. *n.* 14. *Caputaq. decis.* 314. *n. pr. Buratt. decis.*
6 75. *num. pr.* Cessat etiam præscriptio stante mala fide, ob quam nulla, vel incipere, vel currere potest vsucapio *C. vigilanti & cap. fin. de præscript. Balb. eod. tract.* 2. *p. princ. qu.* 2. *n.* 2.
7 maximè attenta dispositione iuris Canonici, quæ bonam fidem requirit etiam in præscriptione actionum personalium *Gabr. de præscript. concl.* 3. *nu. pr. Thesau. qu. foren. lib. pr. q.* 41. *nu.* 2. *vbi de magis communi*; In tantũ
8 vt non tollatur etiam per superueniẽ-
9 tiam sententiæ *Rot. coram Arigonio in Tolet. Parrochialis de Sazedon.* 22. *Maij* 1592.

Et propterea cum D. Dorothea tũ
10 ex acceptatione legati eidem relicti sub onere redimendi pignora ad fauorem dictæ D. Mariæ, quam etiam ex interpellatione iudiciali ad onus
11 prædictum implendum, sciuerit se priuari legato in defectum adimplementi, & in eodem suffici D. Mariam, certè à mala fide excusari nequit, nec rem ex lege Testatoris alteri debitam
12 potuit præscribere, vt in puncto *Secini cons.* 63. *col.* 3. *vers. & sic quod non potuerit præscribere lib. pr. Ferret. cons.*

conf.41.n.5.& conf.179.n.13.quem refert & sequitur Peregr. de iur. fisc.
13 *lib.6.tit.8.n.11.& 12.* vbi etiamsi ageretur de præscriptione 1000. annorum propter malam fidem veram, & in terminis alterius legati optimè *Rot. in Rom. dotis, & legati 15. Ianuarij 1620. coram Manzanedo.*

14 Quæ mala fides in Authore operatur, vt successor, vel quicumque hæres etiam medius inchoare nequeat præscriptionem vel ex propria persona, vel vtendo accessione temporis sui principalis, vt latè *Honded. conf. 17.n.85.& seqq.lib.pr. Abb. in c.pr. si diligenti n.30.& ibidem Felin. nu. 6. de præscript. Gabr. eodem tract.conclus.5.n.pr.vers.contrariam verò opinionem Rot. post Pacif. de salu. decis. 26.n.20.& par.2.Rec.decis.164.n.3.*

Imò interpellatio prædicta pro exe-
15 quenda Testatoris voluntate ita irremissibiliter contraxit vitium litigiosi, vt perpetuò excluserit à præscriptione quacumque, vt de interpellatione pro exequutione Laudi dixerunt allegati per *Gratian. discept.994.n.13.*

16 Accedit quod cum per huiusmodi intimationem iudicialiter factam omnis, & quæcumque præscriptio fuerit interrupta, hæc sanè mala fide semel inducta amplius currere, & reno-
17 uari non potuit *Rot.in Rom.Pecuniaria 23. Ianuarij 1616. coram Rembollo, & in alia pecuniaria coram Sacrato 20. Nouembris 1609.*

18 Nec dicatur, quod immo præmemorata interpellatio causam dederit præscriptioni, cum eius vigore dicta D. Maria constituta fuerit in mora petendi legatum *Stat. Vrb. c. 158. lib.pr.*; siquidem intimatio, quæ fuit transmissa ad effectum, vt D. Dorothea nullo vnquam tempore ignora-
19 re posset onus legati adiectum, & Testatoris prouisionem in casum nō implementi, non potuit in contrarium operari per *l. legata inutiliter & l. princeps ff.de leg.pr.*& per consequens
20 afficere ius D. Mariæ, quod non extabat, sed pendebat à conditione potestatiua, nimirum à voluntate dictæ D. Dorotheæ, quæ præscribere non poterat, nisi postquam se in bona, & Mariam in mala fide constituisset, denunciando scilicet, quod non tenebatur, aut nolebat redimere ad effectum,
21 vt ius, & actio oriretur, dareturque scientia in Maria, sine qua nunquam intrare potest præscriptio, ad tradita per *Rot. in dicta Rom. dotis seu legati, & post Merlin. de pignor. decis. 35. nu. 17. & 20.*

Et quia nulla mora committi po-
22 test, vbi nondum nata est actio *l. vbi autem ff. de in diem addict. Bon. de Stat. Vrb. præscript. fol. 19. nu. 254. & seqq. Buratt. decis. 511.nu.2.cum alijs de quibus in part. 9. rec. tom. pr. decis. 284. nu. 40.*, Ideo futilis omnino est præscriptio, quatenus in hoc etiam nititur fundamento; Tum quia
23 non competit in conditionalibus, vt diximus, etiam stante titulo, & bona fide *Natt. conf. 437. n. 5. Molin. de Hispan. primog. lib.4. tit. 10.conclus.*
24 *3.* vbi ex communi testatur, cum alijs quos refert & sequitur *Rot. post Pacif.*
25 *decis. 300.n.9.*nec incipit currere nisi post aduentum diei *Rot.p.8.rec.decis.*
26 *3. n. 4.*, Tum etiam quia probabilis ignorantia, de qua in dubio statur iuramento ignorantis *Fenzon. ad Stat. Vrb. c. 158. nu. 74. Rot.coram Orano*

in

in Romana redditionis rationis 15. Martij 1599. quæ est decis. 257. n. 6.
27 post Pacif. impedit quamcumq; præscriptionem, cum nihil sit imputandum ei, qui verosimiliter ignorare potuit purificationem conditionis, vel ortum ius petendi, vel cessum agendi
28 diem Corn. cons. 22. nu. 15. vers. marito lib. 3. Rot. post Pacif. dec. 160. n. 13. & quod non obstet præscriptio, sed
29 succurrendum sit per restitutionem in integrum ei, qui petere neglexerat redditionem rationis, ex quo nesciuerat subtractionem pecuniarum, à quibus oriebatur creditum, dixit Rot. post Fenzon. decis. 151. §. non obstat; nam ad effectum, quod contra aliquem præscribatur necessaria omnino est scientia in eo de iure, quod eidem competit Rot. in Romana domus 30. Martij 1609. coram Lancelloto.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

AD consequendam Abbatiam, curã animarum habentem, quæ ætas requiratur? Qualitas superueniens non tollit statum præcedentem. Prouisus cura Parochiali intra quod tempus debeat promoueri ad Sacerdotium? Parochialitas, quando est vnita dignitati assumit dignitatis naturam. De iure concordatorũ ætas in Abbate debet esse annorum 23. Abbatia data in commendam perpetuam, & si curam spiritualem habeat annexam, datur nihilominus minoribus annis 25. quia commenda habet implicitam dispẽsationẽ.

SVMMARIVM.

1 Abbatia, quæ habeat annexam curam animarum de tempore collationis non requirit ætatem aptam Sacerdotio.
2 Abbatia est beneficium, & simplex dignitas.
3 Ad beneficium simplex requiritur ætas longè minor Sacerdotali.
4 Simplex dignitas ex adiectione curæ animarum non amittit propriam naturam.
5 Qualitas intenta minus principaliter, & per accidens titulo Abbatiali accedens non est considerabilis.
6 Rota sic decidit in terminis qualitatis Sacerdotalis ad dignitatem Archidiaconatus.
7 Qualitas superueniens non tollit statum præcedentem.
8 Nihil admittit, sed habet se per modum adiacentis.
9 Nobilis, si per Statutum fiat popularis non perdit iura nobilitatis, sed popularitas accrescit ad beneficium.
10 Qualitas Parochialitatis addita titulo Abbatiali eius naturam non immutat.
11 Prouisus cura animarum debet sub pœna priuationis promoueri ad Sacerdotium intra annũ.
12 Et ad istum effectum debet attigisse 25. annum ex Conc. Trid.
13 Declara, vt procedant prædicta, si animarum Regimen principaliter, aut æquè principaliter institutum fuisset.
14 Secus si vnitiuè, quia vnitum assumit naturam eius, cui vnitur.
15 Multa accessoriè conceduntur, quæ si principaliter venirent non concederentur.
16 Amplia, si cura animarum esset vnita dignitati in spiritualibus, & concessa pleno iure Prælato.
17 Cura animarum quando possit à prouiso alteri committi.
18 Cura animarum quando minus principaliter veniat.
19 Cura animarum si principaliter fit intenta dari non potest absque concursu.
20 Disposita in alijs dignitatibus non inferunt ad Abbatiam.
21 De Iure concordatorum, quæ ætas requiratur in Abbate?
22 Humanæ vitæ breuitas suasit correctionem iuris humani.
23 Dignitas habens curã animarum commendatur minoribus 25. annis.
24 Commenda habet implicitam dispensationem.
25 Commendatarij sunt ad instar administratorum.
26 Dignitas regularis non conceditur seculari in titulum, sed in commendam.
27 Commenda, quod sit perpetua ex quibus dignoscatur.
28 Abbatijs in perpetuam commendam non implicat cura animarum.

RATIOCINIVM LV.

IANVEN. ABBATIÆ.



Equisitus pro veritate, quid de ætate requiratur apta ex Sacrorum Canonum dispositione titulo, ac ministerio Abbatiæ, curam

curam animarum habentis annexam,
nùm scilicet, quæ & ad Parochialem
1 exigitur Sacerdotalis necessaria esset in
prouiso, an verò minor sufficeret:
summo animo de iure assero, opus
Sacerdotali non esse; sed ætatem ea
minorem de tempore collationis congruere,
& esse parem, ea potissimùm
nixus ratione, quod cum Abbatia sit
2 beneficium, & simplex dignitas *Federic.
desen. cons.* 132. *nu.* 2. *vers. &
prima declaratio Lop. alleg.* 85. *nu.* 11.
Cardinalis Tusch. concl. 29. *n.* 5. atq;
ad huiusmodi beneficium longè minor
3 ætas, quam Sacerdotalis requiratur,
vt habetur *in Concil. Trid. sess.*
24. *de reform. cap.* 12. *& sess.* 23. *cap.* 6
Corrad. in prax. dispensat. lib. 4. *cap.* 1.
4 *in princ.* non ideò propriam amisit naturam,
quia sibi fuerit adiecta cura
animarum, cum qualitas minus prin-
5 cipaliter intenta, & per accidens titulo
Abbatiali accedens nulla sit digna cósideratione
*gl. f. & DD. in l. qui habēt
ff. de tutel. Abb. in c. si quis contra n.* 2.
de for. compet. & in similibus terminis
6 qualitatis Sacerdotalis ad dignitatem
Archidiaconatus dixit *Rot. in rec. p.* 3.
decis. 244. *nu.* 6. *& p.* 6. *decis.* 112. *nu.*
7 9. cui argumento illa altera ancillatur
iuris conclusio, quod qualitas superueniens
non debet tollere statum præcedentem
*l. per adoptionem ff. de adop.
l. falsa demonstratio* §. 1. *ff. de condit.
& demonstrat.* Sed habet adiectionis
causam tribuere, & primæ dignitatis
8 honorem augere potiùs, quàm eidem
aliquid prærogatiuarum adimere, aut
quidquam mutare *Tex. in l. Senatores
in fin. ff. de Senat. l. in adoptionem p. C.
de adopt. l. per adoptionem ff. eodem vbi
Bald.* notat, quod si nobiles per ali-

quod Statutum fierent populares, non
9 propterea perderent nobilitatem generis:
sed popularitas eis accresceret
in beneficium; optimè etiam *Cephal.
cons.* 331. *n.* 1. *vers. & potius, Oldrad.
cons.* 239. *per tot. & cons.* 267. *n.* 2. *&
seqq. & pluribus suadet Tiraq. de nobilit.
cap.* 6. *nu.* 54. *vers. è diuerso, quem
sequitur Rot. coram Pen. decis.* 686.
nu. 6. *& in terminis Gambar. de off. &
potest. leg. in commen. benef. nu.* 67.

Prædictis congruit etiam quod
qualitas Parochialitatis addita generi,
titulo nempè Abbatiali, non immutat
10 suum genus, nec eius venit appellatione;
sed semper huiusmodi dignitas
per se manet, & in suo primæuo libertatis
statu vltra Parochiam, vt est *Tex.
in c. Statutum de elect. in* 6. *& rationabiliter
notat Abb. in c. bonæ memoriæ
num.* 2. *de postulat. Prælat. Barbet. in
tract. de præben. Cardin. in* 1. *quæst. pr.
par. nu.* 14. *& plenè Albert. in tract. de
augum. concl.* 3.

Nec obstare potest annexio curæ
animarum, cuius gratia tenetur pro-
11 uisus intra annum promoueri ad Sacerdotalem
characterē sub pœna priuationis,
vt plenè disponitur *in c. licet
Canon. de elect. in* 6. & ad quem effe-
12 ctum debet attigisse 25. annum, vt
statutum fuit in *Concil. Trid. sess.* 24.
de reformat. cap. 12. *& Clem. vlt. de
ætat. & qualit.*

Nam benè procederet obiectum,
si animarum regimen, aut principali-
13 ter institutum fuisset, aut saltè æquè
principaliter *Rebuff. in prax. benefic.
tit. de non promoto intra annum n.* 31.

Sed cum accessoriè veniat cura animarum,
& vnitiuè, sanè dicendum est
quod accessorium sequi debeat, &

vnitum assumere naturam eius, cui
14 vnitur *c. recolentes in fin. de stat. Monach. c. extirpandæ §. qui verò de præben. & c. super de præben. in 6. & in punc. bona glos. in c. licet canon ver. Pa-*
15 *rochialis de elect. in 6.* cum multa accessoriè concedantur, quæ si principaliter venirent non permitterentur, vt pluribus allegatis in puncto beneficiorum firmat *Mandos. ad reg. 32. Cancell.*

16 Maximè, vbi prout in casu cura, & Parochialitas animarum esset vnita dignitati in spiritualibus, & concessa plenò iure Prælato, quia cum vtriusque ministerium diuidi possit, non incongruum si dignitati preficiatur non habens ætatem Sacramentorum administrationi conuenientem, cum is eorum curam, & exercitium demandare possit Capellano, seù Vicario per ipsum instituendo, vel destituendo, &
17 vt dicitur manuali, & ad nutum amouibili, ipse verò præesse solùm præbendæ, ac dignitati, vt tradit *glos. in clem. vnic. §. præmissa verb. reuocati de supplen. Prælat. neglig.* notat etiã *glos. in clem. frequens §. siquidem etiam in verb. ad mensam vers. nec putes de excess. Prælat.* & in puncto latè comprobat *Vitalin. ex gratia vidẽdus in clem. frequens nu. 73. & seqq. & nu. 174. de excess. Prælat.*

18 Quod autem in casu cura animarum stet accessoriè, ac minùs principaliter ostenditur inconuincibiliter ex libera præbendæ collatione, quæ vbi vacat confertur à Summo Pontifice, tamquam dignitas per se, & absque vllo concursu; qui certè omitti non
19 posset citra ius Parochialitatis per se, & æquè principaliter intentæ *Grat. discept. 273. nu. 47. & 48. Vgolin. de potest. Episc. cap. 50. §. 3. vers. 5. & 9. Garz. de benef. p. 9. cap. 2. §. 1. n. 193. vbi testatur sic fuisse decisum in Sac. Congreg. Emin. Concil. interpret.*

Sed vt propiùs rem attingamus, ipso etiam iure originaliter inspecto nullam hęc omninò pati videntur difficultatem; siquidem dispositio *c. in*
20 *cunctis §. inferiora de electione*, requirens ętatem habilem in Decanatu, Archidiaconatu, & Prioratu, curam spiritualem annexam habentibus trahi nequit ad Abbatiam: de qua ibi nulla fit mentio, cum agatur de materia odiosa, & per consequens restringibili, vt habetur *in c. licet Canon vbi glos. notabilis in ver. Parochialis, & in c. Statutum vbi etiam glos. in ver. Statutum de electione in 6.*

Et validiùs prædicta sibi hodiè locum vindicant de iure cõcordatorum inter S.M. Leonem X. & Franciscum Regem Christianissimum *Tit. de Regia ad Prælat. nominat. facien. §. eiusdem ordinis*, vbi quod ad summum sa-
21 tis, nulla ætas maior desiderari potest in Abbate, quam 23. annorum: cum variantibus temporibus, & vita hominum in dies magis declinante necessum fuerit humana iura mutare, &
22 ætatum antiquos ordines ad munia spiritualia exercenda requisitos minorare.

Quibus superaddi possunt doctissimè tradita à *Rebuff. in dicto tit. de reg. ad Prælat. nominat. §. eod. in ver. vigintitrium, vbi ad satietatem.*

Augetur demum prędictorum veritas, & res in claris manet si animaduertatur, vt in facto supponitur, non conferri hodiernis temporibus Abbatiam,

batiam, de qua agitur, in titulum, ſed in commendam perpetuam: quo caſu nemini dubium eſt poſſe commenda-
23 ri dignitates, curam animarum præſeferentes minoribus 25. annis, vt in puncto reprobata opinione *Gambar. de off. & poteſt. leg. in commen. benef. nu.* 110. tradunt *Tambur. de iur. Abbatiſſ. Garz. de benef. p. 4. cap. 4. n.* 32. licèt ipſe *Gambar. ibidem nu.* 109. ex iuribus per eum allegatis videatur idē ſentire, ne ſibi ſit contrarius, quod & clarius faſſus eſt *nu.* 57. & 60. vbi dixit viam commendæ adinuentam eſſe noſtris temporibus, vt qui inhabilis eſſet ad titulum, idoneus eſſet ad cōmendam; idem putat *Garz. dicta p. 4. cap. 4. nu.* 24.

24 Et ratio eſt, quia commenda habet implicitam diſpenſationem *Rot. apud Caſſiod. de iur. patron. deciſ. 5. num.* 12. *Gemin. conſ. 38. nu. 11. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. §. 8. gloſ. 5. nu. 6. Mandoſ. in reg. 32. Cancell. quæſt. 30. nu. 3. Tambur. tract. præcit. diſput. 4. qu. 4. nu. 3. verſ. contrarium, & quæſt. 8. n. 2. verſ. poteſt abb.* & propterea eſto, quod ad titulum dignitatis validè conſequendum non minor ætas requiratur 25. nequit tamen procedere in commendatarijs perpetuis, cum non ſint titulares dignitatum, licèt faciant fructus ſuos, ſed habentur ad inſtar Adminiſtratorum, & Curatorum *Cam-*
25 *peg. tract. de commen. benef. pag. mihi 536. nu. 3. & ſeqq. qui eſt tract. 15. inter tractatus magnos Rebuff. eod. tit. de commend. nu. 33. Gomeſ. Reg. de triennali poſſeſſore pag. mihi 192. col. 2. ver. & quod commendatarij Gambar. dicto tract. n. 5. Mandoſ. in reg. 30. Cancell. quæſt. 3. nu. 4.*

De commenda patet etiam, quia olim dignitas erat regularis, quę prop-
26 terea concedi non ſolet per Summos Pontifices ſæculari in titulum, ſed in commendam *c. fin. per tot. 21. qu. pr. Rebuff. in prax. benef. de commen. fol. mihi 125. & de diſpenſat. ratio. ætat. fol. 192. verſ. ad Sæculare.*

27 Quod ſit perpetua dignoſcitur ex obſeruantia, & in dubio etiam præſumitur; cum actus qui certo temporis ſpatio non definitur, perpetuus reputetur *l. iuris peritos in princip. & ibi Bart. ff. de excuſat. Tut. gloſ. in clem. 2. ver. elect. de Reſcr'pt. Gomeſ. ſiuè Samen. Epiſc. de publican. Reſignat. q. 4. n. 10. & 11. et his relatis Gonzal. ſuper d. Reg. 8. Cancell. §. 8. gloſ. 5. nu. 66.* vbi quod ità fuit reſolutum *in Rot. in vna Salment. de Palatios Rubeos coram R. P. D. Marcell.* 28. *Iunij* 1538. Adde *Reuerendiſs. P. D. Fagnanum in dict. c. cum in cunctis §. inferiora de elect. 9. verſ. itaq; omnis.* Fundatio Abbatiæ de qua agimus facta fuit per Vgonem, vt narrat Vghellius in ſua Italia Sacra *T. 4. de Archiepiſc. Ianuen.*

Et huiuſmodi Abbatijs non impli-
28 care curam animarum dixit *Lotter. de re benef. lib. 1. q. 26. n. 26.*

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

Debitor cenſus, eiuſque fideiuſſor per quam præſcriptionem liberentur à redditibus cenſus, tam decurſis, quā decurrendis. Solutio præſumitur, & ex quibus coniecturis. Præſcriptio qua ratione ſuffragetur pro liberatione à futuris redditibus. Aſſertum quod tot requirantur præſcriptiones, quot ſunt annuæ præ-

ſtatio-

ſtationes, in quorum ſententia procedat cenſus præſumitur extinctus, ſi per 10. *annos ceſſatum fuerit in eius ſolutione.*

SVMMARIVM.

1 Debitor cenſus, eiuſq; fideiuſſor per præſcriptionem annorum 38. ſunt tuti ab obligatione ſoluendi redditus decurſos, & decurrendos.
2 Solutio præſumitur ex concurſu plurium coniecturarum.
3 Diuturnitas temporis, ac debitoris opulentia, eſt bona coniectura.
4 Veriſimilitudo vehementer attenditur in ſolutionibus.
5 Qualitas creditoris non aſſueti habere pecuniam otioſam facit bonam coniecturam.
6 Præſcriptio trigenaria tollit ius petendi omnes redditus decurſos à die, quo fuit ceſſatum.
7 Præſcriptio non currit ab exordio cuiuſcumque anni, ſed à die quo ceſſatum eſt.
8 Annua quæque præſtatio vnica ſtipulatione debetur.
9 Creditor non poteſt experiri pro redditibus decurrendis, ſed rectè agit ſi petat, quod ex eodem iure debitor ſibi condemnetur.
10 Sequitur, quod eadem negligentia, quæ dat cauſam præſcriptioni pro redditibus decurſis, faciat etiam præſcribi decurrendos.
11 Eſtque opinio, à qua in iudicando non eſt recedendum.
12 Præſcriptiones tot requiruntur, quot ſunt annuæ præſtationes.
13 Procedit concluſio in ſententia DD. Vltramontanorum.
14 Et in præſtationibus conditionalibus, non verò in puris.
15 Et hæc eſt diſtinctio Rot. Rom.
16 Cauſa cenſus non videtur eſſe pura, ſed conditionalis, catenus ſcilicet exercibilis à creditore, quatenus à debitore non redimatur.
17 Sed hæc ſapiunt ſubtilitates Logicas.
18 Ius agendi etiam pro futuris redditibus non eſt conditionale, ſed purum ex dictis.
19 Qui agere valet, ſi non agit negligit, & dat cauſam præſcriptioni.
20 Præſcriptio numquam ceſſat, niſi vbi quis non poteſt agere.
21 Cenſus præſumitur extinctus, ſi ceſſatur in ſolutione per 10. annos.
22 Præſcriptio 30. annorum tuetur debitorem etiam contra ignorantes.

RATIOCINIVM LVI.

NOVARIEN. CENSVS.



Illuſtriſs. Domine. Vendito annuo, & perpetuo cenſu ſcutor. 1000. monetæ Mediolanen. fortis nomine per nunc q. D. Io: Carolum Toggium D. Ioanni Iulio Pifferetto ſub fideiuſſione Nicolai Manini, tranſactiſque annis 33. à die vltimæ præſtationis, quæritur an intret præſcriptio ad fauorem hæredis dicti fideiuſſoris, quem hodie ad ſol-
1 uendos redditus tam decurſos, quam deinceps decurrendos poſſe de iure compelli ex aduerſo prætenditur. Mihi verò, & ſi inſtrumentum dicti cenſus venditionis datum non fuerit, vt optaſſem ad congruentius iuris regulas aptandas præciſis verbis huiuſmodi ſtipulationis, perpenſa tamen in abſtracto facti ſpecie, videtur verius de iure reſpondendum, nec principalem debitorem, nec fideiuſſorem teneri.

Moueor ex duplici capite; & primo
2 quia pro cenſibus decurſis præſumitur ſolutio ex concurſu plurium coniecturarum, & ſignanter diuturnitatis temporis, & debitoris opulentiæ, vt
3 ad celebrem *Surd. deciſ.* 105. *num.* 9. *firmant Crauet. conſ.* 129. *nu.* 6. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſump.* 135. *nu.* 15. *Maſcar. de probat. concl.* 1318. *nu.* 26. *Andreol. contr.* 57. *n.* 11. *&* 12. *Afflict. deciſ.* 13. *Rot. coram Merlin. deciſ.* 246. *nu.* 3. *& in Rom. fideicom. de mutis* 2. *Iunij* 1650. *coram Reuerendiſs. Papien.* §. *doli Philippæ.*
4 Maximè inſpecta veriſimilitudine, quæ in ſolutionibus vehementer attenditur *l. cum ex pluribus ibi, quod veriſimile videtur, ff. de ſolut. Corn. conſ.* 295. *nu.* 2. *lib.* 3. *Rot. diuerſ. p.* 2.
5 *deciſ.* 123. *num.* 3. conſiderata etiam qualitate creditoris non aſſueti pecunias tenere otioſas *Pacian. conſ.* 113. *num.* 7. *&* 36. *& pluribus allegatis fuit dictum in Rauennaten. ſeu Fauent. pecuniaria* 3. *Decembris* 1655.

coram bo. me. Dunoz. §. non obstat.

Sed validius vrgeor ex ipsa trigenaria præscriptione, quæ vtiq; sibi locum vindicat, tollitq; ius petendi om-
6 nes, & quoscumque annuos redditus decursos à die, quo cessatum est, vt egregiè *glos. in l. cum notissimi §. in his etiam ver. cuiuscumq; C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann.* quam latè tuetur *Bart. hic dicto §. in his etiam*, nec videtur dissentire *Tex. in dicto §. in his etiam vers. cuiuscumque anni*, quo-
7 niam ibi glos. exponit, quod scilicet non currat ab exordio cuiuscumque anni, sed à die, qua cessatum est.

Eaque est ratio, quia cum singula quæque annua præstatio vnica stipulatione debeatur *l. si stichum §. stipu-*
8 *latio ff. de verb. oblig. & l. Senatus §. fin. ff. de donat. causa mortis*, possitque creditor non quidem experiri, sed agendo pro præstationibus præteritis,
9 vel præsentibus petere etiam, vt ex eodem iure sibi iustitia exhibeatur pro futuris: ne singulis annis cogatur debitorem in iudicio conuenire, & cùm eo litigare; indè est, quod sicuti propter eius negligẽtiam excluditur à præ-
10 cedentibus, necessario debet etiam excludi à petitione sequentium, suffragãte pro omnibus eadem præscriptione, *vt post glos. in dicto §. in his, & ibi Bart. & Alex. in l. de pupillo §. si in pluribus nu.* 4. *ff. de nou. oper. nunc.* discutiendo articulum optimè concludit *Signorol. cons.* 31. *per tot.* vbi plura allegat concordantia, & monet, quod ab hac opinione non sit rece-
11 dendum in iudicando: latè etiam *Roderic. de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 17. *nu.* 101. *& nu.* 103.

12 Non obstat, quod tot requirantur præscriptiones, quot sunt annuæ præ-
13 stationes: quia omisso, quod istiusmodi opinio non est recepta, nisi penes DD. Vltramontanos, dissentiente toto cætu Citramontanorum, adhuc dicitur, quod in illorum sentẽtia procedere nequit, nisi in præstationibus
14 conditionalibus, non autem in puris, & pro quibus collectiuè agi potest, vt debito tempore singillatim soluantur *ad tradita per Surd. cons.* 303. *nu.* 8. *Signorol. dicto cons.* 31. *vers. in contrarium Gomes. var. resol. t.* 2. *c.* 11. *n.* 45. *Duard. de cens. §.* 1. *quæst.* 34. *concl.* 4. *num.* 5.

15 Quam distinctionem plurles firmauit *Rot.* & signanter apud *Mohed. decis.* 4. *alias* 226. *de præscript. Duard. de cens. decis.* 303. *nu.* 1. *& coram Put. in antiq. edit. decis.* 259. *per tot.*

Minùs etiam obesse potest nos ver-
16 sari in redditibus annuis ex causa censsus, quæ non videtur esse pura, sed conditionalis, vtpotè per creditorem exercibilis, quatenus scilicet, non re-
17 dimatur à debitore; nam hoc nihil aliud allegare esset, quàm confugere ad subtilitates omninò logicas; & in omnem casum numquam conditio
18 posset afficere ipsum ius agendi, quod vt ex superius deductis demonstrauimus purum est, & in iudicium deducibile pro omnibus præstationibus etiam futuris, licet executio differatur successiuè ad singulos annos, & prop-
19 terea, cum ex isto capite agere possit, profectò non agendo negligit, & dat causam præscriptioni, quæ nunquam
20 cessat, nisi vbi quis agere non valet *l.* 1. *§. ne autem C. de annal. except. Rot. p.* 6. *rec. decis.* 270. *num.* 2. *& p.* 5. *tom.* 1. *decis.* 407. *n.* 17. *p.* 2. *decis.* 671. *nu.* 3.

nu.3.& p.4.tom.3.decis.512.nu.12.

Vltimò nec præterire debeo, quod DD.celeberrimi pro constanti tradere
21 non dubitarunt, censum, nimirum præsumi extinctum per cessationem solutionis fructuum per cursum 10. annorum, *Ita Surd. decis.105.nu.4. Afflict.decis.13.nu.9.Rot.p.1.diuers. decis.788.nu.2.& 12.*

Quanto magis in casu, in quo cum præscriptio excedat spatium 30. annorum plenam sanè debitori parere debet defensionem, etiam contra ignorantes *Rot.dicta decis.270.nu.6.p.6. rec.& decis.547.nu.15.p.4.tom.3.& decis.237.nu.18.p.8.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Capitulum Sede vacante habet iurisdictionem Episcopalem, estque Episcopi successor, & ad illam exercendam tenetur deputare Vicarium: & quomodo duos possit eodem tempore creare Vicarios. Sacra Congregatio Eminentiss. DD. Cardinalium ad negotia Episcoporum, & Regularium deputata tuetur iurisdictionem Capitulorum. Electio, & substitutio in locum iam electi Vicarij spectat ad Capitulum, nec deuoluitur ad dictam Sacr. Congregationem: nisi praexistente causa; eaq; iuris ordine seruato ab eadem Sacra Congregatione cognita.

SVMMARIVM.

1 Capitulum Sede vacante sustinet iurisdictionem Episcopalem.
2 Est successor Episcopi.
3 Ad exercendam iurisdictionem tenetur suum Vicarium deputare.
4 Et vnica electione potest duos constituere, qui sibi vel impeditis, vel absentibus vices alternent.
5 Et ita fuit decisum interrogante capitulo Salernitano.
6 Electio Vicarij iterari potest electo impedito, vel absente.
7 Datur etiam iteratio Prælati, si prima electio irritetur.
8 Subrogatio intrat in locum absentis, vel impediti.
9 Sacra Congreg tuetur iurisdictionē Capitulorum.
10 Ordo ab eadem Sacr. Congreg datus Vicario Capitulari de substituendo in sui locum, cum quo, supposito debeat intelligi emanatus
11 Sacr. Congreg nulla existente causa deuolutionis non priuat capitulum suo iure.
12 Capitulum, in quibus casibus decidat à sua iurisdictione.
13 Deuolutionis causa existente debet iuris ordine seruato cognosci.
14 Potest eligi in Vicarium Capitularem etiam is, qui non est de gremio capituli.
15 Debet tamen esse idoneus
16 Electio sustinetur etiamsi peccet in materia, & forma.
17 Nulla est, si peccet in tempore, vel in persona.
18 Ad effectum tamen reuocationis requiritur sententia, sine qua electores suo iure non priuātur.
19 Causæ, ob quas iteranda est electio debent cognosci à Sacr. Congregat.
20 Electio verò ab eadem demandatur capitulo: & sic fuit obseruatum.

RATIOCINIVM LVII.

SALERNITANA VICARIAT. CAPITVL.



Eminentiss. & Reuerendiss. Domine. Capitulū sede vacante sustinet iurisdictionem Episcopalem, estq; Episcopi suc-
1 cessor *tex.in c.vnico de maior. & obed. lib.6.ibi, ad quam Episcopalis iurisdictio Abb.in c.cum olim nu.1.eod.tit.&*
2 *ibi Barbos.in collect.nu.3.& de potest. Episc.allegat.36.nu.9.& alleg.133. num.21.in fin. Pauin.de off.& potest, capit.sede vacan.p.1.q.1.n.3.cū seqq. & p.5.n.2.vers.item regulariter Rot. in rec.p.2.decis.632.nu.4.& p.3.decis.166.nu.1.& coram Merlin. decis. 184.n.2.& pluribus relatis fuit etiam dictum in Gerunden. Parochialis 28. Iunij 1660.coram Reuerendiss.D.Bequa 8.qua responsiam, quæ est inter hiā impress.decis.50.nu.7.*

Et propterea ad illam exercendam tenetur hodie suum precisè creare Vi-

3 carium *Concil.Trid.c.16.& c.18.sess. 24. de reformat. Barbos. in collect. ad idem Concil.dicto cap.16.nu.11.in fin. & de potest.Episc.allegat.54. n.164. Federic.de Sen. cons.30.n.1.& cons. 40. per tot.Sbrozz.de Vic.Episc.lib.1 quæst.16.nu.8.*

In tantum etiam, vt non prohibea-
4 tur duos vnica electione substituere, qui sibi absentibus, vel impeditis vices alternent *Concil.Trid. dicto c. 16. & ibi Barbos.in collect.nu.2. & 3. & de iur.Eccles.lib.1.c.32. de cap. n.33. Garz.de benef.p.5.c.7.nu.36.& seqq.*
5 & in terminis capituli nostri ipso interrogante respondit *Sac. Congreg. Eminentiss.DD.Sac.Concil.interpret.anno 1589.die 26.Iulij.*

6 Et quoties aliqua emergeret infirmitatis, vel absentiæ causa dubiũ non est, quin huiusmodi electio iterari possit, & alter in locum impediti substitui, vt de iterabili proprij Prælati electione, quæ irrita effecta fuerat tra-
7 didit *Innoc. in c. qualiter, & quando il 2.§.licet nu.1. Abb. & Felin. nu.51. extr. de accusat. quos sequitur Sbrozz.*
8 *pracit.lib.3. quæst.33. num.5. vers.* & *hæc sententiã,* & de subrogatione Vicarij in locum absentis, vel impediti firmant *Lambert. de iur. patr. art. 5. quæst. 6. princ. p.1. lib. 2. Quarant.in Sum.Bull.sub rubr. capit. Sed. vacan. n.10.Barbos.de iur.Eccles.lib.1.c.32. nu.30.* qui refert sic fuisse declaratum per Sac. Congreg. negotijs Episcoporum præpositam *in vna Messanen.6. Martij 1618.*

His sic de iure præmissis non immeritò supplicamus Eminentissimos DD. quatenus pro eorum summa æquitate dignari velint mandari, vt præuia reuocatione Vicariatus capitularis de eorum mãdato decreti in personam D. Iulij Lunadei substituti in locum D.Alexandri Colleti, vtatur capitulum Salernitanum suo iure, procedatq; ad electionem alterius Vicarij, ne quam omni humanitatis studio
9 tueri non dedignatur hæc Sac. Eminentiss. Congregatio, eiusdem Capituli incuria priuetur iurisdictione.

Maximè quia nec ratio, nec benignitas EE. VV. suaderi sinit ex alio motiuo potuisse oriri ordinem dicto D. Alexandro iniunctum de substi-
10 tuendo dictum D. Iulium, præterquã ex supposito, quod substitutio non ad Capitulum, sed ad Vicarium primo electum spectaret.

At cum ex iuribus deductis huiusmodi facultas residere in Capituli iurisdictione euidentissimè dignoscatur,
11 non est censendum, quod nulla existente deuolutionis causa voluerint Eminẽtiss. Principes isto iure priuare Capitulum; quod sanè à sua iurisdictione decadere non poterat, nisi vel in casum negligentiæ, vel electionis minus validè sortitæ, scilicet, in personam
12 indignam, vel non Doctorem, vt definit *idem Sac.Concil.Trid.dicto c.16. sess. 24. & ibidem latè explicat Barbos.n.32.cui addo Quarant.Sum.Bull. ver. Archiepisc. auctoritas n.36.Garz. de re benefic.p.5,c.7.n.9.& seqq.*

Et in omnem euentum, quod aliqua, quæ ad agnoscendam deuolutionem moueret, posset causa subesse, ni-
13 hilominus incongruum esset iuris regulis, & huius Sac. Tribunalis benignitati, & obseruantiæ, à Capitulo facultatem diuelli prius, quàm definitiuè, & iuris ordine seruato pronuncien-

cientur electores ea vice potestate eligendi, & substituendi esse priuati, vt disponit *in c.cum terra de elect. in 6. & latè disserendo firmat Lotter. de benef. lib. 2. quæst. 19. ex nu. 67. & lib. 3. qu. 17. ex nu. 105. per seqq.*
14 Nec obstaret etiamsi electio fieret de persona extra gremium capituli; quia modo sit idonea nulla ad hoc ad-
15 stringitur capitulum necessitate, vt tradunt *Quarant. in dicto vers. capitulum Sed. vacan. nu. 6. Genuen. in prax. Archiepiscop. c. 86. nu. 1.*
16 Immo quamuis electio peccet in materia, & forma modo, vt diximus
17 non contrahat vitium nullitatis in tempore, vel in persona indigna, nunquam tamen priuantur electores iure
18 creandi, & substituendi Vicarios, nisi post emanatam priuationis sententiã. *Ita Tiraq. in l. si vnquam ver. reuertatur num. 380. C. de reuoc. donat. Rom. cons. 483. n. 9. Soc. Iun. cons. 68. n. 38. lib. 3. Petrus Baitius. de elect. p. 11. c. 22. nu. 1. quos sequitur cum alijs allegatis Menoch. cons. 67. n. 29. & seq. lib. 1.*
19 Concludo itaque, quod licet causę, ob quas iteranda est electio Vicarij capitularis sint cognoscendæ ab hac Sac.
20 Congreg., electio tamen demandari solet Capitulo, vt testatur *Nouar. Sũ. Bull. tit. de capit. Sed. vacan. super litteris Apostolicis S. M. Clementis VIII nu. 6. in illis verbis, & veris existentibus mandatur, vt alterum eligant Vicarium capitularem Barbos. de potest. Episc. allegat. 54. n. 163. Genuen. loco præcit. nu.* 14. vbi refert sic fuisse rescriptum anno 1603. per Sac. Congreg. Capitulo Neapolitano &c.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Solutio de iure imputatur in causam antiquiorem, & grauiorem. Mandati personalis executio sustinetur pro summa debita. Rot. verò in hac re distinguit. Testes quando non probent. Suspicio fugæ probatur iuramento creditoris. Deterioratio status in debitore ex quibus resultet. Procura ad votum quid valeat.

SVMMARIVM.

1 Solutio fieri debet de Iure in causam antiquiorẽ, & grauiorem, & pro qua debitor vrgeri potest.
2 In debitum, cuius dies nondum venerat, & pro quo debitor molestari non poterat, non rectè solutio imputatur.
3 Mandatum non est excessiuum, si excessus iam fuerat compensatus.
4 Exequutio personalis non reuocatur, quia excessiua, si adhuc remaneat debitum sufficiens ad incarcerandum debitorem.
5 Maximè si executio fiat pro obseruatione iudicij, & mandatum non contineat summam expressã, quia præsumitur facta pro quantitate debita.
6 Et est de Iure æquius, vt sustineatur pro summa debita.
7 Rot distinguit inter mandatum exequutum, & nondum consummatum, & mandatum exequutum, & consummatum, planè volens in primo casu sustineri, non autem in secundo.
8 Sed in Tribunali A. C. stylus est ex æquitate introductus vt mandata, & si excessiua sustineãtur pro summa debita.
9 Notitia actus, ex præsentia inductus non releuat, nisi probetur præsentia de tempore actus.
10 Testes, qui inter se se discordant in probatione temporis non probant.
11 Nec probant testes qui sibi sunt contrarij in omnibus, & varij.
12 Testes, qui patiuntur exceptiones personales, nec fidem faciunt.
13 Testes deponentes de re inuerisimili non merientur fidem.
14 Deterioratio debitoris probatur ab insolita petita, & sibi scripta dilatione in litteris missiuis, & in acceptatione litterarum cambij.
15 Deterioratio quando est suspicio fugæ, & periculum in mora, probatur solo iuramento creditoris.
16 Et sufficit quod iudici quoquo modo constet, etiã non præcedentibus indicijs.
17 Et in hac materia totum remittitur ad arbitrium iudicis in Tribunali A. C. propter eius amplissimas facultates.
18 A. C. inter mercatores potest procedere manu Regia.
19 Captura suspecti reualidatur ex alijs subsequentibus probationibus, quæ probant præexistentiam determinationis.

20 Quæ

20 Quæ signa manifesta sint deteriorationis, & decoctionis debitoris.

21 Notorium facti permanentis non indiget probatione.

22 Procurator, cum mandato ad votum potest iurare debitorem de fuga suspectum.

23 Procurator generalis cum libera, idem potest.

24 Procurator constitutus cum iuramento potest etiam iurare

25 Idem etiam potest, si in mandato adsit clausula *quod possit omnia*.

25 Habet mandatum generalissimum, si constituatur cum clausula, quod illud possit extendi à quocumque Notario, & ad eius libitum.

27 Maximè si interueniet clausula *pro expressis*.

28 Et sub huiusmodi clausula continetur omnis facultas.

RATIOCINIVM LVIII.

ROM. MANDATI SVSPICIONIS FVGÆ,



EXcellentiss. Dom. Postquam *fer. fer.* expeditum fuit mandatum exequutiuũ pro litteris Cambij, denegata in signatura supersessoria, præstita cautio de restituẽdo in casum succumbentiæ, & terminus vltimò susceptus; Iterum ad defatigandum principalem nostrum impugnatur, quamuis perperam, validitas mandati suspicionis fugę; contra quam, ex depositionibus quinque testium super 40., & pluribus positionibus productis duo potissimum, quæ ad rem faciunt, adstruere prætendunt Aduersarij; alterum quod connotat excessiuitatem mandati ob non factam excomputationem scut. 40. & sol. 20. monetæ à Pancratio sub die 18. Augusti proximè præteriti solutorum Mario de Philippis; alterum verò, quod collidit probationem deteriorationis ex prætensa in dicto Mario notitia protestationis litteræ cambij scutor. 100. factæ dicto Pancratio, antequam fuissent contracta debita Ianuæ cum Nob. D. Iosepho Massola eius principali.

Quoad primum attinet. Solutio scutor. 40. monetæ nunquam fuit simpliciter negata; negatur tamen fuisse facta in causam articulatam, quoniam iam tum ipsa die solutionis imputata sunt in summam scutor. 185. contentam in ordine scripto dicto Pancratio per dictum D. Iosephum ad fauorem dicti Marij, vt patet ex receptione facta sub eo, & videretur etiam ex alia simili dimissa in manibus dicti Pancratij, quatenus ostenderetur: & de iure in nullam aliam, quàm in causam
1 dicti ordinis fieri debebat, vel quia antiquior, & grauior, cum ex ipsa vrgeri posset Pancratius ad solutionem, vt est *Tex. in l. 3. & ibi glos. & in l. cum ex pluribus*, vbi pariter *bona glos. ff. de solut. Rot. in Pisauren. pecuniaria 29. Aprilis* 1661. *coram Reuerendiss. D. Priolo, quæ est hic decis.* 80. *nu.* 4. vel quia aliorum creditorum nondum venerat dies, & ideo vrgeri non poterat
2 ad liberè soluendum: *Surd. dec.* 186. *nu.* 7. *Rot. decis.* 92. *nu.* 4. & 5. *p.* 1. *diuers. cum alijs per Gratian. discept. cap.* 224. *nu.* 26. & *dicta decis.* 80. *nu.* 5. vndè cum dicta solutio iam de tempore impetrati mandati in suam causam esset imputata, & mandatum prędictum fuerit obtentum sine præiudicio aliorum iurium, cessat omnis dif-
3 ficultas, & prætensio excessiuitatis.

Immo si liceret à facto tantisper recedere: citra veri præiudicium ipse ex abundanti dicerem, huiusmodi excessu non infirmari validitatem mandati; tum quia versamur in exequutione personali, quæ nõ est reuocanda tam-
4 quàm excessiua, quia summa, quæ remaneret adhuc esset sufficiens ad carcerandum debitorem, vt doctissimè scripsit

scripsit *Scacc. de sent. & re iudic. glos. 14. quæst. 13. nu. 33. & 34.* maximè
5 quia fuit actum pro assecuratione Iudicij, & mandatum in aliqua parte nō continebat quantitatem expressam, quo casu debet censeri facta exequutio pro summa debita *Posth. de subhast. inspect. 50. nu. 74.* tum etiam
6 quia æquius est de iure, vt sustineatur pro summa debita *Capyc. decis. 51. nu. 17. vers. fuit votatum vbi de stylo Neapol.* præsertim attenta distinctione *Rot. penes posth. decis. 86. per totam* inter mandatum exequutum, & nondum consummatum; & mandatum exequutum, & consummatum; ete-
7 nim in primo casu ad parcendū sumptibus, & circuitus euitandos substinēdum esse dixit pro summa verè debita, & ibi casus erat, quia petebatur deliberatio, facta iam exequutione; sed nec ista opus esset distinctione, cum indistinctè procedat conclusio, & passim seruetur in Amplis. Tribunali Illustriss. D. A. C. in quo ex æquitate
8 fuit introductus stylus substinendi mandata pro summa debita *Salust. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 37. nu. 4.* Et hæc dicta volui ad eludendum vndequaq; DD. Aduersariorum argumenta, cæterum nullam habemus necessitatem ingrediendi huiusmodi disputationem, cum prætensæ solutioni scutor. 40. præter supradictam causam nulla alia rationabiliter tempore solutionis adsignari posset.

Notitia protestationis litterarum scutor. 100. factæ dicto Pancratio nō probatur, & probata non inferret, quo minus diceretur probata deterioratio ad effectum, de quo agitur.

9 Non probatur, quia quidquid ausi sint dicere testes de præsētia dicti Marij antequam fuisset deuentum ad actum protestationis, non tamen concludunt ad tempus dictæ protestationis, nec de eo inter se se concordant *c. in præsentia de probat. Rot. decis. 469. nu. 4. p. 3. & decis. 371. nu. 3. p. 4. t. 2. rec. cum alijs in Asten. Coadiutoriæ coram Reuerendiss. P. D. Celso 21. Iunij 1652. in fin.*

11 Sed in omnibus sibi sunt contrarij, & semper varij *Rot. decis. 73. nu. 18.*
12 *p. 4. t. 2. rec.* Prætera patiuntur exceptiones personales *Rot. coram Celso in Romana dotis 5. Iunij 1648. §. nihilominus, & in Auenionen. transactionis 4. Aprilis 1661. coram Reuerendiss. D. Priolo, quæ est hic decis. 78. nu. 26.* & deponunt rem valdè inuerisimilem in tantum, vt etsi plures essent, & plenè, concludenterque probarent fidem
13 non mereantur *alleg. per Rot. in dicta decis. 73. nu. 1. p. 4. t. 2. rec. & in dicta Romana dotis coram Celso §. Inuerisimilis, & §. inuerisimilitudo.*

Et quod veritatem obrui non sinit, dantur fides RR. PP. Clauesanæ, & Furietti personarū Religione, & Nobilitate insignium, ex quibus patet dictum Marium, neq; ante, neq; post, neque in ipso actu protestationis adfuisse in fundaco dicti Pancratij.

Sed dato, & non concesso sine veri præiudicio, quod probaretur notitia, non ideò sequitur deteriorationē non fuisse probatam; quoniam tùm ex literis missiuis scriptis à Pancratio Ianuam ad D. Iosephum, in quibus fa-
14 tebatur non posse debita statuto tempore integrè persoluere, sed rogabat, vt vellet paulatim exigere, tùm etiam ex dilatione, quam more quidem insolito,

solito, & contra omnem proborum Mercatorum consuetudinem, & honestatem sibi adscripsit, quando literas acceptauit, satis superq; significata remansit; quamuis nullo etiam fumo opus esset, sed solum creditoris sufficeret iuramentum quando, vt in præsenti casu suspicio esset fugæ, & peri-
15 culum in mora immineret *Alex. cõs. 19. per totum, & signanter n. 2. lib. 3. quem sequitur Rot. coram Buratt. decis. 531. nu. 6. & fuit etiam dictum coram Caualer. decis. 329. nu. 2.* Immo
16 sufficeret Iudici quod quoquomodo sibi constaret: etiam non præcedentibus indicijs *argum. tex. cum ibi notatis in l. ait Prætor §. si debitorem ff. de ijs, quæ in fraud. credit. Rot. decis. 4. nu. 9. p. 7. rec.* quod expressè innuit *S. M. Pius V. Constit. 71. ibi nisi aliqua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de suspicione fugæ, & bonorum dilapidatione, quo casu iuramentum præstari debeat de metu fugæ, & dilapidationis bonorum, & Rot. decis. 742. n. 11. p. 4. t. 2. rec.* dixit in hac materia omnia esse remissa ad arbitrium Iudicis in Tribunali A. C. propter eius amplis-
17 simas facultates, præcipuè inter Mercatores, cum quibus procedere potest
18 manu Regia, & nullo iuris ordine seruato, *Rot. decis. 446. nu. 1. p. 2. rec.*

Et propterea cum de tempore iu-
19 ratæ deteriorationis verè inesset deterioratio, & quidem dolosissima; merito constito de debito potuit captura suspecti alijs subsequentibus probationibus reualidari *Alex. Trentacinquius var. lib. 3. tit. de solut. resolut. 10. nu. 31. Crauett. cons. 847. nu. 5. Mascard. de probat. concl. 523. Cancer. var. resolut. p. 2. c. 10. nu. 16. Ludou. Perus. decis. 40. num. 2. & seqq.*

Quod autem inesset, euidentissimè
20 constitit ex decoctione immediatè sequuta, & ex pignoribus cum interesse 18. pro 100. factis apud Hæbreos infra spatium 10. mensium, à die scilicet 11. mẽsis Nouembris anni 1661. vsque ad diem 11. mensis Augusti proximè lapsi prò summa recepta scut. 26000. quæ quidem causam dederunt decoctioni; Item ex descriptione facta ipsa die exequuti mandati per acta Octauiani, in qua status Fundaci, quod plenum mercibus communiter opinabatur inuentus est dolis, & fraudibus paratus: Item ex reali exequutione iuncta perquisitione expedita, & facta per acta Pasquetti sub die 12. Augusti proximè præteriti.

Nec non etiam ex mandato suspicionis fugæ exequuto, & relaxato per acta Octauiani sub die 18. prædicti mensis Augusti ad instantiam DD. de Nigris: Insuper etiam ex inhibitione expedita per D. Nicolaum Spinulam, vti creditorem aduersus merces fundacarias sub die . . Quæ omnia cum sint facti notorij permanentis debent
21 allegari, non probari *c. tua nos & ibi Innoc. nu. 2. ad fin. de cohabit. Cleric. Scacc. decis. 142. nu. 45. Felin. in c. pastoralis nu. 23. vers. limit. de off. de leg. Rot. p. 4. tit. 2. rec. decis. 18. n. pr.*

Id verò quod ex aduerso opponebatur ad sufficientiam mandati procu-
22 ræ ex iuribus in alia informatione allegatis fuit sublatum; quibus ad vbertatem subdo *Scacc. de commerc. & camb. §. 7. glos. 3. nu. 23.* vbi loquitur de mandato ad votum concesso, *Caccialup. de debitore suspecto detinendo qu. 2. per tot. quem seq. Scanarol.* de

de visit.Carcerat. lib. 3.c. 3. n. 3.Nigr.de exequut.rei iud.cap.7.§.18.n.9. Et quod procurator generalis *cum libera* possit iurare, dixerunt *allegati per Mastrill. decis. Sicil. 127. n. 12.* vbi potest iurare per horrescentiam quoad mutationem fori ex motiuo potētiæ aduersarij *quē sequitur Golin.*
24 *de procurat.parte 2.cap.5.nu.24.*& de procuratore cum iuramento constitutus quod possit iurare habetur ex *traditis per Carroc. de iuram.lit.qu.9.13. qu. principali nu.3. quem, & idem sequitur Golin. dicto c. 5. num. 31.* vbi quod possit etiam iurare si in manda-
25 to adsit clausula *quod possit omnia*, & quod dicatur habere mandatum ge-
26 neralissimum si fuit constitutus cum clausula *quod illud possit extendi à quocumque Notario & ad eius libitum.*
27 Maximè si esset clausula *pro expressis* scripserunt *Gratian. discept.c.274. nu.18., & Mantic.de tacit. lib. 7. tit.*
38 *16.n.28.*: immo quod sub huiusmodi clausula comprehendantur omnes potestates, & sic Neapoli seruari dixit *ex Rouit. dictus Golin.dicta p. 2. c. 4. n.39.*& de stylo, & consuetudine Ianuæ dantur attestationes Nobiliũ Iurisperitorum, & aliorum Curialium in eo foro versantium.

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

Signatura Iustitiæ nihil rescribit vbi nullum apparet grauamen. Susceptio termini ad soluendum quid importet; Procurator habens mandatum cum libera *ea potest omnia, quæ potest dominus. Deterioratio probatur iuramento creditoris, si euentus doceat quod re vera inerat. Excessiuitas mandati an vitiet? solutio in quam causam referri debeat.*

SVMMARIVM.

1 Nihil Princeps rescribit nullo apparente grauamine.
2 Susceptio termini ad soluendum inducit confessionem debiti, & renunciationem cuilibet exceptioni, & iuris auxilio.
3 Executio non retardatur si agatur de obligatione Camerali, de litteris cambij, & inter mercatores.
4 Exequutio, vbi non retardatur, rescribitur sine præiudicio exequutionis concurrente validitate, & Iustitia mandatorum.
5 Validitas sententiæ resultat ex reuolutione actorũ.
6 Mandatum quando sit nullum.
7 Procurator *cum libera* potest iurare, & omnia gerere, quæ posset idem principalis.
8 Habere mandatum speciale, & habere liberam facultatem paria sunt.
9 Procurator *cum libera* potest carcerati facere debitorem, & eum suspectum de fuga iurare.
10 Mandatum si fit ad votum, & ad liberam voluntatem Procuratoris extendendam per quemcumque Notarium quoties voluerit, generalissimum, & in albis, non sinit dubitari de facultate.
11 Sed in huiusmodi mandato comprehenduntur omnes potestates de mundo.
12 Et Ianuæ sic obseruatur.
13 Decoctio, si verè inerat non indigebat probatione, sed sufficiebat iuramentum creditoris dum suspicio erat fugæ, & moræ periculum.
14 Et satis est quod Iudici quoquo modo constet etiam non præcedentibus indicijs.
15 In Tribunali A. C. dum agitur de suspicione fugæ omnia sunt posita in arbitrio Iudicis.
16 Deterioratio probari potest post capturam, & ita Captura reualidatur.
17 Mandata, & si excessiua sustinentur pro summa debita.
18 Maximè in iudicio assecutationis.
19 Extende quando versatur in terminis distinctionis tradite à Rota.
20 Extende in Tribunali A. C.
21 Solutio debet conferri in causam antiquiorem puram, & euius iam cesserat dies.
22 Non debet imputari in causam, cuius dies non venit, ne debitor plus soluere videatur.

RATIOCINIVM. LIX.

ROMANA PECVNIARIA.



R Euer. Pater. Nihil rescribendum; quoniam
1 nullum apparet grauamen; *Ridulph. in eius prax.p.p.c. 13. n. 34.*, & mandatum per Illustrissimum D.A.C. met relaxatum, fuit per DD. Aduersarios approbatum per susce-

ptionem termini, qui non solum con-
2 fessionem debiti inducit, sed etiam renunciationem cuilibet exceptioni, & Iuris auxilio. *Rot. coram Cardin. Caualer. decis. 139. num. 1. Duran. decis. 373. n. 16.*; & cum agatur inter Mer-
3 catores de obligatione Camerali, & de litteris Cambij, quibus non retar-
4 datur exequutio, saltem respondendum est sine præiudicio, stante validitate, & iustitia mandatorum, *Ridulph. dict. eius prax. p. 1. c. 13. n. 40.*

Validitas, & Iustitia mandati ser-
5 uatis seruandis relaxati non controuertitur, & prima benè resultat ex reuolutione actorum *Rot. vulg. decis. 260. par. 2. coram Caputaque, & alibi passim*: secunda ex concludenti crediti probatione optimè demonstratur.

Tota difficultas reducitur per Aduersarios ad examen mandati suspicionis fugæ, a quo pendet prædictum *ser. ser.* obtentum; quod quidem va-
6 lidum, & iustum esse negant ijdem sub prætextu; Primò quia mandatū procuræ per D. principalem nostrū productum non fuerit sufficiens ad iurandum Antonium Pancratium de fuga suspectum: Secundò quod non fuerit ante expeditionem mandati suspicionis fugæ probata deterioratio conditionis dicti Pancratij; Vltimò quod fuerit excessum in quantitate ob non factam excomputationem scut. 40. monetæ, quæ asseruntur soluta.

Sed re vera nullum istorum, siue in facto, siue in iure militat; etenim quoad mandati sufficientissimam authoritatem, sat esset dicere, generale esse, & cum *libera*; quo casu nedum iurare quomodolibet potest Procurator; sed & omnia gerere, quæ posset idem
7 principalis, vt sunt expressi *tex. in l. procurator cum libera, & l. procurator totorum ff. de procurat. & dixerunt alleg. per V ant. de nullit. senten. ex defec. inhabilit. seu mand. compet. Ruin. cons. 27. num. 1. & 2. & cons. 93. lib. 1.* vbi probat idem omnino esse habere man-
8 datum speciale, & habere liberam facultatem, *Ias. in l. 1. nu. 22. ff. de offic. Procurat. Cæsar. vbi testatur de communi, Mastrill. decis. Siciliæ 127. nu. 12. Seraph. de Seraph. in eius tract. de priuileg. iuram. priuileg. 111. n. 4. Gratian. discept. cap. 196. num. 13. & alibi passim Rot. coram Seraph. decis. 238. nu. 3. & in rec. p. 6. decis. 124. nu. 57. & 58.*

9 Et in terminis carcerationis debitoris, & iuramenti suspicionis fugæ, *Alex. cons. 133. per tot. & signanter n. 4. Caccialup. de debitore suspecto qu. 2. per tot. quem, & sequitur Scanarol. de visit. carcerat. lib. 3. cap. 3. nu. 3. Nigr. de exequut. rei iudic. c. 7. §. 18. nu. 9.*

10 Sed cum mandatum, de quo agimus sit ad votum nostri principalis, & ad eius liberam voluntatem declarandam, & extendendam per quemcumque Notarium quoties voluerit: imò generalissimum, & in albis, videtur omnino nefas esse de eo dubitare *Sc. de commerc. & camb. §. 7. glos. 3. n. 23. Gratian. discept. c. 274. n. 18. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 16. nu. 28.*

11 Et in huiusmodi mandato comprehendi omnes potestates de Mundo, & sic Neapoli seruari testatur ex *Rouit. Golin. de procurat. p. 2. c. 4. nu. 39.* & de
12 consuetudine Ianuæ fides, & formularium instrumentorum in manibus R. P. D. Ponentis exhibentur.

Quoad deteriorationem; præterquam-

quam quod fuit cōcludentissimè probata in ipso actu expeditionis mādati, vt ex triplici demonstratione docetur in facto; tamen quandoquidem inerat, & sanè dolosissima, vt ipse decoctionis, & fugæ euentus docuit, nulla
13 erat opus probatione; sed sufficiebat solum creditoris iuramentum dum suspicio erat fugæ, & periculum in mora. *Alex. cons. 19. per tot. & signanter nu. 2. lib. 2. quem sequitur Rot. coram Burdit. decis. 531. nu. 6. & fuit dictum coram Caualer. decis. 329. n. 2.*
14 Et Iudici satis erat, quod quoquomodo constaret, etiam non præcedentibus indicijs *argum. tex. cum ibi notatis in l. ait Prætor §. si debitorem ff. de ijs, quæ in fraud. debit. Rot. decis. 4. n. 9. p. 7. rec.* maximè in Tribunali A. C. cum in hac materia suspicionis fugæ, &
15 dilapidationis bonorum, omnia sunt remissa in arbitrio. *S. M. Paulus V. constit. 71. ibi, nisi aliqua ratione timendum sit Iudicis arbitrio de suspicione fugæ, & dilapidatione bonorum, quo casu iuramentum præstari debeat de metu fugæ, & dilapidationis bonorū*
16 *Rot. decis. 742. num. 11. p. 4. to. 3. rec.* Sed ex pignoribus, fuga, alijsq; in facto deductis benè fuit validata captura, & posita in aperto deterioratio, quæ instat. *Alex. Trentacinq. var. lib. 3. tit. de solut. resolut. 10. n. 31. Mascar. de probat. concl. 823. nu. 19. Cancer. var. p. 2. cap. 10. nu. 16. Ludouis. Perus. dec. 40. nu. 2. & optimè Scanarol. de visit. carcerat. lib. 3. §. 8. c. 3. n. 23. & c. 4. n. 14.*
Quæ dicuntur de excessiuitate ex
17 non facta excomputatione scut. 40. quæ prætenduntur soluta sub die 18.
18 Augusti proximè præteriti aberrant à iuris regulis; quoniam mandata de iure sustinetur pro summa debita, maximè in iudicio assecurationis, *Scacc. de sent. & re iudic. glos. 14. quæst. 13. nu. 33. & 34. Capyc. decis. 51. n. 17. vers. fuit notatum, & Rot. passim & signanter penes posth. decis. 86. per tot.*
19 distinguens inter mandatum exequutum, & nondum consummatum, & mandatum exequutum, & iam con-
20 summatum; præcipuè in Tribunali A. C. *Salust. Tib. in prax. l. 1. c. 37. n. 4.*

Verum hæc volumus gratis dicta; nam longè magis erratur in facto; quia vnius quantitatis non bis fieri debet excomputatio: cùm prædicta solutio statim fuerit imputata in aliam quantitatem scut. 185. quæ Pancratius debebat vsque de mense Maij proximè præteriti, vt fuit doctum, & apparet ex receptione facta per recipiētem sub ordine cuius vigore fuit solutum. Et in hanc causam de iure etiam, & non in aliam fieri debebat collatio tanquā in antiquiorem, puram, & cuius iam
21 cesserat dies: & non in alias contentas in mandato suspicionis fugæ, quarum nondum venerat dies *l. 3. in fin. & l. ex pluribus lā secunda 103. ff. de solut. Gratian. discept. c. 224. num. 26. Surd. decis. 186. nu. 7. Rot. diuers. decis. 92. nu. 5. p. 1. in Romana Fabricæ 16. Ianuarij coram clar. mem. Pirouano & in Rom. Societ. 1. Iulij 1602. coram*
22 *Pamphilio*, vbi quod non potest referri in debitum, cuius dies non venerat, ne soluens antè tempus dicatur plus soluere debito *l. eum qui ff. de ann. leg. l. solidum ff. de solut. ead. Rot. in Pisauren. pecuniaria 29. Aprilis 1661. coram R. P. D. Priolo, quæ est hic decis. 80. nu. 4. & 5.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Sententia confirmatur ſi ſit iuſta, ac valida. Inſtrumentum iuſtificat creditum, redditq; rem manifeſtam. Sententia, quæ tranſitum fecit in rem iudicatam facit veritatem. Immiſſio in poſſeſſionem bonorum cenſui ſubiectorum non obeſt cenſuario, ſi verè cenſuiſta ſemper manſit in eorum actuali poſſeſſione. Mors ſi notoria ſit non eſt probanda. Aditio hæreditatis intrat ex actu hæreditario. Actus geſtus nomine alterius, quot modis eo nomine valere poſſit? quem de euictione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio. Inſtrumentum habet pro ſe præſumptionem iuſtitiæ, eiq; ſtandum eſt.

SVMMARIVM.

1 Sententia, quæ ſit iuſta ac valida cõfirmari debet.
2 Inſtrumentum actionem iuſtificat, reddit rem claram, & probationem manifeſtam.
3 Quantitas annuarum reſponſionum probatur ex terminis decurſis.
4 Sententia quæ tranſitum fecit in iudicatum habenda eſt pro veritate.
5 Quantitas prædicta probatur etiam ex die appoſita in inſtrumento, non docto de ſolutione.
9 Annuus cenſus ceſſat contra debitorem ſi creditor fuit immiſſus ad bona cenſita, eaq; detineat.
7 Limita, ſi immiſſio non ſortiatur effectum, ſed ſit ſolum excitatoria.
8 Amplia limitationem, ſi debitor ipſe ſemper poſſederit, non obſtante dicta immiſſione.
9 Poſſeſſio apud debitorem quomodo probetur.
10 Hæres debet probare mortem eius, cuius ſe facit hæredem.
11 Mors alicuius ſi ſit notoria nõ indiget probatione
12 Iudex poteſt ſe extraiudicialiter informare de huiuſmodi morte.
13 Dicitur habere de ea indubitatam notitiam, ſi coram ipſo de ea facta fuerat fides in alio actu.
14 Aditio hæreditatis inducitur per actum, quo quis ſe gerit pro hærede.
15 Inducitur etiam ex verbis enunciatiuis.
16 Actus quot titulis geri poſſit nomine alterius?
17 Facta plus declarant mentem hominis, quam verba.
18 Approbat tacitè, qui non contradicit.
19 Approbatus vt talis amplius reprobari nõ poteſt.
20 Exceptio quod vſusfructus bonorum, quæ quis dedit inſolutum, indeque conduxit, ſpectat ad alium iure legati; an conductorem excuſet ab obligatione ſoluendi penſiones?
21 Reſoluitur negatiuè: maximè ſi ipſe poſſederit.
22 Quem de actione tenet actio eumdem agentem repellit exceptio.
23 Exceptiones deductæ extra acta, & in ſubterfugium non attenduntur.
24 Cauſa ſummaria debet expediri ſola facti veritate inſpecta.
25 Præſumptio iuſtitiæ pro Inſtrumento non minuitur turbidis, & calumnioſis exceptionibus.
26 Inſtrumento ſtandum eſt in omnibus, quæ cantat vſque dum contrarium appareat.
27 Impugnatio Inſtrumenti nõ impedit eius vſum, & executionem.
28 Amplia etiam vbi penderet iudicium validitatis, aut inualiditatis.

RATIOCINIVM LX.

LEVANTINA PECVNIARIA, SEV PENSIONVM.



Ræſtantiſſime Domine. Confirmanda eſt ſententia lata per M. D. Vicarium Leuanti ad fauorem MM. Fratrum Maſſola contra Benedictum Perratium præuia pronunciatione D. V. Præſtantiſsimæ, quod fuerit per dictum Benedictum malè appellatum; quia ex proceſſu præſentato eadem ſententia digno-
1 ſcitur valida æquè, ac iuſta; Actum enim fuit ex locato, vigore Inſtrumenti recepti à q. Bernardo Cerruto Not. anno 1642. die 9. Decembris, & in actis producti, & quidem pro lib. 245. occaſione penſionum annorum ſeptem ad rationem lib. 35. ſingulo anno, licet detracta deductione lib. 20. poſtmodum facta, prædicta quantitas redacta fuerit ad lib. 225.; & de quibus penſionibus ad ſingulum annum taxatis patet Inſtrumentum prænunciatum, quod actionem iuſtificat, redditq; rem claram, & probationem manifeſtam *Bart. in l. 1. n. 8.*
2 *ff. de nou. oper. nunc. Borgnin. deciſ. 45. n. 35. Rot. Rom. coram Burat. dec. 564. n. 3. & in Rauennaten. Penſionis 5. Iulij 1660. quæ eſt hic deciſ. 52. n. 2.*

Quan-

3 Quantitas annuarum responsionũ liquet ex terminis decursis post aliud consimile iudicium contra eumdem motum in curia Leuanti, in quo fuerunt liquidatæ pensiones effluxæ vsq; in annum 1656., & pro ijs concessa
4 licentia vigore præambulæ sententiæ, quæ cum statim transitum fecerit in Iudicatum, hodie habenda est pro veritate. *l. res iudicata ff. de reg. iur. l. ex diuerso* §. 1. *ff. de rei vindicat. Peregr. cons.* 17. *n.* 12. *lib.* 3.

Sed nec fuit controuersa, & optimè sequebatur ex Instrumento dictæ
5 locationis, non docto de solutione, *Bald. in l. Imperator n.* 13. *ff. de stat. hom. Ias. in l.* 1. *num.* 10. *ff. de nou. oper. nunc.*

Non obstat, quod eodem anno 1656. ex parte DD. Masola Actorum
6 fuerit impetrata licentia ingrediendi possessionem bonorum locatorum ad effectum de quo in ea, ipsaq; fuerit ad actum redacta per immissionem, seu associationem nuncij, vt ex relatione eiusdem.

Nam respondetur, quod huiusmodi possessio nullum habuit effe-
7 ctum, vt quæ tentata potius ad excitandum debitorem ad aliquam satisfactionem, semper firma remansit in dicto Perratio conductore, qui nihilominus continuò possedit, vt concludentissimè, & superlatiuè proba-
8 tum fuit, etiam per testes deponentes de facto proprio, *ad tradita per Porth. de manut. obseruat.* 19. & quæ possessio in dicto Perratio euidentissimè o-
9 stenditur ex incessanti fructuum perceptione, vt testantur prædicti testes, qui dantur in necessarijs *Posth. dicto tract. obseru.* 23. *per tot. Rot. Rom. dec.* 131. *n.* 3. *& dec.* 307. *n.* 3. *&* 6. *p.* 1. *Rec. Buratt. dec.* 730. *n.* 3.

Nec releuat, quod in presenti iudicio non fuerit probata mors q. M.
10 Augustini Massolæ, cuius dicti DD. Fratres se se asseruerunt hæredes: nec doctum fuerit in actis de aditione eius hæreditatis.

Quoniam cũ mors dicti q. D. Augustini contigisset in dicto loco Leuã-
11 ti paucos menses ante institutum iudicium, eaque ibi esset notoria, nulla indigebat probatione, vt in similibus *post tex. in C. tua nos, & ibi Innoc. n.* 2. *ad fin. de cohabit. Cler.*, dixit *Rot. Rom. inter recensitas à Scacc. de appellat. dec.* 142. *n.* 45. & de ea potuit Iudex se
12 extraiudicialiter informare *Rot. Perus. apud Lud. dec.* 67. *n.* 16. *& seqq.* quãuis verius sit quod de ea indubitatam habuerit notitiam ex actis coram eo gestis per dictos DD. fratres Massola
13 pro adeunda dicta hereditate.

Aditio hereditatis nec ipsa erat probanda; quia cum in hoc iudicio
14 dicti DD. Fratres se se gesserint pro hæredibus, satis superq; fuit inducta, & probata *l. siquis mihi bona* §. *sed quod mandauerit vbi DD. ff. de acquir. hæred. Ias. in l. pro herede n.* 1. *ff. eod.*
15 & quod sufficiant sola verba enunciatiua *Bart. in l. gerit n.* 14. *ff. eod. Rot. Rom. p.* 7. *Rec. dec.* 74. *nu.* 6.

Nec demũ obstat quod dicti MM. Fratres Ioseph, & Dominicus conuenerint dictum Perratium pro etiam, & nomine Mag. Iacobi Philippi eorum Fratris nullo eiusdem producto mandato; quia omnem omninò tollunt
16 occasionem dubitandi pro validitate actorum coniunctio sanguinis, bonorum communio, Procura eiusdem in

in M. Dominicum data vigore Instru-
menti recepti à D. Hieronymo Scotto
Notario anno proximè præterito die
21. Augusti, & vltimò ratificatio eius-
dem M. Iacobi Philippi inducta ex
eiusdem instantia pro sententia, vt su-
pra emanata, quæ ratificatio potens
est omnia gesta in processu rata, & fir-
ma habere eò validiùs ac si fuisset di-
ctum verbis expressis, cum plus sit
aliquid facere facto, quàm verbo, vt
habetur *per tex. in c. dilecti il pr. de ap-
pellat. cui addo Dec. in l. semper n. 8. 9.
& 10. ff. de Reg. Iur. Rot. Rom. coram
Crescent. decis. 54. lib. pr. & par. p. di-
uers. decis. 89. n. 11. & 12. Surdi dec.
229. nu. 4. & seqq. Rot. Ianuen. decis.
111. n. 3.*

Quæ omnia confirmantur ex eo,
18 quod dictus D. Dominicus fuit ta-
citè approbatus vt talis, non contradi-
cente scilicet dicto Perratio *Argum. l.
quo enim §. 1. ff. rem ratam haberi l. si
absentis C. si certi. per. Bald. in l. ne ar-
bitr. Cagnol. ad l. qui tacet ff. de Reg.
Iur.*; Sed & expressè fuit approbatus,
19 quia vt talis citatus, & conuentus, vt
ex processu, quo casu reprobari am-
plius non potest *Rot. Rom. coram Bu-
ratt. decis. 409. n. 2.*

Quæ verò inferebat Aduersarius
20 ex Testamento eius patris ad effectũ
probandi, quod vsusfructus bonorum
de quibus in dicta locatione pertine-
bat ad eius matrem iure legati, quid-
quid valeant ad eiusdem propositum
non merebantur sanè allegari, cum &
21 ipse re vera cum Dominio sociam sẽ-
per habuerit eorumdem possessionẽ
cum actuali perceptione fructuum, &
ipse sit qui ea dedit insolutum dicto
D. M. Augustino, & promisit pro
22 eorum perpetua defensione; vnde
benè intrat Iuris Regula quod *quem
de euictione tenet actio, eumdẽ Agen-
tem repellat exceptio.*

Alia verò, quæ incongruè nimis,
& callidè commiscere voluit dictus
Perratius in asserta nulla eius recon-
uentione non egent responsione, vt
quæ extra acta deducta fuerint in sub-
terfugium, & ad euertendam naturam
præsentis iudicij, quod ex Statuto Ge-
nuæ *de causis breuioribus §. in causis*
42 *expeditionis* debuit sola facti veritate
inspecta expediri, nulla habita ratione
de assertis Calumniosissimis obiectio-
nibus, seu potius confesse, & agnitæ
veritatis impugnationibus, quæ inte-
25 rea tollere non poterant præsumptio-
nem iustitiæ, quam habebat instru-
mentum *l. cum precibus 18. C. de pro-
bat. l. sciendum ff. de verb. oblig. Rot.
coram S. M. Ludouis. decis. 68. n. 2. ad
fin.*, & notissimum est in iure quod
instrumento standum est in omnibus
quæ cantat, vsque dum appareat con-
26 trarium *l. fin., & ibi Bald. C. de fals.
cau. adiect. leg. Ias. cons. 120. vers. 6.
facit lib. 2. Afflict. decis. 403. n. 5.*

Et impugnatio Instrumenti non
27 impedit eius vsum, & executionem
etiam vbi penderet iudicium validita-
tis, aut inualiditatis *Felin. in c. capitu-
lum n. 9. & 13. decis. rescript. Rot. in
Rom. Domus 25. Februarij 1641. co-
ram R. P. D. Cerro §. nec refragatur.*

Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

*SEntentia valida, ac iusta debet con-
firmari. Saluianum iustificatis eius
requisitis intrat. Requisita quæ sint? Ex-
ceptiones requirentes altiorem indaginem
reijcian-*

reijciuntur ad petitorium. Attenditur sola hypotheca. Et quoad creditum ex causa census quis sit in quasi possessione exigendi? excussio in Saluiano omitti potest. Exceptio Dominij, quando consideretur? Hypotheca ad effectum excludendi agentem in Saluiano debet esse anterior. Contrahens cum procuratore mandatum non habente ad contractum nihil acquirit. Possessio rei conuenti non obest Saluiano, sed est eius fundamentum. Statutum si sit facultatiuum, sed non dispositiuum non irritat actum, aliter gestum. Consilium sapientis petitum, quando à Iudice sit denegandum?

SVMMARIVM.

1 Sententia quæ sit valida, & iusta debet confirmari.
2 Validitas dignoscitur ex reuolutione actorum.
3 Iustitia sententiæ resultat ex iustificatione omnium requisitorum.
4 Saluianum intrat eius probatis extremis.
5 Creditum cum hypotheca ex quibus probetur?
6 Identitas bonorum probatur ex testibus, & ex verificatione confinium.
7 Possessio penes venditorem probatur ex clausula constituti.
8 Probatur etiam per Testes deponentes de tempore factæ venditionis.
9 Possessio penes reum conuentum probatur ex eius confessione ex sustentatione litis, & per Testes.
10 In Saluiano non agitur de titulo, sed de auocanda possessione.
11 Exceptio requirens altiorem indaginem reijcitur in Saluiano ad petitorium.
12 Et vbi in Saluiano de titulo disputari contingat, & contendentes asserant habere eumdem titulum, tunc manutenetur in quasi possessione exigendi, qui verè possidet, vsque dum lis super titulo dirimatur.
13 Quasi possessio probatur ex Decreto associationis, & ex nuncij relatione.
14 Nisi quasi possessor, vt supra manuteneretur, daretur monstrum.
15 Excussio in Saluiano non est necessaria.
16 Huiusmodi excussionis exceptio militat pro creditore posteriori contra anteriorem, non verò pro eo, qui prætendat habere idem numero creditum.
17 Exceptio Dominij incontinenti probata in quibus terminis intret in Saluiano.
18 Datur Dominium hypothecæ.
19 Dominium idem numero nequit esse insolidum penes duos eodem tempore.
20 Hypotheca ad effectum excludendi Saluianū debet esse anterior, quo ad rem, non quoad modū.
21 Hypotheca sine credito non datur.
22 Contractus gestus cum Procuratore ad illum facultate carente non valet.
23 In mandato procuræ tantum facultatis tribuitur, quantum legitur in Instrumento.
24 Mandatum procuræ non extenditur, nisi ad res, causas, & personas in eo expressas, & si ex generalitate verborum referri posset ad omnes.
25 Mandatum est stricti iuris, & propterea diligenter custodiendum.
26 Mandatores per Procuratores obligari nequeunt, nisi circa contenta in mandato.
27 Clausulæ generales in mandato appositæ restringuntur ad expressa.
28 Procurator ad exigendum non est procurator, nisi ad illud factum exactionis.
29 Procurator ad exigendum fructus census non potest exigere sortem, nec censum minuere.
30 Paria sunt mandatum non habere, & habere, sed non habere sufficiens ad actum.
31 Titulus reducitur ad non titulum, si sit nullus.
32 Possessio rei conuenti nō obest Saluiano, sed fauet.
33 Contrarium esset, si ageretur in interdicto retinendæ.
34 Mala fides supponitur in eo, qui contrahit cum Procuratore, sufficiens mandatum non habente, ex lectura ipsius Instrumenti.
35 Simile est in eo, qui in lectura breuis Apostolici videt facultatem sibi deficere.
36 Nemo ignorare debet conditionem eius, cum quo contrahit.
37 Ignorantia iuris neminem excusat.
38 Quod prouenit à radice infecta, vel à causa non vera nullius est momenti.
39 Accessorium, & dependens corruit data nullitate principalis.
40 Recursus ad Principem quomodo non inducat litis pendentiam?
41 Consilium sapientis quando sit denegandum?
42 Statutum quando non est præceptiuum, sed est facultatiuum non irritat, si non impleatur.
43 Intellectus ad statutum Leuanti *de cauf. ciuil. § si in aliqua quæstione.*
44 Quælibet dispositio intelligitur procedere rebus non mutatis, sed in eodem statu permanentibus.
45 Statutum quod infligit pœnam, si aliter fiat, non annullat actum.
46 Statutum Ianuæ est prohibitiuū Consilij Sapientis.
47 Consilium sapientis quando sit petendum, & quando denegandum.

RATIOCINIVM LXI.

LEVANTINA SALVIANI.



Ræstantissime Domine. Confirmanda est sententia lata per M. D. Vicariū Leuanti ad fauorem DD. Fratrum Massola contra DD. de Scribanis, quia constat de eius validitate, ac iustitia, vt in fortioribus ter-

1 terminis respondit *Rot. Rom. coram Buratt. decis. 885. nu. 1. & in rec. p. 4. t. 2. decis. 476. nu. 13. & p. 7. decis. 38. num. 3.*

2 Validitas enim colligitur ex reuolutione actorum *Bart. in l. fin. C. de rebus creditis eadem Rot. coram Verall. decis. 260. p. 2.*

3 Iustitia verò sequitur ex concursu omnium requisitorum, vt patebit ex sequenti inductione, quibus propterea iustificatis necessariò intrare Saluianũ

4 latè tradunt *DD. in l. 1. ff. de Salu. Rolan. cons. 14. n. 13. lib. 1. Pacif. de Salu. inspect. 1. cap. 5. nu. 1. & seqq. Scapucc. eod. tract. quæst. 25. n. 4. lib. 1. ead. Rot. coram Cardinali Seraph. decis. 1200. in princ. & decis. 481. nu. 1. p. 4. t. 2. rec.* & fuit abundè dictum *in Rom. Salu. prima Ianuarij 1646. & 26. Februarij 1649. coram Royas*, cum alijs per eamdem allegatis in *Beneuent. Salu. 14. Maij 1649. in princ. coram Reuerendiss. Arguelles.*

5 Creditum cum hypotheca probatur, nedùm ex lectura instrumenti census *summario nostro n. 1.* verum etiam ex mandato consequuto contra hæreditatem qu. Iacobi Iuani impositoris census *dicto summario nu. 5.* & ex his probatio huius extremi fit manifesta *Rot. Rom. coram Duran. decis. 40. n. 1. & decis. 401. nu. 1. & decis. 456. n. 2. & decis. 669. nu. 1. & seqq. p. 2. rec.*

6 Identitas bonorum resultat ex depositione testium *summario nu. 7.* nec non etiam liquidò demonstratur ex verificatione confinium *summario nostro nu. 6. litt. C.* ex quibus redditur indubitata, *l. forma ff. de cens. Bart. in l. demonstratio falsa ff. de condit. & demonstrat.* Rot. *coram Pen. decis. 138. n. 1. & 2. & p. 8. rec. decis. 205. n. 14.*

7 Possessio apud venditorem census infertur ex clausula constituti, in instrumento impositionis apposita *Rot. coram S. M. Greg. XV. decis. 491. nu. 10. & coram Seraph. decis. 1415. n. 2.* & fuit etiam dictum *in dicta Beneuen. Saluiani coram Arguelles §. possint dicti qu. Viti*; sed validiùs etiam comprobatur per supradictos Testes *sum-*

8 *mario nostro num. 6. litt. A.* Rot. *dicta decis. 669. nu. 2. & seq. p. 2. & decis. 123. nu. 1. p. 3. rec.*

9 Eadem verò penes DD. fratres de Scribanis reos conuentos probatur ex eorum confessione, in assertis eorum titulis exarata, ex depositione testium ex vtraq; parte productorum, insuper, ex sustentatione litis, quam per se solam sufficere ad hunc effectum voluit prædicta *Rota coram Caputaq. dec. 369 p. 2. & coram Cæsar. de Graff. decis. 4. de restitut. spoliat. cum alijs relatis per eamdem decis. 539. nu. 3. p. 4. rec.*

Non obstant exceptiones excussionis, Dominij, anterioritatis, posses-

10 sionis, bonæ fidei, & si quæ aliæ sint, quas DD. Aduersarij deducant, vel deducere valeant ex contractu inito cũ Francisco Perratio, asserto Procuratore Franciscæ, & Magdalenæ filiarum, & hæredum q. Ioannis Galletti emptoris census, de quo agitur.

Quoniam etiamsi longè sufficeret ratio, quod cum versemur in iudicio merè possessorio, & non quæratur de titulo, sed de auocanda possessione *Salust. Tiber. in prax. lib. 2. c. 2. n. 10.* Rot. *post Pacif. de Salu. decis. 2. nu. 8. & apud Seraph. decis. 1100. nu. 1.* nullius momenti debent esse præassertæ exceptiones, quæ vti requirentes altio-

tiorem indaginem non sunt discutiendæ in hoc iudicio, sed reijciendæ ad
11 petitorium, vt post *tex. in l. fin. C. quorum bonorum, & Rip. in rubr. ff. de pignor. num.* 19. pluries tenuit *Rot. & signanter coram Puteo decis.* 233. *lib.* 3. *Caualer. decis.* 399. *nu.* 2. *Buratt. decis.* 420. *nu.* 4. *& decis.* 422. *eodem n.* 4. *& in Rom. successionis* 12. *Ian.* 1660. *coram Reuerendiss. Meltio, quæ est hic decis.* 64. *nu.* 10. *&* 11. Eaque videtur esse ratio; quia inspici tantum oportet, & attendi apud quem existat iuris exigendi exercitium, ad effectum quod ille, & non alius in sua quasi possessio-
12 ne manuteneatur; donec, & quousque per sententias fuerit absolutum petitorium, & ita discussa validitas permutationis aduersariorum, & eorum prioritas, vt post. *Rot. apud Cenc. de cens. in vet. edit. decis.* 213. *n.* 8. loquitur in terminis *Gratian. discept.* 948. *nu.* 10. *& seq.*

Quæ sanè quasi possessio, cum hodie reperiatur penes DD. Massola, vt patet ex fructuum perceptione, de qua testes ex aduerso producti, nec non etiam ex instrumento associationis per Iudicem concessæ, vna cum nuncij re-
13 latione, quæ bene probant, *Rot. decis.* 62. *nu.* 13. *p.* 2. *diuers. & apud posth. de manut. decis.* 210. *n.* 1. penes ipsos tueri debet, ne monstrum detur, & is, qui ius habet exigendi fructus de præ-
14 senti decursos etiam cum scientia, & patientia dictorum de Scribanis, nequeat exigere census de præterito effluxos, & sic sit dominus, & non dominus.

Nihilominus, quamuis, vt dixi, omnem adimat difficultatem præmissa responsio, vt altiùs tamen nostræ intentionis fundamenta effodiantur, singillatim vnicuique earum faciemus satis.

Non enim obstat in primis excep-
15 tio excussionis, vtpotè, quæ non consideretur in Saluiano, vt originaliter consuluit *Rolan. consil.* 9. *nu.* 17. 18. *&* 19. & in nostris terminis scripsit *Gratian. discept.* 38. *à nu.* 1. *per seqq. & discept.* 507. *nu.* 6. & testatur *in prax. Ridulph. parte* 1. *cap.* 6. *n.* 107. & quod
16 in omnem casum faueat non possessori bonorum generaliter hypothecatorum, sed creditori posteriori contra anteriorem tradit *Cenc. de cens. in vet. edit. p.* 2. *c.* 2. *quæst.* 5. *art.* 9. *n.* 37. quod tamen non militat in casu, in quo quæritur de possessione, occasione eiusdē numero crediti, quod eodem tempore dari nequit penes duos insolidum, vt infra dicetur.

Exceptio dominij incontinēti pro-
17 bata intrat, non in his terminis, sed quando ostenditur illius deficientia in eo, qui hypothecauit; quod si loquatur de dominio hypothecæ, quod dari
18 voluit *Bald. in l. proprietat. C. de probat.* quem sequuta est *Rot. in Tiburt. Castr. S. Angeli* 26. *Ianuarij* 1654. *coram Reuerendiss. Meltio Episcopo Papien.* §. *præterea*, hoc certè carent Aduersarij, tùm ex præmissis, tùm etiam ex infra dicendis, & eo potissimùm fundamento, quod Dominium idem numero esse nequit insolidum eodem
19 tempore penes duos *l. sicut certum* §. *si duobus ff. commod. Rot. parte* 6. *rec. decis.* 133. *num.* 4.

Hypotheca ad effectum, quod repellat agentem in Salu. debet esse anterior, quoad rem, hoc est requiritur,
20 quod bona de quibus lis est, fuerint alteri

alteri hypothecæ priùs suppofita, antequam præsenti censui hypothecarentur; sed non sufficit, quod anterioritas sit, quoad modum acquirendi; quia semper offendemus ad præostensos scopulos, & quæretur de perpendendo vtriusq. partis titulo; quod fieri non debet in hoc Saluiani iudicio.

21 Sed ipse dico, quod adeò verum est Aduersarios omni prorsus carere hypotheca, quin potius nullum habent creditum, nec vllum titulum; quia cū habuerint causam non à vero domino census, nec ab eius hæredibus, & successoribus, sed ab asserto Procuratore, qui nullum ad ea habebat mandatum, vt dignoscitur ex lectura instrumenti procuræ *summario nostro nu. 9.* quæ dumtaxat data fuerat ad exigendum; sanè quidquid vlterius gestum fuit cū huiusmodi procuratore, nullum om-

22 nino esse debuit, & nullius effectus tamquam factum per excessum, & cum persona extranea, cui nullum ius competebat *per l. nemo plus iuris*, & ex alijs vulgatis; Probatissimi enim iuris est, quod in mandato ea sola fa-

23 cultas datur, quæ legitur in instrumento *Gratian. discept. 737. nu. 3.* & quod id solum extenditur ad causas, res, & personas in eo nominatas, etiāsi

24 ex generalitate verborum inde emanatorum inferri posset ad omnes, *idem Gratian. discept. 737. nu. 10.* & ratio est, quia mandatum est stricti iuris, &

25 propterea diligenter custodiendum *l. diligenter ff. mand.* aliàs procurator dicitur excessisse, & principalis non obligatur, nec tenetur ex facto procuratoris *Rot. p. 1. rec. decis. 79. nu. 1. & nu. 12.* vbi quod mandatores obligari nō

26 possint per Procuratores, nisi circa contenta in mandato, *& p. 5. rec. decis. 423. nu. 3. & seqq.* vbi quod non suffragentur clausulæ generales, cum hæ

27 restringantur ad expressa, etiamsi adesset clausula *permittens facere, quod, & ipse Dominus posset*, & de procuratore constituto ad exigendum, quod

28 non datur procurator, nisi ad illud factum exactionis, & receptionis, non autem ad aliud *Rot. plenè p. 5. rec. decis. 374. nu. 2. & seqq.* vbi de procu-

29 ratore ad exigendum fructus census, quod non possit exigere sortem, & redditum minuere.

Qua propter cum fuerit cōtractum cum excessu mandati, & sic sine man-

30 dato, cum paria sint nullum habere mandatum, & habere, sed tale, quod se non extendat ad actum, de quo agitur *l. iusiurandum §. fin. ff. de iureiur. Gratian. discept. 223. nu. 12.* manifestissimè apparet nullitas, & insubsistentia tituli, in actis allegati, qui vti

31 nullus reducitur ad non titulum *Argel. de legit. contrad. q. 7. nu. 144. Rot. plenissimè coram Eminentiss. Cardinali Ottbobono decis. 154. à n. 14. per seqq. cum alijs per eamdem in Mediolanen. beneficiorum 28. Martij 1660. coram R. P. D. Alberg. §. 2 placuit.*

32 Possessio verò ex aduerso deducta etiam cum asserto titulo, & bona fide, tantum abest, vt aduersetur Saluiano, quin potius necessario desideratur tāquam vnum ex requisitis: Quidquid esset exinde si non ageretur de interdicto adipiscendæ, sed de interdicto re-

33 tinen. *§. adipiscendæ Instit. de interd.*

Titulus item, & bona fides, cum potiùs de mala liqueat ex eo, quod ac-

34 tum fuit cum Procuratore exhibente quidem mandatum, sed ad actum venditio-

ditionis censūs, neque datum, neque excogitatum, vt ex *Gemin.conf.96. n.*
35 *4.verf.sed quoties legunt*, dixit in terminis deficientiæ facultatis ex lectura breuis Apostolici *Rot. in Tolet. iurisdictionis 21. Maij 1660. coram R. P. D.Beuilaqua §.priuilegia,& §.secunda autem*, & per consequens debet dici ex dolo magis inducta permutatio,
36 quam ex bona fide, cum nemo ignorare debeat conditionem eius, cum quo contrahit *l. qui cum alio ff. de reg.*
37 *iur.* & neminem iuris ignorantia excuset *l.1.ff.de iur.& fact.ignor. l.2. §. si à pupillo ff.pro empt.*

Vnde dilutis Aduersariorum obiectis, quoad Saluianum concludo, quod data, vt supra nullitate contractus, & sic tituli per Aduersarios producti cessant possessio, anterioritas, bona fides, & omnia alia, quæ prætendi possunt,
38 vti prouenientia à radice infecta, & à causa nulla, & non vera, & à qua nulla actio oriri potest, vel exceptio, *Bart. in l.cum lex nu.10.ff.de fideiuss.Pedemon. decis.164. nu.17.* & in similibus
39 accessorijs, & dependentibus data nullitate principalis latè firmat *Gratian. discept.715. nu.17.& 18.* vbi plures refert, cui pariter addo *Rot.in Mediolanen.benefic.10.Februarij 1659. quæ est hic decis.7. nu.13.*

Quidquid dicitur de litis pendentia, seu de introductione præsentis
40 causæ coram Serenifs. Senatu nuper erecto, vltra quod facti veritas stat in contrarium, tollitur omni modo obiectum ex pluribus eiusdem Principis rescriptis, & signanter ex Decreto condito anno 1662. die 5. Ianuarij, quod datur in necessarijs, & per quod sancitum fuit, quod non supersedeatur à M. Rota, & à Iudicibus ordinarijs in expeditione causarum per quacumq; introductionem, quæ de eis fieret coram Serenifs. Sen. etiam quod emanaret commissio vni ex MM. à Secretis ad viden. scripturas.

41 Demum quod attinet ad consilium sapientis petitum per DD. Aduersarios in ipso actu prolationis sententiæ, vt patet ex actis, nulla dignum videtur consideratione, cum omni iure debuerit denegari; tum quia Statutum loci Leuanti non disponit per verba præceptiua, sed videtur potius facultatiuum, & collatum in arbitrium, & vo-
42 luntatem Magistratus, vt ibi, *si voluerit*, nō obstante §. *si in aliqua quæstione petierit aliqua pars*, inferiùs posito;
43 quia non immutat priorem dispositionem, sed declarat solùm, cuiusnam expensis dari debeat, vt ibi *detur expensis petentis*; intellige; *si Magistratus voluerit*; tum quia prædictum Statutum hodie non viget ob mutatam Regiminis formam, vt in facti infor-
44 matione ponderatum fuit; Indubitatum enim est in iure, quod quælibet dispositio valet, rebus non mutatis, & in eodem statu permanentibus; secus verò vbi res mutantur, & cessat ratio, & intentio legis *Crauett. conf.680. nu.15. Surd.conf.313.num.68. lib.3. Castracan.de societ.c.22.nu.4. Osasch. Pedemon.decis.91. nu.2.* maximè, vel
45 vbi prædictum Statutum Leuanti non quidem annullat actum, sed infligit pœnam Iudici librarum 5. pro inobseruantia, vt patet in principio dicti Statuti, & lib.3. de capitulis à Potestate Leuanti obseruandis ibi, *si Potestati*
46 vel vbi habemus strictam dispositionē Statuti Ciuitatis Dominantis, quod est

est prohibitiuum Consilij Sapientis, vt sub titulo de Assessore.

Tum etiam, quia in omnem casum, posito quod dictum Statutum non desiniat tempus, in quo sit petendum omnis iuris, & æquitatis ratio exigebat, vt peteretur non post octo citationes ad sententiam, sed in prima, & non postquam fuerant non semel, ac iterum hinc, indeq; deductæ coram Iudice Aduocatorum informationes, tam oretenus, quam in scriptis, vt ex actis; quo casu elusoriam esse Consilij Sapientis petitionem, immo iniustam, calumniosam, & vt talem omni causa reijciendam dixit latè ex pluribus *Scala in suo tract. de cons. sapientis lib. 2. cap. 27.*

Quibus stantibus videtur resoluendum pro confirmatione sententiæ Iudicis de partibus, præuia pronunciatione, quod fuerit malè appellatum per DD. de Scribanis, qui iniuria prorsus nostram oppugnant iustitiam, cum ipsis nihil deperéat, sed possint regredi ad bona permutata cum dicto asserto procuratore, pro dicta asserta census cessione.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Census venditus ab herede an aliū cohæredem obliget, & si pupillum? Societas, & communio omnium bonorum, an rectè contrahatur cum minore, vel pupillo? Ratificatio, quæ requirat ad effectum, vt valeat? an operetur in præiudicium iuris, à tertio medio tempore quæsiti? vbi hæres nō confecit inuentarium an presumatur acquisiuisse de proprijs, an potiùs de hæreditarijs pecunijs?

SVMMARIVM.

1 Fideiussor soluendo, eadem Iura refert ex statuto Genuæ contra principalem debitorem, quæ cōpetebant creditori.

2 Fideiussor ex tacita Iuris stipulatione semper, & quandocumque seruari debet à debitore indemnis, & penitus sine damno, etiamsi in Instrumento de hoc nihil fuisset dictum.

3 Obligatio contracta ab hærede afficit aliū cohæredem in communione bonorum manentem.

4 Nemo sine consensu obligatur.

5 Pupillus nec volens se obligare potest sine solemnitatibus.

6 Res nostræ sine facto nostro obligari non possunt.

7 Actus gestus in executionem causæ præambulæ in hanc, & non in aliam est referendus.

8 Pupillus sine decreto, & solemnitatibus non potest contrahere cum patruis Bonorum communionem, seu societatem.

9 Pupilli bona nec de iure, nec ex statuto Genuæ distrahi possunt solemnitatibus, & requisitis non concurrentibus.

10 Pupillus maior effectus, si in diuisione calculari patiatur tam acquisita, quam alienata à Patruis videtur eorum gesta in eius pupillari ætate tacitè ratificare.

11 Ratificatio concipitur non solum verbis, sed etiā factis, signis, & coniecturis.

12 Ratificatio non inducitur in actu eius qui plenā non habuit scientiam nullitatis, omniumque qualitatum gestorum, & eorum quæ prætenduntur tacitè ratificata.

13 Ratificatio fieri nequit in præiudicium tertij, cui ius, vel Dominium iam sit quæsitum etiam ex causa à debitore habita.

14 Actus de iure per ratificationem retrotrahitur.

15 Fallit in præiudicium tertij, cui medio tempore fuit ius quæsitum.

16 Ad effectum, quod retrotrahatur requiritur quod inter actum nullum, & ratificationem nihil mediet, sed omnia sint in primo statu, & absque vlla mutatione.

17 Retrotractio tunc operatur quando actus possit inchoari eo modo quo debuit à principio fieri.

18 Debitor non potest creditoris conditionem reddere deteriorem.

19 Retrotractio cadere nequit in causam nullam in præiudicium tertij, qui iam ius quæsiuit.

20 Cohæres seclusā communione bonorum sicuti alterius cohæredis obligationes non communicat, ita nec eius acquisitiones, & iura.

21 *Lim.* quatenus acquisitiones factæ fuerint de pecunijs hæreditarijs, vt præsumitur, si Patruus magnæ sagacitatis communicet eas cum nepote simplicissimo,

22 Bona diuisa, & communicata de iure præsumuntur hæreditaria, & de pecunijs hæreditarijs quæsita.

23 Communicatio facit præsumi, quod bona fuerint hæreditaria, & de pecunis hæreditarijs quæsita, vel liberata.

24 Communicatio huiusmodi habetur adinstar confessionis.

25 Confessione, nulla maior probatio dari potest.

26 Co-

26 Cohæres soluens de propr. pecunijs debitum hæreditatis pot. ſt. g te contra alium cohæredem, vt partem suam soluat, vel in diuiſione eam computare in illius partem.
27 Lim Reg. vel quando non apparet ſolutio facta de pecunijs cohæredis, vel quando aderant pecuniæ, ſeu fructus in tanta quantitate, vt ex eis debita ſoluta commodè præſtari poſſent
28 Tutor extantibus pecunijs non ſolum poteſt ſed debet creditoribus ſoluere, & pupillum liberare.
29 Hæres ex quo non confecit Inuentarium præſumitur ſubtraxiſſe bona, & pecunias hæreditarias, & de eis debita perſoluiſſe, & acquiſiuiſſe
30 Hæres ex ſola omiſſione Inuentarij præſumitur vſurpaſſe bona hæreditaria.
31 Hæres ex præſumptione vſurpationis tenetur vltra vires hæreditarias, & dicenti in contrarium incumbit onus probandi.
32 Administrator ſeu hæres qui adminiſtrauit abſolutè præſumitur, quod non de proprijs, ſed ex pecunijs perceptis ex rebus adminiſtratis debita ſoluent.
33 Quæ iuris præſumptio non ſolum cadit in adminiſtratorem relictum, ſed etiam in eum qui actu bona adminiſtrauit.
34 Actio nulla quæritur, & hypotheca ſoluenti, ceſſione non reportata.
35 Actio tamen competit mandati, vel vtilis negotiorum geſtorum.
36 Pupillo, & cauſæ Piæ omnis fauorabilis interpretatio aſſiſtare debet, & omnis iuris benignitas.
37 Inſtitutio facta ob amorem Dei, & pro anima inſtituentis cedit in locum piæ cauſæ.
38 Vſusfructus omnium bonorum vxori relictus filijs hæredibus proprietarijs inſtitutis reſoluitur, & reſtringitur ex coniecturata mente Teſtatoris ad ſola alimenta.
39 Fideiuſſor qui cenſum à debitore principali venditum ſoluit quomodo agat contra tertios poſſeſſores.

RATIOCINIVM LXII.

LEVANTINA CENSVS.



PRæter actionem perſonalem, quam habent heredes, & ſucceſſores qu. Iacobi de Thadeis aduerſus poſſeſſores bonorum, & hæreditatis q. Pelegri Caſella pro repetitione fructuum perceptorũ à die intimatæ litis vſque nunc, eiſdem etiam paratum eſſe in actione reali ius conſequendi in bonis, & hæreditate dicti q. Pelegri, ac qu. Angeli Caſella ſortem ſolutam per dictum Iacobum, ſiue eius hæredes ex cauſa fideiuſſionis per dictum qu. Iacobum præſtitæ ad fauorem nunc qu. D. Hieronymi Salutij in inſtrumento cenſus venditi per dictos Caſellas dicto D. Salutio anno 1609. die prima Maij; nec non etiam intereſſe, ſeu redditus decurſos à die ſolutionis in præſentiarum, vſq; ad formam mandatorum, vna cum refectione omnium damnorum, & expenſarum, dubitari non poteſt;
1 cùm fideiuſſor ſoluendo, eadem iura contra principalem debitorem tranſferat quæ creditori competebant, vt cauetur per Statutum Genuæ *ſub rubr. de fideiuſſ.* idemq; de natura fideiuſſionis, & ex tacita iuris ſtipulatione ſemper, & quandocumque à debitore indemnis, & penitus ſine damno ſeruari
2 debeat, etiamſi in inſtrumento fortè de hoc nihil fuiſſet dictum *c. peruenit de fideiuſſ. & poſt Bald. in l. conſtitutionis C. de vſur. Marſil. in rubr. de fideiuſſ. nu. 193. queſt. 26. & nu. 315. queſt. 44. & alios quos refert* dixit *Gratian. diſcept. cap. 130. nu. 24. & cap. 542. nu. 3.*

Videbatur dumtaxat in noſtra hypotheſi oppugnari poſſe huius crediti hypotheca ab alia anteriori, prouenientè ex credito cenſus conſtituti anno 1590. à dicto Angelo, & ab Antonio fratribus Caſella, D. Auguſtino Zattaræ, cuius cenſus obligatio ratio- 8
3 ne communionis bonorum porrigi etiam aduerſo prætenditur etiam ad bona, pro tertia parte ſpectantia ex hæreditate qu. Hieronymi Caſellæ ad dictum Pelegrum, dictorum Antonij, & Angeli ex fratre nepotem, licet tempore huius cenſus venditionis pupillum;

Verum quidquid valeat in bonis dictorum Antonij, & Angeli in præiudi-

iudicium nostrorum principalium dicta anterior hypotheca, sanè in bonis
4 Pelegri, neq; per intellectum obesse potest, dum Pelegrus obligatione census anni 1590. non accessit, nec de
5 iure, stante eius pupillari ætate accedere potuit; verissima est namque iuris conclusio, & omni æquitate referta,
6 quod res nostræ sine facto nostro nulla prorsus obligatione queunt innodari *l. id quod nostrum ff. de reg. iur.* nec aduersarijs suffragari potest ad huiusmodi effectum bonorum communio, seù conuinentia, quæ tempore constituti census intercedebat inter dictos Patruos, & nepotem.

Quoniam cum istiusmodi actus
7 præcedente Testatoris præcepto, Pelegro imposito de manendo annos 12. sub administratione dicti Antonij, geri deberent in exequutionem dictæ administrationis: in hanc causam potius, quam in aliquam somniatam societatem sunt de iure referendi, *Alex. consi. 156. per tot. lib. 6.* & faciunt tradita per *Rot. p. 1. rec. decis. 640. nu. 6. & in Rom. societ. officij coram Eminentiss. D. meo Cardinali Celso 1652. die 26. Iunij §. verum calculando.*

Confirmatur, vel quia Pelegrus, nec etiam expressè volens vllam communionem, seu bonorum societatem
8 contrahere potuisset cum dictis suis Patruis, decreto, & solemnitatibus nō adhibitis pupillaribus *l. vt in conditionibus ff. pro soc. Ias. in auth. quod locum C. de collat. Bar. in tract. de duob. fratr. simul habit. post num. 17. vers. 3. casu Menoch. præsumpt. 56. num. 6. cum seqq. lib. 3.*

Vel etiam, quia requisitis prædictis non concurrentibus nullus actus, seu
9 contractus celebrari potuisset, in quo actum fuisset de alienandis, vel distrahendis bonis stabilibus pupilli; Immo ipso iure sic gestus fuisset nullus, tam ex dispositione iuris communis, vt habetur *tot. tit. ff. de reb. eor. & C. de præd. min. Rot. apud Pic. ad Stat. Vrb. decis. 42. nu. 7. 23. & 24. & Fenz. ad idem Stat. lib. 1. cap. 13. n. 58.* quàm ex Statuto Ianuæ *tit. de re vend. in callega §. immobilia.*

Quibus stantibus non obstat, quod postea, annis scilicet 1614. & 1615. in instrumēto diuisionis omnium bonorum initæ inter Pelegrum ex vna, & dictum Angelum ex altera, communicata, & calculata fuerint omnia bona, etiam proprio nomine quæsita, æquè ac, si vsq; tunc in communione mansissent, & quod proinde ex huiusmodi actu etiam geminato dictus Pelegrus tunc maior effectus videatur ta-
10 citè ratificasse gesta à Patruis, & sic alienationes ex causa dicti census ad *Tex. in l. 1. & tot. tit. C. si maior factus*
11 *alien. rat. hab.* maximè cum ratificatio fieri valeat nō solum verbis, sed etiam factis signis, & coniecturis.

Nam, omissa pro nunc citra veri præiudicium disputatione, an ex dictis instrumētis diuisionis induci possit huiusmodi tacita ratificatio, in qua quatenus negotij sisteret difficultas, negatiua esset de iure amplectenda, quia cum Pelegrus nullum horum, quæ à patruis gesta inueniuntur potuerit opinari in dictis instrumentis diuisionis, immo cum iustè credere debuerit, tam æs alienum calculatum, quam bona fuisse hæreditaria, certè ratificatio induci nequiuit in eo, qui plenam non habuit scientiam nullitatis,

om-

12 omniumque qualitatum gestorum, &
eorum, quæ prætenduntur tacitè ra-
tificata *Rolan. cons. 72. num. 18. lib. 1.*
Surdi cons. 49. num. 29. Gabr. cons. 36.
nu. 60. lib. 1. Gratian. discept. cap. 503.
nu. 30. Rot. p. 6. rec. decis. 260. nu. 12.
& fuit dictum *in Firm. Primogenituræ*
1662. 25. Martij coram bo. me. Reue-
rendiss. Verospio §. tacita vero.

Adhùc congruit responsio, quod
huiusmodi asserta ratificatio nocere
13 non potuit iuribus D. Hieronymi Sa-
lutij creditoris census, venditi à dicto
Pelegro anno 1609. & per consequēs
dictis de Thadeis in eius locum ex
causa prædictæ solutionis suffectis,
quia nulla ratificatio fieri potest in
præiudicium tertij, cui ius, vel domi-
nium iam sit quæsitum, etiam ex cau-
sa à debitore habita *l. si in debitum §. 1.*
ff. rem rat. hab. Bart. in l. bonorum n. 2.
ff. eod. Castren. cons. 195. num. 3. lib. 1.
Cephal. cons. 440. nu. 47. lib. 3. Tiraq.
de iur. constit. possess. lim. 30. num. 73.
Osasch. Pedemon. decis. 119. num. 24.
Rot. p. 8. rec. decis. 34. nu. 36.

14 Et quamuis actus per ratificationē
de iure retrotrahatur: id tamen eue-
nit in præiudicium quidem principa-
lis, non verò tertij, cui medio tempore
fuit ius quæsitum; cùm ad hunc effe-
15 ctum inter actum nullum, & ratifica-
tionem nihil mediare habeat, sed om-
nia esse debeant in primo statu, & abs-
16 que vlla mutatione. *Paris. cons. 78. nu.*
11. lib. 3. Menoch. cons. 946. n. 34. lib.
10. Surd. decis. 245. nu. 8. Costa de re-
tract. cas. 2. cap. 8. nu. 11. & cas. 4. c. 8.
nu. 4. & c. 7. nu. 3. & 4. vbi nu. 2. dicit
17 retrotractioni tūc demum esse locum,
quando actus tunc posset inchoari eo
modo, quo a principio fieri debuit,
subsumatur: sed in nostro casu non
potuisset annis prædictis 1614. &
1615. fieri actus alienationis, vel obli-
gationis contractæ anno 1590. in
damnum, & præiudicium obligatio-
nis sumptæ per Pelegrum anno 1609.
ergo contra hanc nihil infertur ex pre-
tensa ratificatione; præsertim cum li-
18 berum non sit debitori, conditionem
creditoris reddere deteriorem *l. credi-*
toris arbitrio ff. de distract. pign. Iaf. in
l. si res obligata nu. 28. ff. de leg. 1. Ma-
rian. de multipl. alien. prohib. nu. 157.
Immo cum obligatio dictorum Anto-
nij, & Angeli respectu tertiæ partis
bonorum spectantium ad dictum Pe-
legrum fuerit ipso iure nulla, vt supe-
19 riùs firmauimus, in eam cadere nequit
retrotractio, sed debet attendi solum
tempus ratificationis, quo iam quæ-
situm ius erat Salutio *ad trad. per Sur. d.*
decis. 70. n. 14. & seqq. & Rot. dicta
decis. 34. n. 37. p. 8.

Nec deniq; obesse potest, quod de
ære alieno per Patruos soluto, & de
communicatione bonorum non he-
reditariorum inuehunt Aduersarij,
syllogizātes, quod sicuti negata com-
20 munione, & societate bonorum inter
Patruos, & nepotem non debuit Pe-
legrus communicare æs alienum à Pa-
truis contractum, & in specie obliga-
tionem dicti census anni 1590. ita
versa vice communicari non debeant
bona post mortem aui a Patruis ac-
quisita, prout etiam, & liberata media
solutione librarum 1000. ab onere
census, olim debiti ab hæreditate, Ma-
gnifico Thomæ Nigrono.

Stat enim responsio, quod termini
huius argumenti aliquid fortè conclu-
21 derent, si eorum supposita verificaren-
tur;

tur; sed quia verius est, quod & iura æquius præsumunt, bona prædicta fuisse quæsita, & liberata de pecunijs hæreditarijs, & è contra æs alienum contractum nullo modo versum apparere in vtilitatem hæreditatis, sed potiùs appropriatum in commodum, contrahentium; ideò dicendum est fuisse communicatum quidquid de iure erat communicandum, & Pelegro, homini rudi, & simplicissimo nullam liberalitatem in actu diuisionis prouenisse ex patruo viro experto, & magnæ sagacitatis.

22 Quod verò bona omnia communicata, fuerint hæreditaria, vel de pecunijs hæreditarijs acquisita, probatur concludenter ex præsumptione Iuris. *Giouignon. cons. 20. nu. 34. lib. 2. Menoch. cons. 207. nu. 12. quem sequitur Rot. decis. 672. n. 3. p. 3. & decis. 606. nu. 5. & 6. p. 4. t. 3. rec. & apud Merl. decis. 395. per tot. Capyc. latr. consult. 63. nu. 49. & seqq. t. 1.*

Et quia Angelus certè non communicasset,
23 si bona, aut hæreditaria nō fuissent, aut de patrimonio hæreditatis quæsita, vel liberata, vt ex verisimilitudine in similibus terminis arguunt *Tiraq. in l. si vmquam vers. donatione largitus n. 100. C. de reuoc. donat. Crauett. cons. 202. nu. 48. Rot. p. 6. rec. decis. 209. nu. 7. & in Rom. Saluiani coram Reuerendiss. D. Bourlemont 19. Ianuarij 1660. §. nam cum Michael.* ideò prædicta conclusio, bona saltem fuisse hæreditaria probatur validiùs ex
24 confessione dicti Angeli, qua nulla maior probatio dari potest *l. eum te C. de transact. Bellamera cons. 30. nu. 9.*
25 *Rot. decis. 128. n. 10. p. 6. rec. & decis. 54. nu. 8. p. 7. & in Rauennaten. pensionis 5. Iulij 1660. quæ est hic decis. 52. num. 4.*

26 Addatur quod quamuis vera sit iuris conclusio, qua statuitur fratrem, vel cohæredem soluentem de proprijs pecunijs debitum paternæ hæreditatis posse agere contra alium fratrem, vt partem suam soluat, vel in diuisione eam computare in illius partem *ad l. his consequenter §. Celsus vbi Alberic. nu. 13. ff. si fam. erciscun.*

Hæc tamen locum sibi non vindicat, vel quando non apparet solutio
27 facta de proprijs pecunijs cohæredis, vel quando in hæreditate aderant pecuniæ, seu fructus in tanta quantitate, vt ex eis debita soluta commodè præstari possent *Ruin. cons. 60. n. 14. Gutierez. de tutel. p. 2. decis. 9. nu. 48. Rot. p. 8. rec. decis. 66. n. 12. per l. quoties 10. §. sicut autem ff. de administrat.* vbi textus loquens in Tutore, inquit *quod*
28 *extante pecunia potuit, & debuit alijs soluere, & liberare pupillum.*

Præterea fallit etiam præfata con-
29 clusio in hærede, qui non confecit inuentarium; nam quia ex defectu inuentarij præsumitur subtractio bonorum, per consequens isto casu præsumptio etiam est, quod de pecunijs hæreditarijs acquisiuerit, & debita hæreditaria persoluerit *Bal. in l. filium, quem habentem vers. item hoc probat nu. 37. C. fam. erciscun. post Bart. in l. in ratione la prima §. quod vulgo ff. ad l. falcid. Fulgos. cons. 81. vers. sedet magni lib. 1. Ruin. cons. 69. nu. 4. lib. 2. Marz. de fideic. p. 2. quæst. 6. in fin. cum alijs quos refert, & sequitur Gratian. discept. c. 204. nu. 14. & seqq. & quem sequuta*
30 *est Rot. p. 5. t. 2. rec. decis. 547. nu. 18.* & quod ob solam omissionem inuen-

tarij

tarij præsumatur hæres. vsurpasse bo-
na hæreditaria dixit *Rot. decis. 47. nu.*
11. & decis. 77. nu. 3. decis. 163. nu. 1.
decis. 258. nu. 16. decis. 279. nu. 16. &
decis. 348. nu. 9. p. 5. t. 1. rec. vbi quod
31 tenetur vltra vires hereditarias ex præ-
sumptione vsurpationis, & dicenti
contrarium incumbit onus probandi
Rot. decis. 126. nu. 28. p. 7. rec.

Hæc multo verò efficacius vrgent
32 in hærede, qui actu administrauerit
hæreditatem; siquidem in administra-
tore absoluta præsumptio est, quod
non vtiq; de proprijs, sed de pecunijs
perceptis ex rebus administratis debi-
ta soluerit *Gratian. nu. 138. Rot. p. 6.*
rec. decis. 244. nu. 3. quod idem sta-
33 tuendum est cõtra dictum Antonium,
qui licet à Testatore non fuerit relic-
tus administrator, nisi in societate Ni-
colosinæ eiusdem matris, ex se solo
tamen administrationi hęreditatis ma-
nus implicuit, & actu omnia gessit, &
ministrauit.

Sed liberalitatis gratia, dato etiam,
quod Antonius de proprijs pecunijs
libras mille dicto M. Thomæ persol-
uerit, censumque eidem debitum ex-
tinxerit, quæ inde, quæso, & qualia
iura sibi, & suis successoribus reporta-
uit, quæ mereantur præferri iuribus
acquisitis à dicto Hieronymo Salutio,
& per consequens à fideiussore solué-
34 te? Nulla sanè; nam actio, & hypo-
theca dicti census quæri non potuit
dicto Antonio soluenti, nulla interue-
niente cessione *Rot. post Cenc. de cens.*
in nou. edit. decis. 202. per tot. igitur
nulla alia actio competere potest, quã
actio mandati, siue negotiorum gesto-
35 rum, quæ vtpotè carens hypotheca
inutilis omnino est in concursu ha-
bentis iura census, à Pelegro fundati
anni 1609.

Placet etiam vltimò subnectere,
quod omnis fauor interpretandus est
36 pro actoribus: cum, vbi agitur de pu-
pillo, & de pia causa omnis benignitas
ob eorum legalia priuilegia exuberare
debeat. Pelegrum fuisse pupillum de
tempore administrationis, & obliga-
37 tionis initæ à Patruis, nec controuer-
titur, nec controuerti potest. Relictum
verò, seu institutionem factam à Te-
statore de persona Pelegri in tertiam
suorum bonorum ob amorem Dei, &
pro eius anima, quatenus non valeret
iure institutionis, cedere in locum piæ
causæ dixit *gloss. in l. si quis Titio ff.*
de leg. 3.

Non officit vsusfructus omnium
bonorum vxori per Testatorem reli-
ctus, quia cum fuerint instituti filij in
38 proprietate, resolui, & restringi debet
ad eiusdem alimenta, non quidem ex
interpretatione verborum, sed ex con-
iecturata Testatoris voluntate *Bart. in*
l. Titia §. fin. ff. de leg. 2. Mantic. de
coniect. lib. 9. tit. 7. per tot. Marescott.
variar. resolut. lib. 1. c. 29.

Et sic ex prædictis concludo dicto
fideiussori saluum, & integrum esse ius
consequendi solutionem in bonis dicti
Pelegri, non obstante credito anni
1590., eumdemq; posse intentare hy-
39 pothecariam, vel aliud interdictum
possessorium contra tertios possesso-
res, & contra hos personaliter etiam
agere pro fructibus, ab ijsdem recolle-
ctis in dictis bonis à die factæ intima-
tionis, vsque nunc &c.

Et ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

SEntentia lata ad fauorem defuncti an valeat, & sustineatur pro alijs litis consortibus? Sententia ex defectu citationis est insanabiliter nulla; Est etiam nulla non legitimatis personis. Nulla item est, si lata fuit elapsis fatalibus, & instantia perempta. Sentẽtia lata ad fauorem vnius instantis, an iuuet etiam alios litis socios absentes? Hypothecaria quibus extremis probatis intret? Præscriptio an præter possessionem præscribentis requirat etiam scientiam in aduersario? Fideiussor soluens creditori potest agere contra alios confideiussores reportata cessione, & quid inspecta dispositione Statuti Genuæ? Interesse an, & quo iure debeatur fideiussori contra aliũ confideiussorem, & quomodo liquidetur?

SVMMARIVM.

1 Sententia nullitatis insanabilis, & iniusta est infirmanda.
2 Sententia *pro, & contra* mortuum non valet.
3 Iudicis essentia deficit vbi, vel actor, vel reus, vel Iudex, quibus constat, stare desinat.
4 Sententia ratione indiuisibilitatis ex peremptione actionis proueniente non suffragatur alijs, vbi dignoscitur nulla ad fauorem vnius.
5 Vtile per inutile vitiatur in indiuiduis.
6 Sententia contra viuum, & mortuum lata est nulla, ratione vnicitatis petitionis, & sententiæ.
7 Sentẽtia ex defectu citationis est nulla, & inualida.
8 Lata non citatis, nec auditis interesse habentibus est nulla, nec eis præiudicat.
9 Nec valet contra citatum, si omissa fuit citatio habentium æquale interesse.
10 *Ampl.* in iudicio indiuiduo respectu actionis, & possessionis conuentorum.
11 Scientia, quod adessent hæredes defuncti, ex quibus inducatur?
12 Sententia lata ad instantiam personæ non legitimæ, & personis non legitimatis non valet.
13 Sententia lata post peremptam instantiam, & lapsum fatalium est nulla.
14 Sentẽtia prolata denegatis defensionibus est nulla.
15 Iudex ex dispositione Statuti Ianuæ tenetur litiganti prouidere aduocatum, si petierit.
16 Iudex tertiæ instantiæ non debet indagare, an sententia secundæ instantiæ, quæ infirmauit primam valeat, nec ne, sed an prima sit confirmanda, vel infirmanda.
17 Sententia lata in connexis, & inseparabilibus pro vno instante suffragatur etiam alteri non instãti.
18 Item lata in causa nullitatis, dummodo sit omnisu par causa defensionis, & eodem iure vtatur.
19 Hypothecaria intrat iustificatis extremis necessarijs.
20 Creditum cum hypotheca probatur ex Instrumentis.
21 Possessio bonorum tempore contractæ hypothecæ ex quibus probetur?
22 Bona à filio possessa præsumuntur in dubio obuenisse filio ex patrimonio, & hæreditate Patris.
23 Possessio penes reum conuentum, ex quibus remaneat probata.
24 Præscriptio in Tribunalibus Serenis. Reipublicę Ianuen. non multum consideratur ad bonum ius partium dignoscendum.
25 Præscriptio de iure non intrat, extremis non concurrentibus.
25 Præscriptio non intrat non probata scientia possessionis præscribentis in Aduersario.
27 Fideiussor dempta rata communis debiti rectè agit insolidum contra cumfideiussores, reportata iurium cessione à creditore, cui soluit.
28 Fideiussor soluens habet ex Statuto Genuæ iura cessa ministerio iuris, absque alia creditoris cessione.
29 Statutum Ianuæ de fideiussoribus, eius verbis ponderatis intelligi etiam debet de fideiussore contra alium confideiussorem.
30 Fideiussores plures tenentur sibi ipsis pro virili, & cum vnus videatur obligari contemplatione alterius omnes habentur loco debitorum, & quoad se se vti principales tenentur.
31 Disposita pro fideiussoribus fauent etiam confideiussoribus.
32 Interesse quando non petitur officio Iudicis, sed iure actionis, & ex stipulatu, debetur etiam non probata mora.
33 Fideiussores debent semper conseruari indemnes, quamuis in instrumento nihil fuerit dictum, cum veniat de natura fideiussionis, & tacitè intelligatur facta stipulatio.
34 Idem est in fideiussore contra alium confideiussorem, quia plures fideiussores sunt inuicem fideiussores.
36 Mora non requiritur, vbi stante stipulatione indemnitatis debetur interesse ex præsumpta iuris conuentione.
36 Fideiussores plures sicuti instante die, & ipsis creditori non soluentibus sunt morosi ad fauorem creditoris: ita etiam singuli inuicem dici debent morosi in solutione propriæ ratæ.
37 Iudex, vti vir bonus in omni actu habere debet præ oculis æquitatem.
38 Interesse ex causa lucri cessantis non debetur, nisi probatis requisitis *Paul. de Castr.*
39 Interesse ex damno emergẽti proueniens liquidatur per instrumenta dationis insolutum.
40 Fructuum quantitas percepta ex bonis insolutum datis probatur ex instrumentis locationum eorumdem bonorum.
41 Soluens tamquam tertius, & referens cessionem potest agere insolidum pro tota summa contra confideiussores.

RA-

RATIOCINIVM LXIII.

LEVANTINA NVLLITATIS, SEV HYPOTHECARIA.



Ræstantiss. Domine. Bartholomæus Berreta qu. Hieronymi imposuit annuum, & perpetuum censum libr. 5350. monetæ, quem anno 1592. die 30. Martij per acta Notarij Dominici Cornice vendidit nunc qu. Damiano Serræ cum fideiussionibus Scipionis Motti, Dominici Berretæ, Christophori, & Iacobi Balestrerij q. Thomæ, vt constat *ex summario nu. 1.*

Mox Ioannes Baptista, & Io: Dominicus fratres Berreta q. Francisci, quibus delata fuit hæreditas dicti qu. Dominici, medio Margheritæ Berretę eius matris, & auiæ dictorum Io: Baptistæ, & Io: Dominici, vt apparet ex vtriusq; Testamentis, de quibus docetur *in dicto nostro summario nu. 2.* & quibus etiam dicto fideiussorio nomine dicti q. Dominici contigit hac de causa plurimas facere solutiones hæredibus dicti qu. D. Damiani instituerunt iudicium aduersus Curatorem, & hæreditatem dictorum nunc q. Bartholomæi Berretæ principalis, Scipionis Motti, & Thomæ filij, & hæredis dicti q. Iacobi Ballestrerij, nec non etiam dicti q. Iacobi fideiussoris, in quo obtinuerunt mandatum expeditum pro summa, & summis, de quibus in eo, *dicto summario nostro nu. 3.*

Nuper verò R. Ioannes Franciscus Tuuus, & nunc q. D. Augustinus Massola, in quos titulo cessionis peruenerunt iura prædicti mandati, vt ex instrumentis receptis anno 1660. die prima Februarij per Franciscum Scottum Notarium, & anno 1661. die prima Februarij per Not. Hieronymū Scottum, cupientes sibi satisfieri de prædictis summis in prædicto mandato contētis, instituerunt iudicium hypothecarium aduersus D. Angelum Fontanam, Nicolaum, & Benedictum Arpe, & Christophorum Ricium possessores, seu potius detentores bonorum dictorum nunc q. Iacobi Patris, & Thomæ filij de Ballestrerijs.

Constructo autem processu inter dictos Principales ad terminum vsq; ferendæ sententiæ decessit dictus M. D. Augustinus Massola actor ex vna, relictis pro se MM. Iosepho, Iacobo Philippo, & Dominico filijs, & hæredibus, sicuti decesserunt Benedictus Arpe, & D. Angelus Fontana, rei conuenti ex altera, hærede vniuersali per dictum Angelum sibi instituto D. Io: Hieronymo Fontana, eius nepote.

Denique ad instantiam dicti D. Io: Hieronymi, & reliquorum fuit huiusmodi iudicium expeditum, & citato dumtaxat dicto M. Dominico Massola vno ex hæredibus dicti q. D. Augustini, lata fuit sententia per M. M. D. Vicarium Leuanti, qua dictum D. Io: Hieronymum, & reliquos litis consortes *sunt formalia verba sententiæ*, absoluit à petitis, reseruatis iuribus dictis DD. fratribus Massola contra alios quosuis sibi obligatos.

Interposita verò appellatione per dictum M. Dominicum suo, & nomine fratrum, eaq; ad notitiam partis in termino præsentata coram Prestantiss. D. Priore Rotæ Ciuilis per dictum M. Ioseph suo, & procuratorio nomine dictorum DD. eius fratrum, hu-

1 ius modi sententia omni iure erat in-
firmanda, vt quæ insanabili nullita-
tis, & iniustitiæ vitio laborare digno-
sceretur.

Nullitas enim primò deducebatur
ex eo, quod sententia lata fuerit ad fa-
uorem Benedicti Arpe, qui è vita ces-
serat, antequam sententia emanasset,
vt patet ex inspectione actorum, & ex
documentis, quæ dantur *summ. nu. 6.*
2 Indubitati enim iuris est, quod sen-
tentia prolata nedùm contra mortuũ,
sed etiam ad fauorem mortui non va-
let *Put. in antiq. decis.* 186. *cum alijs,*
quos refert, & sequitur Capyc. latr. de-
cis. 83. *n.* 4. & 5. vbi ampliat, *etiamsi*
concurreret ignorantia mortis; & ratio
3 ea est, quia desinit essentia iudicij, quòd
cum tribus constet personis: Actore,
scilicet, Iudice, & Reo, certè stare ne-
quit, vbi istorũ vnus in humanis age-
re desijt, vt ex *Angel. cons.* 334. &
alijs tradit latè Capyc. præcitata decis.
83. *nu.* 5.

4 Nec sustineri potest ad fauorem
aliorum; quia cum perimat actionem,
quæ vna, & eadem erat contra omnes
reos conuentos, ratione istius indiuisi-
bilitatis separari nequit, ita quod ces-
set regula, quæ est vtile per inutile vi-
5 tiari, vt ex capite indiuiduitatis docet
Rota decis. 601. *nu.* 25. *p.* 4. *t.* 3. *rec.* &
in terminis sententiæ latæ contra vi-
6 uum, & mortuum ratione vnicitatis
petitionis, & sententiæ ratiocinatur
idem *Capyc. dicta decis.* 83. *nu.* 10. &
seqq.

7 Itidem nulla est sententia, & inuali-
da ex defectu citationis; nam cum
agatur de interesse D. Abbatis Iacobi
Philippi, & M. Iosephi, eisq; præiudi-
cet absoluendo reos à petitis per q. D.
Augustinum eorum Patrem, non po-
8 terat sanè proferri iuridicè, nisi illis au-
ditis, & citatis *l. de vno quoque ff. de re*
iudic. l. nam ita diuus ff. de adopt. in
9 tantum, vt nec valeat contra dictum
M. Dominicum, & si citatum, ex quo
omissa fuit citatio eorum, qui habebãt
in causa æquale interesse *Rot. decis.*
535. *nu.* 5. *p.* 4. *t.* 3. *rec.* & *in Fulgina-*
ten. prædij Martij 1662. *quæ est hic*
decis. 87. *n.* 7. & *seq.* maximè vbi ver-
10 samur in iudicio indiuiduo respectu
actionis, vel possessionis conuentorũ
Gratian. discept. cap. 162. *num.* 12. &
seqq. Rot. dict. decis. 601. *n.* 15. *p.* 4. *rec.*

Quod autem adessent supradicti
alij hæredes, præterquamquod fuit in
secunda instantia abundè probatum
per documenta aditionis hæreditatis,
11 ab Aduersarijs tamen nec ignorari
poterat, tum quia optimè illis inno-
tuit ex prima citatione, quæ post mor-
tem dicti D. Augustini, anno proximè
præterito die 10. Maij contra dictos
Aduersarios emanauit ad instantiam
dicti R. D. Io: Francisci Tuui, & dicti
M. Dominici; in ea si quidem hæc,
quæ sequuntur apposita sunt verba,
Instantibus dictis M. R. D. Io: Fran-
cisco Tuuo, & D. Dominico Massola
nominibus, vt ex actis, hæreditario no-
mine cum cautela, & beneficio legis, et
inuentarij q. D. Augustini patris, vt
constat ex actis præsentis Curiæ, & etiã
nomine eius fratrum; Tum etiam, quia
illud idem in confesso erat penes Ad-
uersarios, vt apparet ex scriptura in
actis exhibita per dictum Io: Hierony-
mum, suo, & nomine aliorum litis
consortium anno præsenti die 21. Fe-
bruarij: vbi in principio hæc haben-
tur, *Constitutus occasione causæ contra*

ipsum

ipsum mota per qu. D. Augustinum Massolam, & deinde prosequutæ per eius heredes.

12 Tertia nullitas desumitur ex illegitimatione personarum; nam Sp. Nicolaus Nossardus, qui excepit, & instetit pro sententia, vti Procurator Angeli Ricij non docuit in actis se esse talem, prout nec etiam se præbuit hæredem q. Angeli Fontanæ dictus D. Io: Hieronymus, qui egit, ac talis, vt ex verbis supradictæ scripturæ ibi, *contra ipsum mota*, vbi se eamdem personam fingens cum persona defuncti, causam contra se motam dicit, quæ verè fuit mota contra eius auctorem, quique etiam, vt talis fuit ad iudicium vocatus, prout ex prædicta citatione impetrata sub dicta die 10. Maij, ibi *Præcipitur D. Ioanni Hieronymo Fontanæ heredi dicti q. D. Angeli Fontanæ* legitimatio enim personarum fieri debet in quolibet iudicio etiam executiuo, & summario, & parte etiam non opponente *Rot. in Colonien. Status 12 Nouembris 1584. coram Bubalo, & in Romana hereditatis 12. Maij 1588. coram Comitulo.*

13 Quarta deniq; vt cæteras alias minoris ordinis nullas faciam maxima vrget nullitas ex lapsu instantiæ, quæ cum cæpetit anno 1692. 24. Iulij, die quo pronunciatum fuit super dilatorijs affirmatiuè, non potuit vsq; ad diem 23. Aprilis 1665. protrahi absque prorogationibus.

14 Quemadmodum etiam ad nullitatem, & iniustitiam sententiæ plurimũ conferre debet denegata defensio dicti M. Dominici, qui cum institerit, vt sibi prouideretur de Aduocato, quo carebat, nullo iure erat spoliandus necessaria suorum iurium defensione, vt æquè in iudicio stare posset adi ersas Doctrinas, & informationes Sp. Nicolai Nossardi, Remezeni, & aliorum 15 partis aduersæ Aduocatorum, prout cauetur per Statutum Genuæ *sub rub. de Aduocatis, & Procurator. §. finali.*

Ex quibus infertur, quod integerrimæ D. V. Præstantiss. Partes erunt confirmandi sententiam Præstantiss. D. Prioris Iudicis secundæ instantiæ, qui pluries auditis partibus in cõtradictorio iudicio dixit frustratoriè appellatum fuisse per DD. MM. Maliola, quia nulliter iudicatum fuerat.

Nec obstat, quod non legatur lata sententia ad instantiam D. Georgij Axereti procuratoris in causa, sed ad requisitionem M. Francisci vnius ex principalibus, quia licet tunc adesset 16 etiam dictus Procurator, & incuria Notarij fuerit prætermissus; tamen quidquid sit de hoc, non est quærendum in præsenti instantia, in qua considerandum solummodò venit, an prima sententia de partibus fuerit valida, 17 nec ne. Respondetur vlterius, quod in connexis, & inseparabilibus sententia lata pro vno instante suffragatur etiam alteri non instanti *Rot. Rom. p. 3 rec. decis. 576. nu. 2. Nigr. de exequut. rei iudic. c. 2. §. 7. nu. 8. & seqq.* & in specie de sententia lata in causa nulli- 18 tatis dixit *Vant. de nullit. tit. quot. & qui mod. nullit. in iud. nu.* 122. dummodo sit omnium par causa defensionis, & eodem iure vtantur. *Idem Vant. præcitato loco nu.* 123.

Quandoquidem verò super meritis iudicandum foret, nulli dubium esse potest, quin rei conuenti pro complemento Iustitiæ condemnandi sint, vel ad

ad soluendam summam petitam, vel ad liberè dimittendum bona per eos
19 possessa retinenda loco pignoris, donec debitum fuerit cum fructibus cõpensatum; iustificata etenim sunt omnia necessaria; quia in primis constat de credito cum hypotheca ex lectura dicti instrumenti census, dicti manda-
20 ti, ac alterius instrumenti cessionis capitalis dicti census factæ dictis fratribus Berreta per acta Notarij Didaci Motti anno 1645, die 9. Iulij.
21 Possessio bonorum apud prædictos Iacobum, & Thomam de Ballestrerijs fuit pleniſſimè probata, & quidem per instrumenta publica, de quibus *in sum. nu.4. Pacif. de Salu, inspect. c.6. nu.9. Rot. coram Duran. decis.40. n.2.* nec non etiam per confessionẽ emissam per Aduersarios in eorum assertis responsionibus, & titulis *Scapucc. de Salu. quæst.25. nu.9. lib.1, Seraph. decis.1200. nu.1.*

Sed validiùs etiam per Testes ad nostram instantiam, seruatis seruandis examinatos, vt in *sum. nu.5. Rot. p.2. rec. decis.669. n.2. & seqq. & p.7. rec. decis.54. n.8. Petr. de fideic. art.44. num.13. & seqq. cum alijs relatis per eamdem Rot. p.5. rec. decis.541. nu.5.*

Et quamuis probationes factæ afficiant dumtaxat possessionem apud Thomam filium, non verò apud Iacobum patrem; attamen quia de iure, quando sumus in dubio, & non apparent bona esse hæreditaria, bona à filio
22 possessa præsumuntur prouenisse ex patrimonio patris *Menoch. cons.207. nu.12. sequitur Rot. decis.606. nu.5. & 6. p.4. t.2. rec. & decis.672. nu.3. p.3. Giouagnon. cons.20. nu.34. lib.2.* Ideò perinde est, ac si probatio percuteret personam Iacobi.

23 Quod autem eadem bona possiderentur de tempore moti iudicij, & nunc possideantur, nullo modo controuertitur, sed vltro conceditur ab Aduersarijs; vt ex eorum positionibus; ad pleniorem tamen cautelam fuit etiam probatum ex depositione eorumdem testium *summario nostro nu.5. Honded. cons.52. nu.30. lib.1. cum alijs in Romana societatis officij 26 Iunij 1652. §. huiusmodi autem coram Eminentiss. Cardinali Celso.*

24 Quæ verò ex aduerso opponebantur nullius omnino sunt momenti; præscriptio namque, qua se se obtegere vellent Aduersarij, vltra quod non esset attendenda ex pijssima consuetudine Sereniss. Reipublicæ Tribunalium, quæ nunquam probauit hoc odiosissimum iuris remedium, annuente præsertim Statuto *lib. 6. c.13. §. & hæc non obstante quacumque præscriptione in contrarium*, attamen nec iustificata fuit, nec iustificari potest, attento, quod deficiunt extrema, sine
25 quibus non intrat præscriptio *gloss. & DD. in §. sed istæ instit. de vsu cap. c. sine possessione de reg. iur. in 6. c. vigilanti, & c. fin. de præscript. Balb. eod. tract. secunda parte princ. quæst.2. n.2. Rot. decis.71. nu.17. p.7. rec.* nulloque
26 modo militare potest allegata præscriptio, seclusa scientia, & consequenter negligentia Actoris, eiusque auctorum, qui de tempore solùm moti iudicij notitiam habuerunt assertæ possessionis bonorum penes dictos reos conuentos; vt latè post *Cevall. pract. opin. comm. contra comm. q.3. n.9. et 10.* firmauit magistraliter *Rot. apud Merlin.*

lin. decis. 487. *nu.* 17. *&* 18. *in verb. sciens, & decis.* 811. *nu.* 9. *&* 10. *& p.* 5. *rec. decis.* 541. *nu.* 40. *& seqq. & decis.* 407. *nu.* 18. *& p.* 6. *decis.* 59. *nu.* 7. *& p.* 10. *decis.* 204. *nu.* 8.

Defectus etiam actionis oppositus minima est consideratione dignus, nec meretur allegari; certi enim iuris est, quod fideiussor dempta rata commu-
27 nis debiti ipsum tangente, potest agere insolidum contra suos confideiussores, reportata cessione iurium ab eo, cui soluit *Ant. amat. resolut.* 37. *n.* 47 *Capyc. decis.* 32. *nu.* 7. *Olea de cess. iur. tit.* 5. *p.* 5. *nu.* 9. *&* 10. *& seqq. Rot. post Merlin. de pignor. decis.* 27. *nu.* 17. *& apud Cenc. de cens. decis.* 178. *num.* 3. *decis.* 179. *nu.* 1. *& decis.* 181. *nu.* 1.

Non deest cessio in casu nostro, vt in actis doctum fuit, licet quando de-
28 esset suppleretur per Statutum Genuę *sub rubr.* quod fideiussori soluenti intelligantur iura cessa.

Nec valeret responsio, quod Statutum loquatur in fideiussore soluente pro principali debitore, non autem in eo, qui soluit pro alio confideiussore; quoniam replicatur Statutum loqui indefinitè, & propterea indefinitè etiã
29 recipiendum esse, immo expresse loqui de fideiussore soluente pro cumfideiussore; quia postquam casum fideiussoris soluentis pro principali debitore expressit, ibi *idem intelligatur in fideiussore*, subiungit ampliando, *vel quocumq; pro alio obligato soluente &c. pro alio quocumque*, vbi vniuersalis dictio *quocumque* in dicto Statuto geminata omnes, & quascumque species soluentium comprehendit, omnemq; & quamcumque causam. Vrget prætereà ratio, quia cùm fideius-
30 sores teneantur sibi ipsis pro virili, & vnus videatur se obligasse, & fideiussisse contemplatione alterius, omnes habentur loco debitorum, & quoad se se vti principales tenentur *Gratian. discept. cap.* 409. *nu.* 39. ideò, quod dispositã pro fideiussoribus faueant
31 etiam cumfideiussoribus *Gabr. cons.* 63. *lib.* 2. *Rot. apud Zacch. de societ. off. decis.* 17. *& coram S. M. Greg. XV. decis.* 502. *nu.* 1.

Interesse super quantitate soluta per dictos fratres Berreta Domino census in causam redditnum decurso-
32 rum omni iure debetur; quia non petitur officio Iudicis, quo casu necessarium esset, vt opponunt Aduersarij, docere de interpellatione facta alijs cũfideiussoribus, aliàs interesse non curreret, vt habetur in *l. quod te ff. si cert. pet. Mazol. cons.* 116. *n.* 7. *Capyc. latr. consult.* 44. *nu.* 43. *& seqq.*

Sed venit iure actionis, & ex stipulatu inter fideiussores, qui debent semper conseruari indemnes, quamuis in
33 instrumento nihil fuerit dictum, cum hoc sit de natura fideiussionis, & tacitè intelligatur facta stipulatio *c. peruenit de fideiuss. Bald. in l. constit. C. de vsur. Marsil. in rubr. de fideiuss. num.* 193. *quæst.* 26. *& nu.* 315. *quæst.* 44. *cum alijs per Gratian. discept. c.* 130. *nu.* 24. *& c.* 549. *nu.* 3.

34 Quod idem militat fauore vnius fideiussoris contra alium cumfideiussorem: quia plures fideiussores sunt inuicem fideiussores, & dicuntur accessisse contemplatione alterius *Rot. decis.* 617. *nu.* 2. *p.* 5. *t.* 2. *rec.*

35 Et propterea stante stipulatione indemnitatis inter eos datur actio pro interesse passo, ita & taliter, quod non requi-

requiratur mora, sed debeatur ex præsumpta iuris conuentione, vt est *totus titulus ff. & C. de senten. quæ pro eo, quod interest, vbi DD. & præcipuè Rebuff. pro vt latè etiam Surd. decis. 259.*

Immo vbi essemus in terminis, quod mora esset necessaria; certè cum isti fideiussores pro miserint annuum censum, adueniente die, & censu non
36 soluto, sicuti sunt in mora ad fauorem creditoris, ita singuli dicuntur inuicem morosi in solutione propriæ ratæ; Itaut nullo modo æquitas, quam Iudex vti vir bonus in omni actu semper
37 per præ oculis habere debet *l. quod si ephesi ff. de eo, quod cert. loc. Rot. in Rom. dotis 10. Decembris 1660. quæ est hic decis. 62. nu. 2.* patiatur, vt quis lucretur cum aliena iactura.

Quod attinet ad probationem eiusdem
38 dem interesse, quia non agitur de lucro cessante, sed de damno emergenti non est opus fieri probationem per requisita *Pau. de Castr. in l. 3. ff. de eo,*
39 *quod certo loco*; sed sufficit de tali damno docere per instrumenta dationis insolutum *ad trad. per Gratian. discept. c. 67. nu. 22. & seqq.* & succes-
40 siuè per instrumenta locationum, quę ostendunt in quota quantitate fructus fuerint percepti ex bonis insolutum datis, pro communi causa dictorum fideiussorum *Rot. coram Otthob. decis. 128. nu. 3. & decis. 139. num. 4. & in Firm. Domus 28. Iunij 1662. quæ est hic decis. vlt. nu. 9.*

41 Immo cum dicti fratres Berreta vigore supradictæ cessionis totius capitalis census successerint, tamquam tertij in locum principalis creditoris possunt insolidum quemcumq; fideiussorem conuenire pro tota summa, absq; detractione ratæ tangentis Dominicum Berretam, à quo causam habent.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Ciuilitas, *quæ sibi præseferat priuilegia, & quæ prærequirat ad effectum, vt competat? Nominatio Auctoris an valeat, & in quibus iudicijs? Eadem quid requirat ad effectum, vt nominanti suffragetur ad causam declinandi iudicium? Demum quid operetur?*

SVMMARIVM.

1 Confessio, seu desistentia Aduersarij habetur pro concludenti probatione, & in isto iudicio obtinet vim definitiuæ.
2 Ciuis ex priuilegio, & adscriptione est verè, & propriè ciuis, gaudetq; priuilegijs Ciuitatis.
3 Ciuilitas per habitationem acquiritur habitando per decennium.
4 Tempus prædictum necessariò non debet esse continuum, sed potest modicè interpolari.
5 Habitare quis dicitur in eo loco, vbi vxorē retinet.
6 Idem; vbi habitat maiori parte anni.
7 Amplia, etiam si Statutum vteretur, prout Bononiæ aduerbio *continuò*.
8 Adimpletur huiusmodi Statutum, etiamsi habitans recedat fructus messium, & vindemiarum recollecturus.
9 Habitans ad effectum prædictum potest per tres menses ruri degere singulis annis, & nihilominus intelligitur habitare
10 Statutum Ianuæ *de priuil. for. ciuil. acquir.* de quibus obligationibus loquatur.
11 Hæres in contractibus à Testatore initis non fruitur aliquo priuilegio ex propria persona: sed in ijs illo debet vti, quo si viueret vteretur defunctus.
12 Distingue, prout hic.
12 Hæres vtitur priuilegio personali per habitationem quæsito etiam in contractibus gestis cum Testatore, si eiusdem hæreditatem adiuit post completam habitationem.
14 Nominatio auctoris, & Domini admittitur in iudicijs realibus, & possessorijs, & per hanc statim eximitur conuentus à iudicio, tota obligatione transfusa in nominatum.
15 Asserens se possidere alieno nomine non tenetur illud probare, sed debet ipso iure absolui ab instantia iudicij, & contra nominatum renouari petitio.
16 Nominatio Auctoris continet exceptionem dilatoriam, ideoq; facienda est in prima comparitione, & ante litis contestationem.
17 Nominatio concepta in prima scriptura post verba *narratisq; narratis, eo modo quo narrantur*, non dicitur facta post litem contestatam.
18 Lis non contestatur in summarijs iudicijs.
19 Clausula *citra litis ingressum*, geminata in prima com-

comparitione impedit contestationem litis, estque ita salutans, vt climinet omnem litis suspicione.
20 Clausula *negatiue narrata prout narrantur* vbi veritas rei est incontrarium potest apponi, absque eo, quod lis contestetur.
21 Reus sicuti non prohibetur cumulare omnes exceptiones sibi competentes, & simul allegare incompetentiam Iudicis, ita non vetatur plures deducere exceptiones, & simul nominare.
22 Nominatio Auctoris sapit naturam, & habet vim declinatoriæ.
23 Exceptiones, & comparitiones factæ à nominante post nominationem, non probant penitentiam, & recessum à nominatione.
24 Nominans non eximitur a iudicio, nisi nominatus compareat, & nominationem acceptet.
25 Sed verius de iure videtur, quod sola nominatio sufficiat ad effectum prædictum.
26 Actor debet intimare nominato, quod ad iudicium accedat, & nominationem suscipiat, vbi nominatio fuit sincera, & fuit doctum de iuribus nominati.
27 Nominatio fatetur nil iuris in re habere nominantem.
28 Actor debet experiri contra eum penes, quem Dominium residet, & dimittendi facultas.
29 Renunciatio nominationis, & intimatio defensionis, à quo sit facienda à reo, vel ab actore, seu Iudice? Distingue, prout exponitur.
30 Doctores vo entes, quod nominatio ad effectum prædictum non suffragetur, nisi nominatus cõpareat, & nominationem acceptet, sunt intelligendi, quando nominatio facta fuit in subterfugium, & per calumniam.

RATIOCINIVM. LXIV.

LEVANT... NOMINATIONIS AVCTORIS.

ILlustriss. Domine. Conuentis in Saluiano coram M. Vicario Leuãti MM. Ioseph, & Dominico fratribus Massola per D. Nouellam Zoppi, de duobus contigit dubitari; vnum fuit, an dictus M. Vicarius esset incompetens respectu dicti M. Ioseph, qui exceperat fori declinatoriam, ex capite Ciuilitatis; Alterum verò, num dictis MM. Fratribus ad effectum euitandi molestiam moti iudicij prodesset nominatio auctoris, per eosdem facta in prima comparitione in personam tunc Mag. nunc verò Illustriss. ac Excellentiss. D. mei Hieronymi Rhodini, vnius ex ordine Amplissimo Gubernatorum Reipublicæ Sereniss. Ianuen. Sed super his exoptato Illustriss. D. mei doctissimo consilio, suadet ratio eius humanissimas fore partes affirmatiuè rescribendi in vtroq; articulo ad fauorem dictorum fratrum, vt qua supplici decet reuerentia, fieri ijdem instanter exposcunt.

1 De primo enim articulo, & si non
esset, quod verba facerem cum ipsa D.
Aduersaria veritati cedat, & fateatur
M. Iosephum ciuem Ianuensem pro
nunc ex longissima, & continua eiusdem, & familiæ inhabitatione, vt est notissimum, & propterea respectu ipsius M. Iosephi consentiat dictum M. Vicarium esse incompetentem.

Attamen, vt ijs, quæ subtilitatis gratia excitauit Illustriss. Dominus opinabilibus argumentis morem geram, ita paucis respondeo.

Principio notissimi iuris est, quod
2 ciuis ex priuilegio, item vt vocant *ex
adscriptione* est verè, & propriè ciuis,
gaudetque priuilegijs Statuti Ciuitatis
Dominantis, vt de priuilegio Statuti
Almæ Romæ, modo in vrbe habitet,
& onera sustineat, dixit *Fenzon. ad
dictum Statutum lib. 1. cap. 41. nu. 4.
3 & 6.* Indubitatum etiam est, quod ad
effectum acquirendi ciuilitatem per
habitationem, ex dispositione Statuti
Ianuæ *de priuil. for. ciu. acquir.* sufficit
de iure decemnalis habitatio *l. 2. C. de
incol. lib. 10. Alex. cons. 156. n. 3. vol. 3*

Nec ad istum effectum ita continua exigitur habitatio, vt nunquam intermitti valeat, & aliò transduci; nam primo habitare quis dicitur in eo loco, vbi vxorem retinet *Bart. in l. 1.
§. habitare, & ff. de his, qui deijecerunt,
4 vel effuderunt*; secundo ibi, de iure
habitare quis dicitur, vbi habitat ma-

iori anni parte, *idem Bart. in l. cum de*
lanionis §. Sabinus ff. de fun. instruct.
vbi dicit, quod facit ad Statuta dispo-
5 nentia, quod quicumque habitauerit
per tot annos sit ciuis; cui addo *Gram.*
6 *decis. 87. nu. 5. Afflic. decis. 384. n. 11.*
Tusch. litt. C. concl. 275. n. 19. vbi ait
7 quod si Statutum diceret, prout Bo-
noniæ, quod habitans continuo effi-
8 ciatur ciuis, id nihilominus adimple-
retur, & seruaretur etiamsi, quot annis
habitantes iuerint in riparias tempore
messium, & vindemiarum fructus re-
collecturi. Et quod possint per tres
menses ruri degere absque eo, quod
9 intelligantur non habitare dixit *Appo-*
still. ad Rolā, cōs. 264. qui alios refert.
Certissimum denique est, quod
10 dispositio prædicti Statuti *in ver. obli-*
gationibus factis, intelligenda est de
contractibus, ab ipso inhabitante fa-
ctis, non autem ab eo, cuius ipse est
hæres; Etenim in contractibus à de-
11 functo celebratis, dum in humanis
ageret, nullum ex se habet hæres pri-
uilegium, sed eo vti debet, quo si vi-
ueret vteretur defunctus, vt est *tex. in*
l. hæres absens 19. ff. de iudic. Bart. in
l. fideicommissum 50. in princ. ff. eod.
Roman. cons. 300. num. 2. Vinc. de
Franch. decis. 234.
Hoc tamen procedit, vel quoad
12 priuilegium personale residens in de-
functo, vel quoad proprium priuile-
gium ipsius hæredis: non autem quo-
ad priuilegium personale à Statuto in-
ductum, & sic clausum in corpore iu-
ris; nam huiusmodi hæres etiam pro
contractibus à Testatore gestis frui
poterit priuilegio fori sibi, ex disposi-
13 tione supradicti Statuti per habitatio-
nem quæsiti, modo adiuerit, & adeun-
do cum creditoribus hereditarijs quæsit
contraxerit post completam habita-
tionem, & sic post acquisitum priuile-
gium, vt scripsit *Angel. in dict. l. hæ-*
res absens, & ita sunt intelligendi *Bart.*
Castren. & cæteri alij Doctores.
Quod autem attinet ad secundam
inspectionem, omni prorsus vacat etiā
14 difficultate, cum receptissima sit iuris
conclusio, quod in iudicijs realibus, &
possessorijs datur, & admittitur Au-
ctoris, & Domini nominatio, per quā
conuentus statim eximitur à iudicio,
tota obligatione transfusa in nomina-
tum, vt post *Bart. in l. 2. nu. 1. & seqq.*
Bald. nu. 7. Salyc. nu. 1. & 3. Alberic.
nu. 1. C. vbi in rem act. exerc. deb. firmat
Pau. de Castr. in dicta l. 2. nu. 1. cui ad-
stipulantur passim DD. & subscribunt
etiam Marant. in prax. p. 6. memb. 6. &
Cenc. de cens. quæst. 94. n. 34. Scapucc.
de Salu. p. 1. quæst. 23. & 24. vbi latè
etiam de authore laudato.
Adeo vt asserens se possidere alie-
no nomine non teneatur hoc probare,
15 sed absoluendus ipso iure sit ab instan-
tia iudicij, & contra nominatum re-
nouanda petitio *Pau. de Castr. in dicta*
l. 2. nu. 6. Bart. nu. 15. & Cenc. dicta
quæst. 94. nu. 35.
Non obstant, quæ ex aduerso po-
tissimum deducebantur, & quibus Il-
lustriss. D. meus doctissime arbitratus
est posse vrgeri articulum; nam quoad
16 primum, vtique noui nominationem
auctoris continere exceptionem dila-
toriam, ideoq; faciendam esse in pri-
ma comparitione, & ante litem con-
testatam, vt ex *Marant. in dicta sua*
prax. p. 6. memb. 6. de nominatione au-
ctoris, & Carroc. de loc. & cond. p. 6.
de nominationibus nu. 2. At non video

ex

ex actis quomodo dici possit huiusmodi Auctoris nominationem factam non fuisse in prima comparitione, & ante litem contestatam; non enim ex verbis in prima responsione emanatis,
17 ibi, *oppositis propterea omnibus pro eorum indemnitate, & citra consensum in litem de iure opponendis contra assertam petitionem, negatisque narratis eo modo, quo narrantur dicunt &c.* inferri potest, vt prætenditur, quod nominatio, quæ subsequitur in eademmet scriptura, & per eamdem orationem, facta fuerit post litem contestatam;
18 quia in summarijs iudicijs, qualia sunt possessoria lis non contestatur, nec contestari poterat, vbi resistebat clausula *citra litis ingressum*, bis apposita in dicta prima comparitione, & ita sa-
19 lutaris atq; vtilis, vt potius per ipsam omnis non dicam litis susceptio, sed & etiam suspicio elimínetur. Maximè
20 quod alienum veritati non erat, nec factæ nominationi incompatibile, negare narrata eo modo, quo narrabantur, dum non dicti MM. fratres, sed ipse Excellentiss. D. Rhodinus, Dominus erat, & possessor Prædij, immo
21 ipse dico: sicuti non prohibetur reus respondendo proponere omnes exceptiones sibi meliùs competentes, & insimul allegare incompetentiam Iudicis, & alias quascumq; dilatorias cumulare; Ita nec etiam prohibetur opponere nominationem, & eodem tempore alias exceptiones sibi competentes, quandoquidem nominatio auctoris sapit naturam, habetq; vim declinatoriæ *Abb. in c. fin. §. in alijs, vt lit. non contest. n. 24. Marant. dicta p. 6. memb.*
22 *6. nu. 2.* Tanto magis, quia omnes aliæ exceptiones fuerunt propositæ citra consensum in litem, vt dictum fuit, quo casu comparitiones factæ à nominante post nominationem non probant pœnitentiam, & recessum à nominatione, sed interpretantur, vt stante nominatione nominans ipse liberetur. *Magon. decis. Flor. 150. nu. 23.*

Neque item aduersatur, quod di-
23 ctus Excellentiss. D. Hieronymus nominatus non comparuerit in iudicio, & nominationem non acceptauerit, vt necessarium videbatur ad effectum, quod nominans eximatur à iudicio
24 *Castren. cons. 471. per tot. lib. 1. Card. Tusch. lit. F. concl. 439. n. 21. & abundè Carpan. ad Stat. Mediol. c. 69. n. 69 & seqq.* quoniam quidquid à communi scribentium sensu recedentes dixerint DD. præcitati, hoc vnum in iure firmum, & sanctum inuenio, nihil aliud, scilicet requiri ad effectum,
25 quod reus primo loco conuentus liberetur à iudicio, quam solam auctoris nominationem; per quam nedum à me superius allegati, sed omnes prorsus DD. vnanimiter docent extingui litem cum nominante, & nouam instantiam inchoari contra nominatum. Immo, vbi sincera, & ingenua extitit nominatio, quemadmodum in nostro
26 casu, in quo fuit per nominantes doctum de iuribus dicti Excellentiss. D. partes omnino videntur esse actoris intimandi nominato, vt ad iudicium accedat, & nominationem suscipiat; nam dato antecedenti, quod per huiusmodi nominationem nil iuris in re
27 habere fateatur nominans, consequēs est, quod actor contra eum experiri teneatur penes, quem Dominium resi-
28 det, & dimittendi facultas.

Quod sanè apertissimè sentiunt

Doctores, dum quærentes à quonam sit denunciandum nominato motum
29 iudicium an scilicet à reo, an potius ab Actore, vel à Iudice, sequentes casus distinguunt; aut enim facta fuit nominatio non animo declinandi iudicium, sed ad petendam opportunam informationẽ, & defensionem à nominato, & tunc denunciandum est à reo, & intra terminum datæ dilationis; sic docet *Salic. in dicta l. 2. §. si quis nu. 9. & seq. vers. opp. 2.* Si verò nominatio facta fuerit pro lite euitanda, & ne cogeretur rem alienam defendere, tunc intimatio, & denunciatio fieri debet per Actorem, vt docet *Pau. de Castr. in dicta l. 2. nu. 1.* ibi, *si verò non comparuerit, iterum citabitur legitimè, & peremptoriè &c.* aut quod idem est per Iudicem, vt voluit originaliter *Bart. in dicta l. 2. n. 18. per tex.* quem ibi allegat subdens, *quod contra nominatum de cætero faciendus erit processus nouo dato libello.*

30 Doctores verò in contrarium allegati sunt intelligendi, vbi nominatio suspicari posset in subterfugium facta, & per calumniam, secus verò vbi plenè doctum fuit de dominio, & possessione auctoris nominati.

Hæc sunt, quæ breuitas temporis afferri patitur ad eluenda argumenta. Plura suggeret Illustriss. & Excellent. D. meo perspicacissimi eius ingenij virtus, quo magis ipse excitetur ad rescribendum dicto M. D. Vicario pro absolutione dictorum fratrum ab intentato iudicio.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Dominus fundi super quo creditor æstimum consequi intendit citari debet. Quid, si huiusmodi Dominus non sit verè Dominus? creditor immissus ad effectum pignoris donec soluatur potest petere adiudicationem bonorum, præuia æstimatione. Immissiones in actione reali non sapiunt, nisi nudum pignus. Pignus an fructificet creditori, an debitori. Stylus Curiæ debet seruari. Sed quod creditor teneatur adire Principem pro obtinenda gratia concluditur verius esse de iure.

SVMMARIVM.

1 Dominus fundi super quo creditor vult æstimũ consequi citari debet.
2 Eleuatio cancellæ si fiat sustinetur ex capite Dominij inspecto Statuto Genuæ.
3 Prædicta procedunt in vero Domino non verò in eo, qui se Dominum malè prætendit.
4 Maximè, si istiusmodi Dominij nullitas fuisset detecta in alio iudicio, & huiusmodi Dominus reiectus.
5 Creditor, & si non verus, si tamen per sententiam obtinuit venit citãdus vigore rei iudicatæ.
6 Æstimum est titulus habilis ad transferendum Dominium.
7 Res iudicata facit de non iure Ius, & de albo nigrum.
8 Acquisitio facta à non vero Domino, & æstimum consequutum vigore sententiæ iniustæ differunt inter se.
9 Differentia est: quod in primo casu Dominium non transfertur, quod tamen datur in secũdo.
10 Creditor immissus in vim iudicati ad effectum pignoris, donec soluatur, potest petere, quod bona sibi adiudicentur præuia æstimatione.
11 Potest de iure vendere pignus à debitore traditum, & de pretio sibi soluere.
12 Quod videtur ampliandum vbi pignus à Iudice addicitur.
13 Creditor non est compellendus ad sibi soluendũ de fructibus pignoris.
14 Nemo debet locupletari cum aliena iactura.
15 Creditor non tenetur percipere summã sibi purè debitam in annuis portiunculis, eamque habere sine censu.
16 Distinctio inter pignus, quod verè datur in pignus, & in pignus, quod datur insolutum, pugnat in terminis, & videtur inutilis.
17 Pignoris datio concedit solam detentionem, & eiusdem addictio insolutum præter possessionẽ confert etiam Dominium.
18 Immissiones in actione reali sunt ad instar pignoris.
19 Dominium non abdicant ab eo, cui eminentur, sed penes eum hoc cum possessione ciuili remanente, solam possessionem naturalem tribuunt eminenti.
20 Creditor sic immissus non sibi possidet, sed debitori.

21 Pignus esse in fructu euenit per accidens, & præter intentionem pignoris.
22 Fructus pignoris non creditori quæruntur, sed debitori; ideoque imputari debent in sortem.
23 De stylo Curiæ creditur attestationi curialium.
24 De eo potest Iudex se extraiudicialiter informare, partibus non vocatis.
25 Stylus Curiæ debet attendi.
26 Obtinet vim legis, ita quod ab eo non sit recedendum.
27 *Text. in l. & qui sub imagine*, quarè nō applicetur.
28 Creditor si colludat, & simulet in pignoris venditione in fraudem debitoris nihil operatur.
29 Veritas rerum simulatione subuerti non debet.
30 Venditio pignoris de iure fieri debet sub hasta, licet quandoq; etiam adiudicetur. Iure verò nostrorum Statutorum inspecto fit per viam æstimi, vel dationis insolutum.
31 Ablegato supradicto stylo verius est de iure, quod immissus in Saluiano, & ad effectum pignoris donec soluatur de fructibus nequeat validè agere ad distractionem pignoris.
32 Sed tenetur pro huiusmodi gratioso rescripto Principem adire, eidemq; supplicare.
33 Quod solet concedi, si fructus pignoris itâ sint tenues, vt nisi post decennium credito satisfacere valeant.
34 Et ita obseruat praxis Almæ Vrbis, docuitq; magistraliter *Rot.* reprobata *Couarru. Doctrina*.

RATIOCINIVM LXV.

LEVANTINA PIGNORIS IVDICIALIS.

PRestantiss. Domine. Contra DD. Iosephū, ac Thomam fratres de Scribanis conuentos in Saluiano à Nobilib. DD. Iosepho, ac Dominico fratribus Massola q. Nob. D. Augustini filijs obtentum fuerat ac etiam exequutum mandatum de immittendo in possessionem bonorū, census, de quo agebatur, hypothecatorum cum clausula, *detinendorum loco pignoris, & hypotheca donec credito foret satisfactum*. Post annum verò agnoscentes dicti DD. fratres Massola non nisi post longissimi temporis spatium præ modicitate fructuum se se consequi posse solutionem, dictis fratribus de Scribanis citatis petunt sibi concedi mandatum æstimatoriū; quod sanè ex sequentibus relaxandum fore omni iure confidimus.

In primis enim rectè agitur, & agi
debet citatis supradictis; quia licet in
memorato Saluiani iudicio compertū
fuerit incidenter, quod ipsi habebant
titulum nullum, vt qui acquisiuissent
eumdem numero censum vigore cessionis
habitæ non à vero domino, sed
à falso procuratore, & proindè in bonis
per ipsos, vt suprà possessis iure
dominij, & bonæ fidei se se tueri non
1 valerent; attamen certissimum est,
quod Dominus fundi, super quo creditor
æstimum consequi intendit citari
debet; aliàs locus esset eleuationi ca-
2 nellæ, quæ ex Statuto Genuæ *sub rub.
de eleuat. can.* optimè sustineri potest,
ex capite dominij. Si verò dicatur argumentum
procedere in vero Domino,
non autem in eo, qui se prætendens
Dominum, allegat tamen titulum
nullum, vt quia emit à non domino,
vel à non habente facultatem venden-
3 di; quo casu ex eo, quod dominus verè
non est, nullo iure suadetur, quod
sit citandus: quoniam citari debet dominus,
non qui se dominum malè
4 prætendit; quod præcipuè sibi locum
vindicat, quando in alio iudicio iam
fuit detecta tituli nullitas, & prætensus
dominus ex codem met capite reiectus.

Respondetur, quod in nostro casu
difficultatem facit, quod etsi creditū,
5 vi cuius prætensus dominus obtinuit
sit nulliter acquisitum, cum tamen fauore
eiusdemmet cessionarij emanauerit
sententia, à qua æstimum processit,
cumque etiam æstimum secum
ferat titulum habilem ad transferen-
6 dum Dominium videtur, quod non
obstante nullitate crediti, adhuc dictus
assertus cessionarius acquisiuerit Dominium,
& quod per consequens ci-

tandus

tandus veniat, & quidem virtute rei iudicatæ, quæ facit de non iure ius, &
7 de albo nigrum *l. & ex diuerso* §.1. *ff. de rei vindic. l. ingenuũ ff. de stat. hom. l. res iudic. ff. de reg. iur. Peregr. conf.* 17 *n.* 12. *lib.* 3. *Giurb. decis.* 55. *nu.* 21.

Et sic constituo differentiam inter
8 acquisitionem factam à non domino, & æstimum consequutum vigore sententiæ iniustæ, nimirum late absq; fundamento veri crediti; nam in primo casu Dominium non transfertur, & sic prætensus Dominus citandus non venit: in secundo quamuis sententia sit
9 iniusta, ex forma tamen Statutorum Ianuæ potest exequi, & exequutio efficax est, donec sententia reformetur, indeq; dominium transferatur, vndè assero necessariò supradictos fratres de Scribanis esse citandos, ne quod ipsi exoptare videntur, vllo vnquam tempore, clypeo nullitatis tueri prætendant quidquid hodie bono iure defendere diffidunt.

Ad secundam quæstionis partem,
10 dico quod creditor immissus in vim iudicati ad effectum pignoris, & hypothecæ donec debitum soluatur iure contendit, si petat bona sibi adiudicari insolutum præuia æstimatione. Hoc dictat ius scriptum, de quo plenè extat
11 totus titulus *ff. & C. de distract. pign. & signanter disponitur in l.* 1. 2. 3. *&* 4. *C. eod.* vbi creditor absolutè potest fundum sibi pignoratum vendere, & de pretio debitum sibi soluere.

Ponderetur, quod si hæc præstare
12 valet, quando prætenditur res tradi in pignus, quanto fortius, quando sibi à Iudice addicitur; suadet etiam ratio, vel quia nullibi cautum est creditorem
13 cum sui maximo detrimento compellendum esse ad sibi soluendum de fructibus pignoris, immo expresè sancitur
14 neminem debere locupletari cum aliena iactura, vt *ex vulgatis iuribus*; vel quia idem creditor non tenetur pecuniam, ad quam integrè soluẽdam condemnatum habet debitorem, recipere in annuis portiunculis, eamq; habere
15 sine censu, vt apertissimè prohibet *Tex. in l. Tutor* §. *Lucius ff. de usur. & tradunt omnes Scribentes in l. quidam existimauerunt ff. si cert. pet.*

Quibus iuribus non refragatur distinctio per D. Aduocatum ex aduerso Scribentem allata inter pignus propriè datum in pignus, & pignus datum
16 insolutum; quia huiusmodi distinctio nusquam reperitur scripta, nec videtur, pace sit dictum tanti authoris, rationi consona, vt quæ manifestam præseferat repugnantiam; implicat enim in terminis aliquod dari in pi-
17 gnus, & dari insolutum: cum pignoris datio supponat solam detentionem, & addictio insolutum præter rei possessionem conferat etiam Dominium.

Præterea immissiones in actione
18 reali verè nihil aliud sapiunt, quam nudum pignus; cum Dominium ab eo, cui bona euincuntur non abdicent, sed solam naturalem possessionẽ tri-
19 buant euincenti, remanẽte ciuili apud euictum *l. si cum venditor ff. de euict. Rot. coram Burat. decis.* 240. *n.* 11. *& Seraph. decis.* 725. *n.* 14. *&* 1100. *n.* 1.
20 ita quod creditor non sibi, sed debitori possideat *Alex. in l.* 1. §. *si per seruum nu.* 5. *ff. de acquir. possess. Rot. p.* 5. *rec. decis.* 172. *nu.* 2.

Si verò contingat pignus esse in
21 fructu, id euenit per accidens, & præter intentionem pignoris; ideoq; non immu-

immutatur natura pignoris, sed fru-
22 ctus domino acquiruntur, adeo vt si creditor eos percipiat, imputare debeat in sortem *Rot.decis.49. n.7. p.5. rec.& coram Duran. decis.70. num.5.* inanis igitur existimanda est in nostra hypothesi supramemorata distinctio, vt sole clarius dignoscitur etiam ex luculenter traditis per *Couarru.var. res. lib.3. art.18. nu.4.* vbi in puncto prędicta omnia enucleat,& probat;sequitur*Couarru.Mastrill.dec.Siciliæ* 100. *per tot.* vbi in terminis dotis refert *Caual. in tract.de vsufruct.mul.relic.sub nu.206.vers.vel & melius Molin. de primog.hyspan. lib.4.c.6. n.7.& faciūt notata per Vinc. de Frāch. dec.* 120.

Congruit etiam nostræ Curiæ sty-
23 lus: de quo standum est attestationi Curialium, vt respondit *Rot. coram S. M. Greg.decis.484.nu.5.& 6.& coram Eminentiss. D.meo Celso in Rom. hæredit.13.Iunij 1661. quæ est hic de-*
24 *cis. 82. nu. 4.* & de eo Iudex potest se extraiudicialiter informare, partibus non vocatis *Add.ad dictam decis.484 num.8. Rot.coram Merlin.decis.309. nu.12.& decis. 101. nu.11. p.3. rec. & in dicta decis.82.nu.5.*

25 Quique attendendus est, vt habetur *in c.ex literis 11.de Constit. l.3. §. fin. ff.de test.Bart.in l.Iurisperitus 37.n.4. ff.de excusat.tut.Surd.cons.337.n.38. Rot.coram Burat.decis.419.n.6.* obti-
26 netq; vim legis, itaut nullo modo ab eo sit recedendum *ad l.de quibus ff. de ll.afflict.decis.135. nu.3.cum alijs per Peregr. cons.41. nu. 2. lib.3.*

27 Neque obstat *tex. in l. & qui sub imagine C.eod.*in illis verbis, *iure enim pignoris obligatum prædium, neque si per subiectam personam creditor comparauerit, neque sibi adiugerit, debitori affert præiudicium; sed in eadem causa permanet, in qua fuit ante huiusmodi collusionem.*

Nam vel nostris terminis non applicatur, vel ex eodem textu patet responsio. Vbi enim creditor in frau-
28 dem debitoris colludit, & simulat, nihil operatur, sicuti docent iura allegata *decis.683. nu.3. p.2. rec.* & sicuti nequit sibi ipsi pignus vendere, ne debitor fraudetur, ita simulatione eiusdem
29 rerum veritas subuerti non valet *Rot. decis.190.nu.4.p.6.rec.*

Minusq; etiam obstat, quod huiusmodi pignorum venditio fieri debeat
30 solemniter,& subhasta, quia quidquid sit de iure communi, quod etiam adiudicat creditori pignus insolutum, nos ad hæc per viam æstimationis, & dationis insolutum formam accepimus à Statutis huius insignis oppidi, & Ciuitatis Metropolis, quæ innouari non debent, sed amussim obseruari.

Quare ex hactenus dictis sequitur, quod dicto N. Dominico nominibus prout in actis concedendum sit mandatum æstimatorium, & dictis fratribus de Scribanis, qui, vt superius fuit dictum non habent in supradictis pignoribus, nisi nudum, & purum nomen, quatenus ostendant verum creditum, statuendus terminus intra, quē si velint debeant redemisse, alias eo elapso ex nunc pro tunc intelligatur concessum, & relaxatum mandatum prædictum.

Prædicta obtinui in Curia Leuanti anno 1667. die 30. Aprilis in contradictorio iudicio dato termino dictis fratribus de Scribanis ad luendum, & quidem inspecto stylo dictæ Curiæ, quæ

quæ huiusmodi mandata æstimatoria passim expedit, ne fructus pignoris compensentur cum sorte.

31 Cæterum in iure verissimum est, quod immissus in Saluiano ad effectum sibi soluendi de fructibus nequit validè procedere ad distractionem pignorum pro sibi satisfaciendo; sed tenetur Principi pro huiusmodi gratia supplicare, & rescriptum gratiosum solet concedi, si fructus tenues admodum sint, vt nisi post lapsum decennij creditor satisfacere valeant, vt testatur *Ridulph. in prax. p. 1. c. 15. nu. 88. & seqq. & p. 2. c. 6. nu. 92. & seqq.* & antea reprobato *dicto Couarru.* vt supra citato, eiusque rationibus abolitis docuerat *Rot. p. 2. rec. decis. 759. nu. 4. & seqq. quam eadem sequuta est p. 6. decis. 161. nu. 13.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum perpetuum ad fauorem descendentium masculorum ex liberis fideicommittentis ex quibus inducatur? quo ordine in eo succedi debeat? & an protendatur ad descendẽtes naturales?

SVMMARIVM.

1 Mandatum de immittendo, & quodcumque aliud rescriptum subreptitiè obtentum non valet.

2 Suppositio falsa, vel reticentia eius, quod aliter Iudicem mouisset tribuit actui vitium obreptitij.

3 Vocatio masculorum, & fæminarum exclusio, earumq; admissio in defectum masculorum, & sub lege, quod essent desponsatæ in *Albergo* testatoris, inducunt perpetuum fideicommissum, & connotant in Testatore mentem, quod fideicommissum perpetuò conseruetur in agnatione.

4 Perpetuum, & absolutum fideicommissum inducitur ex geminatis verbis *in perpetuum, & in secula seculorum.*

5 Vocati ad fideicommissum sub nomine collectiuo non omnes simul concurrunt, sed ordine successiuo.

6 Et qui prior, & potior est in successione defuncti, is quoque prior, & potior est in successione fideicommissi.

7 Collectiuum *descendentes* appositum in columna, seu fideicommisso perpetuat fideicommissum, & vocat omnes descendentes ordine successiuo, & in infinitum.

8 Ordo successiuus defert successiones de gradu in gradum, & de proximiore in proximiorem.

9 Qui ex pluribus per collectiuum vocatis succedit hæredi alijs exclusis, is quoq; succedit in fideicommisso, & excludit alios vocatos.

10 Arbor consanguinitatis probat descendentiam.

11 Filius debet immitti, reintegrari, & manuteneri in ea parte fideicommissi, ad quam prædictis concurrentibus pater fuerat admissus.

12 Nec debet ab hac portione excludi, quamuis ipse sit naturalis, & prætendatur columnas vocare solos legitimos, & naturales.

13 Actus de iure præsumitur legitimus.

14 Referi, cum Principis, quod Titius veluti filius Caij viri Nobilis adscribatur libro nobilitatis probat filiationem Titij ex Caio.

15 Filius, vbi quis enunciatur præsumitur filius legitimus, & naturalis.

16 Existens in quasi possessione præsumitur præferre verum, & legitimum titulum.

17 *Ampl.* vbi concurreret possessio, vel quasi longissima, aut immemorabilis.

18 Immemorabilis habet pro se meliorem titulum de Mundo.

19 Immemorabilis habet vim pacti, priuilegij, veritatis, & legis.

20 Enunciatiua, quæ enunciat, quod non est, & filet, quod est dictum erronee scripta, & non probat.

21 Enunciatiua si sit vnica nihil probat.

22 Enunciatiua ab habente interesse in causa emanata, nec etiam probat.

23 Naturalis filius venit etiam appellatione descendentium.

24 Naturales dicuntur de sanguine, progenie, familia, & descendentia Testatoris.

25 Ideoq; naturalis ad fideicommissum sic vt supra relictum admitti debet maximè, quando nulla coniectura capi potest de mente Testatoris pro eius exclusione.

26 Immo vbi columnæ institutio fuit ordinata ad conseruationem, & decus familiæ, sumenda est omnis interpretatio, vt quicumque, & qualiscumque descendens censeatur vocatus, etiam de voluntate Testatoris.

27 Testator præsumitur de iure voluisse præferri omnes eius descendentes, remotioribus agnatis substitutis.

28 Testatoris voluntas non est opus indagari per coniecturas, quando ex dispositionibus in alijs casibus factis exprimi etiam verisimiliter potest in casu, qui euenit.

29 Pietatis ratio, & ordo charitatis exigit, vt prius nostros, deinde alienos diligamus.

RATIOCINIVM LXVI.

IANVENSI COLVMNÆ.



Illustriss. Domine. Ad columnam, quæ ex legato olim M. Brancaleonis de Auria viri in pauperes eximiæ pietatis, ac de Republica

blica optimè meriti, instituta fuit anno 1526. in cartulario columnarum Illustriss. Officij Sancti Georgij de ratione eiusdem M. Brancaleonis, in capite tamen, & credito q. M. Augustini eius filij, & hæredis testamentarij cum verbis, obligationibus, institutionibus, & substitutionibus, quæ in ea leguntur in omnibus, & per omnia iuxta formam, & voluntatem expressam in vtriusque testamento, fuerunt admissi anno 1549. die 19. Augusti MM. Brancaleo, Augustinus, & Paulus de Auria filij, & hæredes testamentarij q. M. Io: Baptistæ filij pariter, & hæredis supradicti qu. M. Augustini senioris cum declaratione, quod æquis portionibus eisdem in annum responderetur de dimidia omnium locorum prædictæ columnæ.

In partem verò dicti M. Brancaleonis vita functi, quæ erat tertia dictæ dimidiæ suffectis M. Augustino de Auria dicti q. Ioannis Baptistæ pro dimidia dictæ tertiæ, ac MM. Hieronymo, Stephano, & Ambrosio de Auria filijs dicti q. M. Pauli, & eorum quolibet pro tertia alterius dimidiæ, prætendit hodie adscribi M. Octauius de Auria ex persona M. Ioannis Stephani eius patris, ac filij, & hæredis dicti q. M. Brancaleonis: debetque omni iure ad illam admitti, & reintegrari ex

1 pluribus quidem; sed potissimũ, quia fuit hactenus exclusus in vim mandati subreptitiè obtenti, & cum minùs vera suppositione, quod, scilicet dictus M. Brancaleo sine liberis decesserit, nulla facta Iudici mentione de super-

2 existentia dicti M. Ioannis Stephani filij, & hæredis dicti q. M. Brancaleonis *c. ad audientiam c. si proponenti de rescript. c. 2. de fil. presbyt. in 6. Surd. cons. 49. n. 27. Mantic. decis. 214. n. 2. & dixit Rot. in Camerinen. Canonicatus coram bo. me. Dunoz. 19. Iunij 1654. §. valor autem, & in Carpentoraten. hæreditatis 15. Martij 1660 coram Reuerendiss. D. meo Beuilaqua, quæ est inter hic impress. decis. 27. n. 3. & in Firm. fideicom. coram Reuerendiss. D. meo Taia die 23. Martij 1661 quæ inter hic impress. est decis. 91. n. 11*

Quod vt euidentiùs demonstretur, & in necessarium consequens trahi possit, præmitto primò, quod institu-

3 tio dictæ columnæ inuoluit perpetuũ fideicommissum ad fauorem descendentium masculorum ex liberis dicti M. Columnantis; vt colligitur ex tota dispositiua dictæ columnæ, & signanter ex eo, quod masculis fuerit prouisum exclusis fœminis, eisq; solum vocatis in defectum masculorum, & sub conditione, quod essent desponsatæ in *Albergo* nobiliũ de Auria; ex his enim clarissimè deducitur, quod animus fuerit, & voluntas conseruandi perpetuò dictam columnam in agnatione *Peregr. de fideic. art. 25. num. 47. vers. tertia coniectura est, cum alijs per Rot. in Rom. fideicom. de Mutis coram Illustriss. Meltio 15. Ianuarij 1648. §. prima enim.*

Quod etiam confirmatur ex gemi-

4 natis dictionibus *in perpetuum, & in sæcula sæculorum*, quæ inducunt fideicommissum absolutum, & perpetuum *l. 1. ff. sol. matrim. l. semper ff. de iur. immun. Peregr. cons. 49. nu. 7. lib. 3. & de fideic. art. 14. per tot.*

5 Præmitto secundò, quod vbi plures sub hoc nomine collectiuo *descendentium* vocantur ad fideicommissum,

non omnes simul concurrunt, sed ordine successiuo vocantur, ita vt qui
6 prior, & potior est in successione defuncti, is quoque sit potior, ac prior in successione fideicommissi. *Tex. apertissimi in l. cum ita §. in fideicommisso, & in l. peto §. fratre ff. de leg. 2. & in l. fin. C. de verb. signific.*

Præmitto tertiò, quod nomen col-
7 lectiuum *descendentes* appositum in prænunciata columna, nedum perpetuat fideicommissum, sed omnes vocat descendentes ordine successiuo, & in infinitum *Peregr. de fideic. art. 19. nu. 11. & art. 29. nu. 8. & art. 30. nu. 21. & 24. Rolan. cons. 70. nu. 20. lib. 3. Simonid. de libero de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 22. dub. 6. solut. 9. nu. 48. & alij quos fusè cumulat Rot. p. 1. rec. decis. 19. num. 3.*

8 Præmitto quartò, quod natura ordinis successiui est deferre successiones de gradu in gradum, & de proximiore in proximiorem, vt habetur *toto tit. ff. & C. de success. edic. & consulit Peregr. cons. 30. nu. 28. lib. 3.* adeò vt, qui ex pluribus per nomen colle-
9 ctiuum vocatis successit hæredi, alijs exclusis, is quoque eidem exclusis succedat in fideicommisso *Peregr. de fideic. art. 20. & cons. 56. nu. 6. & dicto cons. 30. nu. 25. per seqq. lib. 3.*

Præmitto denique in facto M. Brancaleonem iuniorem filium fuisse M. Io: Baptistæ de Auria hæredis pro dimidia in dicta columna, ipsumque ad eam anno 1540. die 19. Augusti fuisse admissum, vna cum MM. Augustino, & Paulo eius fratribus æquis portionibus super dicta dimidia, vt de prima parte huius suppositi docetur ex
10 arbore descendentię, & de secunda per extractum dictæ admissionis, quod vna cum dicta arbore datur in necessarijs.

Quibus sic præmissis concludo ad tertiam partem huius dimidiæ olim spectantem ad dictum M. Brancaleonem, admittendum esse, ac reintegrandum M. Octauium de Auria ex persona M. Io: Stephani eius Patris, & Filij dicti M. Brancaleonis: siquidem ex verbis dictæ columnæ, & ex testamentis dictorum MM. Brancaleonis senioris, & Augustini eius filij constat de institutione dictæ columnæ fideicommissaria perpetua, & porrigibili ad masculos descendentes ex liberis dicti M. Augustini cum expressa præsignatione ordinis in succeden-
11 do; prout etiam patet de quasi possessione vigore admissionis dicti M. Brancaleonis, ob quam propterea dictus M. Octauius ex persona dicti M. Io: Stephani est immittendus, reintegrandus, & in ea manutenendus *l. fin. C. de edic. D. Hadr. toll. vbi glos. & Bart. n. 3. Peregr. de fideic. art. 48. per tot. Rot. p. 4. t. 3. rec. decis. 637. nu. 1. & coram S. M. Greg. decis. 206. nu. 1.*

12 Non obstat, quod dictus M. Io: Stephanus fuerit filius naturalis ex dicto M. Brancaleone, & propterea veniat excludendus à dicta columna, veluti vocante, vt prætenditur ex aduerso, solos descendentes legitimos, & naturales; nam dupliciter respôdetur.

Et primò, quod sicuti præsumptio iuris stare debet pro legitimitate actus
13 *l. quoties ff. de verb. oblig. & l. si quando in princ. ff. de leg. 1.* ita etiā dato, quod dictus M. Ioannes Stephanus sit filius
14 dicti M. Brancaleonis, vt est in confesso, & vt irrefragabiliter probatur per

De-

Decretum Serenissimorum Collegiorum conditum anno 1612. die 18. Ianuarij, mandans vti talem adscribi libro Nobilium, dicendum est, quod nedum sit filius, sed filius legitimus,
15 & de legitimo matrimonio natus, nã cum sit in quasi possessione dictæ filiationis præsumendus est concursus
16 veri, & legitimi tituli *Rot. coram Crescen. decis. 21. de probat. & coram Eminentiss. Ottobono decis. 253. nu. 1.*

17 Maximè vbi intraret possessio, vel quasi longissima, vel immemorabilis; quia stante immemorabili non potest allegari melius titulus de Mundo, vt
18 pluries dixit *Rot. & signanter decis. 27. n. 8. p. 4. t. 2. rec. & p. 5. decis. 150. n. 4. & seqq. & fuit dictum in Bononien. Iurispatr. coram Eminentiss. D. meo Celso die 1. Iulij 1654. §. & tollitur*
19 *difficultas*; & ea est ratio, quia immemorabilis habet vim pacti, priuilegij, veritatis, & legis. *Peregr. cons. 33. nu. 21. lib. 1.*

Nec dicatur huiusmodi præsumptioni obstare enunciatiua, de qua in supramemorato Decreto legitur, quęque enunciat dictum M. Io: Stephanum filium naturalem dicti M. Bran-
20 caleonis; quoniam enunciatiua, vel non probat, quia erroneè scripta, ex quo enunciat, quod non est, & silet, quod est, nempè *filium legitimum, & naturalem. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio nu. 24. ff. si cui plusquam, & c. & in l. fin. nu. 21. C. de iur. deliber. Valas. consultat. 52. nu. 16. & 17. Rot. decis. 287. nu. 6. p. 3. rec. cum alijs per eamdem in Rom. fideicommissi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram Reueren-*
21 *dis. Cerro §. non obstat*; vel nullius est roboris dicta enunciatiua, quia vnica *Aret. in c. cum clausi nu. 22. in fin. de probat. Burat. decis. 178. n. 13. & fuit dictum in Bononien. Iurispatr. coram Reuerendiss. Cerro 13. Maij 1658. quæ est inter hic impress. decis. 6. nu. 10.*
22 vel ideò etiam non probat, quia emanauit ab habente interesse ad effectum excludendi dictum M. Ioannem Stephanum, & lucrandi portionem eidem debitam ex dicta columna *Burat. decis. 178. n. 4. & decis. 303. n. 12. Rot. in Aesina fideicommissi 23. Iunij 1662. coram Reuerendiss. Priolo, quæ est inter hic impress. decis. 99. n. 10.*

Altera verò, quæ datur responsio est, quod dato, & non concesso, quod
23 dictus M. Io: Stephanus sit naturalis ex dicto M. Brancaleone adhuc admittendus est ad dictam columnam, quandoquidem appellatione descendentium veniũt etiam naturales, cum hi verè dicantur de sanguine, proge-
24 nie, familia, & descendentia Testatoris, vt post *Bart. in l. tutelas nu. 4. ff. de capit. diminut.* & alios quos allegans tradit *Barbos. de appell. verb. iur. signific. appell. 70. nu. 8.*

25 Maximè, quia nulla capi potest cõiectura, ex qua de mente Testatoris censeantur excludi naturales à supramemorata columna; sed cum hæc fuerit demandata ad conseruationem, & decus familiæ de Auria, vt probat inter cętera substitutio filiarum sub conditione, quod sint maritatæ in *Albergo*
26 de Auria sumenda est omnis interpretatio, vt quicumq; & qualiscumq; descendens dicatur vocatus etiam de voluntate Testatoris *Peregr. cons. 43. nu. 4. lib. 3. faciunt adhæc tradita per Alex. cons. 17. ante n. 6. vers. præsertim & per Castill. c. 8. nu. 18.*

27 Quod si præsumptio iuris est, Testatorem omnes eius descendētes voluisse præferre remotioribus agnatis substitutis, vt habetur *in l. cum auus ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter §. cum C. de instit. & substit.* & alijs concordantibus, quas refert, & sequitur *Rot. in Rom. fideicommissi de Mutis 15. Ianuarij 1648. coram Reuerendiss. Meltio §. quoniam à prædicta.*

Immo, si æquitate inspecta, & verosimilitudine, non est opus, quod per coniecturas indagetur voluntas Testatoris; sed haberi debet pro expressa
28 semper, & vbicumq; ex dispositis argui potest: quod in casu, qui euenit futurum etiam fuisset, vt pariformiter disponeret, si de eo fuisset interrogatus. *Tex. est cum glos. in l. tale pactum §. fin. ff. de pact. Dec. cons. 190. col. 3. ... alijs per Peregr. in dicto cons. 43. nu. 7. lib. 3. Giouagnon. cons. 74. n. 17. lib. 1.*

29 Quanto magis ergo censendus est voluisse Testator suos, & de suo sanguine satos præferri exteris pauperibus in dicta columna vltimo loco substitutis; cum ratio pietatis, qua dictus M. Brancaleo religiosissimè enituit, & ordo charitatis, qua iubemur carnē nostram non despicere, exigant, vt prius nostros, deindè alienos diligamus.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

E*Lectio Decanatus an spectet ad capitulum? Electus an pendente appellatione possit capere possessionem? Qualitas Sacerdotalis in electo de quo tempore debeat concurrere? Amissa in Bello iniusto an spectent semper ad Dominum amittentem, & in eis locum habeat ius postliminij? Procurator effectus Dominus litis, quæ possit? quando, & per quos actus efficiatur litis Dominus?*

SVMMARIVM.

1 Capitulum in Ecclesijs Collegiatis habet de iure electionem Decanatus, vel alterius dignitatis.
2 Abbas ad quem spectet collatio Canonicatus potest allegare inualidum Statutum, quod aliter disponat.
3 *Ampl.* vbi in erectione Ecclesiæ Statuta fuisset capitulo huiusmodi facultas.
4 *Ampl.* etiam concurrente obseruantia, & præscriptione.
5 Præscriptio quadragenaria sufficit ad immutandum statum anteriorem Ecclesiæ.
6 Priuilegium concessum post ius capitulo quæsitum censetur gratiosum, & non onerosum, & per consequens reuocabile.
7 Constitutiones *Adriani VI & Concil. Trid.* reuocant huiusmodi priuilegium.
8 Electionis ius residens penes totum capitulum non amittitur, si dato impedimento exerceatur à solo Præposito cum minori parte capituli.
9 Electionis ius residens apud Patronos per non vsum non amittitur si ab vno exerceatur.
10 Status vltimus cum effectu attenditur ad effectum manutentionis.
11 Electus, seù præsentatus pendente appellatione, vel termino ad appellandum non potest capere possessionem sine vitio attentatorum.
12 Distingue *moinstar* cum DD.
13 Sacerdotalis qualitas quando concurrere debeat de tempore electionis.
14 Sacerdotalis qualitas in Capellano cur non requiratur de tempore electionis.
15 Amissa in Bello iniusto semper pertinent ad Dominum amittentem, & in eis locum habet ius postliminij
16 Priuilegium præficiendi Episcopos Ecclesijs durat, quamuis Vrbes fuerint captæ, & possessæ ab hostibus Domini.
17 Rex Galliarum Christianiss. hoc iure vtitur in Ecclesia Auricensi, quamuis Vrbs possessa sit à Principe Hæretico.
18 Serenissimus Sabaudiæ Dux eodem iure vti prætendit.
19 Postliminij fictio an intret super iure, vel super facto, an verò super vtroque.
20 Postliminij fictio operatur, vt quis omnia recuperet, & in pristinum statum reponatur.
21 Procurator, effectus Dominus litis non potest finita prima instantia causam prosequi in alio iudicio.
22 Fallit, si id fuerit expressum in mandato.
23 Procurator huiusmodi videtur potius dominus instantiæ, quam causæ.
24 Appellare tenetur, sed appellationem prosequi non potest.
25 Appellatio non est de appendicibus primæ instantiæ.
26 Procuræ mandatum expirat lata sententia.
27 Fallunt prædicta, si in mandato adsit clausula *releuans*.
28 Clausula *releuans*, & aliæ huic similes quid operētur?

29 Procurator effectus Dominus litis, mortuo principali, potest litem prosequi absq; alio mandato.
30 Procurator quando efficiatur dominus litis.
31 Distingue, inter causas ordinarias, & causas summarias.
32 Procurator Dominus litis effectus non habet continuationem mandati, nisi tribus concurrentibus.

RATIOCINIVM LXVII.

RESPONSVM PRO VERITATE.



Eminentiss. Princeps. Vt mores obsequentissimos benignissimis Eminentiæ Tuæ nutibus, ea qua decet animi promptitudine geram, eodemq; tempore veritati, quam diligendo expetis ancillari videar, non intempestiuè, sincerè tamen quæ sentio iuris oracula singulis quæsitis singulariter promam.

Et primo indubitati iuris est, quod
1 electio Decanatus, vel alterius dignitatis in Ecclesijs Collegiatis spectat ad capitulum *Abb. in c. cum venerabilis n. 45. de except. Decian. cons. 93. n. 15. lib. 5. Syluan. de benef. p. 2. q. 22. n. 35. & 36. Gonzal. glos. 45. n. 47. Garz. de*
2 *benef. p. 5. c. 4. n. 64. & seqq.* vbi quod Abbas, ad quem spectat collatio Canonicatus potest dicere de inualiditate Statuti aliter disponentis, *sequitur Rot. coram Cassad. decis. 22. n. 3. de praeben. Bellam. decis. 718. in princ. & per tot. Bisign. decis. 8. de praeben. Coccin. decis. 283. num. 1. Card. Seraph. decis. 1021. n. 1. & decis. 71. nu. 2. & decis. 133. n. 2. & seqq. & decis. 226. nu. 1. p. 7. rec.*

Maximè si prout in casu in erectio-
3 ne Collegij, seù Capituli huiusmodi facultas eidem Capitulo statuta fuisset *Rot. p. 1. rec. decis. 71. nu. 4. & seqq. & decis. 133. n. 6. & seqq. & decis. 226. nu. 14. & seqq.*

Et concurreret etiam obseruantia,
4 & præscriptio acquisita per plures collationes ex longo tempore præstitas *Garz. de benef. p. 5. c. 4. nu. 75. & seqq. Roch. de cur. apud Lambertin. de iurepatro. sub cap. ipse, vel is nu. 56. Rot. in*
5 *nou. decis. 6. per tot.* & dum agitur de quadragenaria præscriptione hæc etiã sufficeret ad immutãdum anteriorem statum Ecclesiæ *Rot. p. 1. rec. dec. 163. n. 3. & decis. 133. n. 16. p. 7. rec.*

Nec valet Sereniss. Princeps se tueri aduersus capitulum priuilegio, quod sibi concessum iactatur; nam & si de eo nihil constet, cum id tamen allegetur impertitum post fundationem Ecclesiæ, & sic post ius capitulo
6 quæsitum, censetur gratiosum, & non onerosum, & per consequens reuocabile, immo & iam reuocatum ex con-
7 stitutionibus *Adriani VI. & Concil. Trid. Garz. de benef. p. 5. c. 9. nu. 113. vers. 5. notandum. Rot. coram Put. in antiq. edit. decis. 379. n. 5. lib. 2. & p. 4. diuers. decis. 564. n. 7. vers. praeterea.*

Quemadmodum obstare minus vi-
8 detur, quod aliquando facta fuerit electio non à toto capitulo, sed à minori parte; quia vbi fuit doctum quod cum minori parte ipsius capituli semper interuenerit eiusdem Præpositus, rectè seruatur facultas resides penes totum capitulum, si concurrente aliquo impedimento à solo Præposito exerceatur; prout videmus, quod non amittitur per non vsum ius conferendi exi-
9 stens penes Patronos, si eo quis illorum vtatur *Rot. coram Seraph. decis. 1021. nu. 4.*

Et in omnem casum cum hodie disceptetur de quasi possessione ad effe-
10 ctum manutentionis, & vltima electio facta fuerit à toto capitulo sufficit vltimus

timus status cum effectu *Rot. & per eam alleg. in Gerunden. beneficij 28. Iunij 1662. coram Reuerendiss. Tata.*

Quoad secundum attinet dubium,
11 dico quod electus, seu præsentatus pendente appellatione, vel termino ad appellandum, non potest capere possessionem sine vitio attentatorum: quatenus tamen electio fiat iudicaliter,
12 parte contradicente, & per sententiam definitiuam; quia cum ab huiusmodi iudiciali electione detur appellatio suspēsiua, inde sequitur, quod possessio capta infra decennium post interpositam appellationem non excusetur ab attentatis: secus est si electio fiat extraiudicialiter, quia cum nō detur eo casu appellatio suspensiua cōsequens est, quod possessionis apprehensio attentatis non subiaceat. Ita distingunt *DD. & signanter Lambert. de Iurepatr. lib. 2. p. 2. t. 5. quæst. 11. nu. 1. & 2. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 12 limit. 49. per tot. & indiuidualiter n. 4 & 5. Rot. coram S. M. Greg. XV. & ibi Add. decis. 151. n. 4. & 14. & p. 5. rec. decis. 197. n. 1. cum alijs relatis in Vasionen. Vicariæ 28. Iunij 1660. coram Reuerendiss. Cerro §. quo enim ad attentata.*

Quoad tertium. Qualitas Sacerdo-
13 talis in electo debet concurrere de tēpore eius electionis, quia huiusmodi qualitas demandatur à fundamentali Statuto ipsius Ecclesiæ, per verba respicientia actum eiusdemmet electionis, vt post *decis. 871. n. 1. 6. & 7. coram Seraph.* latè dixit *Rot. in causa nullius, seu Montis Alti Iurispatr. 15. Iunij 1654. §. ad secundum obiectum coram bo. me. Dunoz.* nec repugnant *decis. 108. nu. 15. coram S. M. Greg. vbi*
14 *Add. & 825. coram Merlin.* quia ibi Testator iusserat eligi Capellanum, qui Missas celebraret, quod vtiq; præstare valeat per alium donec ad sacrificia idoneus euaderet; at in præsenti casu qualitas Sacerdotalis precisè exquisita fuit ad actum electionis.

Ad quartum assero, quod amissa in
15 Bello iniusto semper pertinent ad Dominum amittentem, & in eis locum habet ius postliminij. *Bolognet. in l. 1. n. 44. & seqq. ff. de acq. possess. Angel. cons. 367. n. 7.*

Vnde infertur quoad Iurisdictio-
16 nem preficiendi Episcopos Ecclesijs durare facultatem, seu priuilegium, quamuis Ciuitates ob hostibus captæ fuerint, & possessę; Et patet etiam exemplo Ecclesiæ Auricensis, cui licèt Vrbs ab heretico Principe sit possessa preficitur tamen Episcopus ad propositionem Christianissimi Galliarum Regis: Quod pretendit etiam
18 Serenissimus Sabaudię Dux in Ciuitatibus ab Helueticis occupatis; & omissa quæstione, an huiusmodi post-
19 liminij fictio intret super iure, vel potiùs super facto, an super vtroq; vt voluit *Bart. in l. si is qui pro emptore n. 1*

Certissimum est quod fictio post-
20 liminij, legis Corneliæ, & quælibet alia hoc potissimùm operatur, vt quis omnia recuperet, & in pristinum statum reponatur *l. postliminij, & l. postliminium in princ. ff. de capt., & postlim. reuers.*

Ad quintum, verissimum est in iure,
21 quod Procurator Dominus litis effectus non potest finita prima instantia
22 causam prosequi in alio iudicio v. g. appellationis, nisi id expressum fuerit in mandato; quia videtur Dominus in-

23 instantię potiùs, quàm causę, vt dixit *Rota coram Achill. de Graff. decis.*
24 *13. n. 2. de Procurat.* ita quod teneatur appellare pro suo principali, sed
25 appellationem prosequi nequeat; cũ appellatio non sit de appendicibus primæ instantię *Bald. in l. inuitus q. 3. n. 6. in fin. C. de Procurat. Io: Ferrar. de appellat. lib. 5. c. 1. T. 5. n. 113.*; sed lata sententia, in qua fuit constitutus Procurator dicitur expressè Mã-
26 datum, *tex. in d. l. inuitus, & ibi gloss. Rot. coram Mohed. decis. 6. alias 126. n. 1. de procurat.*

Prædicta tamen non procedunt si in mandato adsit, prout adest in casu,
27 clausula *releuans, &c.* quę cum operetur satisdationem de iudicio sistendo facit, vt censeatur factus Dominus totius litis, non autem solius instantię, *Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 62. n. 8. Rot. in Fauent. fideiussionis, seù liberationis à molestijs 11. Iulij 1650.* §. *quæ verò*, vbi de prædicta clausula
28 *releuans*, & de alijs *coram quibusuis Iudicibus comparendum, iura defendendum &c.*

Ad sextum, & vltimum, in quo
29 quæritur quando, & per quos actus Procurator dicatur effectus dominus litis, ita vt mortuo principali possit iudicium prosequi absq; alio mandato
30 *ad l. nulla dubitatio C. de Procurat. Rot. coram Seraph. decis. 1188. nu. 2. & in rec. p. 4. t. 2. decis. 132. n. 11.*

Respondeo, quod in causis ordi-
31 narijs, & in quibus lis contestatur efficitur Dominus litis per ipsius litis contestationem, vt est *tex. expressus in l. procuratoribus, & in dicta l. nulla vbi bona glos. Bart. Bald. & Alex. & alij, C. de procurat. Rot. coram Buratt. decis. 42. et testatur in prax. Rodulph. p. 1. cap. 3. num. 48.*

In causis verò, in quibus lis non contestatur efficitur dominus litis, per primum actum respicientem merita causæ, *Alex. in dicta l. nulla*, vbi *Salycet.* vult per primum actum post litem contestatam à Domino.

Et monere non omitto, quod ad
32 effectum, quod in Procuratore Domino litis effecto, continuetur mandatum, requiritur primo, quod principalis defuncti adsit hæres, alias fingi nequit huiusmodi mandati continuatio, vt habetur *per Scribentes in dicta l. nulla.*

Secundò, quod sententia concipiatur in faciem ipsius Procuratoris, vti procuratoris hæreditatis; non verò in faciem domini defuncti. vt *Alex. & alij in dicta l. nulla.* Tertiò, quod ad reliquos actus citetur ipse procurator, non verò dominus *l. procuratoribus C. de Procur. Card. Tusch. L. P. concl. 833 n. 13. 17. 18. & seqq.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Principis rescriptum temperate est intelligendum. Propositum in mente Principis maturè conceptum non debet sine causa præsumi mutatum. Verba locum præsignantia quomodo sint intelligenda. Rescriptum Principis est intelligendum ad sensum supplicantis, & iuxta supplicata. Rescripta Principis sunt ex conuenientijs interpretanda, & inter se conciliandia.

SVMMARIVM.

1 Gratiam, quam Princeps maturè concessit, non præsumitur velle minuere, vel reuocare.
2 Gratia Principis, & Priuilegium ita est interpre-

tan-

tandum, vt inutile non reddatur, aut voti vacuū.

3 Prima gratia non tollitur per secundam, nisi vbi fuit expresè dictum.

4 Sed secunda gratia ita est intelligenda, vt primæ compatiatur, & eidem in aliquo nō præiudicet.

5 Rescripta Principis sunt exequenda eo modo, quo vtriq; parti prodest, & cohæret intentioni eiusdem Principis.

6 Dispositio cessat, vbi deficit causa finalis, & impellens.

7 Modus non est curandus, vbi obtinetur effectus.

8 Aquæ minima subtractio in molibus mouendis quid operetur?

9 Verba, quæ non stant circumscriptiuè, sed definitiuè, non determinant locum loci, sed loci spatium.

10 Anima vtiq; est in corpore non circumscriptiuè, ac si existeret solùm, vel in cerebro, vel in corde, vel in alia parte; sed definitiuè tota scilicet in toto corpore, & tota in qualibet parte ipsius.

11 Concessio Principis, quando non sit libera, sed Conditionalis, & à circumstantijs conuenientis, & congrui dependens.

12 Rescriptum Principis declaratur ad sensum petitionis eidem porrectæ.

13 Debetq; intelligi in omnibus iuxta supplicata.

14 Gratia Principis intelligitur concessa, quatenus tertio, cui prius eamdem concesserat non præiudicet.

15 De iure videtur fieri quod fit ex priuilegio.

16 Priuilegium, vt ast concessum dicitur de Iure, nō autem contra Ius.

17 Dominium allegari nequit, vbi seruitus præexistit.

18 Opus Reipublicæ perutile non sine maxima causa tolli potest.

RATIOCINIVM LXVIII.

LEVANTINA PRIVILEGII, SEV VSVS AQVARVM.



Llustrissime Domine: Vulgatissimum Adaggium est, quod habent sua sydera lites; at si D. N. N. sagacissimos litigandi modos perpendamus haud minori veritatis constantia pronunciare possumus, quod habent etiam sua stratagemmata lites.

His igitur, ne optimis iuribus M. N.N. aliqua fiat ciuilis circumuentio, d luculò adstabimus, & citationi ad videndum mandari executioni rescriptum Senatus Serenissimi eam, quæ sequetur, dabimus responsionem, cū præannotatione tenoris eiusdem rescripti cōditi anno 1664. die 12. Nouembris, quod supplicante dicta D. N. N. præscribi Illustriss. D. tuæ, vt auditis denuò partibus, facias illam declarationem, quæ tibi magis conuenire videbitur circa portionē aquæ in supplici libello memoratæ, & magis congruere menti Serenissimi Senatus, mandat Tibi, quod auditis partibus dictæ D. N.N. supplicanti illam portionem aquæ statuas, quam duxeris conuenire,

Fatemur itaq; dignum verè, & iustum esse, quod Senatus Serenissimi decretum paratam sortiatur executionem, & nomine MM. Fratrum Massola exactissima recolatur obseruantia: moderatè tamen esse intelligendum, & illa mentis discretione, quæ omnem iustificat actionem, omnemq; perficit virtutem, quaq; Serenissimus Princeps suos regit populos, sua iura decernit, suasq; supplicibus gratias laudabili benignitate dispensat.

Dicimus è conuerso rem esse seuerissimam, ac serico Aedificio dicti M. N. damni, ac præiudicij intolerabilis, quatenus executio dicti decreti prætendatur in ijs terminis, quos dicto M. N.N. non audito anno 1662. die 16. Octobris declarauit M. Iulianus Caneuarius, tum temporis Iullustriss. D. T. prædecessór, nedum propter aquarum quantitatem, causæ opportunitatem excedentem, sed etiam propter loci, & modi circumstantias, sub quibus dictæ D.N. N. adsignari voluit, & quæ sanè negotium dicti ædificij, rēq; ipsam exterminarent statim, ac exequerentur.

Hoc ideò huiusmodi aio, petitionem

nem iustam esse non posse, nec colligere conuenientissimę intentioni, ac rectissimæ menti Serenifs. Senatus; qui cum antea tanta suæ bonitatis effusione, tantaq; suæ benignitatis, ac protectionis adsistentia dicto M.N. indulserit omnem aquam, quæ vulgò dicitur *del stagno* in vsum, & commodum dicti Serici ædificij, nuperrimè hic more Bononiensi per dictum M. N. & nunc q. M. Augustinum eius patrem erecti, credibile non est, quod ex concessione tenuissima portionis eidem D. NN. exhibitæ de consenetiam dicti M. N. qui sponte in causam irrigandi dumtaxat viridariolum eiusdem D. N. N. vrbanitatis ergò eamdem obtulerat, voluerit quam tanta maturitate, & prudentia, tan-
1 taq; causæ cognitione statuerat gratiã, aut minuere, aut reuocare. Cuius probabilitatis, & conuenientiæ argumentũ, & si per se clarum satis, & manifestum sit, ex pluribus tamen deduci potest, & vel ex eo potissimũ, quod
2 Principis gratia, & Priuilegium, ita semper interpretari debeat, vt inutile non reddatur, & voti vacuum *C. si Papa de priuil. in 6. C. cum dilectus de consuetudine Parif. conf. 12. nu. 183. lib. 2. Rot. coram Caes. de Graff. decis. 8. de re iudic., & coram Crescent. decis. 4. de testib. cum alijs per eamdem relatis decis. 424. n. 5. p. 4. rec.*; vel
3 etiam ex eo quod cum prima gratia, & Primum Priuilegium præsumptiuè non tollatur, nec reuocetur per secundum, nisi vbi à Principe expressè dictum fuisset, ita et taliter fuisse concessum secundum debet intelligi, vt cum primo se compatiatur, & illi in aliquo
4 non noceat, aut præiudicet *l. decurionibus vbi etiam gloss. in ver. pragmatica C. de Silentiarijs lib. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 6., præsumpt. 40. n. 1. & seqq., Suarez. allegat. 28. n. 9. Castill. de tertijs reg. c. 36. tom. 7. n. 29. quem sequitur Rot. p. 8. rec. decis. 47. n. 15.*

Consentaneum è contra, & Prin-
5 cipis Serenissimi intentioni maximè congruum, dicto q. ædificio nullius detrimenti futurum fore dicimus, si ex aqua, quæ profluit à Rotis, vt vulgò nuncupatur, *Filatorij* eiusdem ædificij, postquam in eo suo necesario functa est munere, illa statueretur portio ex viridario MM. Fratrum Massola, quæ sufficeret ad irrigandum viridarium dictæ M. Mariæ.

Nec enim ad effectum huiusmodi irrigationis opus est, quod aqua continuò in hanc causam profluat, cum sufficiat eam subministrari identidem suis opportunis temporibus; quoniam cum finalis causa concessionis fuerit indigentia, quam habere quandoque
6 poterat viridarium dictæ D. NN. cōcessio cessat, vbi cessat indigentia, quæ fuit causa impellens, vt habetur *in C. ex parte, il primo, de Decimis vbi Anchar. n. 2., & Abb. n. 3.*

Dicimus etiam dictæ D. Marchionisæ æquè inseruire posse aquam, quæ è Rotis Varicorum dicti ædificij superest: cum sit dicto eius viridario in æquali propinquitate, & pari contiguitate, ac pendentia, & propterea parui ipsa facere debet, vtrũm aquam
7 pro dicto viridario habeat ante, vel postquam sua gesserit munera in dicto filiatorio, modum, seu medium nimè æstimans, dummodò effectum obtineat.

E conuerso omnis paruæ ratæ ademptio, omnisq; vnciæ diminutio dictæ aquæ factæ, antequam per eiusdem ductum, seu alueum efferatur ad Rotas, quæ motum excipiunt, & exindè præstant authomatis, & versatilibus tro-
8 chleis dicti Filatorij, tantæ rei est, vt aquæ illam vim detrahat, illamque impellentiam restinguat, & adimat, quam necessariò habere debet ad euoluendas dicti Aedificij moles, itaut per subtractionem minimæ vnciæ, proportionabilis deficiat aquarum vigor, maneantq; Rotæ, & moles absq; motu, & exercitio operi dicti AEdificij necessariò.

Neq; in aliquo obesse possunt verba primi Decreti, videlicèt *ex viridario DD. Massola contiguo illi dictæ D. Marchionissæ*, vtpotè quæ videntur præcisè denotare situm, ex quo statuenda, & ad signanda sit aquæ portio dictæ D. N.

Quia prædicta verba non stant cir-
9 cumscriptiuè in memorato primo Decreto, sed definitiuè; hoc est non circumscribunt vbicationem præcisam, & peculiarem loci superficiem, prædeterminantia loci locum; sed definiunt potius loci spatium, nequaquam specificantia vnam partem potiùs, quã aliam; dum tamen è loco definito subministretur, idest ex viridario; eodem
10 ferè modo quo anima vtiq; est in corpore, non tamen circumscriptiuè, existens solùm vel in cerebro, vel in corde, vel in alia parte, sed definitiuè manens in toto corpore, tota in toto, & tota in qualibet parte. Itaque modò non adsignetur aqua, media via, vel medio aquæductu, per quem ad ædificium transit, neq; ex ore ipsius aquæductus finitimo, & contermino littori maris, sed detur ex vna parte viridarij contigui viridario dictæ M. D. N. sẽper verificabuntur verba prædicta, nẽpè *ex viridario DD. Fratrum Massola contiguo viridario dictæ D. Marchionissæ.*

Verum enim verò huiusmodi scrupulus, nedum ex hactenus dictis, sed etiam ex tenore Decreti eiusdem Serenis. Senatus supradicta die 12. Nouembris conditi omninò videtur esse eliminandus. In eo siquidem nullus amplius sermo fit de loco; sed dumtaxat mandatur Illustrissimo D. Capineo, quod auditis partibus illam aquę ratam statuat, quam conuenire iudicauerit. Hinc manifestè dignoscitur quod inter terminos æquitatis, Principe dignæ clementissimo conferatur facultas vtiq; declarandi portionem, sed *conuenientem*: & hoc respicit aquę quantitatem, cuius indigere possit viridarium arbitrio dicti Illustrissimi D. Capitanei, insuper, *& magis* (verba sunt, pro vt prædicta ipsius supplicis libelli) *congruam menti DD. V V. Serenissimar.* & hoc aliud connotat conderationem tenendam respectu modi, & formæ, quæ magis cohereat Serenissimi Senatus intentioni.

11 Ex quibus clarè arguitur concessionem factam dictæ D. N. verè non esse liberam, & absolutam, sed conditionalem pendentem, scilicet à circumstantijs conuenientis, & congrui, quæ expressæ in precibus dictæ D. N. dedent de iure intelligi repetitæ in præmemorato Rescripto, dum hoc non
12 solùm declaratur ad sensum petitionis, ipsi Principi porrectæ *Cephal. cõs. 77. n. 36. Crauett. cons. 231. n. 12. Rot.* coram

*coram Caualer.decis.*117.*n.*4.*&* 5.*&* *p.*9.*rec.decis.*8.*n.*20., sed in omnibus
13 intelligi debet iuxta supplicata *l. si defensor* §. *qui interrogatus ff. de interr. act. Cacher. decis.* 23. *n.* 44. *cum alijs innumeris per Pereg. cons.*15.*n.*9.*li.*3.

Qua propter prætensa aquæ adsignatio non solum in quantitate debet conuenire qualitati viridarij, eiusque vsui; sed insuper in eadem quantitate, tempore, loco, & modo ita esse debet congrua indigentiæ, & commoditati prædicti ædificij, & Serenis. Principis menti attemperata, vt tertio, cui iam Princeps eamdem concesserat, & cui præiudicare noluisse præsumitur, præ
14 iudicium non inferatur *Rot. apud Cesar. de Graff. decis.* 9. *aliàs* 3. *de præscript. nu.* 1. *&* *seqq.* *&* *est decis.*358. *p.*1. *diuer. alleg. cum alijs in Baren. benef.*1659.*die* 2.*Maij coram Reuerendiss. Taia* §. *nam cum in precibus ead. Rot. coram Seraph. decis.*1082.*&* *p.*4. *rec. decis.*607.*n.*4. *&* 5. adde *Bald. in l. liberos C. de collat.* vbi quod id, quod fit per Principis priuilegium idem operatur, ac si esset de iure communi, quia priuilegium vbi est concessum dicitur de iure, & non amplius contra
16 ius *Rot. p.*8.*rec. decis.*239.*nu.*20.

Nec mouet, quod aqua ante concessionem à Senatu Serenis. factam DD. Massola transiret prope viridarium, seù per medium ipsius; quia cū hoc actum fuerit ex capite seruitutis impositæ olim D. Io: Baptistæ Bogiano q. Antonij, Domino dicti Viridarij, & Auctori dictæ D. Marchionissæ per Illustris. D. Nicolaum de Auria commissarium electum à præfato Serenis. Senatu super aquæductu, tunc temporis constructo in reparationem dictæ aquæ, vt patet ex instrumento quitationis pretij habiti pro assumenda dicta seruitute, cōfecto anno 1613. die 28. Aprilis, & recepto per D. Bernardum Cassanam Notarium, dominium allegari nequit, vbi seruitus pre-
17 existit *l. qui in seruitute ff. de reg. iur. l. vti frui ff. si vsusfr. pet.*

Cum itaque, vt iam diximus, nec congruum sit, nec probabile, nec demum credibile Serenis. Senatum, vt
18 dictæ D. Marchionissæ gratificaretur in re ita parui momenti, cuiusmodi arbitrari potest vsus prædictæ aquæ in causam irrigandi dictum viridarium, voluisse priuilegium, & gratiam, quam priùs dicto M. N. cum tanta suæ benignitatis oppignoratione contulerat omnino tollere, & abrogare, permittereque recens hoc opus, sua sub paterna protectione è Ciuitate Bononiæ manifestissimis periculis Auctorum, & operariorum traductum, & primùm in Serenis. Ianuense Dominium à dicto M. N. tot suis laboribus inductum, & cum dispendio, ac sumptu ita ingenti, vt omnium superet opinionem, ac iudicium, hoc, inquam, opus, ac ædificium, quod magnifico, atque insigni oppido Leuanti tantæ vtilitatis existit, nedum propter familiarum numerum, quæ in eo operantes annuum certum, & quotidianum victum sibi comparant, sed etiam propter commodum, & leuamen, quod *Burgo*, vt vocant *stagni* promanat, ex corriuatione huiusmodi aquæ ad hoc ædificium, quæ propterea stagnare desistit, aeremq; grauiorem efficere, intraque domos, tabernas, & ædes latius exundare; ædificium, repeto, quod considerabilia beneficia pollicetur non so-

lum Illustriss. S. Georgij comperis, verum etiam cunctis Dominorum Sericariorum officinis, ac negotijs, tum propter exemplum, & causam, quæ plures ad aliorum erectionem, & propagationem excitare potest, tum etiam propter elegantiam, & promptitudinem sericorum, quæ in eo mirabiliter elaborantur, & quibus panni serici elegantiores, ac perfectiores contexi poterunt, ac maiori celeritate, intermittat, euanescat, deficiat, neq; amplius in sericis aptandis exerceatur, ex sola causa ademptionis aquæ ad effectum irrigandi viridariolum, infructuosum, & tenue; quandoquidem indigentijs eius æstiuo maximè tempore satis, superq; tres aquarum putei, qui in eo sunt, occurrere possint, & tamdiù antea vixerit sine hac aqua: multo magis, quando eidem D. N. æquè bene prouisum foret, postquam aqua suo munere super Rotas memorati ædificij functa fuerit.

At quid plura necto? iam calamo parcendum, & sumptibus; finem liti nuper dedit idem Serenis. Senatus, & iustitiæ lancem stitit; precibus enim à dicto M. N. porrectis exoratus, vt audio, benignissimus, & iustissimus Princeps, quatenus dignaretur ab huiusmodi molestijs sibi à dicta D. Marchionissa, supradicta de causa illatis eũ eripere, mandando præfato Illustriss. D. Capitaneo, vt præuia expeditione præsentis causæ statuat dictæ D. N. postquam aqua obierit Varegorum munera, illam portionem quam duxerit conuenire; modo tamen quoad locum, quantitatem, & tempus, dicto ædificio minimè præiudicetur, & illarum cursus gratiarum non immoretur, quas idem Serenissimus tanta sui Regia munificẽtia exprompsit in gratiam operis tanta consideratione digni suo decreto condito anno 1665. die 17. Aprilis, & recepto per M. Horatium Grittam vnum ex MM. à Secretis *concessit, & decreuit* (verba sunt, & tenor dicti Decreti) *in omnibus iuxta supplicata, cum clausula, vel non citatis citandis &c.*

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

CLericus an renunciare possit Foro? An renunciatio facta iuri futuro comprehendat etiam iura, quæ habent esse à causa de præterito, vel quæ habitura sunt esse à causa de futuro? Renunciatio facta fauore agnatorum, an extendatur ad cognatos? Actio, iudicium, causa, instantia, & lis quomodo differant? Res iudicata an habeat locum, vbi pars ea non vtatur.

ARGVMENTVM.

1 Renũciare quilibet potest fauori pro se introducto
2 Regressus ad iura renunciata æquè, ac à priuatione ad habitum non datur.
3 *Lim* si Renunciatarius decedat ab intestato.
4 Estque iuris præsumptio quoties renunciatarius intestatus decedit.
5 Secus si testatus.
6 *Lim.* etiam præfatam regulam, si renunciatio fiat à Clerico, & fauori mixto.
7 Priuilegium fori dicitur fauor mixtus latus in cõmune bonum totius militiæ clericalis.
8 Renunciatio, & si iurata non valet, quando respicit præiudicium publicæ vtilitatis.
9 Repudiatio tacita præsumitur iuris per renunciationem quæsiti, vbi acquirens eo non vtitur data vtendi occasione.
10 Renunciatio futurorum iurium quænam capiat?
11 Consensus non porrigitur ad incognita.
12 Donatio iuris futuri ex fideicommisso conditionali quomodò valeat.
13 Renunciatio verbis generalibus concepta cedit etiam iuribus futuris ex causa de futuro.
14 Renunciatio iuribus spectantibus de præsenti, præterito, & futuro, ab intestato, vel ex testamento, & ex quacumque causa dicitur amplissima, & omnia iura capit.
15 Renunciatio amplissimè concepta ad fauorem patris, & fratrum, non comprehendit iura cognatorum.
16 Extende etiam si præcisè renunciatum fuisset successioni ab intestato.

17 *Rot.*

17 *Rot. Rom.* Doctrina non contradicit, sed debet intelligi in sensu composito.
18 Decisiones *Rot Rom.* faciunt opinionem communem, & magnæ sunt authoritatis.
19 Parui tamen sunt pendendæ, quando nutant, & sunt incertæ.
20 Renunciatio facta contemplatione agnatorum nequit extendi ad cognatos, cum habeat in se tacitam conditionem, modo aliquis agnatorum superuiuat.
21 *Ampl* etiam si verba in alia materia sint apta totum comprehendere.
22 Dictio *quomodocumque* extenditur solum ad ea, quæ sunt eiusdem generis, includitque omnes modos, sed respectu tantum expressorum,
23 Renunciationis natura est, vt verba, quæ in aliquo sanum habent intellectum non trahantur ad ea, quæ magis latè apta sunt renuncianti præiudicare.
24 Renunciatio litis non est renunciatio rei in litem deductæ.
25 Actio, iudicium, causa, instantia, & lis, & si videantur synonima, tamen inter se notabilitèr differunt.
26 Actio, & iudicium etiamsi videantur conuenire in definitione, quod scilicet sint ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur, differunt tamen tamquam actus primus, & actus secundus, actus signatus, & actus exercitus.
27 Iudicium est experimentum actionis.
28 Causa, & instantia inter se sunt diuersa.
29 Causa est litis contestatio, & libelli, probationisq; hinc inde facta constructio.
30 Instantia est spiritus causæ, vt quæ tempore viuit, quo pereunte, & ipsa quoque emoritur.
31 Lis videtur esse aggregatum omnium prædictorum, & totius negotij substantia
32 Liti, qui renunciat, an renunciet solum rumotibus, & laboribus litis, an verò quæstioni, & importantiæ litis.
33 Pactum de quota litis in quid sonet?
34 Renunciatio facta liti, vel instantiæ non prohibet quemque iterum experiri ius suum.
35 *Lim.* vbi fieret renunciatio liti, & instantiæ copulatiuè.
36 Terminorũ predictorũ differentias ponit *Marant.*
37 Renunciare quilibet potest liti, & actioni; instantiæ verò nemo.
38 DD. in contrarium loquentes quomodo sint intelligendi.
39 Res iudicata statutaria semper habet conditionem, quatenus obtinens ea velit vti.
40 Rei iudicatæ renunciatur, qui eam non excipit, sed patitur ad vlteriora procedi.
41 Ad effectum prædictum non sufficit, quod producantur in iudicio res iudicatæ, sed de eis expressè excipiendum.



RATIOCINIVM LXIX.

SAVONENSIS RENVNCIATIONIS.



Erenifs. Dñi. Causa ista, cuius hypothesim iam suppono ex ingenua informatione D. in facto scribentis, plura quidem, & varia quęstionum continet capita, quę si forent singula pertractanda more Doctorum inter se se disceptantium, integrum sanè sermociniorum volumen exposcerent. Ego ne ab humili, quod immutabile profiteor erga Serenissimas DD. VV. desistam obsequio, omnia medullitùs attingam, superflua vtique resecans, non ita tamen breuitati parcens, vt obscurus fiam, dum *breuis esse laboro*.

1 Verissima est iuris conclusio, quod quilibet renunciare potest iuri pro se introducto *l. si quis in conscribendo C. de pactis l. quod fauore C. de ll.* & quod ad iura renunciata æquè, ac à priuatione ad habitum nullus datur regressus
2 *Aym. cons. 160. nu. 1. Guttierez in repet. c. quamuis pactum nu. 3. de pact. in 6. Rot. decis. 587. n. 10. p. 1. & p. 5. rec. decis. 125. n. 16. & in Ariminen. successionis 20. Ianuarij 1654. coram bo. me. Bichio in princ. & coram Illustriss. & Reuerendiss. Meltio Episcopo Papien. in Rom. successionis 12. Ianuarij 1660. quæ est inter hic impress. decis. 64. nu.* 3. saluo, si renunciatarius decedat ab intestato; quia dum non su-
3 perest persona, cui adhæreat renunciatio, perinde est, ac si prædicatum careret subiecto, sine quo stare nequit; &
4 proinde iura ab initio præsumuntur in renunciante voluntatem abdicandi in huiusmodi casum iura renunciata ab ipso

ipso renunciatario, quamuis secùs
5 sit, vbi renunciatarius testatus decessit *Bald.cons.437.n.2.vers.incontrarium videtur lib.1.Cancer. var. resol. t.3. c.15.n.seqq. cum alijs congestis in supracit.Ariminen.§.neq; obstat.*

6 Fallunt nihilominus prędicta in casu nostro; quia renunciatio facta fuit à clerico, & fauori mixto, qui scilicet respiciēs fori Ecclesiastici priuilegium
7 non solum videtur latus in eius priuatam vtilitatem, sed etiam in commune totius Ecclesiasticæ militiæ bonum, & beneficium *c.si diligenti de for.compet. Castren.cons.259.antè n.6. lib.1. cum alijs per Rot. decis.456. nu.8. p.5.rec.*
8 nulla etiam habita consideratione ad iuramentũ, quando dignoscitur emissum super renunciatione, vtilitatem publicam abrogante *Gratian. discept. for.cap.31.nu.23.* Præterea cum aliàs fuerit coram Ecclesiastico conuentus, hac eadem de causa intrat repudiationis tacitæ præsumptio, quæ semper locum habet, vbi quis adueniente casu iure sibi per renunciationem prouiso
9 non vtitur *l. si ea C. qui accusare non possint l.sed si vnus §.si antè ff.de iniurijs Socin. cons.64. in causa vertente n.7.Caldas.de renouat.emphit.lib.1.q.5. num.12.in fin.*

Et hæc sint dicta de renunciatione Clerici, quoad forum. Quod attinet ad rem, & materiam renunciationis non ignoro, quod renunciatio futuro-
10 rum iurium capit solum futura, quæ habent causam de præterito, non verò de futuro; quia cum hæc tempore renunciationis ignorentur competere, renunciatio nequit subsistere ex defectu consensus, qui ad incognita non
11 porrigitur *l. mater decedens, & ibi Bart. nu.4.ff. de inoff. testam. Decian. cons.3.num.123. Gabriel.de fideicommissis conclus.1. nu.2. Surd. cons.308. nu.3. Altogr.cons.8. nu.15. lib.2. Fusar.de substit.quæst.593. n.91. & 98. Cyriac.contr.292. nu.8. Osasch. decis.75.nu.5.Rot.coram Burat. decis.281. nu.5.coram Seraph.decis.277. n.4. & p.4.rec.decis.420. num.2. & p.5. t.2. decis.480.num.7.*

Vnde non valeret donatio iuris fu-
12 turi ex fideicommisso conditionali, etiam quod concepta esset per verba tendentia in futurum, vt quæ obesse non possit iuri superuenienti ex noua causa, sed vtique iuri futuro, sed vel ex causa de præterito, vel ex causa de præsenti *Bart. in l. 1. ff. de post.* quem refert, & sequitur *Mangil. de euict. quæst. 152. nu.30. & seqq.*; limitationem darem tamen, & sequerer in iu-
13 dicando, quando verba amplè, & generaliter concepta contrarium suaderent; si enim, vt in nostro casu dictum fuisset *omnibus, & quibuscumq; iuribus tàm spectantibus, & pertinentibus, quam quæ in futurum spectabunt*, tunc clari iuris est renunciationem porrigere etiam ad futura habentia causam de futuro: idem dicendum foret, si renunciatio prout hic, niteretur verbis,
14 *& alijs quibuscumque bonis, & iuribus, quæ sibi tangere, & competere poterunt de præterito, de præsenti, & de futuro, ex testamento, vel ab intestato, & ex quocumque alio titulo, iure, & causa Gratian. discept. 568. nu. 28. Ciarlin. contr. 86. nu. 22. lib.1. Mastrill.decis.65. nu. 10. Rot. post Gilianum ad Stat. Perus. decis.95. nu.3. & decis.96. nu.5. & p.5. rec. decis.141. nu.3. Addens ad Burat. decis.310. L. B.Rub.*

D. Rub. in addit. ad decis. 523. num. 8. & 9. p. 4. rec. t. 3.

Venio ad renunciationem factam Patri de paterna hæreditate, & postmodum fratribus de eorum hæreditate à sororibus in ipso Religionis ingressu: & de hac constanter assero non percutere earum successionem ab intestato, fauere cognatorum, sed dum-
15 taxat excludere easdem in iuribus, & hæreditatibus agnatorum, non obstante quod amplissimè fuerit concepta ad fauorem patris, & fratrum. Subscribunt huic sententiæ innumeri, & signanter *Bald. ex gratia videndus cons. 437. n. 2. ad med. verf. in contra-*
16 *rium*, vbi absolutè idem tenet, etiam quando fuisset renunciatum præcisè successioni ab intestato *Bertran. cons. 169. lib. 3. in princ. Francisc. à Ponte cons. 39. nu. 12. Altograd. cons. 43. nu. 60. lib. 2. latè Cancer. var. p. 3. c. 15. ex nu. 24. vsque ad 34. Tonnutus disput. p. 3. c. 142. nu. 18. Lanar. cons. 49. per totum Couar. pract. p. 3. c. 3. nu. 4. in 9. casu, Sanchez ad Decalogum lib. 7. c. 7. Marin. resolut. 189. nu. 23. lib. 2. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæst. 92. nu. 36. & seqq. alter Molin. de iust. & iur. t. 2. disput. 579. nu. 19. verf. dixi regulariter Baraj. de succeß. lib. 1. tit. 1. nu. 28. Cirochus discept. 58. n. 38. & seqq. Rot. p. 5. rec. t. 2. decis. 543. ex nu. 34. vsq; ad numerum 43. & coram Eminentiss. D. meo Ottobono decis. 10. nu. 12. & seqq.*

Nec obstare videntur allegata per *Rot. coram dicto Eminentiss. dicta decis. 10. nu. 11. & in Ariminen. successionis die 2. Ianuarij 1654. & 26. Maij 1655. coram bo. me. Bichio, & coram Reuerendiss. D. Beuilaqua 1-*
7. Aprilis 1658. quia fuit opposita renunciatio etiam ab intestato hæreditati, de qua agebatur; Et in hoc resolutiones explicitè fundantur, vt in dicta *Ariminen. §. secundò, quod fuit*; & quibus alioquin contradicere non auderem, propter magnam, quam toto in orbe terrarum, & in legali nostro
18 oceano præseferunt authoritatem, cū faciant opinionem communem *Garz. de benef. p. 2. c. 1. n. 50. Ciarlin. contr. 8 nu. 28. & 35. p. 1. Fulgin. de iur. emphit. tit. de contract. quæst. 8. n. 11.* licèt aliquando nihil sint pendendæ, vbi videntur incertæ, vbi nutent, & priuati potius speciem, & opinionem, quàm
19 Sac. Rot. præseferant decisionem, vt eadem *Rot. coram Pen. in Venet. impress. decis. 5. in fin. dixit ad quamdam Put. dec. 149. quæ in correct. est d. 145.*

Immo cum ex *Honded. cons. 29. n. 107. lib. 1. Surd. cons. 431. n. 32. & alijs in dicta Ariminen. successionis allegatis, nec non ex ipsamet decisione;*
20 definiatur quod renunciatio contemplatione agnationis facta habeat in se conditionem tacitam, modò scilicet aliquis de agnatione superuiuat, nequit extendi ad cognatos, vel extraneos in renunciatione minimè comprehensos.

Quæ veniunt amplianda, etiamsi
21 verba in alia materia sint ampla, aptaque totum comprehendere *Cancer. var. p. 3. cap. 15. n. 238. & seqq. & post Paris. Dec. & Natt. Rot. rec. p. 6. decis. 543. nu. 26. ex gratia viden.* sicque dic-
22 ctio *quomodocumque* extenditur dumtaxat ad ea, quæ sunt eiusdem generis, & includit quidem omnes modos, sed respectu tantum expressorum *Ramo cons. 68. nu. 11. lib. 4.* & dictio *qualiter-*

tercunq; restringi debet, ad ea, de quibus dictũ fuit *Men. conf.* 1099. *n.* 22.

Et ratio formalis est, quia natura renunciationis est, quod verba, quæ in
23 aliquo sanum habent intellectum nõ trahantur ad ea, quæ magis latè, sunt apta præiudicare renuncianti *l. si do-mus ff. de seruit. Vrban. præd. l. emptor §. Ancilla ff. de rei vindic. l. non omnis ff. si cert. pet. cum alijs per Cirocbum. discept. 74. nu. 9. ad fin. Ciriac. contr. 474. n. 9. Rot. coram Duran. decis. 268 nu. 10. & decis. 385. nu. 3. & p. 5. rec. t. 2. decis. 543. per tot. & signanter nu. 29. & p. 6. decis. 167. n. 21. & 22.*

Hinc optimè dixit *Olea de cess. iur.*
24 *tit. 6. quæst. 7. nu. 14.* quod renunciare liti non est renunciare rei in litem deductæ; nam licet hæc, *actio, iudi-*
25 *cium, causa, instantia, & lis,* videantur synonima, & idem importare; in iure tamen inter se se notabiliter differunt; siquidem actio, & iudicium, etsi videantur sibi aptare posse iuris illam
26 definitionem, quod nempè vtrumq; sit ius prosequendi in iudicio, quod sibi debetur *l. nihil aliud 50. ff. de verb. oblig. instit. de act. in princ.* attamen differunt inter se, tamquam actus primus, & actus secundus, actus signatus, & actus exercitus; *iudicium*
27 enim est experimentum *actionis*.

Rursus *causa*, & *instantia* diuersa
28 inter se sunt; etenim *causa* est litis contestatio, & libelli, probationisque
29 hinc indè facta constructio; *instantia* verò est spiritus *causæ*, quippè quæ tempore viuit, quo pereunte, & ipsa
30 quoque emoritur; *lis* autem, etsi istorum omnium videtur esse aggrega-
31 tum, vt quæ summa sit, & substantia totius negotij, ità quòd qui huic renunciauerit non quæstioni tantum,
32 seù labori renunciasse censeatur, verũ etiam actioni ipsi, omnique iuri; alio-
33 quin ridiculum foret si pactum de quota lite intelligeretur sonare in conuentionem de sibi diuidendis rumoribus, & incommodis litis, & non de diuidenda importantia litis; non tamen sequitur, vt diximus, quod per renun-
34 ciationem liti, vel instantiæ factam, quis prohibeatur iterum experiri ius
35 suum, & nouã desuper mouere quæstionem; quod vtique verum esset, si
36 renunciatio fieret liti, & causæ, vt di-
37 xit *Castren. cons. 46. sub num. 2. lib. 1.* & plura quoad differentias dictorum terminorum scripsit *Marant. in suo speculo aur. p. 5. in princip.* vbi quod liti, & actioni quilibet renunciare potest, instantiæ verò nemo; quia per litis contestationem videntur Aduersarij simul contraxisse. Et licet *Carpan. ad Stat. Mediol. c. 21. nu. 21.* & latius clariusq; *Cancer. lib. 3. resol. c. 15. num. 183. Bald. cons. 146. num. 2. lib. 3. & Alex. cons. 112. lib. 5.* velint regulam non procedere vbi altera pars se opponit; quia tamen nimis ard esset horum opinio, vt quę impediendo renunciationem impediat concordiam, & sic dispositionem plurimorum textuum in iure concordijs fauentium; dicendum est, quod locum habeat in
38 spiritualibus, & in causis beneficiarijs in quibus cum aduersarius cedendo liti non possit alteri collitiganti dare titulum, necessarium est, quod Iudicis sententia expectetur; secùs in prophanis, in quibus transfertur titulus per cessionem liti factam.

Quod demùm attinet ad rem iudicatam ad fauorem dictarum sororum longè

longè distat à bono iure meritorum;
39 Hoc enim conditionis semper inest
in qualibet re iudicata statutaria, qua-
tenus pars, quæ duas conformes ob-
tinuit velit re vti iudicata, instetq; pro
illius executione vt *de Stat. Vrb. dixit*
Fenzon. ad idem cap. 180. *n.* 61., *&*
de Mediolanen. de duabus conformi-
bus Carp. c. 116. *n.* 16. *lib.* 1. *Ruginell.*
de appellat. §. 12. *glo.* 2. *à* 1. *n.* 16. *vers.*
constitud; vbi verò pro illius execu-
tione non instet, vel saltem excipiat,
40 sed ad vlteriora procedi patiatur, tunc
dicitur renunciare dictæ rei iudicatæ
Innoc. in c. cum Bertoldus de sentent.
& re iudic. Scacc. de appellat. qu. 11.
n. 196. *& de iudic. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 209.
Ruginell. de appellat. §. 11. *glos.* 1. *c.*
1. *n.* 38. *Posth. de manut. obseruat.* 66.
n. 5. *Mohedan. decis.* 4. *de senten. & re*
iudic. Caputaq; dec. 278. *p.* 2. *& decis.*
323. *n.* 4. *p.* 1. *Buratt. decis.* 604. *nu.* 8.
Muscatell. in prax Ciuil. p. 4. *gloss. iu-*
dicata n. 13. *&* 14. *Giurb. decis. Sici-*
liæ 14. *n.* 5., & ad hunc effectum non
41 sufficit, quod producantur in iudicio
Res iudicatæ, sed de eis expressè exci-
piendum *Add. ad Greg. decis.* 317. *n.* 8
Et ex his, &c.

ARGVMENTVM.

DEVS Omnipotens, & Dominus noster qua specie Dominij sit Dominus omnium? Ecclesia, eiusq; membra quæ præferre sibi debeant ad effectum Immunitatis.

Immunitas Ecclesiarum vnde ortum habuerit? Decimæ ad quem spectent? vsurpatio bonorum Ecclesiæ in quibus personis præsumatur.

SVMMARIVM.

1 Verba *meum*, *& tuum* elementa sunt discordiarum, & Bellorũ, quibus auaritia & ambitio ditescunt.
2 Homines nudi in Mundum ingrediuntur, nudi etiam egrediuntur nescientes, quid petant.
3 Terra, & plenitudo eius Domini est.
4 Deus verè est Diues; & diuitiæ eius sunt Abyssi.
5 Deus est ille Rex, & Diues, qui omnia habet parata, cui nihil deficit, & extra quem nullæ supersunt hominibus diuitiæ.
6 Dei prouidentia omnia sapientissimè disponit, & gubernat.
7 Homo cuiuscumque conditionis sit, & dignitatis in terris Æconomus, Factor, & Villicus est Dei.
8 Homo raptor est, & vsurpator, si in humanis disponat, secùs sit Dei voluntas.
9 Deus Dominus est vniuersorum, & Dominus nedum excellentiæ, & dominij alti, sed dominij infimi, & proprietatis.
10 Dominium nequit esse insolidum penes duos eodem tempore.
11 Limitatur, & affertur exemplum.
12 Nostra non sunt, quæ habemus, sed mutuo à Deo accepimus
13 Dominium Dei ad omnia extenditur.
14 Dominium Dei in omnibus intenditur, nec in aliquo est limitabile.
15 Principes huius Mundi dicuntur Domini per accidens.
16 Dominium Dei non est diuisum, vt antiquitas superstitiosa somniauit in eius fictis numinibus; sed est indiuisum, & vniuersalissimum, infinitum, & æternum.
17 Potestates huius seculi comparatiuè ad Deum sunt ad instar Domus Magistri, & Principes ad similitudinem Præfecti domus.
18 Prædicti, quæ possint ratione eorum officij.
19 Principes, & Iudices non habent potestatem violandi leges, opprimendi innocentem, & iniustam proferendi sententiam.
20 Omnis eorum potestas à Deo est, vt diuina veritas monuit Pontium Pilatum.
21 Deus Dominus est absolutus, qui dare, & auferre potest ad placitum, vt dixit S. Iob.
22 Principes supremi, & Respublicæ licèt habeant Dominium in excellentia, & quandoque priuent Populos, non habent tamen Dominium formale, & in proprietate.
23 Deus habet vtrumque Dominium directum, & vtile, & apud homines nihil residet, quàm manualis vsusfructus ad nutum diuinũ reuocabilis
24 Ecclesia, vel Oratorium fundatum de licentia Episcopi, vel consecratum gaudet immunitate.
25 Sacristia, & alia membra Ecclesiæ gaudent eadem immunitate.
26 Cæmiterium gaudet etiam, vel sit Ecclesiæ coniunctum, vel separatum, benedictum, vel consecratum, vel tale effectum per solam fidelium sepulturam cum Diuinis Officijs, vel Episcopi licentia.
27 Cognitio an Ecclesia gaudeat, nec ne spectat ad Episcopum remota appellatione tàm rei, quàm fisci.

28 Et in dubio nequit Reus extrahi absque Episcopi licentia.

29 Princeps Laicus non potest exercere iurisdictionem in Ecclesia, quantumuis existat in eius temporali Territorio.

30 Ecclesia habuit immunitatem primò ab ipso Deo, quam deinde Pontifices in exordio ipsius Ecclesiæ sanxerunt, & Principes temporales agnouerunt.

31 Immunitas cessat quando Ecclesia diruitur de licentia Episcopi absque spe vlterioris reædificationis.

32 Immunitas se habet ad instar moralis accidentis, quod stare nequit destructo subiecto, cui inheret.

33 Immunitate cessante in Ecclesia debet cessare in omnibus eius membris ratione accessionis, & inhæsionis.

34 Accessorium stare nequit corruente principali.

35 Declara, vt prædicta procedant, quando vnum pendet ab alio; secus est vbi vnumquodq; fuit consecratum per se, & independenter ab alio

36 Ecclesia est Domus Dei, Christi Sponsa, & vnum corpus cum Christo, & propterea non debet priuari ea immunitate, qua hodie domus cuiusque Potentis frui iactatur.

37 Ecclesiam, qui non audit, sed contemnit pronunciatur oraculo Diuinæ veritatis Ethnicus, Publicanus, & sacrilegus.

38 Decima, eiusque collectio debetur Rectori in eius Parochia.

39 Debet esse integra etiam super bonis omnibus, intra fines Parochiæ sitis

40 Titulus huiusmodi ob resistentiam iuris in alio, quam in Rectore non præsumitur, sed debet doceri.

41 Bona, quæ docentur fuisse in Dominio Ecclesiæ præsumuntur vsurpata, si inde ab alio detineantur non docto de titulo.

42 Ecclesia non tenetur de mutuo facto eius Rectori proprio nomine Rectoris.

43 Extende etiamsi factum fuisset nomine Ecclesiæ, nisi quatenus doceatur interuenisse beneplacitū Apostolicum, & aliæ solemnitates intercesserint.

44 Mutui contrahendi extat prohibitio.

45 Ecclesia tamen tenetur pro eo, quod versum est in eius vtilitatem, modò concludenter doceatur.

46 Confessio Prælati, vel Superioris Ecclesię non sufficit ad istum effectum.

48 Alienatio bonorum Ecclesiæ non sustinetur iusta causa, & Beneplacito Apostolico non accedentibus.

48 Transactio etiam inter ipsas Ecclesias prædictis minimè concurrentibus non valet.

49 Alienationis huiusmodi prohibitionem niti in Iure Diuino, & Naturali tenent aliqui; sed verius est fundari in Iure naturali, quia alias SS. PP. non dispensarent obligationi inquirendi Beneplacitum.

50 PP. Societatis Iesu habent priuilegium alienandi absq; beneplacito.

51 Nemo dat, quod non habet.

52 Exceptio de iure tertij non releuat.

53 PP. Minores S. Francisci eorumq; Ecclesiæ, & conuentus sunt incapaces retentionis bonorum.

54 Capaces tamen sunt legati pij in causam construendæ Ecclesiæ, Sacristiæ, vel Infirmariæ manutenendæ. Et nu. 57.

55 Aliud est legare Monasterio, & aliud legare Ecclesiæ, aliud in commoditatem Fratrum, & aliud in vsum Sacrum, & ad Diuinū cultū augendū.

56 Ecclesia, etsi constituat vnum, & idem corpus cum Capellis, Campanili, Cæmiterio, & alijs membris, datur tamen in vnoquoque diuersitas naturæ, & distinctio bonorum, & redditruum.

58 Restitutio bonorum Ecclesiæ debet fieri vna cum fructibus perceptis à die vsurpationis.

59 Iudicium Dei à Domo Dei inchoatum terminari debet.

60 Reddenda sunt Cęsari, quæ Cæsaris sunt, & Deo, quæ sunt Dei.

RATIOCINIVM LXX.

NEAPOLITANA IMMVNITATIS, SEV RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

ILlustriss. & Præstantiss. DD.
Quietissimam *inquit Seneca*
lib. 1. de moribus, vitam agerent in terra homines, si hæc
1 duo verba à natura omnium rerum
tollerentur *meum, & tuum*. Hinc
Bella, dissidiæ, & lites, quibus auaritia
ditescit, & ambitio. Et tamen vsque
adeò superba mens hominum intelli-
2 gere nequit, quod nudi egressi sumus,
nudi reuertemur, quod nescimus quid
3 petamus; quod Domini est Terra, &
plenitudo eius, quod ipse verè Diues,
4 & Diuitiæ eius sunt abyssi, sicut scriptum est *psalm. 32. Congregans sicut in*
vtre aquas Maris, ponens in Thesauris
abyssos, quod ipse est ille Rex, & Di-
5 ues, qui *Matth. c. 22. omnia habet pa-*
rata: cui nihil deficit, & extra quem
nullę diuitię, nulla bona supersunt hominibus. *Diuites eguerunt, & esurie-*
runt. Inquirentes autem Dominum non
minuentur omni bono psal. 32. & de-
6 mum quod eius Diuina Prouidentia
omnia sapientissimè disponit, & gubernat, ita vt homo cuiuslibet condi-
7 tionis sit, & dignitatis, nullus alias gerere possit vices, quam AEconomi,
Factoris, & Villici, vt habetur *Luc.*
cap. 16. qui si proprias cogitationes, si
sermo-

sermones, si operationes, si diuitias contrectet, secùs, ac sit Domini vo-
8 luntas, alienorum verè raptor est, alienæque iurisdictionis vsurpator. Ipse enim Deus Dominus est vniuersorũ,
9 & Dominus nedum Excellentiæ, & Dominij alti, sed dominij infimi, & proprietatis, *ego Dominus, inquit ipse, & Dominus est nomen meum*.

Nec absolutũ, & immensum eius Dominium illam capit limitationem, quam nonnulli ex modernis Theologis, Iurisqueperitis tradunt Regulæ,
10 qua ex authoritate *l. sicut certum §. si duobus ff. commod.* dicitur quod Dominium nequit eodem tempore dari insolidum penes duos; volunt enim ipsi, quod in humanis saltem aliquo
11 breui momentaneo tempore reperiri possit Dominium penes duos exemplo actus donationis, vel renunciationis, per quem & qui dat, & qui recipit verè, & realiter est Dominus eodẽ instanti sed tẽporis; non ita philosophãdum
12 in Deo; quia *vt dixit Seneca*, (non est cur nos suspiciamus; positi enim sumus inter aliena, & quæcumq; habemus, mutuò accepimus: ab ipso veluti ab æterno fõte omnia emanãt.)

Neque aliquo pacto limitari potest
13 Dei omnipotentis Dominium; quoniam si extensiuè loquamur ad omnia extenditur; *Dominus enim vniuersorum tu es*: & *meum est argentum, & meum est aurum*: & *in nomine Iesu omne genuflectatur Cælestium, Terrestrium, & Infernorum*, & *ipse Dominus est hominis, & cordis eius*, nam *cor Regis in manu Domini*. Si verò intensiuè; ex tot titulis creationis, repa-
14 rationis, & conseruationis, & ex tot præexcellentijs est adeò radicatum in in Deo Dominium, vt nullo modo sit limitabile, prout limitatè constitutum
15 fuit in principibus huius Mundi, qui dicuntur Domini per accidens, & in
16 fictilibus numinibus, quos superstitiosa somniauit Antiquitas Ioui Cæli Dominiũ dumtaxat tribuens, Iunoni aeris, Proserpinę telluris, maris Neptuno, inferorum Plutoni, sed semper existit vniuersalissimum, & infinitum, sine tempore perseuerans, per se, essentialiter, & substantialiter.

Hinc infertur primo, quod pote-
17 states huius sæculi comparatiuè ad Deum sunt ad instar Domus Magistri, qui licet seruorum Dominus sit, Dominum suprà se recognoscere debet; quemadmodum, & Principes similitudinem pręseferunt Pręfecti Domus,
18 qui quamuis super omnem Curiam constitutus sit, ipse tamen seruus est supremi Domini, potest in sibi subditos ius dicere, & facere, quæ vult, cum habeat authoritatem Delegatam; Dominum verò offendit, peccatq; contra Iustitiam, si agat contra Domini voluntatem; & propterea non habent Iudices, & Principes facultatem violandi leges, opprimendi innocentem, in-
19 iustamq; ferendi sententiam. Sunt enim Delegati: & Pontio Pilato interroganti illis verbis *nescis, quia pote-*
20 *statem habeo &c.* responsum dedit incorporati Verbi Diuina Veritas *non haberes, nisi tibi esses data desuper*.

Infertur etiam contra diuites, & bonorum possessores, quod Deus Do-
21 minus est absolutus, qui dare, & auferre potest ad placitum, vt dixit S. Iob illis verbis. *Dominus dedit, Dominus abstulit*; & maiori quidem Iustitiæ fundamento; quo niti possint Supre-

mi Principes, & Respublicæ: quæ li-
cet dominia habeant in excellentia, ra-
tione altitudinis, & supremæ potesta-
tis, qua ob publicam vtilitatem priua-
re valent populos, non habent tamen
Dominium formale, & in proprietate,
& in bonis priuatorum.

Vtrumque verò dominium habet
Deus directum, & vtile; cum verè
23 apud homines nihil aliud resideat,
quam manualis vsusfructus, ad nutum
Diuinum reuocabilis.

Ex his igitur sic in vniuersũ premis-
sis ad retundendam superbiam intole-
rabilem nonnullorum Luciferorũ no-
stri temporis, sequitur in particulari,
quod iniustè, & inualidè hactenus ac-
tum sit ab Illustriss. Marchione Peri-
gnani cum Ecclesia Dei, seù Oratorio;
cuius titulus *S. Luciæ*: illud locali im-
munitate spoliando, bonaq; spiritua-
lia, & temporalia violenter vsurpando.

Nam quoad primum attinet; di-
cendum est extractionem è dicto Ora-
torio sequutam in personam Lelij Be-
tij non subsistere, sed esse media eius-
dem Lelij repositione Ecclesiam rein-
24 tegrandam; certi enim iuris est, quod
Ecclesia, vel Oratorium fundatum de
licentia Episcopi, vel consecratũ gau-
det immunitate, vt disponitur *in c. Ec-
clesiæ de immunit.* & sancitum fuit *per
Gregorium XIV, in eius Bulla inci-
piente cum alias nonnulli*, & cum Ec-
25 clesia gaudent etiam Sacristia, Cam-
panile, Claustrum, Ambitus, ac etiam
Cæmiterium, aut sit Ecclesiæ iniun-
26 ctum, vel ab ea separatum, benedic-
tum, vel consecratum, vel tale effe-
ctum per solam fidelium sepulturam,
cum Diuinis officijs, & Episcopi li-
centia *Sperell. decis. 60. n. 14. & alij
passim*; Et propterea non erat extra-
hedus dictus Lelius à supradicto Ora-
torio, erecto in parte situs Cemiterij
Ecclesiæ Antiquæ, etiam non obstan-
te prætensione, quod Oratorium hu-
27 iusmodi non fruatur immunitate;
quia cognitio, an Ecclesia gaudeat,
nec ne incumbit Episcopo, remota
appellatione tam rei, quam fisci; &
28 proinde extrahi in dubio non poterat,
absque Episcopi licentia *l. pateant in
fin. C. de his qui ad Ecclesiam confuger.
Auth. si quis §. fin. C. ad l. Iul. de adult.
29 c. frater, &c. definiunt. 17. q. 4.* quia
Princeps laicus non potest exercere
iurisdictionem in Ecclesia existente in
eius temporiali territorio, cum non
dicatur de territorio, sed ab eo sit exē-
pta ratione immunitatis, quam primò
30 habuit immediatè ab ipso Deo, dein-
de SS. PP. in exordio nascentis Ec-
clesiæ sanxerunt, & Imperatores, ac
Principes agnouerunt, vt habetur *in
Paralipomenon cap. 7. & in cap. pater
17. q. 14. & in cap. quamquam de cẽs.
& tradidit Rot. in Brundisina gabellæ
14. Februarij 1604. coram bo. me. Re-
uerendiss. Penn. Decano, & in Alben.
gabellæ seù onerum 28. Iunij 1630.
coram Reuerendiss. bo. me. Merlino,
quæ est decis. 339. n. 7. & seqq. p. 6. rec.*

Nec dicatur, quod data limitatio-
ne ad Regulam superiùs firmatam ces-
31 sare, scilicèt immunitatem, quando
Ecclesia de licentia Episcopi diruitur
absq; spe vlterioris reædificationis, vt
tenent *omnes DD., & Canonistæ, &
signanter Decian. in eius tract. cum
lib. 6. cap. 24. n. 22.* ea ratione quia,
32 cum huiusmodi Immunitatis Priuile-
gium se habeat ad instar moralis acci-
dētis, stare nequeat destructo subiecto,

cui

sui inhæret; Tunc, & eo casu expira-
ret etiam priuilegium immunitatis in
Cæmiterio, & alijs locis, vt supra re-
33 censitis, ad quæ cum ab ipsa Ecclesia
promanans extendatur sub titulo In-
hæsionis, Accessionis & extensionis
faciendæ in materia fauorabili, conse-
34 quens est, vt corruat etiam accesso-
rium, vbi principale consistere nequit;
nam breuiter respondetur, quod hæc
vtique vera sunt, quando vnum in
consecratione, vel in benedictione de-
35 pendet ab alio; secus verò quando lo-
ca præcitata, & Cæmiterium sunt pro
vt in nostro casu, consecrata, & inde-
pendenter ab ipsa Ecclesia; tali enim
casu quemadmodum facerent vnum
per se, & independens, sic non eluce-
rent vt accidentia, sed vt subiectum;
quod vtique stare potest altero destru-
36 cto. Cum itaque Ecclesia sit Domus
Dei, immo Sponsa Christi, & idem
Corpus cum Christo, pudeat ea pri-
uari Immunitate & Reuerentia, quam
hodie Magnatum quæque domus sibi
præstandam in hac re assumit; qui
37 enim Ecclesiam non audit, sed con-
temnit, non tantum Pontificiæ, sed
vel ipsius etiam Diuinæ vocis oraculo
pronunciandus est Ethnicus, Publica-
nus, & sacrilegus.

Quæ spectant ad aliam partem dā-
norum, & contumeliæ ipsi Ecclesiæ
illatæ non minorem continent vio-
lentiam, & iniquitatem, siue attenda-
mus ad decimas in tributum conuer-
sas, siue ad bona vi subrepta, & absque
titulo alienationis, & solemnitatibus
non seruatis; Decima siquidem, eiusq;
38 collectio debetur Rectori Ecclesiæ ex
dispositione iuris communis *c. cum
contingat, & c. cum in tua de decimis
cum alijs relatis in Pampilonen. deci-
marum coram Eminentiss. D. meo Cel-
so 1. Iulij 1648. in princ. & coram eo-
dem in Calagurit. decimarum de Ocon
28. Ianuarij 1656. §. Iustitia*; & qui-
39 dem pro integra decima etiam super
omnibus bonis intra fines Parochiæ
sitis *c. ex parte, il secondo c. cum est, &
c. nuncios extr. de decimis c. fin. §. cæte-
rum de Decimis in 6. Valenz. cons. 46.
nu. 2. Monet. de Decimis c. 5. quæst. 1.
nu. 18. Sperell. decis. 35. nu. 3. Rot. co-
ram Cardinali Mellino decis. 393. n. 1
& seq. & in Calagurit. Decimarum
17. Aprilis 1654. §. quemadmodum
coram Reuerendiss. Zarate, coram
quo fuit confirmata 24. Iunij, & 1. Iu-
lij eiusdem anni*. Vndè cum Rector
habeat suam intentionem fundatam
in iure non videtur qua ratione hodie
à dicto D. Marchione sit spoliandus,
40 dum nec titulus adducitur, nec præ-
sumi potest ob iuris resistentiam *c.
cum personæ §. penult. & vlt. de pri-
uil. in 6. cum alijs alleg. in dicta Pam-
pilonen. decimarum §. nec quidquam*.

Prædium verò, & domus antiquæ
41 habitationis ipsius Rectoris, quę de-
tinentur ab eodem D. Marchione non
videntur possideri citra vitium euidē-
tis vsurpationis, dum in actis proba-
tur, & concluditur prædicta stabilia
fuisse in bonis ipsius Ecclesię, & è con-
uerso à D. Marchione non docetur
quo modo, & quo titulo ad se perue-
nerint *Rot. in Lucana Iurispatr. 52
Martij 1621. quæ est decis. 31. nu. 4
apud Viuian. de Iurispatr. & p. 3. rec.
decis. 282. n. 22. & 23. Puteo decis. 57.
& 59. lib. 1. Caputaq. decis. 128. nu. 1.
p. 2. Concil. Trident. de reform. c. cap. 9.
sess. 25. Canaler. decis. 89. nu. 1*.

Nec

Nec suffragatur, quod domus fuerit alienata ex causa mutui, Prædecessori moderni Rectoris concessi anno 1600. vt ex instrumento in actis formiter producto; quia dupliciter respondetur: Primò, quod huiusmodi mutuum non censetur factum dicto
42 Prædecessori, veluti Ecclesiæ Rectori, sed vti priuato; vnde Ecclesia non obligatur; Immo nec ipsa teneretur, si mutuum eius nomine fuisset receptū,
43 vbi nō doceretur de beneplacito Apostolico, & de alijs solemnitatibus *Cardinalis Zabarella cons. 95. nu. 6. vers. ad capitulum Roman. cons. 440. nu. 5. Angel. de Perus. cons. 245. n. 3. vers. 3. est videndum Calderin. cons. vnico de*
44 *commodato*, extatq; super mutuis Decretum prohibitorium Sac. Congreg. quod enunciat *Lezan. in Sum. tom. 1. c. 10. nu. 3.* In tantum, vt neq; exceptio versionis valeat ad obligandam
45 Ecclesiam, donec, & quousque per claras, & euidentes probationes talis versio à mutuante iustificetur *c. penult. de fideiuss. ibi (manifestè constiterit) Barbos. ad idem cap. per tot. Angel. de Perus. dicto cons. 245. nu. 3. circ. fin. vers. tenetur ergo creditor, Gratian. discept. c. 196. nu. 6.* ad quem effectum nec Prælati, vel ipsius Ecclesiæ Supe-
46 rioris sufficeret confessio, *idem Barbos. in collect. ad supradictum capitulū penult. de fideiuss. num. 17. in fin.*

Secundo respondetur, quod dato etiam, & non concesso, quod Ecclesia teneretur pro dicto mutuo; adhuc nō apparet, quod domus fuerit alienata,
47 nec quod iusta causa interuenerit, & beneplacitum Apostolicum, sine quibus, vel ipsa actu alienatio non sustineretur, vt habetur *in c. 1. de reb. Eccles. non alien. in 6. c. non liceat Papæ 12. quæst. 2. Rot. in Rom. inualiditatis census 24. Maij 1591. coram Pamphilio, quæ est 31. inter impress. apud Pic. ad Stat. Vrb. & p. 2. diuers. decis. 160. num. 1. Greg. 9. const. 6.* Ita quod
48 sine *Benepl. Apostol.* non solum inualidè alienetur, sed etiam nulliter trāsigatur, vel inter ipsas quoq; Ecclesias *Rot. in Tolet. manuten. 7. Februarij 1656. coram Reuerendiss. Meltio §. non obstat*; & hanc prohibitionem niti in iure Diuino, vel naturali dixit *Nauarr. in tract. de spol. §. 2. num. 2. & 3.*
49 licet ego verius putem se tenere ex parte iuris naturalis, quia aliàs SS. PP. non dispensarent obligationi inquirendi Apostolicum beneplacitū, prout ex Bullis *76. & 77. Gregorij XIII.* di-
50 spensatum fuit cum PP. Societ. Iesu, qui habent priuilegium alienandi quacumq; specie alienationis, absq; licentia Sedis Apostolicæ; modò tamen alienatio fiat, vel ab ipsius generali Præposito, vel à tota Societate generaliter congregata *dicta Bulla 76. §. 5. per tot. & præcipuè in fin.*

Denique nec ipsius prædij violenta detentio excusari potest præmemoratæ vsurpationis eo sub prætextu, quod dicta Ecclesia S. Luciæ inefficaciter illud quæsierit à RR. PP. Minoribus S. Francisci, qui vtpote incapaces Do-
51 minij dare non potuerunt, quod non habebant *per l. traditio ff. de acq. rer. dom. l. si filius familias C. de donat. l. si*
52 *vniuersæ C. de leg.* quia huiusmodi exceptio quatenus rationabilis esset, & subsistens esset de iure tertij, & ideò opponi non posset, vt dixit *Rot. coram Seraph. decis. 477. nu. 5. & coram Reuerendiss. Terraconen. in Compostell.*

coadiu-

coadiutoriæ 7. Februarij 1652., sed nullum habet fundamentum in Iure prædicta oppositio; Nam etsi RR.
53 PP. Minores S. Francisci, eorumque Ecclesiæ, & Conuentus sint incapaces retentionis bonorum, & redditiuum, non hoc ideò sequitur, quòd
54 non potuerint ex causa legati Pij acquirere prædictum Prædium, sibi relictum in causam construendæ Ecclesiæ, illudq; ad hanc effectum alienare *Rot. p. 5. rec. decis. 365. n. 27. & seqq.* quia aliud est Monasterium, & aliud Ecclesia, & aliud legare in commodi-
55 tatem Fratrum, aliud in vsum Sacrũ, & ad Diuinum Cultum augendum vt dicitur *In dicta decis. 365. nu. 29. & 30. Add. ad Buratt. decis. 756. eadem Rot. in Rom. legati* 18. *Februarij* 1650 *coram Reuerendiss. Cerro*; & ad hunc propositum habet vim iure, quod quamuis Ecclesia constituat vnum, &
56 idem corpus cùm Sacristia, Capellis, Campanili, Cœmiterio, & alijs eius membris; in singulis tamen eiusdem corporis membris datur diuersitas naturæ, & distinctio bonorum, & redituum *Sperell. decis. 61. n. 1, Rot. p. 7. rec. decis. 247. n. 9. & in Palentina Decimarum 1. Decembris 1653. coram Zarate*. Ex quo infertur, quod licèt
57 sint incapaces prædicti fratres quoad conuentum, eorumq; personas, sunt tamen capaces relictorum prò Sacristia, Ecclesiæ fabrica, infirmaria, & his similibus.

Quarè prædictis omnibus concur-
58 rentibus videtur omni iure esse restituenda, & reintegranda nostram Ecclesiam praeuia repositione dicti Lelij in dicto loco Sacro nec non preuia restitutione bonorum, vnà cum fructibus perceptis à die vsurpatæ possessionis *Rot. decis. 375. n. 1. & 2. p. 5. Rec.*
59 vt sic inchoatum Regij Commissarij à Domo Dei, tandem terminetur, &
60 Deo reddantur quæ sunt Dei, & Cæsari, quæ Cæsari sunt &c.

Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Restitutio in Integrum tam aduersus contractum, quam etiam rem iudicatam quibus concurrentibus debeatur? fideiussor de stando iuri, & iudicatum soluendo an, & quando liberetur? An data nullitate obligationis in debitore principali, corruat obligatio fideiussoris? an fideiussio semel præstita iterùm sit præstanda, prima reddita inefficaci? compensationi quando sit locus? expensæ quæ debentur officio Iudicis anpeti possint, vbi Iudex pronunciauit super negocio principali, & de eis nihil dixit? quid inspecto Statuto Ianuæ.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum debetur aduersus contractum data læsione.
2 Debetur etiam aduersus rem iudicatam iustificata nullitate, & iniustitia.
3 Læsio dicitur manifestissima si docetur facta venditio minoris, quam sit dimidia iusti pretij.
4 Fideiussor datus à debitore de se præsentando coram Magistratu, & de stando iuri, & iudicatum soluendo liberatur sciente contumaciam superueniat mors naturalis, vel ciuilis ipsius debitoris.
5 Fideiussoris obligatio intelligitur rebus sic stantibus, & de facto possibili adimpleri.
6 Fideiussorem liberat mutatio status in eo, qui in iudicio sisti fuerat promissus.
7 Fideiussoris obligatio corruit data nullitate principalis obligationis.
8 Contrarium sentit Paris.
9 Fideiussor tenetur, vbi se obligauit, vti principalis.
10 Sed verius est, quod non teneatur, non obstante quod se obligauerit, vt principalis.
11 Debitor principalis semper is est, ad quem vtilitas negotij spectat, alter vero fideiussor, & si verbis aliter dictum sit.
12 Fideiussoris obligatio principaliter facta, & vti à principali videtur facta ex colore, & ad legem

IANVEN. RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

RATIOCINIVM LXXI.



Xcellentissime Domine. Referendum est Serenissimis Dominis cōcedendam esse restitutionem in integrum Mag. Ferdinando Iustiniano in omnibus iuxta supplicata, quia cōstat de læsione in contractu, & de iniustitia in Iudicio, vt sequentibus iuris conclusionibus, quas appositè facto accommodatas docere breuiter 1
studebo; quibus concurrentibus indubitatum est deberi de iure in integrum restitutionem, tum aduersus contractum ex capite lesionis *cap. 1. vbi Abb. n. 2. de restit. in integr. l. nam & postea §. si minor ff. de iure iur. Bal. in l. Emil. in 3. lect. n. 2. ff. de minor. Odd. de restit. in integr. qu. 84. tit. 6. n. 58. & q. 89. n. 53. 58. 61. Guidop. decis. 141. in princ. & decis. 571. n. 2. Rot. p. 9. rec. decis. 405. n. 2.* quam etiā aduersus rem iudicatam ex capite in-
2 iustitiæ, & nullitatis; modò nullitas, & iniustitia concludenter appareant *l. nam postea §. si, & maior ff. de iure iur. l. si ex causa iudicati 10. ff. de minor. c. ex literis vbi Innoc. sub num. 7. vers. ego non credo in integr. restit. Buratt. decis. 223. n. 4. Rot. in Ferrarien. pensionis 2. Martij 1646. coram Cerro cum alijs, de quibus in S. Seuerini Pecuniaria 4. Iunij 1655. coram Zarate in princ.*

Læsio ex probationibus in actis con-

congestis, quod scilicèt prædium, su-
3 per quo transactum, & cuius occasio-
ne ortæ sunt prætensæ obligationes
fuerit venditum minori pretio, quàm
sit dimidia iusti pretij videtur esse ma-
nifestissima *Rolan.conf.28.n.27.lib.
4.Rot.coram Andr.decis.58.n.8.& in
rec.decis.625.n.5.p.1.& decis.331.
n.1.p.4.& decis.715.n.2.p.2.& fuit
dictum in Bononien. fideicom. de Bon-
filijs 5. Maij* 1662.*coram bo.me. Ve-
rospio*; Iniustitia verò, & nullitas se-
quuntur primò, quia fideiussor datus
à debitore de se præsentando coram
4 Magistratu, & de stando iuri, & iudi-
catum soluendo liberatur, si ante con-
tumaciam superueniat mors natura-
lis, vel ciuilis ipsius debitoris, itaut
impossibile sit impleri factum præ-
sentationis promissæ à dicto M. Fer-
dinando pro M. Mario Gentili, Cle-
ricatui adoptato, indèq; vita functo;
Nam obligatio fideiussoris intelligitur
5 rebus sic stantibus, & de facto possi-
bili adimpleri, vt de interitu naturali
habetur *in l.si decesserit ff.qui satis da-
re cogantur*, & de ciuili latè tradit *He-
ring. de fideiuss. c. 20. tit. quib. modis
fideiuss. toll.§.9.à n.94.vsq; ad* 103.
*quem etiã refert, & sequitur, Gratian.
discept.c.708.per tot.* vbi plura desu-
mi possunt homogenea *ad Statutum
Ianuæ lib.4.c.16. de debit. suspect. de-
6 tinen.§. si debitor*: & quod mutatio
status in eo, qui in iudicio sisti fuerat
promissus liberet fideiussorem dixit
*Hipol.de Marsil. in eius tract. de fide-
iuss.n.110.& seqq. insert. inter tract.
Neguzan. de pignor. pag. mihi* 254.
vbi loquitur in fideiussore qui pro-
miserat sistere in iudicio, quem po-
stea in ordinem Clericorum fuerat
assumptus.

Secundò, quia huiusmodi fideius-
7 sio nihil prorsus habenda est, attenta
insubsistentia obligationis initæ à di-
cto M. Mario, vtpotè tunc temporis
minori *l. omnes ff. de except. l. constit.
C.de vsur.l.mulierem, & ibi Castren.
C.ad Vellei.Ias.conf.133.lib.4.n.35.
Hipolit. in rubr. de fideiuss. nu.* 313.;
8 & licet *Paris. conf.16.lib.2.n.118.&
Galles.de oblig.Camer.p.1.q.vlt.n.7.
& 8.* contrarium senserint volentes,
quod nequeat fideiussor impugnare
Instrumentum, in quo fideiussit ex be-
neficio exceptionis competentis prin-
cipali, puta minori, ex capite omis-
9 sarum solemnitatum; maximè si fi-
deiussor accessisset, vti principalis
Paris.dicto conf.16.n.118. quia tunc
posset conueniri pro obligatione sua
Salust.Tiber.in prax.A.C.c.58.n.1.;
10 Verius tamen est, quod fideiussori
competant exceptiones à iure paratę
debitori principali, non obstante quod
fideiussor se obligauerit principaliter,
& vt principalis, *Bart. in l. reos ff. de
duob.reis, & gloss. not. in l. personam
§.1.ff. de pactis Hipol.in dict. rubr. de
fideiuss.n.447.q.57.n.3.& 4. Laur.
de Pinu conf.71.n.3.& 4. Dec. conf.
7.n.6.Castren.conf.331.incipiente in
11 causa Siluestri in princ.* vbi is semper
dicitur principalis, ad quem vtilitas
contractus deuenit: alter verò fideius-
sor, licèt Verbis aliter actum fuerit;
Galles. verò, & *Paris.* loquitur quan-
do non apparet, an is qui se obligauit,
vt principalis, fideiussor esset.

Accedit in confirmationem præ-
12 dictorum quod obligatio fideiussoris
principalitèr facta, & vti à principali
videtur ex colore quæsitã ad legem
fraudandã; quod semper præsumitur

13 quoties fit cõtractus cum aliqua persona prohibita à lege, puta cum minore, muliere, vel carcerato, & vtilitas, seù negocium spectat ad prohibitum; tunc enim quia vel ratione solemnitatis omissæ, vel metus in carcerato fraudatur lex, vel Statutum, corruit obligatio in totum, & sustineri nequit pro parte contra fideiussorem,
14 etiamsi principaliter obligatum *l. etsi Iulianus vers. idem ait ff. ad Maced.* optimè & ad satietatem *Alex. cons. 66. per tot. & signanter n. 1., & 5. lib. 4. Laur. à Pin. cons. 71. n. 4.*

Amplia, etiamsi fideiussor iurasset;
15 quia quemadmodum non tenet obligatio principalis quantumuìs iurata, nec obligatio fideiussoris; alias fraudaretur lex, & grauaretur principalis per regressum fideiussoris contra eũ, *Crot. cons. 35. n. 31. lib. 1.*

Et procedunt prædicta in fideiussore
16 eius, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest; quatenùs tamen principalis compareat, & suscipiendo in se iudicium opponat exceptionem ex sua persona *l. idemque §. generaliter in fin. ff. mand. Alber. in l. & si fideiussor circa med. vers. sed ad hoc vbi Bart. n. 2. ff. de re iudic.*; alias
17 tenebitur si principalis non compareat, aut ipse non accedat ad iudiciũ, vti defensor principalis opponendo eiusdem exceptionem personalẽ *Ridulph. prædictos referens in prax. p. 1. c. 14. n. 331.*, quia non videtur venire ex cõtractu, seù ex quasi contractu sui principalis; sed dicitur contractũ per se gerere, & ex propria persona perficere.

Tertiò deducitur nullitas, & iniustitia
18 ex eo quod processum est ad exequutionem non iterata fideiussione, quæ ex dispositione Statuti Ianuę prestari debuerat ad remouendum appellationis impedimentum; Nec dicatur, quod non debuit iterari, vbi ab aduersario non fuit petitum: vel quia huiusmodi fideiussionis præstatio non videtur ex dispositione dicti Statuti
19 adiecta actui consequendę solutionis, tamquam forma, sed veluti onus iniunctum actui potestatiuo, & iuri exequendi; vel etiam quia Statutum in hoc casu vtique ab ipso præuiso, & cogitato nihil disposuit: quod sanè fecisset, si voluisset fideiussionem se-
20 mel datam iterum repeti; Nam prædicta fortassis locum sibi vindicarent, quando fideiussio esset temporanea; At vbi fideiussio est perpetua, & adicitur à Statuto certo actui, nõ vt onus, sed vt forma præcisa, & sic non vt modus, sed vt conditio, quis dubitet fideiussionem esse renouandam, quoties prima, vel perit, vel minus idonea redditur, vel actus ipse iteratur? *l. Iu-*
21 *lianus §. si quis ff. ad exhiben. c. cum dilecta antè fin. vbi gloss. in ver. irritum; & Felin. n. 6. §. gesta de rescriptis gloss. in c. si cui ver. præter de elect. in 6. Rot. par. 2. diuers. decis. 72. n. 10. & p. 4. T. 2. rec. n. 11. & fuit dictum in Amerina fideic. 5. Martij 1660. §. quoad alios coram Reuerendiss. Taia Pic. ad Stat. Vrb. gloss. 11. n. 3. & 4.*

Huiusmodi verò difficultatem effu-
22 gere nequit allata consideratio, quod, scilicet iam ventum fuerit spontè, & liberè ad principium solutionis; vndè inferebatur quod non obstante omissione dictæ renouationis procedi poterat ad exequutionẽ pro credito superstite, & ducebatur argumentũ à simili ex Statuto mãdante; quod mu-

lier

lier non possit contrahere sinè con-
23 sensu propinquorum; quod Statutum placebat esse intelligendum de obligatione dumtaxat principaliter, & dirrectò facienda, non autem de tacita, & in consequentiam actus permissi, vt in terminis caducitatis firmauit *Rot. Ianuen. apud Chart. decis. 91. per tot.* vbi permittitur mulieri perceptio Canonis absq; solemnitatibus, quem vt exigit, remittit in consequentiam caducitatem iam contractam; & ratio
24 est, quia actus prohibitus valet, si per consequentiam actus permissi ad illũ peruenitur sinè facto, & culpa alicuius.

Nam istud motiuum vel non applicatur in iure casui nostro, quia verissimum est eum velle consequens,
25 qui licitè velle potuit antecedens; sed nusquam probatur, quod actus sub
26 certa forma fieri permissus forma omissa sustineatur, vt supra firmauimus; vel etiam tollitur in facto, quia solutio non fuit inchoata à principali debitore, sed à tertia persona eius nomine, & vtcumque sit, hoc certissimum est, quod fideiussio primo loco data nondum vergerat ad inopiam, vt patet ex actis.

Quartò, demum, & vltimò eruitur iniustitia ex denegata compensatione librarum quadragintarum in concurrentem quantitatem, debitam dicto Mag. Ferdinando in causam expensarum in se defendendo ab alio cõsimili iudicio, à quo fuit dimissus, quia nullitèr iudicatum; Compensa-
27 tio enim, cum sit debiti, & crediti ab eisdem personis dependentium con-
28 tributio *l. 1. ff. de solut. Salg. Labyr. credit. p. 3. c. 6. n. 29.*, semper debet admitti; cum sit species solutionis,
29 etiam in iudicio executiuo, & debitũ extenuet, vel extinguat ipso iure *Afflict. decis. 120. Buratt. decis. 277.*
30 *nu. 1.* Hic vero opponebatur primò, quod prædictæ compensationi locus non erat, ex quo expensæ petitæ non
31 debebantur: non .n. facienda est lis de lite *l. terminato in fin. C. de fructib. & lit. expen.* & propterea vbi expẽsæ debentur officio Iudicis intelliguntur re-
32 missæ, & si eas Iudex in sententia non reseruauit *tex. in c. cum appellationibus de appellation. in 6.* vbi expensarum
33 supplementum eodem die fieri debet *l. Paulus ff. de re iudic.* vbi eadem etiã die quò Iudex protulit sententiã supplere debet ea, quæ de sunt, circa condemnationem, vel absolutionem rei; *Marant. in prax. p. 6. de ordine iudiciario actu pr. n. 38. Cuiac. in sua Paratitla*
34 *in lib. 7. Cod. eod. tit. de fruct. & lit. expen. vers. debet autem de expensis*, vbi docet victorem in huius modi casu agere posse aduersus Iudicem *per l. properandum §. sin autem C. de Iudic.*
35 Quid quid sit, quando expensæ nõ debentur officio Iudicis, sed præstari debent de iure, & ex stipulatu, quia hæ noua actione peti possunt, etiãsi Iudex sententiando in negotio principali de eis nihil dixerit. *Federic. de sen. consi. 139. vers. si verò expensæ in fin. Luca Pet. in prax. lib. 9. c. 1. tit. de expensis n. 2. cum alijs quos refert, & sequitur Rudulph. in prax. p. 1. c. 13. n. 604.*

Secundò opponebatur, quod non erat admittenda prætensa compensa-
36 tio, quia nullitate detecta cessum fuerat liti, & sic nullæ debebantur expensæ, vtque non coactè, & necessariò factæ, sed spontè, & gratis, *Bellam. decis. 14. quã refert & approbat Add.*

 ad

ad decis. 3. *n.* 12. *de Renunc. in nou. & suppositiuè Lancellot. de attent. lit. pend. c.* 4. *in præf. n.* 300. ibi *secundo si post cessionem Rot. apud Merlin. decis.* 261. *n.* 2. *in fin. & n.* 4. vbi assignat bonam rationem, & facit *decisio coram Bichio in Cracouien. attent.* 29.
37 *Nouembris* 1652. §. *fin.* vbi quisque
tenetur ad expensas necessarias, non autem voluntarias. Et quamuis videatur loqui in contrarium *Bald. in auth. contra qui propriam n.* 1. *vers.* 2. *not. C. de non numer. pecun.*, quem sequuntur *Saliçet. in l. postquam liti nu.* 19. *C. de probat. & alij relati ab Asin. in prax.* §. 32. *ampliat.* 2. *nu.* 1. & 2. Attamen Bald. eiusq; Asseclæ intelligendi sunt de expensis factis antè renunciationem, seù cessionem liti, quas quidem deberi verissimum est: non
38 verò de sponte factis post cessionem
liti: Dictatq; ratio, quia cessio instar est condemnationis; sed de illo tempore non poterat liti cedens condemnari, nisi ad expensas tunc factas; igitur nullo iure tenebitur ad vlteriores, maximè, quod iura pro exclusione impensarum allegata, debent in iudican-
39 do attendi etiam in concursu aliarum
aduersantium, dum clare loquantur, & specialiter casum Controuersiæ decidant vt sensit *Rot. p.* 1. *diuers. decis.* 543. *n.* 1. & *p.* 2. *rec. decis.* 721. *n.* 5.

Addatur etiam ex abundanti, quod maior pars expēsarum quatenùs prædicta non obstarent, non essent reficiendæ vt quæ de iure indebitæ.

Verum enim verò non obstantibus oppositis de iure arbitror nō posse impediri compensationē, nec obūbrari iniustitiam; nam oppositis in primo loco respondetur, quod quidquid sit de iure communi circa repe-
40 titionem expensarum (in cuius dis-
positione si decidēdus foret articulus, placeret allata distinctio inter expensas debitas officio Iudicis, & inter alias præstandas ope actionis) certissimum
41 est, quod inspecto Statuto Ianuæ
lib. 3. *cap.* 5. expensæ litis debentur indistinctè, & ipso iure; Cupiens enim Statutum huiusmodi Iuris communis effugere quæstionem expressè sanciuit, quod ab eo qui succubuerit in casu soluantur victori expēsæ, ad quas propterea voluit ipso iure intelligi cōdemnatum, sublata iudicibus facultate absoluendi ab eis succumbentē sub pœna sindicamēti; & soluendi de proprio; vndè cessant prædicta, & officiū Iudicis suppletur ministerio Statuti mandantis quod ipso iure intelligatur
42 condemnatus ponderando verba *ipso*
iure, quæ operantur rem iudicatam, & habent virtutem latæ sententiæ *cap. vnico de sagittarijs* vbi *bona glos. in verbo sub anathemate, quod refert, & sequitur Petrus Binsfeldus in sua Pa-*
43 *storali Theolog. p.* 5. *de censur. Eccle-*
siast. cap. 2. §. *quando autem*, & clausulam, per quam adimitur iudicibus facultas absoluendi à prędictis impensis, & Decretum irritans absolutionē quatenus sequatur, quibus concurrentibus nec partes audiri, nec Iudices interpretari, vel iudicare fas est
44 *ex latè cumulatis per Gonzales ad*
Reg. 8. *Cancell. glos. penult. & vltim.*, & quatenùs vrgeant Statuta mandantia victum condemnandum inexpensas, & signanter Statutum prædictum Ianuæ dixit *Merend. controu. lib.* 16. *cap.* 34. *per tot.*

Secundum obiectum tollitur ex facto,

facto, quia ex actis constat fuisse vsq; in finem hinc indeque actitatum, & acriter, non obstante dicta cessione: quæ etsi facta medio litis tempore, pertinaciter tamen ex facto retractata, haberi proindè debet pro non facta
45 *Dec. in l. qui in alterius ff. de reg. iur. & cons. 140. in 2. dub. Rebuff. de dam. expens. & inter ff glos. 1. n. 14. & seq.* vbi quod ita obseruat forensis vsus *Guid. p. dec. 436. n. 56. vers. sed pone.*

Vltimo nescio quæ sint expensæ, quæ inueniuntur in taxatione, & dicuntur de iure non deberi; nam aliæ consistunt in salario præstito Iudicibus & Excellentiss. DD. Aduocatis, aliæ in actibus causæ, & aliæ in itineribus dicti M. Ferdinandi Genua ad vrbem Mediolani, eiusq; in dicta vrbe commoratione. In primam, & secundam speciem non opponunt aduersarij;
46 Tertia itidem nequit in dubium de iure reuocari *per l. si quis, la prima, & l. si quis aliena §. fin. ff. de negot. gest. Rot. in Parmen. expensarum 26. Iunij 1641. coram Panzirolo.* Firmatis itaq; læsione in contractu, ac nullitate, & iniustitia in iudicio super est, vt humanissimo testimonio D. V. Excellentiss. Serenissimo Principi innuatur ad effectum referendæ restitutionis in integrum, vt supplicatur, &c.

Et ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

Actio an reuiuiscat iam praextincta? obligatio de ratione reddenda an, & quæ remitti possit à Testatore? Aggregatus in familiam, an, & quando capax sit legati, seu fideicommissi familiæ relicti? Affinitas an tollatur per mortem vnius ex iugalibus? Alienatio facta, lite pendēte an, & quādo sustineatur? A laudo arbitratoris an detur de iure appallatio? Et quid Statuto Genuæ inspecto? Dos an repeti possit aduersus bona fideicommissi soceris, & si expressè non obligati? obligatio in carceribus suscepta an, & quando, & ad cuius fauorem valeat? Cessio viliori prætio facta, quam cantet Instrumentum, an valeat, vltra id quod fuit solutum? Et hic aperitur sensus l. Perdiuersas, & l. ab Anastasio C. mand. *Legatum factum filio familias, an, & quando ipsi queratur, vel patri? Statutum Genuæ de priuileg. Clericorum* §. si vero vers. si & quatenus submittat se, *quando intret, vel non? Processus, & sententia desuper lata an afficiant non citatum, vel nulliter citatum.*

SVMMARIVM.

1 Actio semel extincta potest ex causa reuiuiscere.
2 Redditionis rationis obligatio amplissimè remissa per Testatorē intelligitur de scrupolosa perquisitione, non verò de iusta, & rationabili redditione.
3 Sicque administrator videtur solum liberatus à leuissima culpa, non autem à dolo, & lata culpa.
4 *Ampl* etiamsi fuisset legatum totum id, quod ex causa administrationis deberetur.
5 Contrarium dixit *Dyn.*; sed reprobatur *vt n. 6.*
7 Administrationis præteritæ ratio remitti potest, non verò futuræ, ne præbeatur occasio delinquendi.
8 Aggregatio facit cessare primam familiam in aggregato, qui dicitur de domo, & familia Aggregantis.
9 Aggregatio eodem modo immutat aggregatum, quo insertum in arbore tollit vim primæ radicis.
10 Dispositio ad fauorem familiæ comprehendit solum aggregatum de tempore conditæ dispositionis.
11 Affinitas non tollitur per mortem vnius ex coniugibus, estq; sententia Doctoris Angelici.
12 Relatio Paternitatis, & filiationis non destruitur per subtractionem causæ, sed per corruptionē vtriusque subiecti
13 Alienatio facta, lite pendente in actione personali sustinetur, nisi probetur facta in fraudem.
14 Reuocatur, si fiat lite pendente in actione reali
15 Litigiosi vitium transit in quemcumque successorem, etiam absque eius scientia. Contrarium dixit *Chart. vt num. 16*
17 Alienatio facta lite pendente in iudicio reali valet, si fiat in causam soluendi æris alieni, *vt num. 22*
18 Contrarium dicendum est attento Stat. Genuæ

19 Statutum Leuanti quomodo sit intelligendum in consimili alienationis casu.

20 Litigiosi vitium intrat solùm, vbi, ostenditur fraus interuenisse in actione personali.

21 In actione verò reali semper intrat, & recta via agi potest contra tertium possessorem.

23 Statutum quod prohibet glossationem, & interpretationem non vetat iustam, & rationabilē; Potestq; interpretari ex alio capitulo, & ex dispositione iuris communis, si casus fuerit omissus *num* 24.

25 Statuta mandantia intelligi ad literam, vt iacent nō admittunt nisi solum sensum literalem, quāuis rigorosum, & durum.

26 A laudo arbitratoris datur de iure reductio ad arbitrium boni viri?

27 *Ampl.* etiamsi non fuisset appellatum.

28 Laudum potest reuideri per peritiores, etiamsi fuisset renunciatum reuisioni.

29 Immo cognita à peritioribus iniquitate primæ sententiæ, illicò retractatur: etiam quod Statutum prohiberet recursum à laudo, quia intelligitur quatenus quis ex laudo enormiter non lædatur *num.* 30.

31 Renunciatio reuisioni laudi non valet de Iure Canonico.

32 Maximè magna læsione interueniente, quæ magna dicitur si sit in sexta parte.

33 *Ampl.* etiamsi iuramentum accessisset; quia renunciatio intelligitur, quatenus æquum fuerit Iudex arbitratus *num.* 34.

35 Reductio ad arbitrium boni viri, melioratio, vel restitutio in integrum non datur à Statuto Genuæ aduersus laudum.

36 Facultas iudicandi arbitro concessa quamdiu duret de iure? & quid secundum Statutum Genuæ *num.* 37.

38 Statutum Genuæ limitat tempus Compromissi acti inter litigantes, non autem illius, quod habetur per modum pacti inter contrahentes; quia hoc transit ad hæredes, nec finitur per mortem vnius ex compromittentibus *num.* 39.

40 Dos in priuilegium *auth. res quæ, non extantibus bonis liberis* repeti potest non solum aduersus fideicommissum mariti, sed etiam soceris, etiā si non expressè obligati *& num.* 44. *&* 47.

41 Fideicommissum extantibus bonis liberis alienari non debet, etiam pro debito necessario, *& num.* 42

43 Priuilegium *auth. res quæ* est subsidiatium, cessatq; extantibus bonis liberis.

45 *Ampl.* assertum de quo in suprascripto *num.* 40. maximè in casum dotis; quæ anteponenda est priuatis hominum placitis, & primaria esse debet, etiam ex Voto Patris, vel aui *vt num.* 46.

48 *Ampl.* etiam quoad fideicommissum soceris, maximè concurrente coniectura prædilectionis filij, ex matrimonio futuro oriundi:

49 Contractus gestus in carceribus valet, si carceratio sustinetur.

50 Carceratio vbi iusta est, metus dici nequit iniustus.

51 Maximè, si extra carceres inde ratus habeatur contractus per aliquod ipsius adimplementum.

52 Contrarium tamen verius esse ad fauorem eius, qui in carcerem detrudi fecerat.

53 *Declar.* quatenus non probet iustitiam carcerationis.

54 *Ampl.* Etiamsi obligatio esset iurata.

55 Obligatio, quæ causam habuit à decreto Iudicis nulliter, & iniustè procedentis est nulla, & iniusta.

55 Obligatio carcerati ad effectum extorquendi aliā rem à prima obligatione seiunctam, non valet.

57 Cessio attento Statuto Genuæ, quando non dicatur facta in potentiorem.

58 Cessio quando sonet in pignus, & quando in realem translationem iurium.

59 Cessionario opponi nequit iniustitia cessionis, ex eo, quod emerit viliori prætio quàm cantet Instrumentum.

60 Fallit in emptore, seu cessionario litis iuxtà *ll. Perdiuersas, & ab Anastasio*: & sic intelligendi sunt DD. contrarium loquentes.

61 Cessionarius nulliter impetrat mandatum, non docto de cessione.

62 *Declar.* vt procedat in mandato liquido, & ad effectum vt debitor soluat, non verò in mandato suspicionis fugæ, & ad effectum, vt debitor caueat. Et paret in similibus, *vt nu.* 63.

64 Debitor qui secum habeat obligatum fideiussorē possidentem nequit iurari de fuga suspectus.

65 Neque iurari potest pro debito incerto: puta, pro redditione dationis.

66 *Fall.* si præter incertum adsit etiam expressum debitum certum.

67 Vtile per inutile non vitiatur.

68 Saluus conductus verbalis sufficit ad liberandum debitorem.

69 Non probatur per dictum illius, cui creditor promissit non molestaturum, etiamsi aliqua fides minus tamen legitimè exhibeatur *num.* 70.

71 Probari debet per testes omni exceptione maiores.

72 Priuilegium personale non competit septuagenarijs, nisi habeant qualitates, de quibus remissiuè.

73 Eximens carceratum pro debito ciuili potest cōdemnari à Iudice criminali ad interesse *partis*, licet de debito plenè non constet.

74 Fallit tamen, vbi nulla fuisset captura.

75 Debitum confessum per lapsum 30. annorum peti nequit.

76 Contrarium dixit *Rot. Genuen.*

77 Verior tamen est opinio quod peti nequeat, maximè concurrentibus circumstantijs, de quibus dicitur: & Rot. prædicta sic tenuit in vna anni 1615 *vt num.* 78.

79 Debitum præsumitur solutum, si apoca reperiatur apud debitorem.

80 Fallit quandoque, & præcipuè in casibus expressis.

81 Legatum factum filio familias eidem quæritur, & non Patri.

82 Fallit in casibus, in quibus fuisset contemplata persona patris, *& num.* 84.

83 Maximè vbi ab auo, vel patruo donatum fuisset id ad quod pater tenebatur, *& num.* 84.

85 Temporis taxatio adiecta præstationi legati altera est coniectura pro interpretanda in Testatore contemplatione patris.

86 Filius familias quidquid acquirit an Patri acquirat?

87 Vo-

87 Voluntas testatoris est attendenda in legatis;cum totum negotium perficiat.
88 Voluntas testatoris etiam ex coniecturis recollecta est seruanda.
89 Statutum Genuæ de priuilegio clericorum, an intret in casu?
90 Clericus se submittere nequit statuti dispositioni absque ordinarij licentia.
91 Clericus ratione administrationis super re Laicali an subiaceat potestati, statutis Laicorum?
92 Subiacet in Ciuilibus; non vero in Criminalibus.
93 Sed non posse Clericum trahi in Iurisdictionem Laici, etiam de Episcopi licentia, fuit opinio *Nouarij*.
94 Et contra clericum litigantem coram Iudice sæculari non seruari statutum, aut consuetudinem Laicorum maximè in decisiuis tradunt *Canonistæ*.
95 Processus, & sententia desuper confecta non afficit non citatum, vel nulliter citatum.
96 Citatio vbi requiritur, debet fieri specificè, & nominatim, non autem collectiuè, & per *proclama*.
97 Citatio directa corpori, vniuersitati, collegio, vel monasterio quomodo etiamsi omnibus de corpore non dimissa, dicatur legitimè exequuta.
98 Citatio ad videndum iurare testes quomodo sustineatur, quamuis vaga?
Citatio ad videndum iurare testes iteranda est quando decretum super admissione articulorum non fuit intimatum.
99 Nuncio se citasse negante, creditur Notario, qui scripsit nuncium citasse.
100 Fallit in casu.
101 Nuncius non facit fidem quoad relationem citationis post longum temporis interuallum.
102 Nuncij relatio est de forma substantiali Iudicij, & citationis.
103 Citationem non intimari, ac citationem non impetrari paria sunt.
104 Citatio ad sententiam debet nominatim præcedere.
105 Citatio ad sententiam debet esse specifica, & expressis verbis concepta, non vero virtualibus, & æquipollentibus.
106 Citatio habetur pro exequuta, si à citando impediatur exequutio.
107 Impedit exequutionem citationis, qui recurrit, vel ad forum Ecclesiasticum, vel ad Laicale respectiuè.
108 Intentionis fundamentum ab vnoquoque debet probari concludenter.
109 Citatio domi quando sufficiat, & quando per edictum *num.* 110. *Declar. vt num.* 111.
112 Nuncio creditur quoad diligentias, quemadmodum etiam quoad alia eius officium concernentia.
113 Citationis defectus sanatur per comparitionem, eiusdemq; scientiam, & intimationem, sed *declar.* pro vt *num.* 114.



RATIOCINIVM LXXII.

IANVEN COMPROMISSI:



Admodum Reuerendi Domini. Vidi informationes in facto, seu factis differentiarum, super quibus DD. VV. Multùm Reuerendæ assumptæ fuerunt Arbitræ Iuris cum facultate consulendi sapientem in omnibus, quæ disputari contigerit: Vidi etiam dubia, quæ super toto negotio, eiusque annexis, connexis, ac emergentibus controuersijs excitata fuerunt tam à Partibus collitigantibus, quam à DD. VV. Adm. RR.; Eaq; maturè considerata, sub qua methodo fui iussus à DD. VV. Adm. RR. sic resoluo; electo in multis non quod argumétis hincinde fuit propugnatũ, sed quod authoritate Serenisś. Senatus, ac Illustrissimorum Reipub. Serenisś. Magistratuum fuit decisum.

1 Ad primum respondeo, quod actio semel extincta potest ex causa reuiuiscere *gloss. in l. qui res §. aream, ver. in perpetuũ ff. de solut. Gratian. discept. for. cap. 921., & cap. 950. num. 18. & 20. Rot. par. 4. T. 1. Rec. decis. 373. n. 24.* vbi *ex specul. de fideiuss. in fin.* ait si pro credito meo pro quo habebam fideiussorem, dedisti mihi prædium insolutum, quod inde fuit euictum, fideiussor mihi tenetur pristina actione: quia res insolutum non permansit apud me.

2 Ad secundum necessitas legalis de ratione reddenda, quamuis à testatore amplissimè remissa non valet quoad redditionem iustam, & rationabilem; sed tãtùm quoad Inquisitionem scrupulo-

pulosam; & sic administrator videtur liberatus à leuissima culpa, non verò à dolo, seù latâ culpa. *Ruin. plurimos congerens cons. 54. nu. 12. in fin. vol. 1. Munoz. de Ratioc. Admin. c. 5. per totum Couarru. qui & asserit esse communem sententiam inter DD. lib. 2. c. 14. num. 1.*

4 Prædicta procedunt, etiamsi vltra dictam liberationē fuisset legatum totum id, quod ex causa administrationis deberetur *Peregr. cons. 40. n. 11. lib. 3.*

Nec mouet quod *Din.* consulerit
5 contrarium ex illa ampla facultate disponendi ad libitum de re sua concessa *per l. verbis legis ff. de verb. signif. l. 1. C. de Sacros. Eccles. §. disponat Auth. de nupt. & l. si quis ratione ff. de lib. leg.* Quia communiter reprobatur; potest enim remitti redditio rationis ad-
6 ministrationis preteritæ *d. l. si quis rationes ff. de lib. leg.* non autem futuræ;
7 ne huiusmodi liberatio, seù legatum delinquendi præstent occasionem *l. conuenire ff. de pactis dotal.* & in terminis sic decidit *tex. in l. quidam decedens ff. de administr. Tut. Peregr. dicto cons. 40. n. eod.*

8 Ad tertium vtique verum est, quod aggregatio in familiam facit cessare primam familiam in aggregato, qui efficitur de Domo, & familia aggregantis; Cum, quo modo insertum in arbore tollit vim primæ radicis, eodē immutet aggregatio aggregatum, *Cyriac. contr. 203. n. 34. & seqq. Gratiani discept. for. c. 645. n. 6. & c. 930. n. 14.* vbi aggregatus dicitur de stirpe, & sanguine aggregantis. *Rouit. cons. 27. n. 11. lib. 1. & post. Montan. Barbos. dixit Rot. in rec. p. 1. decis. 697. num. 5. & seqq.*

Non ideò tamen sequitur, quod disponens Testator ad fauorem suæ
10 familiæ intelligi debeat non solùm de aggregato tempore conditi testamenti, sed etiam de eo, qui fuit aggregatus familiæ post testamentum, quia de hoc quem Testator non cognouit, non est intelligendus fuisse loquutus, *Rot. coram Buratt. decis. 737. n. 1. & 2.*

11 Ad quartum dico, quod affinitas cum oriatur non ex eo quod aliqui coniungantur, sed quod coniuncti sint, non tollitur per mortem vnius ex coniugibus. Sententia est *Docto-*
12 *ris Angelici in supplemento ad tertiam partem eius Theol. q. 4. art. 2.* vbi ponit similitudinem in paternitate, & filiatione, quæ nunquam destruuntur per subtractionem causæ, sed solum per corruptionem subiecti, scilicet vtriusq; extremi; quod Philosophi appellant *fundamentum, & terminū.*

13 Ad quintū alienatio facta lite pendēte in actione personali sustinetur: quia res nunquam contrahit vitiū litigiosi, nisi vbi alienatio probaretur facta fuisse in fraudem, nempè ad retardandam exequutionem iam ceptam, siue ad impediendam, quæ actu imminebat *Rot. decis. 193. n. 20. p. 8. Rec.*

14 Lite verò pēdente reali in actione nō valet, sed reuocatur *l. Chirographis §. fin. ff. de admin. Tut. Dec. cons. 187. col. fin. Couarru. latissimè pract. quæst. c. 15. n. 6. & seq. cum alijs quos refert, & sequitur Chart. decis. 55. n. 2.* potestq; creditor rescissa alienatione petere executionem in rem ipsam *§. item si quis in fraudem instit. de act.* etiam quod res de vno in alium iterum fuisset alie-
15 nata, cum vitium litigiosi transeat in quem-

quemcumque successorem, etiam abs-
16 que eius scientia *Rot. dict. decis.* 193. *n.* 18. quamuis *Chart. dicta decis.* 55. *n.* 13. requirat scientiam litis motæ in alienatario.

17 Hæc clarissima sunt. Difficultas est, an sicuti valet alienatio facta lite pendente, etiam in actione reali quando cedit in causam æris alieni soluendi, vt firmant *supradicta decis. Rot. & Chart.* ita etiam, cum hac limitatione intelligendum sit Statutum Genuæ *de eleuat. canell. c. 3. in fin. lib. 4.* vbi apertè disponitur, quod non valeat alienatio possessionis, seù rei facta ab eo, cui petita fuerat res, seu pos-
18 sessio; sed habeatur pro non facta in odium rei conuenti, & qui alienauit. Et verius est, quod non intret huiusmodi limitatio, stante dispositione eiusdem statuti mandantis se intelligi ad literam, pro vt iacet, & prohibentis extrinsecum intellectum; quemadmodum alibi dixi de Statuto Leuanti, quod *lib. 2. cap. de solut. seu æstimat. conseq. & contract. simul. §. item*
19 *si quis*, irritat, & annullat contractum alienationis factæ in creditorem posteriorem post executionem petitam, vel debitum in iudicio requisitum; Non enim placebat distinctio, quod prædictum statutum approbaret alienationem factam ad fauorem creditoris anterioris, & in actione personali, cum in hoc casu cessaret vitium liti-
20 giosi, quod solùm intrat vbi ostenditur fraus interuenisse *Rot. dict. decis.* 193. *num.* 19. & 20. Et interuenisse coniicitur vbi alienatio facta fuit in posteriorem; non autem alienationem factam pendente iudicio in actione reali, quia cum in ea semper intret
21 vitium litigiosi, & sic fraudis præsumptio, alienatio habetur pro non facta, & recta via agi potest contra possessorem ex vi, & actione descendente ex eadem sententia, vt notatur *in l. 2. & in l. vlt. ff. de litigios. & in auth. litig. C. eodem tit.* nulla habita ratione, an alienatarius creditor sit anterior, vel posterior.

Quia huiusmodi statutum est suscipiendum strictè, vt iacet, nec recedendum ab obiecto, in quod intenderunt statuentes, qui vtique sciebant sustineri alienationem factam lite pẽdente ex causa necessaria, qualis est
22 solutio eris alieni, *l. vlt. C. de litig. l. alienationes ff. fam. erciscun. & l. Diuus ff. de petit. hæred.* & per consequẽs noluerunt prohibere alienationem factam etiam pendente lite in actione reali ad fauorem creditoris anterioris, quia in hoc casu videbatur cessare fraus, quam solummodo eliminatam voluerunt in alienatione facta moto iudicio in actione personali ad fauorem creditoris posterioris.

23 Neque dicatur in terminis præcitati Statuti Genuæ, quod non ideò quia prohibet glossationem, & interpretationem, tollitur legitima, iusta, & rationabilis interpretatio *Gabr. cõs.* 14. *n.* 5. *& per tot.* cum possit etiam
24 interpretari ex alio capitulo, & ex dispositione iuris communis; si casus fuerit omissus *Rot. coram Burat. decis.* 241. *n.* 2. *& seqq.* & plenissimè in terminis extensionis, *Carpan. ad Statut. Mediol. in prælud. ad idem statut. à n.* 349. *per seqq.*

Quia prædicta ad rem non faciunt, & vbi viget Statutum disponẽs, quod eiusdem verba debeant intelligi ad

literam vt iacent, non est assumendus
25 alius intellectus, etiam qui ex mente,
& ex similitudine rationis sumi posset;
sed solus sensus literalis, quamuis rigorosus videretur, & durus *Bero. cons. 120. n. 74. lib. 2.*
26 Ad sextum respondeo, quod est
verissimum de iure dari à Laudo arbitratoris reductio ad arbitrium boni viri *l. societatem §. arbitrorum cum l. seq. ff. pro socio c. quintavallis extr. de iure iur.* vbi DD. notãt *Rom. cons. 27. n. 3.*
27 *vers. 3. videndum est*; etiamsi non
fuisset appellatum, quia non ideò inducitur res iudicata *Afflict. decis. 33. n. 5.* Potestq; Laudum reuideri per peritiores, etiamsi fuisset renunciatum dictæ reuisioni *Rot. in Nepsina Laudi 20. Martij 1620.* Imò cognita à Pe-
28 ritioribus iniquitate primæ sententiæ,
29 illicò retractatur, *Felin. in c. proposuisti n. 10. de probat.*, etiam quod Statutum prohiberet recursum, siue appellationem à Laudo, quia intelligitur,
30 nisi quis ex Laudo ænormiter lædatur
Cancer. var. resolut. tit. de arbitr. c. 12. n. 18. Quamobrem nullo modo esse
31 attendendam renunciationem volunt
32 *Canonistæ in c. veniens, & in dicto §. quintavallis*; vbi maximè magna læsio concurreret, & sic in sexta parte quantitatis *Bart. in l. societatem. §. arbitrorum n. 25. ff. pro socio, Alex. cons. 131. n. 12. lib. 2.* vbi etiam; quod re-
33 nunciatio facta esset cum iuramento,
Paul. de Castr. in l. tres fratres n. 7. ff. de pact. tex. in l. si libertus ita iuramento ff. de oper. libert. Dyn. de reg. iur. in 6. re-
34 *gula scienti n. 13. & seq.* quia renunciatio intelligitur; quatenus æquum fuerit arbitratus; secus, si iniquè pronunciauerit, *Pau. de Castr. cons. 260. vol. 1. n. 3. vers. tamen communis doctrina pract. Papien. in form. libelli cõprom. §. nec reductio n. 3. Guidop. dec. 519. nu. 1. & 2.*

Hæc militant de iure; at Statuto
35 Genuæ inspecto *lib. 1. cap. 12. §. à sententijs*, nulla peti potest melioratio, in integrum restitutio, & ad arbitrium boni viri reductio; multò magis considerati pactis, desuper in alio Compromissi instrumento emanatis: quæ omni iure sunt seruanda *l. 1. in princ. ff. de constit. pecun.*
36 Quo ad verò secundã partem huius
dubij dico, quod vtique de iure communi, triennio elapso expirat facultas iudicandi concessa arbitro, de iure verò supradicti *Statuti §. si in Com-*
37 *promisso*, durat huiusmodi facultas
per semestre à die conditi Compromissi, vel eius comprobationis; at huiusmodi Statutum intelligendum est de Compromisso facto inter litigantes, non autem de eo, quod fit
38 in contractu, & est pactum ipsius cõ-
tractus, vt quando declaratio pretij, aut quid simile remittitur arbitrio tertij. Nam licet respectu illius tertij dicatur arbitramentum, respectu tamen partium dicitur pactum, quod transit
39 ad hæredes, & perpetuò durat, nec
morte contrahentium finitur, vt notauit *Socin. Sen. cum alijs in l. si quis arbitrator ff. de verb. obligat. Mantic. de tac. & ambig. l. 2. tit. 1. n. 42.* Et ita Genuæ fuit iudicatum à *M. Io: Baptista Casanoua I. C.*

Ad Septimum, respondeo dotem, de qua agitur posse repeti non solum
40. aduersus bona mariti fideicommittentis, sed etiam aduersus fideicommissum soceris, etiamsi expresè non

obli-

gati, & quidem in priuilegium *Auth. res quæ C. communia de leg.* loquor tamen in terminis quod bona libera nõ extent, quia alijs bonis existentibus fideicommissum alienari non debet, 41 etiam pro debito necessario, & ad fideicommittentẽ spectante, *Tex. expressus in l. quã tutores C. de administr. T ut. & in l. magis puta §. nẽ tamẽ ff. de rebus eor. Gratiani discept. c. 570. n. 12 cum alijs per Rot. in Rom. fideicomm. de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram Reuerendiss. Cerro §. si autem*, alios etiam allegat *Rot. in Rom. fideicom. 7. Iunij 1652. coram R. P. D. Zaratè* 42 *§. quo ad fructus*, fideicommissũ enim nequit, nisi in subsidium alienari, & in casibus de Iure permissis *Pau. de Castr. cons. 247. n. 4. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 40. n. 28. Fusar. de substit. q. 541. n. 19. Rot. in Meleuit. fideicom. 13. Martij 1651. §. præterea, & in Vrbitanen. prædij 23. Maij 1653. corã Illustriss. Bichio*, & his relatis fuit dictum *in Firmana domus, seu fideic. 1. Februarij 1658. coram Illustriss. Albergato*. Sicuti etiam priuilegium 43 *dictæ Auth. res quæ dicitur remedium subsidiarium* cui non est locus, nisi in casu necessitatis, & quando non sunt alia bona præter fideicommisso subiecta *Rot. coram S. M. Ludouis. decis. 266. n. 9. & 10. & in Bononien. bonorum coram Illustriss. D. meo Taia 27. Februarij 1660. in fin.* Posito igitur, quod nulla alia bona libera su- 44 persint, hæredes mulieris consequentur solutionem dotis in fideicõmisso, per virum relicto *Rot. diuers. p. 2. dec. 49. n. 33. & 35.*, *coram Merlin. decis. 657. n. 15. & 16. & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 43. n. 8. & 9.* alijsq; allegatis fuit dictum *in supradicta firm. fideicommiss. §. cæterum*, maximè in casum dotis, itaut primaria sit habenda causa dotis, & anteponenda priuatis hominum placitis, vt 45 egregiè ratiocinatur *Rot. in Rom. dotis de Lancellotis 14. Iunij 1655. co-* 46 *ram Illustriss. Zarate*, quia actio pro dote valdè consentanea est patris, vel etiam aui voto, & congrua mulieris pudicitiæ, vt inquit *Tex. in l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell.* ibi *dixi non posse dici in conuersionem fideicommissi factum, &c.*

47 Dari etiam repetitionem dotis aduersus fideicommissum soceris ex æquiori, & receptiori sententia firmauit *Rot. in supradicta decis. 43. n. 3. coram Eminentiss. D. Otthobono confirmata coram eodem Eminentiss. in dec. 71. inter eius impressas*, concurrente maximè coniectura prædilectionis fi- 48 lij oriundi ex matrimonio legitimo, quæ in necessarium antecedens connotat dilectionem matrimonij etiam futuri, & ad eius fauorem præsumitur fideicommittens voluisse eius bona hypothecari, vt latè dicitur *in dicta decis. 43. n. 4. & 5.*

Ad Octauum, dico non esse vsque modo attendendam obligationem susceptam in carceribus per D. Hieronymum ad fauorem D. Hypoliti, qui ad illos detrudi curauerat; quia licèt de iure validus sit contractus in carce- 49 ribus factus, vbi carceratio sustinebatur *l. quemadmodum §. Magistratus ff. ad l. aquiliam Grat. conf. 87. n. 13.* estque doctrina *Bart. in l. qui carcerem n. 1. ff. quod met. cau. Grat. discept. 479. n. 30. Rot. decis. 26. n. 3. & decis. 122. n. 12. p. 6. Rec.* & ratio est, quia si carcera-

ceratio est iusta metus dici nequit iniustus, dum intuitu iustitiæ aliquando actum fuit *l. si mulier 21. ff. de eo quod met. cau. Farinac. T. 1. de carcerat. q. 35. n. 29. vers. si verò carceratio cum alijs per Rot. in Rom. Saluiani 18. Februarij 1661. coram Reuer. Albergato*. Prædictaq; firmius procedunt,
50
51 si è carceribus dimissus inde ratū habeat contractum, puta dando aliquod adimplementum contractui, vel recipiendo *gloss. in l. qui in carcerem ff. de eo quod met. cau. Osasch. decis. 179. n. 8. Ludou. decis. Lucen. 18. num. 1. p. 1.*;
52 verior tamen est altera iuris regula, quod obligatio carcerati pro eo, ad cuius instantiam detinebatur, nullius sit momenti *Tex. in l. qui in carcerem* vbi notant omnes scribentes *ff. quod met. cau.* & quidem præsumptione legis ratione metus, cum carcer sit species tormenti habens grauamen successiuum, ideóque connotat seruitutem, & coactionem mentis, vbi nō est libertas corporis *Natt. & per eum alleg. cons. 450. n. 2. & seqq. Menoch. de arbitr. cas. 136. n. 3.* Et quamuis fallat huiusmodi regula, quando exe-
53 quutio, eiusq; causa fuit iusta; onus tamen hoc probandi spectat ad eum, qui tali pacto vult excipere, quia carceratus habet regulam pro se, etiamsi
54 obligatio esset iurata; quia iuramentū non supplet defectum voluntatis, quæ cessat stante metu *Rolan. cons. 2. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1051. n. 2. Boer. decis. 100. n. 14.* Doceatur itaque de validitate carcerationis, ac de iustitia crediti; quia vtraque soli-
55 dis argumentis impugnatur, & præcipuè, quia obligatio facta fuit in executionem decreti, seu licentiæ concessæ à Iudice, qui nulliter, & iniuste processit *Rot. in Rom. Saluiani 14. Ianuarij 1660. coram Reuerendiss. Bourlemont §. quod enim*; tum etiam quia carceratio fuit exequuta animo
56 retorquendi aliam rem, vel aliam obligationem à prima alienam, & separatam, vt exemplificat *Couarru. de spons. p. 2. c. 3. §. 4. n. 15. & declarat Scanarol. de Carcerat. visit. lib. 1. c. 3. sect. 2. num. 27.*
57 Ad nonum, cessio ex Statuto Genuæ *lib. 4. c. 5. §. finali*, fieri non potest in potentiorem ratione fori mutandi; sustinetur tamen, vbi cessionarius nō est de potentioribus, & subditus est, debitor cessus, diuersis foris, & sic foro cessionarij, & in terminis, in quibus loquitur *Chart. decis. 53. per tot.* Huiusmodi vero cessio non sonat in
58 pignus, vt prętenditur exaduerso, sed in veram, & realem cessionem; & sic cessionarius tenebatur exigere, & suas facere incumbentias; quod deduco ex verbis adiectis in consignatione cedulæ debitoris, ibi *dedit, tradidit, transtulit*, quæ important formalem cessionem. Secus esset dicendum, si adessent sola verba obligatoria de pręsenti, vt *obligat, & hypothecat hoc debitoris nomen*, vel de futuro, vt *promittit obligare, & hypothecare*; quia tunc simplex inde pignus resultaret, vt prędictis verbis ponderatis distinguit *Altogr. cons. 37. n. 39.*
59 Nec potest cessionario à debitore, seu ab eius creditoribus opponi iniustitia cessionis in eo scilicet, quod viliori pretio nomen debitoris acquisierit, quàm cantet instrumentum obligationis, & per consequens prætendi nequit debitorem non teneri, nisi ad

ad id; quod re ipsa fuit cedenti solutú
ad sensum *l. per diuersas, & l. ab Ana-*
stasio C. mandati, vbi hæc habentur
nihil tamen amplius exigi permitti, quã
quod re ipsa dederit; quia in contrariũ
stat veritas, vt latè defendunt *Cenc. de*
cens. q. 108. à n. 20. per seqq. Bonacin.
T. 2. de contract. disput. 3. q. 4. punct.
vnico n. 44. cum alijs, quos refert, &
sequitur Salgad. in eius Labyr. credit.
p. 1. c. 27. n. 80. & propterea non ob-
stant *Bart. in l. fideiussor obligari ff. de*
fideiuss. Cancervvar. resolut. lib. 1. c. 13.
n. 76. & 77. Leotar. de vsur. q. 39. nu.
60 *31. Rot. post Pacif. de Salu. decis. 76.*
in fin. & post præcit. Ceno. decis. 151.
n. 6. Gratian. & alij ab eo allegati di-
scept. 826. n. 1. & 2. quia sunt intelli-
gendi ad mentem dictarum *ll. per di-*
uersas, & ab Anastasio, quæ loquun-
tur in diuerso casu, nempè in empto-
re, & cessionario litis, vt ex *Giurb.*
& alijs quos sectatur tradit idem *Sal-*
gad. loco citato nu. 82.
61 Mandatum verò, seu licentia im-
petrata vigore supradictæ cessionis, &
si de iure nulla est, non docto per ces-
sionariũ de cessione, vt scripsit *Bald.*
in dicta l. per diuersas n. 21. & dixit
Bart. in l. 1. vers. quæro, & forma stat
C. de addit. & obligat. Bosch. consi. 326.
n. 1. vers. 2. ex parte Boer. decis. 10. per
tot., & fuit decisum ab Illustriss. DD.
Supremis Sindicatoribus Genuæ an-
no 1655. mense Iunij inter quosdam
Ciues Sauonenses; Attamen, ad effe-
ctum, in quem fuit obtentum sustine-
ri debet; quia prædicta procedunt in
mandato liquido, & ad effectum, vt
62 debitor soluat: non autem in manda-
to suspicionis fugæ, & ad effectum, vt
debitor caueat de iudicio sisti, & iu-
dicatum soluendo; alioquin si debe-
ret præcedere citatio ad effectum do-
cendi de cessione, elusorium redde-
retur consilium legis, vt inquit *Bosch.*
in præcit. cons. & debitor instrueretur
ad fugam. Hanc etiam veritatem ex-
63 perimur in informi legitimatione
personæ rei, & in purificatione con-
ditionis, de quibus, & si minus legi-
timè docetur, nihilominus Iudex cõ-
cedit licentiam, seu mandatum *Sca-*
narol. de visit. carcerat. lib. 3. §. 8. c. 2.
n. 29. non poterat tamen debitor in-
64 rari suspectus de fuga, vbi fideiussor,
qui cum eo se obligauerat possidebat
in Serenis. Dominio Genuen. quia
tunc bona aggregantur, vt fuit deci-
sum à dd. Supremis DD. Sindicato-
ribus anno 1629. in causa M. Vi-
scontis Iustiniani carcerati ad instan-
tiam M. Dominici Laurbati. Quod
non assererem ex solo capite incerti-
65 tudinis debiti, quia licet pro debito
incerto v. g. redditionis rationis ne-
mo suspectus iurari nequeat, vt iudi-
cauit *Rot. Genuen. anno 1644. die 14.*
Iulij in causa inter Murturam, & Mar-
chesium; hic tamen debitor, cum præ-
66 ter incertum, pro certo etiam debito
67 fuerit iuratus, debuisset detineri ex re-
gula, quod vtile per inutile non vitia-
tur *glos. in §. quod si quis instit. de inut.*
stipulat. c. vtile 37. de regulis iuris in
6. sed captura claudicauit ex capite
possessionis stabilium in fideiussore.
Idem dicendum foret, si attendendus
esset prætensus saluusconductus ver-
68 balis, qui sufficit ad liberandum de-
bitorem, vt fuit decisum à dictis Illu-
striss. DD. Supremis Sindicat. anno
1643. die 20. Iulij in causa carcera-
tionis Io. Vio detenti ad instantiam
vnius

vnius ex suis fideiussoribus, qui ipsum
eduxerat è domo M. Margheritæ Ra-
uennæ, & promiserat se non facturũ
69 eum detineri; sed quia non probatur,
cum non sufficiat dictum illius, cui
creditor promisit se non molestaturũ
debitorem, etiamsi de dicto fidem fa-
70 ciat aliquis, qui sit familiaris illius,
cui facta fuit promissio; Ideò non est
attendendus, & quandocumque pro-
71 bandus est concludenter per testes
omni exceptione maiores; sic fuit iu-
dicatũ à dictis DD. Supremis in causa
detentionis Ioannis Philippi Piuæ ad
instantiam Petri Antonij Saluaighi
in primo foliatio anni 1652. de con-
silio M. Ioannis Francisci Scaliæ. Ne-
que eidem suffragari poterat Priuile-
72 gium personale, quia hoc non com-
petit septuagenarijs, qui non sunt in-
firmi, debiles, & pueris æquiparan-
di, vt iudicauit Sereniss. Senatus Ge-
nuæ anno 1645. die 9. Ianuarij, cum
relatione sapientis, & anno 1653. 5.
Martij contra Augustinum Chiappe
ad fauorem fideicommissariorum q.
Ioannis Baptistæ Lanfranchi.
Franciscus verò Sedonius, qui exe-
mit prædictum debitorem è carceri-
bus ad nil teneri potest; quia etsi ex
73 aduerso allegatur, quod eximens
carceratum pro debito ciuili potest cõ-
demnari ad interesse partis à Iudice
criminali, licet de debito non constet
per probationes, ex quibus ciuiliter
plena resultet probatio, vel crimina-
liter semiplena, vt sententiauit *Rot.
criminalis Genuæ anno* 1649. *die* 11.
Septembris in causa Magnifici, hodie
Reuerendiss. D. mei Sauli Sauli, qui
exemerat M. Saulum eius patrem, &
quem condemnauit in solidum cum
patre; tamen cum captura ex supra-
74 dicto capite nullius esset momenti,
exemptio nihil etiam obligationis po-
tuit contrahere. Causa enim nulla
nullum producit effectum, vt *ex vulg.*
Quoad verò alia credita proprio
nomine adstipulata per D. Io: Bap-
75 tistam contra ipsum D. Paulum non
leuis insurgit difficultas; nam debitũ
à dicto Paulo anno 1615. confessum
peti non poterat, cum ex lapsu tanti
temporis præsumatur solutum. Quid-
76 quid dixerit *Rot. Genuen. in vna Ga-
brielis Muzante aduersus Curatorem
q. Nicolai de Gazale capta anno* 1637.
die 6. *Februarij in actis Bartholomæi
Borsotti, & terminata anno* 1649.
77 *die* 8. *Iulij*; Quia verior est, & com-
munior opinio affirmatiua, maximè
concurrente tunc temporis opulentia
debitoris *l. procula ff. de probat. Corn.
cons.* 277. *Natt. cons.* 122. *Pacian.
cons.* 113. *nu.* 7. *&* 36. *Crauett. cons.*
129. *n.* 6. *Andreol. controu.* 57. *n.* 11.
& 12. *Mascard. de probat. conclus.*
1318. *n.* 26. *cum alijs per Rot. in Rom.
fideicommissi de Mutis* 2. *Iunij* 1650.
coram Reuerendiss. Meltio §. *doti Phi-
lippa, & in Rauennaten. seu Fauent.
pecuniaria* 3. *Decembris* 1655. *coram
Dunoz.* §. *non obstat, & coram Mer-
lin. decis.* 246. *n.* 3. *Seraph. dec.* 1333.
Mellin. decis. 235. *n.* 1. *Afflict. decis.*
13. *n.* 58. inter quos celeberrima est
Surdi decis. 105. & aliàs iudicauit *ea-*
78 *dem Rot. Genuen.* & præcipuè *anno*
1615. 15. *Aprilis* pro Ioanne Fran-
cisco Valetario contra Bernardum, &
Stephanum fratres de Rubeis in actis
Camilli Ghirardi. Idem etiam sentio
79 de debito resultante ex apoca, quia
cum hæc reperta fuerit penes ipsum
D.

D. Paulum debitorem, de eo præsumitur facta solutio *l. 2. vbi Bart. & l. labeo §. 1. ff. de pact. l. Chirographum ff. de probat. plenè Abb. in c. Ecclesia il 2. n. 13. vt lit. penden. Rot. in Bononien. pecuniaria dotis 3. Martij 1614. coram Manzanedo.* Quæ præ-
80 sumptio cessaret, quando creditor, & debitor in simul habitarent in eadem domo *Ruin. cons. 215. nu. 11. lib. 1. Rom. cons. 446. n. fin.*, vel quando apoca inuenta apud debitorem non esset lacerata, aut cancellata *Rom. loco citato per tex. in dicta l. chirographum ff. de probat. Rot. in Rom. de Massis 13. Iunij, & 4. Iulij 1601. coram Reuerendiss. Corduben.* quidquid teneat *Ruin.* vt supra allegatus.
81 Ad decimum assero legatum factū filio, adhuc sub patria potestate existenti censeri regulariter relictum cōtemplatione ipsius filij, non verò patris, & consequenter cedere in eiusdē filij dominium *l. fin. vbi glos. C. de vsufruct. Bart. in l. filio familias la 2. n. 2. ff. de donat. cau. mor.* Fallit tamen regula, vbi facta fuit in legato com-
82 memoratio ipsius patris, vel patriæ potestatis, vel vbi filius adhuc infans, vel impubes esset, ita vt sola patris merita præcesserint, eaq; sola fuerint contemplata, & huiusmodi amoris, ac beneuolentiæ argumento erga patrem in munere, vel muniusculo pro filio recognita, & gratificata; quia in vno ex his casibus dicitur contemplata patris persona, cui legatum consequenter quæri debet *§. 1. versic. quod ex occasione patris instit. per quas personas nobis acquir. l. filio familias ff. de de condit. & demon. l. sed & si plures §. in arrogato ff. de vulgar. & pupill.* *Menoch. præsumpt. 26. n. 5. & præsumpt. 28. nu. 16. lib. 3. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 8. tit. 16. nu. 1. Socin. cons. 72. n. 10. lib. 1. Menoch. cons. 161. n. 31. lib. 2. Michalor. de duobus fratribus p. 1. c. 7. n. 13. & 14. plenè Gratian. discept. 663. à n. 1. per seqq.* & signanter *nu. 10.* maximè, si
83 ab auo, vel patruo donetur nepoti id, ad quod tenebatur pater, v. g. pecunia in causam vestis conficiendæ, vel in causam alimentorum, ad quæ pater remanet de iure obligatus *Gabr. de iur. dot. conclus. 5. n. 22. Menoch. dicta præsumpt. 28. n. 18. Alciat. de præsumpt. 1. Reg. præsumpt. 17. vers. non obstat ratio.* Quod idem semper tenui de duobus legatis factis ad fauorem M. Nicoletæ meæ sororis, altero anno 1624. à D. Iacobo patruo meo, & altero à D. Maria Gineta auia mea paterna, non solùm quia dicta legata relicta fuerunt in eorum respectiuè testamentis sub commemoratione D. Augustini mei parentis, & ipsa Mag. Nicoleta adhuc puerula erat, sed etiā quia fuerunt scripta in causas prædic-
84 tas, ad quas Pater tenebatur, ex solo motiuo amoris, & beneuolentiæ erga dictum D. Augustinum filium respectiuè, & fratrem dictorum, & ad effectum quo quo pacto gratificandi dictum D. Augustinum, & in aliqua parte parificandi donationes à D. Frācisco Auo meo factas D. Ioanni Nicolao eius filio in Personis eiusdem
85 Filiarum: & vltrà prædicta ponderabam etiam taxationem temporis, intra quod mandarunt eidem D. meæ sorori præstanda esse legata, scilicet intra annum à die mortis, quod vbi fuisset exequutum stante eius puerili

ætate,

ætate, & potestate patria cessisset sane in ipsius Patris acquisitionem §. *ei verò vbi Oynot. instit. de inut. stipulat.* & firmissimum est, quod in huiusmodi legatis, & in alijs vltimis dispo-
87 sitionibus veniat semper attendenda voluntas testatoris, quæ totum peragit negocium *l. ex facto ff. de hæred. instit. l. in conditionibus ff. de condit. & demon. & l. cum quæstio C. de leg. Pe-*
88 *regr. consl. 43. n. 3. & 5. lib. 3. & de fideic. art. 25.*, & ideò recollecta etiam ex coniecturis *Peregr. dicto cons. 43. n. 3.* sit seruanda *l. fideicommissa §. itē si quis, & l. quisquis ff. de leg. 3. l. cum quidem C. de necess. seru. hæred. instit. l. si quis haredē C. de instit. & substit.*
89 Ad duodecimum respondeo, quod Statutum Genuæ *lib. 6. c. 4. de Priuileg. Clericorum §. si verò versic. si. & quatenus submittat se*, non intrat in
90 casu, quia submissio non valet, nisi Episcopi ordinarij accedat voluntas *c. significasti, & c. si diligenti de for. cōpet. glos. in c. 1. & de off. iudic. deleg. Quarant. in summ. Bull. vers. Archiep.*
91 *authoritas n. 1.* nec dicatur quod Clericus, qui se submisit debeat subiacere potestati, & Statutis Laicorum saltem ratione administrationis, quam habuit de re Laicali, vt inferebant aduersarij *ex tex. in c. Sacerdotibus ne Cleric. vel Monac. Ias. in l. fin. §. fin. in 5. not. C. de iur. delib. Decian. in tract. crimin. lib. 4. c. 9. n. 143.*, quia cum ex huiusmodi administratione deducatur causa criminis, ob quam in pęnam dā-
92 mnari Clericus prætenditur; cessat authoritas DD. præcitatorum, qui loquuntur dumtaxat in ciuilibus, licet *Nouar. in sum. Bullar. super Bull. Greg. XI. de obligatione Camerali nu.* 8. nullo modo consentiat posse Cle-
93 ricum trahi in iurisdictionem Laici etiam de licentia Episcopi.

Cæterum ad hæc videantur latè *DD. in c. Ecclesia S. Mariæ de constit. & in c. quod Clerici de for. compet.* dicentes, quod contra Clericum, qui litiget coram Iudice Sæculari non ser-
94 uatur Statutum, aut consuetudo Laicorū maximè in decisiuis *Alder. Mascar. de general. Stat. interpret. concl. 1. n. 197. Roch. de curt. de stat. lect. 8. q. 11. num. 59.*
95 Ad vltimum assero, quod processus, & sententia desuper lata afficere nequit M Alphonsum; qui vel nulliter, vel nullo modo ad actus fuit citatus, & ad dictam sententiam. Siqui-
96 dem citatio vbi requiritur debet fieri specificè, & nominatim, & si plures vnica comprehendat citatio, non autem collectiuè, generaliter, & per proclama. *Ruin. cons. 62. n. 24. lib. 5.* vbi, *quod ignorantia non suffragatur, & quomodo sint citandi hæredes.* Iura incontrarium producta non probant, quod vbi agitur contra bona defuncti sufficiat citare hæredes eius collectiuè, absque expressione nominis, & cognominis, sed adstruunt quod citatio directa alicui corpori, Vniuersitati,
97 Collegio, Capitulo, vel Monasterio omnes afficit de corpore, & Collegio, vel Monasterio, perinde ac si contra omnes fuisset exequuta, vbi præcessit instantia Priori, vel Præfecto porrecta, vt cæteros de Monasterio colligeret ad effectum exequendæ citationis, & ipso negligente id peragere, eidem, & repertis in Monasterio dimittatur. *Ita glos. in c. si capitulum de concess. preben. in 6. Rot. in rec. decis. 628. n. 4.*

nu.4.p.3.Add. ad S.M.Greg.decis. 584. *n.* 6. *& alij quos eadem refert, & sequitur in Calaguritana decimarum coram Eminentiss. D. meo Celso die* 28. *Ianuarij* 1656. §. *cessat pariter.* Qui casus longè distat à no-
98 stro. Illa ad videndum iurare testes sustineretur vtique, quamuis vaga: quia restringi deberet ad terminum probatorium antecedenter adsignatum, sed dicitur quod Decretum de admissione articulorum ad probandum non fuit intimatum, & proptereà alia erat necessaria citatio, vt dixit *Rot.coram Buratt. decis.* 304. *n.*4.*& coram Greg.decis.* 400. *n.* 5.
99 Alia ad respondendum productioni iurium non est attendenda, quia licèt vbi nuncius se citasse neget credatur Notario, qui scripsit nuncium retulisse, quod citauit, secundum doctrinam *Cyni in l. si quis Decurio C. de fals. quam sequitur Rot. p.* 1. *Rec. decis.* 535. *n.* 2.; attamen neq;
100 Notario est credendum, vbi scripsit de recenti relationem exequutæ citationis de longinquo nimis tempore, quia nulla fides adhibetur eidem nuncio quoad relationem exequu-
101 tionis citationis post longum temporis interuallum, *Rot.coram Burat. decis.*270.*n.*3.*& fuit dictum in Segobricen. Canonicatus* 26. *Nouemb.* 1655.*coram Reuerendiss.Dunoz.* §. *non obstat.* Illa verò ad exhibendos hæreditatis libros pro redditione rationis, ad quam hæreditas prætendebatur iuridicè condemnata nec etiam potuit afficere, quia non fuit
102 exequuta; deficit enim citatio, si deficiat Nuncij Relatio, quia hæc est de forma substantiali Iudicij, & ci-

tationis *Rolan. cons.*47.*n.*68. *lib.* 2. *quem refert, & sequitur Manent. decis.Mantu.*61.*n.*28. & paria sunt
103 citationem non impetrari, ac citationem impetratam non intimari *Rot.coram Merlin.decis.*11.*nu.* 17. *&* 18. Insuper deficit etiam citatio ad sententiam, quę tamen nominatim præcedere debebat, vt declarat
104 *tex.in Clem.sæpè,& ibi gloss.de verb. signific.Afflic.decis.*182.*n.* 3. *Capic. decis.*1.*num.*35.*Rot. decis.* 17. *de re iudic.Mantic.decis.*291.*& alij quos refert eadem Rot.in Bononien.Iurispatron.* 27. *Iunij* 1657. *coram Reuerendiss. Meltio* §. *eòque minus.* Immo quando impetratur debet esse adeò specifica, & expressis verbis
105 ad sententiam concepta, vt nec virtualis cõprehensio illius, nec æquipollentia verba admittantur *Rom. cons.*369.*n.*8.*Greg.XV.decis.* 209. *n.* 4.vbi *Add. n.* 7. *Caualer. decis.* 376.*n.*1.*cum alijs in dicta Bononien. Iurispatron.* §. *eod.* nec satisfacit qui recurrendo ad subterfugia dicit, citationem haberi pro exequuta, si ci-
106 tandus impediat se citari *c. quoniam frequenter* §.*pono vbi Abb.n.*3.*vt lit. non contest.alleg.per Rot.p.*3. *rec. decis.* 342. *n.* 2.*& in dicta Segobricen.*
107 *Canonicatus* §. *non obstat.* Et in terminis recurrentis ad forum vel Laicale, vel Ecclesiasticum respectiuè pro impediẽda executione dixit *Rot. coram Seraph.decis.*1094. *nu.* 3.*& per tot.*; Quia huiusmodi allegatio deficit in salutari, & non docet de impedimẽto,vt necessariò requiritur. Vnusquisque enim debet concludenter probare quod est fundamen-
108 tum suæ intentionis *Rot. coram Seraph.*

raph. decis. 1171. n. 2. vers. & vbi quis se fundat, *& coram Greg. XV. decis.* 278. *n.* 6. vbi *Add. nu.* 12. *& decis.* 279. *num.* 3. & fuit dictum *in Rom. fideicomm. de Mutis* 11. *Ianuarij* 1649. *coram Reuerendiss. Meltio §. tertia detractio & in rec. decis.* 469. *n.* 2. *p.* 3.

Hac etiam responsione tollitur alterum obiectum, quò dicitur citationem ad reliquos actus successiuos sufficere, si domi exequatur, quã-
109 do citatus ab exordio litis in Iudicio
comparuit *Rot. & per eam alleg. p. 4. T. 1. Rec. decis.* 173. *n.* 4. vel quando
dolosè latitet; quia tunc sufficit la-
110 titantem citari domi, vel per Edictũ
Rot. in Pampilonen. Decimarum de Verastegui 12. *Iunij* 1649. *coram Arguelles §. quia cum*; Nam quoad
primam partem respondetur procedere argumentum in actibus succes-
111 siuis, & eiusdem præiudicij, non
autem in citatione ad sententiam, quæ maximi est præiudicij, & totum exhaurit iudicij venenum *Tiraq. de retract. lignag. §. 9. glos. 2. n. 6. & alij citati in dicta decis.* 173. *nu. eod.* Quoad aliam, latitantia ex dolo non probatur, & nihil de diligentijs dixit Nuncius, cui tamquam de re con-
112 cernente eius officium standum es-
set *Rot. coram Put. decis.* 187. *lib.* 3. *& p. 2. Rec. decis.* 211. *n.* 2.

Nec demum insistendum est in asserta M. Alphonsi comparitione; quia
113 vtique verum est de iure citationis
defectũ sanari per comparitionem, vt scripsit *Bald. in l. nequis n. 1. vers. nolo ff. de ferijs Rot. coram Greg. decis.* 27. *à nu. per seqq.* vbi *Add. nu.* 9. Item & per eius scientiam in citando *Rot in Rec. decis.* 124. *n.* 54. *p.* 6. *& decis.* 134. *n.* 6. *p.* 9. Imò, & per eiusdem intimationem *alleg. per Add. ad dict. Greg. decis.* 457. *n.* 6. sed iura prędicta loquuntur de citatione proxima ad actum gestum, quam verissimum est sanari per comparitionem ad titulum defensionis habitam.

Aliud responsum infra Ratioc. 74.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

EXponuntur status, quos habuit M. Communitas Leuanti in suorum censuum introitibus, indeque quæritur à quibus oneribus eximantur Clericorum bona, & à quibus non.

SVMMARIVM.

1 Leuanti M. Communitas tres enuaciatur habuisse status in suis redditibus, seù introitibus quęrendis.

2 Habet pacta, et conuentiones cum Sereniss. Genuensi Republica.

3 Soluit annuatim libras duas mille monetę Illustriss et Excellentiss. Genuensi Cameræ in adimplementum dictarum conuentionum, & *num.* 4.

5 Ecclesia est Sponsa Christi.

6 Christus Dominus fuit Rex simul, et Sacerdos.

7 Immunitas tam personalis, quam realis plenissimè competit Ecclesię, & personis Ecclesiasticis ab omnibus gabellis, impositionibus, ac oneribus Laicalibus.

8 Immunitas prædicta extenditur non solùm quoad bona in Titulum Patrimonij ad Sacros ordines Clerico donata, sed etiam quoad alia quęcumque, quomodocumque Clericis obuenta, etiamsi successissent Patri in bonis iam descriptis, et ęstimatis, et pro quibus pater soluebat Gabellas.

9 *Declar.* vt hęc, alięque DD. sententię discretè, et temperatè sint recipiendę.

10 Bona quomodocumque ad Clericos transacta à quibus oneribus non eximantur.

11 Res transit cum suo onere; et onus rei annexum transit cum sua causa.

12 Regula prędicta in materia immunitatis de quibus oneribus sit intelligenda.

13 Clericorum bona sunt omninò immunia ab oneribus extraordinarijs, & merè personalibus, licet bonis impositis, sed non propter ipsa bona; non verò ab oneribus merè, et intrinsecè realibus ordinarijs, et vniformibus, vt *n.* 14. 15. *&* 20.

15 Bona si transeant ad Clericũ onerata onus amittunt, et eiusdem assumunt priuilegia.

17 Lex,

17 Lex, vel Statutum imponens aliquod onus non ligat quem ex proprio priuilegio cognouit Immunem.

18 Absurda quę sequerentur, si indistinctè vera esset regula, *quod res transit cum suo onere*.

19 Distinctio adstruens in hac facti specie debere esse Immunia bona peruenta ad Clericum, antequam territorium Communitatis fuerit descriptum, et oneratum, non verò post, quare nó sit admittenda.

20 Distinctio verò inter onera realia, et imposita bonis propter ipsa bona ordinaria, vniformia, et perpetua: et onera mutabilia, temporanea, personalia, et sponte à laicis causata optima est, et tenenda.

RATIOCINIVM LXXIII.

LEVANTINA IMMVNITATIS.



T humanissimi Domini mei mandatis pareā, præmissa facti serie, in quam purissima, ac fideli cognitione diligēter laboraui, omni animi affectu ablegato depromam, quid iustitiæ, & veritatis esse sentiā in contentiosissima quæstione, quam hodie Agentes M. Communitatis Leuanti mouent contra RR. Clericos illius loci, occasione onerum Realium nuper inductorum, & à quibus se se
1 Clerici prætendunt immunes. Tres
hactenus reperi annuorum introituū fuisse Leuanto status, ex quo viuere cœpit in communione. Primus fuit Aestimationis, seù allibrationis bonorum, & vt vulgò dicitur *à testa, e podere*: sic colligitur ex statutis eiusdem loci. Secundus Gabellarum, de quibus etiam patent ex eodem Statuto ordinationes desuper actæ. Tertius verò, paucis gabellis retentis, alijsque abolitis iterum ab anno 1663. vsq; in præsentiarum bonorum suscepit æstimationem. Inueni etiam modicum temporis dictam Communitatem vixisse in primo statu: nullibi verò certiorari potui, quod tunc tempo-ris Ecclesiasticorum bona fuerint descripta. At diù in secundo eadem vixit Communitas, & ferè 150. annos, subrogatusq; videbatur in locum primi ex Gabella, quam vino, oleoque dumtaxat vendito indistinctè ab vnoquoque ad ratam pretij exigebat Cōmunitas, quæ ex redditu huius Gabellæ percipere videbatur omne id, quod necessarium erat annuo suo oneri, quod eo tempore tenuissimum
2 erat, & solùm sistebat in libris duabus
mille, quæ annuatim præstabantur Cameræ Excellentiss. in adimplemētum obligationis vltimò contractæ, occasione instrumenti, seu instrumentorum Conuentionis cum Sere-
3 nissima Republica habitorum anno
1221. die 10. Nouembris, & 1247. die 23. Decembris, inq; sententiæ vim, seu decreti anno 1416. die 23. Nouembris desuper emanati ad formā relationis egregij Annibalis Trouamale per ea tempora Reip. Vicarij. Aucto verò ipsius Communitatis debito, à Laicis causato ad summā vsq; scutorum 14m. argenteorum stampæ Genuæ ad effectum eximendi Laicos à Gabella *macinæ*, & ob alias causas eisdem vtiles, à quibusq; plenè immunes ibant Ecclesiastici, necessarium fuit, vt augeretur pretium gabellæ vini, & olei, vt patet ex Additionibus desuper actis, indeq; in dies onera multiplicarentur, & gabellæ, & realibus etiam adderentur personales: ita quod sufficerent in causam annui introitus librarum circiter 13m. longissimè distantis à primæuo introitu dictarum librarum 2000. quæ Principi Serenissimo occasione superiùs exposita in annuam certam, & perpetuam recognitionem pendebantur.

Interea Clerici gabellam vini, & olei,
quæ videbatur ab initio introducta
pro dicta annua, & perpetua reco-
gnitione Principi debita, continuò
soluebant pro vinis,& oleis,quæ ven-
debant; subductis ab ea ad fauorem
in singulos Clericos scutis 50. argen-
teis, causa immunitatis bonorum pa-
trimonialium: à gabella verò *macina*,
& alijs oneribus viuebant immunes
pro eo, quod respiciebat eorum vsum
victum, & vestitum. Cum autem ter-
tio statui per quem, etsi pro quanti-
tate debiti longè maiori reassumptus
est primus Clerici non consenserint,
ideò non teneri se nisi pro quantitate
conuenienti dictæ annuæ, & perpetuę
recognitioni, in reliquo vt indebito,
& contra Ecclesiasticam immunitatẽ
prætenso non esse grauandos con-
tendunt.

Hoc est factum candidè à me per-
quisitum, & expositum. Quoad Ius
attinet longos instituere non studebo
sermones cum Domino meo: qui
cum harum,sublimiarumque aliarum
materiarum cognitioni sit aptissimus,
tempus teri inutiliter non patitur, dũ
pauca sibi intelligenti sufficiunt. Tran-
5 sibo potius ad quæstionis resolutionẽ,
& commonere mittam quod tùm Ec-
clesiæ Sponsæ Christi Domini, qui si-
6 mul fuit Rex & Sacerdos, vt inter cę-
teros testãtur *S. Marcus Epist. can. 1.
comment. in Matth. & S. Greg. hom.
20. in Euang.* tùm & Ecclesiasticis ad-
ministris eiusdem Domini debetur, vt
7 in personis, ita in eorum bonis plenis-
sima, & omnimoda exemptio ab om-
nibus gabellis, impositionibus, ac
oneribus laicalibus, vt ipsemet Chri-
stus Rex regum, & Dominus Domi-
nantium *apud acta S. Matth. cap. 17.
in fin.* definiuit. Mitto etiam, hanc
8 eamdem immunitatem, causis, & ra-
tionibus solidissimè pertractatis ab
omnibus ferè Doctoribus sacris, &
Prophanis, quos amplissimo in nu-
mero referunt, & sequuntur *Carl. de
Graff. de effect. Cleric. eff. 3. à nu. 27.
per seqq. Bellett. p. 1. disquisit. Cleric.
de exempt. Cleric. & eor. bon. à mun.
publ. §. 5. n. 3. Sanchez. respon. moral.
lib. 3. cap. 4. dub. 57. n. 3. Dian. in sum.
Immunitas Eccles. n. 5.*, competere
Ecclesiastico nedum pro bonis ad ti-
tulum patrimonij eidem donatis, sed
etiam pro omnibus alijs,quæ ad eum-
dem, quomodocumq;, & quocumq;
titulo obuenissent, etiamsi successis-
set patri bonis iam descriptis in libro
æstimatorum, & pro quibus pater an-
tea gabellas soluisset. Hoc vnum ro-
go dumtaxat, & assero has, aliasque
9 pias, doctasque Doctorum sententias
discretè,temperateq; recipiendas esse.
Ita quod bona quomodocumq;ad Ec-
clesiasticos translata non excludantur
ab oneribus formaliter, & intrinsecè
10 realibus, certis, vniformibus, inuari-
abilibus, & perpetuis, impositis bo-
nis propter bona, non verò propter
personas, cuiusmodi sunt tributum,
seu recognitio annua quæ datur Prin-
cipi (quandoquidem hodie tributi
nomen antiquatum est) expensa pro
aquarum reparatione, reaptatione
viarum, & pontium, salario campa-
riorum, aliorumq; similium onerum,
quæ intrinsecè respiciant stabilium
commoditatem, & vtilitatem; Trita
enim, & vera est regula, quod *res
11 transit cum suo onere*, & quod idem
est, *onus rei annexum transit cum sua*

causa

causa l. Iulianus, & l. Caius, vbi *Bart. ff. de manum. testam. c. si tributum &c. magnum* 11. *q.* 1.

Hæc verò regula, & in qua se fundat Communitas prædicta, non ita lit-
12 teraliter intelligi debet, vt connotet, & comprehendat transitum cuiuscúque alterius oneris extraordinarij, téporanei, & personalis, quale esset supradictum debitum scutorum 14m. argenteorum, ex eo solùm quod inter laicos, qui debitum contraxerunt, distributum fuerit ad ratam capitum, & bonorum: Quia hoc, & alia similia non sunt onera ordinaria, vniformia, meréq; realia, & de quibus in veritate dictæ regulæ intelligunt DD. Sed sunt onera extraordinaria, & merè personalia, imposita vtique bonis non propter bona, sed propter personas, quæ ex quadam æquitate, & conuenientia inter ipsos eorumdem partiri voluerunt exactionem ad ratã vniuiusque facultatis, & bonorum. Et ab his, prout, & à salario Prætoris, Medici, Notarij, aliorumq; officia-
13 lium, debent Ecclesiastici esse immunes, vt rationibus prædictis, alijsq; quas abundè afferunt firmant DD., quos referunt, & sequuntur *Rot. in Brundusina gabellæ die* 13. *Februarij* 1604. *coram Pen. & Alben. gabellæ coram Merlin. quæ est decis.* 339. *p.* 6. *rec. Marant. cons.* 99. *n.*7. *Bellet. loco vt supra citato* §. 3. *à n.* 1. *per seqq. Carol. de Graff. loco vbi supra eff.* 3. *lim.* 1. *à n.* 154. *per seqq. Ciarlin. controu. foren. cap.* 103. vnde si loquamur
14 de onere merè reali, certo, & inuariabili, vt est, Principis tributum, cẽsus, & hypotheca per pactum priuatorum, & contractum super bonis inducta, nulli dubium esse potest, quin in his verissima sit, & procedat regula, quod *res transit cum suo onere*. At si sermo è contra sit, aut de onere bonis non intrinseco, variabili, & tem-
15 poraneo, aut de onere à lege, vel à statuto imposito: in his sanè casibus locum sibi non vindicat præcitata re-
16 gula; quia sicuti, vbi bona non transeunt ad Ecclesiasticum cum onere merè reali, & ipsis bonis intrinseco ipsum non afficiunt, sed eiusdem potius assumunt priuilegia, ita etiam quãdo lex, vel statutum aliquod onus
17 præscribit, liberat, & excipit ab ipso onere quem ab oneribus decreuerat esse immunem. Hæc equidem Doctrina est verissima æquè, ac receptissima, & quæ nullam pati potest contradictionem; nam si sæpè recitata regula, quod res transit cum suo onere
18 esset vndequaque, & indistinctè vera sequeretur, & verissimum esset, quod neque Patrimonium ad Sacros ordines, neq; Capellarum dotes, nec quodlibet aliud bonum Ecclesiarum, etiamsi Sacrosanctum ab oneribus laicalibus absolui posset; quia cum hæc à laicis transitum fecerint ad Ecclesiasticos, semper verum esset dicere, quod transiuerint cum illa affectione, seu seruitute actuali, aut radicali, & in potentia, quam habebant, qumdiù erant sub Laicorum Dominio; Quod vtique procederet tam in iure, quam in praxi nullibi videmus: nec verum esse potest; quia mutata persona possessoris mutatur status, & conditio bonorum.

His igitur vt rationabiliter positis, non videtur medius iustus, & aptus
19 ad decisionẽ articuli in præsenti causa

ſa agitati, diſtinctio, quæ adſtruit huiuſmodi immunitatem ab omnibus auarijs laicalibus, præterquam à ſupradicta annua, & perpetua recognitione competere Eccleſiaſticis pro illis dumtaxat bonis, quæ per ipſos poſſidebantur, antequam ventum fuerit ad hanc nouam deſcriptionem, & æſtimationem, non verò pro illis, quę eiſdem obuenere poſt perfectam æſtimationem. Et ratio eſt, quia huiuſmodi diuiſio, ſeù diſtinctio non conuenit facto, nec iuri. Non facto; quia ſi reſpiciamus ad primum ſtatum reperimus omnia bona fuiſſe deſcripta, & æſtimata, ita quod ſi Clericorum aliquis contrarium contenderet, teneretur ipſe docere, quod bona, quæ poſſidebat ante vltimum ſtatum, in priori ſtatu non fuerint deſcripta, & æſtimata; ſi verò ad ſtatum gabellarum attendamus, habemus quod ſoluere omni Clerico gabellam ſuper vino, & oleo, quod recollectū ex proprijs prædijs vendebat, videbātur quodammodo bona ipſa affecta, & obligata, & propterea dici poſſunt ita hodie, vt priùs retinere eamdem obligationem, dum hæc noua forma introituum, vt dicitur *à teſta, è podere*, videtur ſubrogata in locum gabellarum, & præcipuè gabellæ vini, & olei, quæ potiſſima ſemper fuit, & per ſe ſufficiens ad onera Communitatis, maximè antequam à laicis auctum fuerit eiuſdem debitum. Iuri, dixi etiam non aptari ſupradictam diſtinctionem; quia ſemper in eumdem impingimus lapidem, & eodem perſtringimur rationis argumento, per quod conuenientes inter ſe DD. aſſerunt non poſſe bona ad Eccleſiaſticos transire grauata oneribus, à quibus ipſi ex priuilegio ſemper extiterunt immunes.

Prudentioris ſub cenſura iudicij, voti eſſem dirimendam fore hanc li-
20 tem iuxta ſuos terminos, videndū inque cuius ordinis ſint onera, quibus hodie alligata eſt communitas. Si enim onera verè ſunt realia, & impoſita bonis propter ipſa bona, ordinaria, vniformia, & perpetua, ſeruato laudabili aliorum populorum more, per quem tertia pars onerum diſtribuitur, & exigitur ad numerum capitum, & reliquæ duę tertiæ partes ad ratam bonorum recolliguntur, omnis Eccleſiaſticus contribuat ad ratā bonorum, quæ poſſidet; nec vlla ſe valeat exceptione tueri.

At ſi prædicta onera mutabilia ſunt, & temporanea, perſonalia, & ſponte ab ipſis laicis cauſata, ab his omnis Diuini, humanique iuris ratio exigit, vt immunis fiat, vſque dū bona ad laicos reuertantur. Videantur ex gratia, nedum ad materiam, ſed vel etiam ad ſtatum præſentis quæſtionis *Cardin. Alban. tract. de immunit. tom. 13. tract. p. 2. Caſtropal. diſput. vnica punct. 9. Peſant. tract. de immunit. Eccleſiaſt. 6.* ibi, *quandò onera ſunt perpetua, & certa &c. Io: Baltran. de Gueuarra. Propugnac. libert. Eccleſ. aſſ. 1. §. 6. num. 27.*

Addo nihilominus, quod prædictis non obſtantibus contrario Iure vtitur Illuſtriſs. & Excellentiſs. Ianuen. Camera ad huiuſmodi auariarum cognitionem, & exactionem deputata.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

An, & quæ exceptiones principali competentes faueant etiam eius fideiussori? Ius offerendi an competat primo creditori contra secundum? An valeat Delegatio cum clausula, remota suspicione, vel appellatione? *Contradictor legitimus quis sit? Exponitur Statutum Genuæ* de eleuat. canell. *An, & quando confirmatio Principis conualidet dispositionem nullam? Derogationi fideicommissi in quibus casibus sit locus. Possessor malæ fidei ad quos fructus, & à quo tempore teneatur? Protestatio quid valeat, & an sit reiteranda? An Dominus domus, unde exortum fuit incendium teneatur ad refectionem damnorum tertio illatorum? Interpretatio quæ valeat? Verbum* liberè *quid importet?*

SVMMARIVM.

1 Socer erga Generum, & alij non tenentur, nisi in quantum facere possunt.
2 Fideiussori fauent omnes exceptiones principali competentes.
3 *Decl.* vt procedat conclusio quoad exceptiones respicientes naturam Iudicij, non verò priuilegium personæ.
4 Priuilegium personale competens principali non transit ad eius fideiussorem, maximè vbi veniendo ad iudicium in se assumpsisset nouam obligationem num 6. & num. 8.
6 Quidquid distinguendo in procuratore dicat Alberic.
7 Fideiussor Clerici non gaudet priuilegio eiusdem Clerici.
9 Ius offerendi competit primo creditori contra secundum.
10 *Lim.* si primus non possideat.
11 Possidentis conditio in contentione offerendi melior est.
12 Pro Reo in dubio iudicandum est.
13 Primus creditor neutro possidente præfertur in offerendo etiamsi secundus obtulerit priùs, & deposuerit.
14 Delegatio facta à Serenissimo Senatu cum clausula *remota suspicione vel appellatione* sustinetur: & num. 16
15 Contrarium fuit iudicatum ab Illustrissimis DD. Supremis Sindicatoribus.
17 Delegatus nequit cognoscere de recusatione sui ipsius.
18 Delegatus an obseruare debeat Statutum, seu consuetudinem loci Delegantis? *Distingue* prout num 20.
19 Delegatus fungitur iure Delegantis.
21 Delegato eadem tribuitur potestas, quæ est penès delegantem.
22 Delegati potestas expirat lata sententia super tota causa, durat verò quoad reseruata.
23 Instantia causæ appellationis à sententia delegati in Serenissimo Ianuen. Dominio an regulari debeat iuxtà Statutum *de appellat.*?
24 Delegati non dicuntur Magistratus Ciuitatis, sed Magistratus in Ciuitate.
25 Instantia prædicta procedit iuxtà disposita à Statuto *de Delegatis*.
26 Instantia verò appellationis à sententia Delegati I. C. currit, etiamsi nondum fuerit commissa appellatio.
27 Contradictor legitimus is est, qui titulum, vel constitutum, vel possessionem habet in re.
28 Contradictor ad effectum immissionis is non est, qui in concursu aduersarij talem non habet titulum, propter quem sit immittendus.
29 Immissionem impediri ab eo, qui obtinere non potest absurdum est.
30 Statutum Ianuæ *de eleuat. Canellæ* ponderatur.
31 Tertius non dicitur qui habet causam à debitore condemnato.
32 Persona vna dicitur, in qua sint iura plurium personarum.
33 Immissio, seù æstimum fieri nequit nisi in bonis illius, qui nominatus, & condemnatus fuit.
34 Tertiæ personæ nomine non veniunt hæreditas iacens, vniuersitas, corpus, Collegium, & his similia.
35 Tertius is etiam dicitur, qui in iudicio non fuit nominatus, quamuis sciuerit litem agitatam fuisse, & sententiam latam.
36 Terminus dierum 15. ad contradicendum currit à die traditionis secundum Statutum Genuæ.
37 Contradictione, seù eleuatione Canellæ viua voce sequuta non est locus dispositioni §. *cum Magistratus Stat. Ian. de eleuat. Can.*
38 Idoneitas in teste, de qua per dictum §. *cum Magistratus* est probanda secundum Paris. & Mascar.
39 Distinguendum tamen est, vt ibi.
40 Idoneus, & bonus quilibet de iure præsumitur.
41 Idoneitatis qualitas erit absolutè probanda, si exigatur à Statuto ad effectum pœnam augendi.
42 Dominium verò, an possessio sit probanda dubitauit Bosch. & tenuit esse probandum Dominium.
43 Praxis hodierna docet quod sufficiat probatio vnius, vel alterius.
44 Possessionis Ciuilis tantum non sufficit probatio, sed requiritur Ciuilis, & naturalis.
45 Bona fides exigitur in Possessione.
46 Mala fides, nedùm ex dicto Statuto, sed etiam de Iure probatur ex indicijs, & præsumptionibus.
47 Possessione sua nemo priuari debet absque citatione.
48 Exequutio etiam nec fieri potest in bonis non citati.
49 *Distingue* si aut nititur in facultate sibi attributa, aut in officio Iudicis: in primo enim casu

non

non requiritur citatio: vtique in secundo, vt num 50. 51. & 70.

52 Pactum exequutiuum non solum afficit debitorem, sed transit in quemcumque tertium possessorem, possidentem etiam antè litem.

53 Constitutum mortuo impositore census, & alio eiusdem possessionem occupante, quando non expiret?

54 Constitutum, & facultas capiendi possessionem propria authoritate faciunt, vt creditor semper dicatur possedisse non obstante alienatione facta in alium pro debitore.

55 Facultas apprehendendi possessionem propria authoritate videtur concessa per clausulam; dans, concedens &c.

56 Citationem requiri dixerunt DD, vbi tertius causam non haberet à debitore.

57 Contrarium est, concurrentibus clausulis *Constituti*, vel *Precarij*.

58 *Precarij* clausula sufficit ad effectum omittendæ citationis.

56 Contrarium tenet *Gaber*.

60 *Precarij* clausula transfert solum possessionem Ciuilem, naturali remanente penès eum, qui precario tenet.

61 Pactum exequutiuum concurrentibus prædictis clausulis *constituti, & Precarij* operabitur, etiam quod creditum non sit liquidum.

62 Liquidatio præcedere debebit interueniente solum simplici pacto de ingrediendo propria authoritate.

63 Contrarium est, si super hoc secus fuit conuentum.

64 Liquidum ad hunc effectum dicitur creditum, quod resultat ex instrumento *guarantigiato*.

65 Pactum prædictum præscribitur spatio 30. annorum.

66 Non exercetur nisi facta excussione principalis debitoris.

67 Contrarium esse tenendum dixit *Menoch.* maximè stante clausula *Constituti* num 68.

69 Possessio transfertur, si creditor vtatur pacto exequutiuo in casibus, in quibus exerceri non posset.

70 Citatio tertij non est omittenda; quando creditor in requirenda familia non peteret associationem, sed immissionem, *& num, 71.*

72 Licentia de immittendo non potest concedi, nisi in scriptis.

73 Concessa citra præiudicium cuiuscumque tertij legitimè possidentis reuocari potest ab eodem Iudice, non seruatis terminis querimoniæ.

74 Contradictio, seù eleuatio canellæ ad formam Statuti Ianuæ non datur aduersus æstimum concessum à Iudice Ecclesiastico.

75 Confirmatio Principis nihil operatur datò, quod suppositum fuerit erroneum.

76 Confirmatio eius, cuius nullitas detecta Principi non fuit, non tenet.

77 Non operatur vbi non iustificatur suppositum, vel relatum non exhibetur.

78 Confirmatio actui confirmato tribuit solum robur, quod ex defectu iurisdictionis non habebat; in reliquis verò nec confirmatum auget, nec minuit, nec ad alia porrigitur.

79 Clausula *ex certa scientia* non suffragatur quoad prædicta.

80 *Lim.* si de intentione Principis appareat *lim. etiam vt num* 81.

82 Confirmatio patitur easdem exceptiones, quibus subest confirmatum.

83 Confirmatio Principis cum clausula *de nouo*, *&* *perpetuò statuimus* valet, ac noua concessio, & absoluta dispositio.

83 Contrarium, si fuit concessa in forma communi.

85 Fideicommissi derogationi causa est sufficiens hæredis necessitas, eiusdemque carceratio pro ære alieno.

86 Fideicommissi derogationi locus est, siue hæres ex aliena, siue ex propria culpa, siue ex delicto contraxerit.

87 Possessor malæ fidei tenetur ad restitutionem fructuum.

88 Mala fides quomodo inducatur.

89 Mala fides, quæ inducitur per litis contestationem dicitur iuris, & de iure mala præsumitur.

90 Possessor malæ fidei in interdicto summarijssimo tenetur ad solos fructus perceptos à die contestationis;

91 Tenetur in interdicto retinendæ ad omnes fructus, quos ab initio percepit vsque tunc.

92 Tenetur etiam vt supra, vbi fructus fuerunt petiti, tamquam sors principalis.

92 Possessor malæ fidei regulariter non solùm tenetur ad fructus perceptos, sed ad eos, qui percipi à domino potuissent ex propria industria: ex qua etiam sunt æstimandi vt num. 93. *exemplific.* in fructibus ouium num. 94.

95 *Declar.* vt prædicta procedant strictè loquendo in violento possessore, & violento circa personam.

96 Possessor malæ fidei *in c reintegranda* non condemnatur ad fructus, qui percipi potuissent.

97 Nec ad dictos fructus condemnatur, quoties mala fides velari potest aliquo colore bonæ fidei.

98 Protestatio conseruat ius protestanti: & actus gestus contra protestationem est nullus nu. 99. maximè in terminis vis, vel metus nu. 100.

101 Protestatio debet in iudicialibus reiterari in omni actu.

102 Contrarium est in extraiudicialibus.

103 Protestatio ex quibus videatur reuocata: & num. 104.

105 Protestatio & si facto contraria, iuuat aliquo pacto donec reuocetur.

106 Protestanti non reprotestans quando videatur consentire.

107 Damnum, quod domui Pauli accedit ex incendio orto ex Domo Petri debet refici à Petro. Contrarium, si Petrus culpa careat, & ex *casu* fortuito incendium contingat, num. 108.

109 Interpretatio literalis dicitur Iudaica: non est tenenda, sed intellectualis num. 110.

111 Interpretatio in dubio sumēda est ab adiunctis.

112 Facienda est de illis, in quibus verificari potest disponentis dispositio: non verò de illis, quæ videntur pendere à casu impossibili num. 113.

114 Interpretari nequit dispositio ad fauorem Monaci, vbi mentionem fecit de conseruanda agnatione.

115 Fideiussor, qui promisit debitorem daturum insolutum *liberè, & in satisfactionem* tenetur de euictione inde sequuta.

116 Verbum *Plenè* appositum in aliqua promissione non tollit, aut minuit iura competentia ex alio capite.

117 Debet intelligi secundum naturam actus, cui inhæret.

118 Venditor de natura venditionis, seù dationis insolutum tenetur de euictione.

119 Verbum *liberè* in subiecta materia idem significat, ac sine diminutione, & absque vllo onere; Item & sine contradictione num 120.

121 Libera dicitur tradita domus, si nullum præstetur impedimentum.

122 Verba *in satisfactionem &c.* in his terminis non solùm designant facultatem eligendi, sed etiam connotant cautionem rei tradendæ.

123 Creditori, cui datur insolutum quod reuocari, & euinci potest ab hypothecis anterioribus non fit satis.

RATIOCINIVM LXXIV.

IANVEN. COMPROMISSI.



ADm. Reu. DD. Dubia, quę iterum mihi DD.VV. proposuere sic Resoluo. Ad primum, nempè in quo, supposito vt est verissimum, quod socer erga Generum
1 vir erga vxorem, socius, & alij, de quibus latè *per Nouar. de Priuileg. Person.* non teneantur, nisi in quantum facere possint, habeantq; à lege personale Priuilegium, quærebatis quid dicendum foret in eorum fideiussoribus? & an gauderent nec ne eodem priuilegio? Etsi videretur affirmatiuè respondendum ex regula generali, quod omnes exceptiones
2 principali competentes faueant etiam eius fideiussori, dico tamen quod hęc responsio placere non potest, quia deducta ex principio nimis lato; cum prædicta regula restringi debeat ad
3 exceptiones, quæ respiciant naturam Iudicij: non autem priuilegium Personæ. Tenenda potiùs est in his ter-
4 minis altera regula generalis, quæ est, quod priuilegium Personale competens principali non transit ad eius fideiussorem *Carol. de Grass. de effect. Cleric. eff. 1. n. 989.*

Quod idem firmant *Bart. & alij scribentes* sed clariùs *Alberic. in l. & si fideiussor ff. de re iudic.* vbi n. 1. distinguit prædictam regulã inter Procuratorem Gestorem, & alium, qui spontè in iudicio suscipiat defensio-
5 nem alterius, & inter fideiussorem, qui facta noua obligatione veniat ad defendendum principalem in iudicio: Planè volens, quod huiusmodi procurator fruatur omnibus priuilegijs Principali competentibus, ne monstrum detur, & cum ipso duriùs agatur, quàm cum eius principali. Hoc
6 verò non admittit in fideiussore, qui accessit ad iudicium assumendo nouam obligationem; nam licet inspecta prima actione, qua tenebatur principalis verum esset dicere Principalē esse Priuilegiatum, assumpta tamen per fideiussorem noua obligatione seorsum ab ea, qua tenetur principalis, dici nequit Priuilegium personale cõpetens principali transire ad fideiussorem: quia fideiussor tenetur ex noua obligatione, quæ nullum habet Pri-
7 uilegium. Et ad hæc dari possunt plures instantiæ, & signanter in eo, qui fideiussit pro Clerico; Clericus trahi nequit ad forum laicale, ergo neque eius fideiussor. Negatur consequentia; quia Priuilegium fori est personale, & ideo personam non egreditur; & sic in prædicta instantia transire nequit ad fideiussorē Clerici vt ex *Grass. loco vt supra citato*. Et in præcisis terminis, quod beneficium, ne quis
8 ex recitatis personis teneatur, nisi in quantum facere potest, minimè competat fideiussori post *DD. in l. cum*

mandatori C. de non num. pecun. & *alios quos allegat* dixit *Rot. Ianuen. coram Chart. deciſ. 7. n. 9.*
9 Ad ſecundum dico, quod primus
creditor poteſt offerre ſecundo; quia
debet primo licere, quod cuilibet per-
mitteretur extraneo. *l. paulus 12. §. 1.*
ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. Mer-
lin. de pignor. lib. 4. tit. 1. q. 56. n. 2.
10 Contrarium tamen erit, ſi primus
non poſſideat, ſed ſecundus; quia in
huiuſmodi contentione, in qua vnus
11 velit offerre alteri, melior eſt conditio
poſſidentis; & in dubio iudicandum
12 eſt pro Reo *Mart. de iur. offeren. nu.*
14. & 15. Merlin. loc. ſupracit. n. 3.
13 *& 4. & q. 82. nu.* Vbi verò neu-
ter poſſideat, ſed tertius, tunc prælatio in offerendo dabitur primo creditori, etiamſi ſecundus ante oblationẽ primi obtulerit, depoſuerit, & conſignauerit creditum primi, *Neguzan. de pignor. p. 5. mem. 3. nu. 20. cum ſeq. Mantic. de tac. lib. 11. tit. 28. nu. 22. Merlin. prædictos referens loco citato num. 6.*
14 Ad tertium, reſpondeo quod ſuſtinetur delegatio facta à Sereniſs. Senatu cum clauſula *remota ſuſpicione, vel appellatione* in caſu, quo detur appellatio, vt à ſententia Iuriſperiti; quia
15 licèt pluries, & ſignanter anno 1648.
die 16. Octobris in vna exceſſus contrarium iudicatum fuerit per Illuſtriſſimos DD. Supremos Sindicatores de conſilio ſex I. C., hodie tamen idem
16 Sereniſſimus Senatus contrario iure
vtitur.
Dico etiam, quod delegatus ne-
17 quit cognoſcere de ſuſpicione, ſeu re-
cuſatione ſui ipſius, vt definitum fuit à prædictis Illuſtriſſimis DD. anno 1644. in cauſa M. Io: Baptiſtæ Paſque coram M. Stephano Senarega.
Dico vlteriùs, quod opinio valdè cõ-
trouerſa eſt, an delegatus, maximè à
18 Principe debeat ſeruare ſtatutũ, vel
conſuetudinẽ loci Delegantis. Multi
affirmatiuã tenẽt, inter quos *Brun. cõſ.*
19 *20. n. 10. lib. 1.* ea ratione, quod fungatur Delegatus iure delegãtis, vt habetur *in l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſdictio.* Contrarium defendit *Rolan. qui de cõmuni teſtatur conſ. 49. n. 11.*
20 Ego verò à laudabili non recedo di-
ſtinctione; nam aut exquirimus conſuetudinem quoad deciſionem cauſæ; & tunc attendi debet ſtylus, & conſuetudo loci, vbi contractus geſtus fuit, & nata eſt obligatio; aut eam quærimus quoad modum procedendi, & ſic in præparatorijs; & tunc attenditur conſuetudo loci, in quo cauſa agitur, ſiue ſimus coram Iudice ordinario, ſiue coram Delegato *l. 3. §. fin. vbi gloſ. & DD. ff. de teſtib. Bald. in l. 1. n. 10. C. ne fil. pro Patr. cum alijs*
21 *quos refert, & ſequitur Ridulph. in*
prax. p. 3. c. 1. n. 21. Textus verò *in dicta l. 1.* intelligendus eſt, pro vt loquitur, de hoc, quod, ſcilicet Delegato eadem tribuatur poteſtas, quæ
22 eſt penes delegantem. Huiuſmodi ve-
rò poteſtas, etſi lata ſententia ſuper tota cauſa expiret, durat tamen ſi Iudex protulit ſententiam ſuper aliquibus differentijs; durante enim tempore ſuæ bailiæ poterit cognoſcere ſuper
23 alijs; non debet tamen regulari inſtã-
tia cauſæ appellationis à ſententia Delegatorum in Sereniſs. Dominio Ianuen. iuxta Statutum *de appellat.* quia
24 Delegati non dicuntur Magiſtratus
Ciuitatis, ſed Magiſtratus in Ciuitate.

Sed

Sed deuoluta ad Illustriss. Magistratum Extraordinariorum durabit noua delegatio per annum ad formam Statuti *de delegatis*. Sic iudicauit anno 1623. M. Stephanus Lazania, cuius senten-
25 tia in causa pro Ioanne Antonio, & Petro Francisco fratribus de Rubeis, contra Bartholomæum Malatestam in actis Io. Francisci Cauatiæ confirmata fuit à M. Iacobo Tiscornia. At instantia causæ appellationis à sententia [illegible] delegati ad Serenis. Senatum
26 delegati [illegible] currit, etiamsi nondum fuerit causa commissa; Iudicauit idem Serenis. Senatus anno 1641. die 12. Decembris ad relationem MM. Opicij Spinulæ, & Ioannis Baptistæ Raggij in causa vertente inter Ioanne Antonium Tonsum nomine ex vna, & Augustinum Robutum ex altera.

27 Ad quartum, dico quod legitimus contradictor is est, qui titulum, vel constitutum, vel possessionem habet in re *Bart. in l. fin. n. 22. & Dec. n. 48. C. de edict. Diu. Adr. toll. Honded. cōs. 24. n. 79. lib. 2. & cons. 22. n. 10. lib. 1. Menoch. de adipiscen. remed. 4. n. 586. 588. & 593. Rot. p. 1. rec. decis. 270.*
28 *n. 2.* ad effectum verò immissionis nō est legitimus contradictor, qui talem non habet titulum, vt in concursu Aduersarij veniat immittendus *Rot. p. 3. rec. decis. 362. nu. 2. & p. 7. decis. 225. nu. 21. cum alijs concordantibus adductis in Alerien. Canonicatus coram Eminentissimo D. Cardinali Celso 29. Aprilis 1650.* aliàs, vt ibi dicitur *absurdum esset quod impediret*
29 *immissionem, qui eam in concursu obtinere non valeret.*

Reliqua quæsita, quæ in hoc ca-
30 pite tertio continentur soluentur, & clara fient, si quo quo pacto aperiatur intellectus Statuti Ianuæ lib. 4. cap. 3. *de Heu. tan.* Et ponderando in primis *in §. 1. eleuandū* verba *Persona Tertij*, inferri potest quod Tertius non di-
31 citur, qui habet causam à debitore cōdemnato post condemnationē *l. superatus 3. ff. de pignor. Surd. decis. 173. n.*
32 *24.* & persona vna dicitur, in qua sint iura plurium personarum *Rot. Ianuen. decis. 2. n. 36.* In §. *cum Magistratus mandauerit* In verbo (*contra aliquā personā*) supponit Iudex quod
33 bona super quibus fit æstimum, seu immissio sint illius, qui nominatus, & condemnatus fuit *Bald. cons. 671. lib. 2. Crauet. cons. 196. n. 5. Socin. Iun. cons. 87. n. 19. lib. 4.* Nec nomine illius tertiæ personæ veniunt hæreditas ia-
34 cens, Vniuersitas, Corpus, Collegium, Capitulum, vel Castrum *Carpan. ad Statutum Mediolan. p. 1. cap. 5. n. 45. & seq.* Ex verbis verò ibi *si tertius* arguatis, quod is etiam in tali casu dici-
35 tur tertius, qui non fuit nominatus, quamuis sciuerit litem agitari, indeque sententiam fuisse latam super re per ipsum possessa *Rot. coram Put. decis. 12. p. 1. quam sequitur Carroc. de*
36 *except. aduers. sentent. except. 132. in fin.* Terminus dierum quindecim ad contradicendum currit, vt ibidem dicitur à die traditionis. Sed quid si contradictio, seu eleuatio Canellæ facta
37 fuerit viua voce? sanè cum ex eiusdem Statuti dispositione in eo casu nō tradatur possessio, inferendum est, quod huic Statuto tunc locus non sit. Quid verò de qualitate idoneitatis,
38 quam prædictum Statutum in dicto §. requirit in Testibus? erit ne probanda? *Paris. cons. 24. nu. 15. & 32. col.*

col.8.lib.1.& Maſcard.concluſ.1254
n. 16. affirmatiuam tenent, quia non
ſufficit, quod quilibet præſumatur
idoneus. Tutior tamen videtur opi-
39 nio, quæ diſtinguit cum *Socin. Sen.*
conſ.274.n.10.Alciat.reg.3.præſum-
pt.2.& Beninten. deciſ.62.nu. 16.;
Aut enim Statutũ exigit in teſte ido-
neitatem per ſuperlatiuum, aut per
poſitiuum; ſi primum: qualitas ido-
neitatis eſt probanda: ſi ſecundum,
40 probanda non erit, ſed ſufficiet ſi al-
legetur, cum quilibet bonus, & ido-
neus præſumatur. Contrarium ta-
men eſſet, ſi huiuſmodi qualitas exige-
41 retur à Statuto ad effectum augendæ
pœnæ: quia tunc, licet qualitas inſit
à natura erit nihilominus probanda.
*Bertaz.conſ.50.nu.1.lib.*1. An verò
probandum ſit dominium, aut pro-
banda poſſeſſio, dubium quandoque
42 fuit *Boſch.conſ.*294. vbi tenuit quod
probandum foret Dominium. Sed
hodie vera Praxis in Tribunalibus Se-
reniſs. Reipublicæ eſt, quod ad effe-
43 ctum obtinendi vnũ de duobus pro-
betur, aut poſſeſſio cum titulo, aut
Dominium. Nec ſufficeret probare
poſſeſſionem ciuilem tantùm, ſed
opus eſſet probare ciuilem, & natu-
44 ralem *Menoch.de retinen.poſſeſſ.rem.*
3.n.19.: Et in huiuſmodi poſſeſſio-
45 ne ſemper bona fides exigitur *DD. in*
l.1.ff.de public.gloſs. in ver. bona fide
in princ. Inſtit. de vſucap. Alciat. de
præſum. præsũpt. 5. *Couarru. de ſponſ.*
p.2.c.8.§.1.
46 Mala verò fides etiam de iure com-
muni probatur indicijs, & coniecturis
Maſcar.concluſ.103.n. 65. Quid ve-
47 rò de citatione, de qua ibi dicitur?
nemo enim priuari poteſt ſua poſſeſ-
ſione ſine citatione *c. licet Epiſcopus*
de præben.in 6.l.fin.C. ſi per vim Me-
48 *noch.de adipiſcen. remed.4. n. 58. &*
185. neque fieri poteſt exequutio in
bonis non citati, nec ei præiudicat
Rot. Ianuen. deciſ.201.n. 3. & ſeqq.
& apud Chart.deciſ. 52. n. 2. & ſeq.
Ego verò puto tam quoad citationem
debitoris, quam tertij poſſeſſoris reſ-
49 pondendum fore cum diſtinctione;
aut creditor nititur in officio iudicis,
& ab eo petit immitti: aut vtitur au-
thoritate ſibi à debitore attributa, pe-
tens ſibi ad abundantem cautelam ac-
cumulari Iudicis officium, & vt vr-
50 baniùs agat. In primo caſu omninò
neceſſaria eſt citatio, tam contra debi-
torem, quam contra tertium poſſeſ-
51 ſoré, ratione miniſterij Iudicis quod
implorari nequit abſque formali iudi-
cio, & iſtud abſque citatione *l. 3. &*
ibi Bart.C. de Pignor. l. de vnoquoque
ff.de re iudic. l.ſi quando C. de teſtibus
Gabr.lib.2.tit.de citat.concl.1.n.1.&
ſeqq.Tiraq.tract.de conſtit.par.1.n.4.:
In ſecundo verò caſu nullo modo ne-
ceſſaria eſt citatio. Ita tenent *Marant.*
p.6.rubr.rectè concip.cit.n.38.allegans
Socin.conſ.82. vol.3. Franc. de Aret.
conſ.21.Alex.conſ.131.n. 3. & ſeq.
lib.4.Farinac.de fur. q. 175. n. 174.
3.par.& par.ſeq.& in ſuis fragmentis
num. 254. & ſeq.Viuian. deciſ.177.
Chart.deciſ.12.n.7. & ſeqq. & deciſ.
94. n. 2. & ratio eſt, quia hic agitur
extraiudicialiter, & vigore pacti exe-
quutiui à debitore in Inſtrumento, vt
ſupra appoſiti, quod nedum afficit
52 ipſum debitorem, ſed in quemcum-
que tertium poſſeſſorem poſſidenté,
etiam antequam huiuſmodi ius eſſet
in eſſe deductum, & vitium pareret
liti-

litigiosi *Bart. in l. 3. n. 25. vers. sed pone C. de Pignor. Menoch. de adipiscen. rem. 5. nu. 140. cum alijs per Rot. p. 1. rec. decis. 338. & coram Bichio 26. Iunij 1647. Et post Salgad in eius Labyr. credit. decis. 16.* vbi quod constitutum non expirat mortuo imposi-
53 tore census, & alio eiusdem possessionem occupante, si creditor census nitatur facultate capiendi possessionẽ
54 ex propria authoritate, quia hæc cõpatibilis est cum alterius possessione, immo alium possidere supponit, & creditor non obstante translatione facta per debitorem in alium, semper dicitur possedisse *Bart. in l. Celsus n. 15. vers. si verò ff. de vsucap. Rot. dicta decis. 16. n. 1. & seq. post Salgad.*: Et intelligitur data facultas apprehendẽdi possessionem propria authoritate, si adiecta fuit clausula dans, concedens &c. *Rot. in dicta decis. coram Bicchio §. quo magis in casu*. Ex quibus videtur inanis esse perquisitio, an tertius habeat nec ne causam à debitore, de qua re latè disceptãt inter se DD.
55 Et *Cenc. de cens. q. 94. nu. 16. Anton. Amat. decis. 48. per tot. Fontanell. de pact. nupt. claus. 5. gl. 1. p. 3. n. 19.* tenẽt quod requiratur citatio vbi tertius nõ habet causam à debitore; quia stanti-
56 bus prædictis, & clausula constituti, vel precarij interueniente, non est
57 opus citatione etiamsi tertius causam non habeat à debitore *Gabr. conclus. 8. n. 17. Scacc. de iudic. lib. 1. q. 62. nu. 24. vers. si verò Chart. dicta decis. 94. n. 5.* An autem sufficiat ad effectum
58 prædictorum, quod in Instrumento adsit sola clausula precarij placet potius affirmare cum *Bart. distinguente in dicta l. 3. n. 6. Carpan. ad Stat. Mediolan. cap. 173. n. 17. Barz. decis. Bo-*
59 *nonien. 14. nu. 13.* quam negare cum *Gabr. conclus. 8. n. 19. vers. contrarium tene*, qui non vuult sufficere ex eo quod per dictam clausulam transfera-
60 tur tantùm possessio ciuilis, naturali remanente penes eum, qui precariò tenet. Quid verò de liquiditate crediti, aut illiquiditate, de qua quærunt DD.? Dicatis quod concurrentibus prædictis clausulis constituti, & precarij pactum exequutiuum operabi-
61 tur, quantumuis creditum non sit liquidum. *Carpan. ad dictum Stat. cap. 173. n. 9. Gabr. conc. 8. n. 18. Rot. post Pacif. de Salu. decis. 141. n. 11.* Debe-
62 ret tamen præcedere liquidatio, si in Instrumento adesset simplex pactũ ingrediendi propria authoritate *Bart. in dicta l. 3. n. 14.*, vbi quod secus esset, si expresè intercessisset pactum,
63 quod etiam nulla præcedente liquidatione possessio capi posset, & ad hũc effectum creditum diceretur liquidũ,
64 si de eo appareret per instrumentum quarantigiatum *Capyc. latr. decis. 58. n. 12.* Pactum prædictum prescribitur
65 spatio 30. annorum *Carleual. de iudic. tit. 3. disput. 4. nu. 15. Capyc. latr.*
66 *dicta decis. 58. nu. 14.* neque potest exerceri, nisi facta excussione principalis debitoris *Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 24. defin. 7.* contrarium tamen te-
67 nendum esse dixit *Menoch. de adipiscen. rem. 6. nu. 143.* maximè stante
68 clausula *constituti*. Et in casibus, in quibus exerceri nequiret dictum pactum. Si eo tamen creditor vteretur,
69 possessio transferri posset *Rot. coram Seraph. decis. 492. num. 5.* nec omitto
70 quod vbi creditor vti posset propriâ authoritate in ingrediendo possessionem

nem, tenetur tertium citare, quando in requirenda familia nō peteret simpliciter associationem, vt distinguit *Salicet in dicta l. 3. nu. 30. Cyriac. contro. 327. n. 41.* Sed postularet immissionem, vt si diceret, Domine Iudex, ego possem mea authoritate possessionem adipisci, vrbanitis tamen agendo authoritatem, & licentiam tuam imploro; Nam tunc videtur velle re-
71 cedere à facultate sibi competenti, & agere iudicialiter, quo casu vt dictum est necessariò requiritur citatio, alias actus est nullus *Salicet. loco cit. Imol. in c. potuit n. 65. in fin. de loc.*

Addo demum quod huiusmodi licentia desse immittendo in possessio-
72 nē non potest concedi, nisi in scriptis *Ias. in l. a cum proponas n. 5. C. de pacti Marant. de ordin. iudic. p. 6. dicto sita recte concip. n. 78. vers. qualiter dasus Mascard. conclus. 1515. num. 22.* Et concessa citra præiudicium cuiusque
73 tertij legitimè possidentis potest reuocari ab eodem Iudice, non seruatis terminis querimoniæ, seù eleuationis canellæ. Sic obseruatum fuit à M. Carolo Imperiali Gubernatore Saonæ in causa immissionis concessæ ad fauorem RR. PP. S. Caroli Genuæ cæpta anno 1644. die 11. Februarij Cancellario Balthassare Dolera. Con-
74 tra verò æstimum factum vigore mādati à Iudice Ecclesiastico concessi nō datur eleuatio canellæ, vt declarauit R. D. Stephanus Nespolus anno 1639. 5. Decembris in actis Ioannis Dominici Tassorelli in causa M. Ioannis Thomæ Murchij aduersus Mag. Ioannem Franciscum Murchium, fuitq; die 6. dicti æstimum perfectū, ac si dicta eleuatio canellæ non intercessisset, vt ex actis Octauij Castilioni.

Ad secundum dico, quod cofir-
75 matio Principis nihil operatur quoties suppositum fuit erroneum in tantum, vt id confirmatum censeri nequeat, cuius nullitas narrata Princi-
76 pi non fuit *Felin. in c. inter dilectos n. 6. de fide Instrum. Rot. p. 8. rec. decis. 56. n. 12. & seqq.* Idem etiam est, vbi suppositum non iustificatur *c. 2. de rescript. Garz. de benef. p. 6. c. 2. nu. 22. Burati. decis. 175. n. 1. vbi Add. nu.*
77 *21. Rot. p. 4. rec. decis. 598. n. 2.* Neque operatur aliquid, vbi non exhibetur relatum, ad cuius narrationem emanauit *Auth. si quis C. de eden. l. 1. C. mand. Surd. cons. 5. n. 5. quem refert, & sequitur Rot. in Calagurit. Decimarum 17. Aprilis 1654. coram Zarate §. vltra quod, quæ fuit confirmata coram eodem, anno eodem die 1. Iulij.*

Et ratio est: quia confirmatio tri-
78 buit dumtaxat actui confirmato robur illud, quod non habet ex defectu iurisdictionis, ad reliqua verò in eo contenta non porrigitur, nec confirmatum ampliat, aut restringit *ad tex. in l. Aurelio §. 1. ff. de liber. leg. Menoch. cons. 658. n. 8. & cons. 704. n. 36. Rot. p. 5. rec. decis. 177. n. 53. & in Cæsaraugustana Fundationis Conuentus coram bo. me. Verospio 6. Iunij 1659. §. hinc vrgere.*

79 Nec suffragaretur clausula *ex certa scientia, Rot. corā Seraph. decis. 981. n. 1. & p. 5. rec. decis. 2. nu. 4. & p. 6.*
80 *decis. 157. n. 7.* nisi vbi appareat intentio Principis; quia tunc confirmatio ampliabit actum confirmatum, *Alex. cons. 122. n. 22. Peregr. cons. 5. n. 11.* vel nisi narrata sufficienter fuisset
81 substantia actus cōfirmati; nam tunc, siue

siue confirmatio emanauerit ad instãtiam partis, siue ex motu proprio, debebit attendi absque productione actus confirmati, & de eo præsumetur Princeps satis fuisse informatus. *Bellam. cons. 35. n. 7. vbi non puto verum Rot. p. 7. rec. decis. 226. nu. 20. & seqq. vbi refert concordantes*. Cæterum his, alijsq; similibus exceptis
82 casibus, semper firmum manet quod confirmatio patitur easdem exceptiones; quibus subijcitur confirmatum *Rot. p. 4. T. 2. rec. decis. 171. n. 7.*; non
83 esset tamen de hac re disceptandum, quoties confirmatio Principis præseferret clausulam *de nouo, & perpetuò statuimus*, quia tunc haberet vim nouæ concessionis, & absolutæ dispositionis *Rot. p. 1. rec. decis. 84. n. 6. & p.*
84 *2. decis. 513. n. 6.*: Secus est, quando concessa fuit in forma communi; quia tunc non egreditur, vt dictum est, fines actus confirmati, nec vllum ius tribuit de nouo, *Abb. in c. 1. n. 6. & c. examinata n. 3. & 6. de confirmat. vtil. vel inutil. Paris. cons. 23. num. 8. lib. 1. Mantic. decis. 222. n. 1. & 2. Caualer. decis. 385. n. 1. eadem Rot. in rec. p. 5. decis. 166. num. 5. & p. 7. dicta decis. 226. num. 20. & 24.*

Ad sextum dico breuiter, quod
85 concedi potest derogatoria à fideicómisso Ludouici Senioris, Hæredis enim necessitas, eiusdemque redemptio à vexationibus, & carceribus est causa sufficiens, ob quam derogari possit fideicómissio, vt notant communiter *DD. in auth. res quæ vbi signanter Bart. n. 10. Salicet n. 4. C. commun. de leg. & in l. Marcellus §. res quæ* vbi *Imol. in princ. Alex n. 3. Român. n. 98. Ias. n. 5. ff. ad Trebell.* Nec prędicti DD. sunt intelligendi solùm, quando hæres culpa sua non contra-
86 xit debita; Sed quandocumque, siue ex propria culpa, siue ex delicto contraxerit poterit hæres redimi è carceribus, & fideicommisso derogari. Ita docet *Fulgos. in d. auth. res quæ in fin. Alex. in dicta l. Marcellus dicto §. res quæ n. 3.* vbi *quod non præsumuntur parentes permissuri huiusmodi vexationem*.

Ad septimum clari iuris est, quod possessor malæ fidei tenetur ad resti-
87 tutionem fructuum. Dictat *tex. in l. sed & si §. si ante litem* ibi *quamquã enim, C. de petit. heredit. l. item veniunt §. præter verf. petitam* ibi, *quo primum sciuerit, ff. eodem*, quos allegat, *& sequitur Rot. in Mediolanen. Bonorum coram Arguelles 1650. 19. Iunij quæ est decis. 53. n. 11. & seqq. inter impress. apud Salgad. in eius la-*
88 *byr. credit.*, & mala fides inducitur nedùm per scientiam iuris alieni, vt innuunt textus prædicti in locis ponderatis, sed signanter per litis contestationem, quæ facit illam esse iuris, &
89 præsumi de iure malam *Bart. n. l. sed & si lege §. etiam si ante num. 1. ff. de petit. hered. cum alijs in decis. 288. n. 7. p. 8. rec.* Difficultas quoad præsens quæstium stat in definiendo, ad quos fructus malæ fidei possessor sit obligatus, an ad eos tantum, quos rè vera percepit, an verò ad eos, quos percipere maiori industria potuit, & à quo tempore teneatur. Quoad tempus; dicendum est, malæ fidei possessorem
90 teneri in interdicto summarijssimo ad solos fructus perceptos à die contestationis, *Rot. & per eam alleg. in decis. 9. n. 1. p. 8. rec.* At in interdicto

reti-

91 retinendæ plenario tenetur ad omnes fructus, quos ab initio vsq; tunc percepit, & quidem propter dolum *dicta decis.9.n.3.* Item tenetur ad omnes etiam ab initio perceptos, vbi fructus petiti fuere, tamquam sors principalis *Rot.d.decis.9.num.* 14. *&* 15. vbi *quod debebantur absq; interpellatione*. Quò verò ad fructus. Regulariter malæ fidei possessor, nedum tenetur
92 ad fructus perceptos, sed etiam ad illos, qui verosimilitèr à Domino percipi potuissent *l. fructus & l. ex aduerso & ibi glos. ff. de rei vendic. Boer. decis.*268.*n.*1.*cum alijs in decis.* 288. *n.*6.*& decis.*289. *n.* 1.*p.* 8.*rec.*, vbi videmus quod in æstimandis fructibus non attendi debet quod reus ex sua persona, vel aliorum eius nomine
93 possidentium perceperit, sed quod actor ex propria industria consequi potuisset *Surd.cons.*293.*n.*12.*vol.* 2. *Laderch.cons.*99.*nu.* 2. *cum alijs quos*
94 *enumerat, & sequitur Rot. in dicta decis.*288.*n.*9. vbi *loquitur de fructi-*
95 *bus ouium*. Hæc autem, strictè loquendo sunt intelligenda solummodo de violento possessore, & violento circa personam, vt de suo proprio stylo testatur *Rot.p.*1.*rec.decis.*551.*n.*1.
96 *& d.decis.*289.*n.*4. *& coram Put. in antiq. decis.* 383. *n.* 2. vbi quod *in c. reintegranda* non veniunt restituendi fructus, qui verosimiliter percipi potuissent. Et quoties mala fides, quæ resultat ex litis contestatione velari
97 potest aliquo colore bonæ fidei, numquam possessor condemnatur ad fructus, qui percipi potuerunt *Rot. p.* 1. *diuers.decis.*552.*n.*2.*cum alijs in sæpe citata decis.*289.*n.*4.*p.*8.*rec.*

Ad octauum verissimum est, quod Protestatio conseruat ius Protestanti *l. qui fideiussor ff. qui satisdare cogan. c. cum Ferraren. de constit. Tolos. de appellat. lib.*8.*c.*4.*n.*3.*vers. nam clarum est*, itaut actus gestus contra protestationem sit nullus, *latissimè alleg. per Rot. in Calaguritana beneficij della guardia* 17. *Maij* 1656.
99 *coram Reuerendiss. Albergato* §. *non obstat*, maximè si actus geratur vis,
100 vel metus causa, & de hoc fuerit protestatum *c. perlatum vbi glos. in ver. non timere de ijs quæ vi metusue causa fiunt*.
101 Et ad hunc effectum debet in Iudicialibus reiterari in quolibet actu, aliàs ab ea censetur recessum *Post. de manut. obseruat.*7.*num.*9.*Rot. decis.* 522.*n.*6.*in fin.p.*4.*rec*, *Pract. Papien. inform. declinat. Iurisd. glos. protestans nu.* 4. *&* 5. *Rot. coram Seraph. decis.*308.*n.*1. *Ludouis. decis.* 368. *n.& p.*2.*rec.decis.*44. *n.* 8. *& decis.* 51. *num.*2.

Quidquid sit in extraiudicialibus: in quibus sufficit semel protestari
102 *Rot. apud Duard. de cens. decis.* 418.*n.*6.

Et quamuis nedum prædicto mo-
103 do, sed etiam per actum contrariũ, qui ex interuallo sequatur videatur recessum à protestatione. *Mantic. de tacit. lib.*16.*tit.*7.*n.*2. immo per actum contrarium omnino tollatur *l. cum in plures* §. *locator horrei ff. loc.*
104 *cum alijs innumeris per Giurb. decis.* 85.*in princ.*, vbi tamen facta fuit in iudicio, & si facto contraria, quo quo modo iuuat protestantem: donec
105 per Iudicem reuocetur *Afflict. qui alios citat decis.* 78. *nu.* 6. & ad bonam praxim tuendam non est omitten-

tendum, quod vbi fuit ex aduerso
106 protestatum, si quis non reprote-
stetur, sed tacet non ignorans, imò,
& taciturnitati actum addit positi-
uum videtur consentire. *Gratian.*
*discept.*140.*n.*18.*vers.quia prædicta*
alios etiam cumulat, & sequitur,
Franz. in eius recentiori Tract. de
protest. considerat. 8. *n.* 14.

Ad Nonum dico, quod licet in-
197 cendium contingens in domo Pe-
tri, quatenus inferat damnum Paulo,
eius vicino inducat contra Petrum
obligationem ad refectionem dam-
norum, quia præsumitur culpa Petri
accidisse *l.qui cecidit §.in hac ff. ad l.*
Aquil.Rouit.decis. 59. *n.* 8., nulla-
tenùs tamen obligat Petrum, vbi
culpa careat, & ex casu fortuito con-
tingat *Iodocus in sua prax. Rer. Ci-*
& Criminal. tit. de incendiarijs Rouit.
*dicta decis.*59.

Ad Decimum fugiendam esse in-
109 terpretationem literalem, quæ &
Iudaica dicitur ex eo, quod Iudæi
literam potiùs, quàm sensum intel-
110 lectualem amplectantur, monet *glos.*
in l.damni §.si is in ver.aliquas ff. de
damno infecto Alex. cons. 198. *ver.*
*Viso processu n.*4.*lib.*7.*Tusch. litt.I.*
conclus. 332. *&* 378., *& inter hic*
*impress.decis.*1.*n.*6. Et vbi res du-
bia est: sumi debet interpretatio ab
111 adiunctis, vt post *Io: Baptistã Spa-*
dam cons. 157.*n.* 19. *&* 20. dixit *Rot.*
in Tolet. Iurisdictionis 21. *Maij.*
1660.*coram Reuerendiss. Beuilaqua*
§. minus quę; Et propterea in hoc
casu facienda est interpretatio de il-
12 lis, in quibus verificari potest dis-
ponentis dispositio. *Montan.de tutel.*
*c.*10.*n.*30.*Crauett.cons.*162.*nu.* 4.
non autem de illis, quæ videntur
pendere à casu impossibili, & in qui-
bus dispositio verificari non valet
113 *Socin.iun.cons.*77.*n.*27.*p.*3.*Castill.*
*quotid.controu.lib.*5.*c.*82.*n.*1. *&* 2.
*Rot.coram Caualer. decis.*417.*nu.* 1.
igitur his terminis, quia facta fuit
mentio de conseruanda agnatione
non potest verificari dispositio ad fa-
uorem R.P. Alberti Monaci S. Be-
114 nedicti, qui huiusmodi conserua-
tionis capax non est. *Altogr. cons.*
96.*n.*13.*vsq;ad* 20.*lib.*1.*Rot.in rec.*
*p.*7.*decis.*135. *nu.* 17. *& seq. & in*
Bononien.fideicomm.de Sauijs 1661
coram Eminentiss.D.meo Celso.

Ad Vndecimum denique, & vlti-
115 mum assero, quod Angelus, qui
fideiubendo pro Visconte promisit
eumdem Visconté daturum insolu-
tum tot bona stabilia *liberè, & in sa-*
tisfactioné creditoris tenetur de eui-
ctione sequuta in illis; moueor ex
duobus, quorum vnum est quod
116 verbum *liberè* appositum in aliqua
promissione non tollit, aut minuit
iura, quæ competerent ex alio capi-
te, sed illis ancillatur; cùm sit intel-
ligendum secundùm naturam actus,
117 cui inhæret *C. cum nobis olim in fin.*
vbi glos. in ver. liberam de eleuat. cũ
alijs per Alex.cons. 80.*n.* 12. *lib.* 1.
Rot. coram Seraph. decis. 576.*n.*4.,
& in Forolinien. lucri dotalis 23.
Iunij 1656. *coram bo. me. Dunoz.*
Sed de natura venditionis, & datio-
118 nis insolutum est, quod venditor
teneatur de euictione *l. exempto ff. de*
act. empt. & vend. Mangil. de euict.
*q.*20.*n.*2. *& seqq. igitur &c.*

Alterum est, quod ipsum præcisũ
119 verbum *liberè* in subiecta materia

valet idem, ac sine diminutione, &
absque vllo onere *Rolan. conf. 2. nu.
43. cum seq. lib. 4. Menoch. conf. 10.
n. 10. lib. 1. & conf. 192. n. 9. lib. 2.*
quos sequitur, & refert Gratian. c.
120 *730. n. 1. Rot. p. 5. rec. decis. 579. n. 5*
Item, & sine contradictione *c. Romana Ecclesia §. deindè ver. liberè de
Cens. Rolan. & per eum alleg. in conf.
42. n. 17. gloss. in Clemen. fin. de au-
thorit. & qualit. Paris. conf. 81. n. 4.
lib. 3.*. Et propterea ad effectum, vt
domus tradatur libera requiritur, vt
121 nullum præstetur impedimentum
*Rot. & per eam alleg. in decis. 97. n.
2. p. 7. rec.*
Quibus cumulabam vim, & energiam reliquorum verborum, scilicet
in satisfactionem. &c. quæ non tan-
122 tum designant facultatem eligendi,
sed etiam cautionem, & seueritatem
rei tradendæ; nunquam enim dici
potest satisfactum creditori, cui da-
123 tum sit aliquid reuocabile, & euincibile ab hypothecis anterioribus.
Et ex his &c.

ARGVMENTVM.

Abbas, etsi vti constitutus in vera dignitate debeat Canonicis præcedere; vbi tamen veluti Canonicus interest alicui Collegiatæ cedere debet Canonicis priùs receptis; quod confirmatur exemplo Aduocatorum Consistorialium in Vrbe, Episcoporum, & Cardinalium.

SVMMARIVM.

1 Canonicus priùs receptus in Collegio debet præcedere Canonico posteriùs recepto, etiamsi alterius Ecclesiæ sit Abbas.

2 Præcedentia debetur habenti maiorem ordinẽ. Debetur etiam habenti dignitatem, vel maiorem num. 3.

4 Abbatia de iure propriè est dignitas, Canonicatus impropriè; & ob id Abbas debet præcedere Canonico etiam Ecclesiæ Cathedralis.

5 *Ampl.* Etiamsi agatur de Abbate Foraneo; maximè vbi pro constitutione Dignitatis concurrunt tria solita requisita num. 6. *Declar.* vt n. 7.

8 Episcopus præfulget, & præeminet suo capitulo, vt sol stellis.

9 Episcopus si interest capitulo, non vt caput, sed veluti Canonicus eiusdem capituli non sedet in primo loco, sed in loco suæ receptionis.

10 Episcopus circumscripta qualitate Episcopali remanet purus Canonicus.

11 Cancellarij, vel Camerarij dignitas nihil adijcit superioritatis supra alios in Sacro Collegio Eminentissimorum DD. Cardinalium, quoad munia eiusdem Sac. Collegij.

12 Aduocati Consistoriales in Vrbe præcedunt in muneribus Collegij alijs posteriùs receptis, etiã si Præsules sint, & Sanctiss. D. Referendarij.

13 Regula de priùs vel posteriùs recepto cessat inter pares in aliquo ordine, data maiori dignitate vnius.

14 Abbas, vel Auditor Palatij etiamsi posteriùs receptus in Collegio DD. An nihilominùs præcedere debeat alijs DD.? & num. 16.

15 Episcopus licet nouissimè receptus inter Consiliarios an debeat post magnum magistrum alijs preferri? & num. 18

17 Dignitas, quæ non est ordinata ad actum non habetur in consideratione in materia præcedentiæ.

19 Episcopi, seu Prælati, qui sunt de aliquo Collegio quem locum sortiantur? *Declar* vt n. 20.

21 Præcedentia debetur Episcopo, Abbati, vel alijs Principalibus Ecclesiasticis personis ab omnibus personis laicis de eiusdem Consilio, vel Collegio, post tamen caput, seu præsidentem dicti Collegij.

22 Et ratio est, quia licet hi pares sint in dignitate, dispares tamen omnino sunt in ordine.

23 Ordo in materia præcedentiæ etiam considerari debet.

24 Antiquior in dignitate præferri nequit, nisi data paritate dignitatis, & ordinis.

25 Ordinis vis, & Potestas tanta est, vt infimum supremi ordinis præstantius sit, & præcedat supremo infimi Ordinis

Exempl. fic. Vt num. 26.

27 Ecclesiasticus nobilior est laico.

28 Ecclesiastica conditio in hac magna Dei familia quantum omnibus alijs præexcellat ostenditur pulcherrima similitudine.

39 Abbas licet cedere debeat in Collegio Canonico prius recepto, debet tamen præcedere extra Collegium, & vbi ad alia interessent.

30 Obseruantia preterita in materia præcedentiæ attendi, & seruari debet.

RA-

RATIOCINIVM LXXV.

MEDIOLANEN. PRÆCEDENTIÆ.

Reuerendissime Domine. Controuersiam, ortã inter D. Bascapeum Canonicum insignis Collegiatæ S. Mariæ de Scala ex vna, & D. Castilionum Abbatem S. Placidi, eiusdemq; Collegiatæ Canonicum ex altera, occasione præcedentiæ in munijs, & functionibus gerendis in ipsa Collegiata, non obstantibus in contrarium adductis dirimẽdam fore puto ad fauorem dicti D.
1 Canonici Bascapei. Nec vim facit, quod præcedentia debeatur habenti
2 maiorem ordinem, vt est *tex. in c. à Subdiacono vers. pono 93. dist. c. statuimus de maiorit. & obed.* vbi *Io: Andr. n. 1. 2. & 3. Menoch. cons. 52. n. 177. lib. 1. Rot. coram Caputaq; decis. 357. n. 1. p. 2. & coram Seraph. decis. 1223.*
3 *nu. 2.* necnon & habenti dignitatem, vel maiorem dignitatem *l. 1. & 2. ff. de alb. scriben. l. 1. & 2. vt dignit. ord. ser. Rot. coram Seraph. d. decis. 1223. nu. 2. & decis. 1445. n. 3. Cassan. in Cathal. glor. mund. 4. p. consider at. 57.* & propterea, quod præferendus sit dictus D. Abbas dicto Canonico, vt-
4 potè constitutus in titulo, & possessione Abbatiæ, quæ cum de iure verè sit dignitas, & Canonicatus impropriè, meritò debet Canonico etiam Cathedrali anteferri *ex Doctor. gloss. in ver. Abbas in dicto. c. à Subdiacono Add. ad Buratt. decis. 903. n. 13. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 17. à nu. 20.*
5 *per seqq.* vbi *n. 22.* Idem etiam tenet, etiamsi esset Abbas foraneus: maximè, quando pro constitutione dignitatis concurrunt tria illa requisita, de
6 quibus *per Aret. cons. 23. à n. 1. per seq. Boer. decis. 286., & dictum Add. ad Buratt. loco citato*; Nam licet hæc verissima sint de iure, applicari tamen
7 nequeunt in casu, in quo huiusmodi dignitas nihil affinitatis, vel connexitatis habet cum Collegio, sed interuenit per accidens, & non se habet, vt aliquid ordinatum ad actus Collegij. Ecce instantiam exhibeo mani-
8 festam: Episcopus præfulget suo Capitulo, præeminetq; vt sol stellis, & tamen si interest Capitulo, non vt Caput, sed veluti Canonicus eiusdem capituli non sedet in primo loco, sed
9 in loco suæ receptionis *Gemin. in c. à collat. nu. 6. & 7. vers. nota tamen de appellat. in 6. vbi Franc. n. 4. Dec. cons. 160. in princ., Boer. de auth. mag. cons. n. 66. latissimè Menoch. cons. 51. n. 43. & cons. 902. n. 27. Franc. decis. 138.*
10 *n. 3. Seraph. decis. 716. n. 15. & decis. 1054. n. 7. & fuit dictum in Segunt. Præcedentiæ 31. Ianuarij 1611. coram Reuerendiss. Lugdonen.*, & ratio est, quia si circumscribitur qualitas Episcopalis remanet Episcopus purus Canonicus, & vti talis cedere debet ordini Collegij, *Cassan. in Cathal. glor. mund. p. 4. considerat. §. vers. intellige.* Comprobantur prædicta exẽplo Sac. Collegij Eminen. DD. Cardinalium, in quo circa ea, quæ respiciunt officium eiusdem Sac. Collegij nihil di-
11 gnitatis supra alios adijcit Dignitas Cancellarij, vel Camerarij, vt *per Boer. loco supra citato nu. 65., & Seraph. d. decis. 716. nu. 16.* Ancillatur etiam exemplum DD. Aduocatorum Consistorialium Almæ Vrbis, inter quos
12 si sint Præsules Sanctissimi Domini

Referendarij, non ideò alijs præcedũt in muneribus consistorialis Collegij, sed cedunt iuxta ordinem eorum receptionis.

13 Minus etiã obstat, quod inter pares, veluti Cõsiliarios, Sacerdotes, & Collegiatos data maiori dignitate vnius cessat regula de priùs, vel posteriùs recepto, vt scripsit *Rom. in l. si verò §. de viro nu. 87. ff. sol. matrim.* ibi *puta si in Collegio DD. receptus esset Abbas vel Auditor*
14 *Palatij tunc enim præferri deberet recepto priùs* & tenuit *Rot. coram Verall. decis. 360. & 361. p. 2.* vbi post magnũ
15 magistrũ decidit deberi præcedentiam Episcopo, etiam nouissimè recepto inter consiliarios, *& coram Caputaq; decis. 307. n. 1. p. 1. & decis. 357. p. 2.*

Nam in primis ad authoritatem
16 Rom. respondetur cum authoritate Bolognet. *in l. reconiunctis n. 19. Purpurat. in l. 1. n. 195. ff. de off. eius &c.*
17 vbi quod non sit consideranda dignitas, quæ non sit ordinata ad actum; & ad Doctrinam Rot. produco eamdem Rot. sibi contrariam *coram Seraph.*
18 *decis. 70. & decis. 716. n. 14.* vbi dixit, quod Episcopi, & Prælati, qui sunt de aliquo Collegio sortiuntur
19 locum non secundùm eorum dignitatem, sed secundùm antiquitatem eorum dignitatis Collegialis. Quod si hæc non placent, vt quæ iudicio
20 *Menoch. cons. 902. n. 75.* sint intelligenda quoad præcedentiam Capiti Collegij, vel Præsidi consilij debitam: non autem quoad alios de Collegio, iterum respondeo argumentum prædictum fortè probare in Episcopo,
21 Abbate, vel alia principali persona Ecclesiastica, quæ consilijs, vel alijs Laicorum functionibus intersit. Vni enim ex his, etsi nouissimè cooptato quis ambiget deberi præcedentiam ab alijs, præterquàm à Capite, seu Præside Collegij, vel Consilij? nam hi,
22 scilicet, Episcopus, & Consiliarius, licèt pares sint in dignitate, dispares
23 tamen omnino sunt in ordine, qui etiam in materia præcedentiæ considerari debet *l. 1. C. de consulib. lib. 12. Ricc. Collect. 1446. in princ.* Ideoque antiquior in dignitate præferri nequit, nisi data paritate dignitatis,
24 & ordinis *Aret. d. cons. 23. n. 10. vers. ad tertium Dec. d. cons. 160. n. 1. vers. secundò dictus præpositus, Caputaq; dicta decis. 307. n. 3. p. 1.*

Tantaque est ordinis vis, & Pote-
25 stas, vt secundùm D. Dionysium Areopagitam *de Cælest. Hierarch.* Infimum supremi ordinis præstantius
26 sit, & præcedat supremo infimi ordinis, exemplo Processionum Religiosorum in moralibus, & in naturalibus perfectissimi equi, qui non ideò quod perfectissimus sit, præstantior est homine imperfectissimo, quia homo nobilior est equo: sic inter homines nobilior est Ecclesiasticus Laico, cùm Ecclesiastica conditio in hac magna Dei familia tantùm omnibus alijs præexcellat, quantùm digni censendi sunt in familia Regis, qui eidem seruiunt, tamquam Domino Ciuitatis, & Regiæ Curiæ in Regimine Populorum supra eos, qui ipsi Regi famulantur, vti Dominõ Gregis, & Villarum in Pastura armentorum, & in cultura Camporum. At hæc locum sibi non vindicant in casu: cum quan-
27 tùm ad actus, & exercitia Collegij
28 dicti Abbas, & Canonicus pares sint in dignitate, & ordine; Quod secùs

esse

esse debet extra Collegium, & vbi ad
29 alia interessent; quia tunc Abbatiæ dignitas, quæ modò in actibus Collegialibus supprimitur elucesceret, & sic præeminere deberet *Barbos. de Canonic. & Dignitat. cap. 18. n. 56. Henric. Botcr. de Synod. Episcop. p. 3. nu. 28. Gramm. decis. 64. n. 33.*

Accedit obseruantia præterita, de qua satis concludenter fuit doctum per dictum D. Canonicum *in eius summario numer.* 4. quę propterea,
30 & hodiè seruanda est *l. fin. C. de off. Præfec. vrb. l. obseruare §. antequam ff. de off. Proconsul. Natt. cons. 576. n. 1. cum alijs per Peregr. cons. 3. n. 1. lib. 2.* vbi plenissimè ad materiam *Bald. in c. cum olim n. 1. & seq. de consuetudine Felin. in dicto c. statuimus in princ. de maiorit. & obed. Card. cons. 62. n. 1. Seraph. decis. 716. n. 17. vers. hæc antem, & decis. 964. per tot.*

Ex his, &c.

ARGVMENTVM.

AN Hebræi, qui in Alma Ianuensi Vrbe ad tempus incolunt valeant merces sericas vendendas circumferre per Ciuitatem in præiudicium Christianorum rerum sericarum tabernam exercentium? An constitutio Pauli Papæ IIII. *contra Hebræos lata, afficiat etiam extra statum Ecclesiasticum? exprobatur obstinatissima Iudæorum perfidia. Miseriæ huius perditissimæ gentis recensentur. Tandem Dira, & Blasphemiæ, quas iniquissimè in Christi, & Christianorum nomen in diem emittunt, non sine animi perhorrescentia rescribuntur.*

SVMMARIVM.

1 Pestis sæuissima anno 1657. Ianuæ grassata est.

2 Hebræis anno 1659. per decennium Ianuæ incolatus concessus fuit.

3 Hebræis an liceat circumferre per plateas, & ad domos Christianorum res sericas vendendas in præiudicium exercentium earum tabernam, & num. 6. resoluitur affirmatiuè.

4 Hebræi à Sancta Matre Ecclesia vocantur perfidi.

5 Veritas, & iustitia, quæ præcipuè Diuinam constituunt naturam neminem accipiunt.

7 Hebræi habent fundatam intentionem, quod omnia possint de iure, quæ sibi non inueniuntur prohibita.

8 Ius commune semper viget vsquedum non abrogatur ab edictis, vel à priuilegijs.

9 Constitutio *Pauli Papæ IV.* confirmata à *Pio Papa V.* & à *Clemente Papa VIII.* an obsit? et non obesse resoluitur num. 17.

10 Hebræi ex dispositione dictæ constitutionis non videntur etiam extra statum Eccl. posse exercere aliam artem, præterquam straccioriam, seu cenciariam.

11 Constitutio præcitata videtur generalis, & generaliter lata contra Hebræos in toto Christiano orbe commorantes.

12 Pontifex, licet non habeat directè iurisdictionē in temporalia Principum, habet tamen indirectè; & ad finem supernaturalem ex vi muneris Pontificij.

13 Pontifex habet etiam iurisdictionem, vt supra, ratione personarum.

14 Hebræi hostes sunt infensissimi Christiani nominis.

15 Hebræi quia magnam ruinę, & scandali occasionum præbere possunt fidelibus Populis non sunt excipiendi in alieno dominio, nisi cum beneplacito Apostolico, & cum legibus, & decretis contra ipsos latis.

15 Ius Canonicum, & Constitutio Pontificia vbi agitur de materia peccati, & de animarum salute seruanda est tam in terris Ecclesiæ, quam in Prouincijs Imperij.

18 Constitutio prædicta cum fuerit concepta, & determinata ad finem moralem, nihilque habeat supernaturalis, & medicaminis, quod præseruare valeat ab occasione alicuius scandali, vel peccati, vim non habet extra statum Ecclesiæ, & in Dominio Principis omnino Supremi, & Monarchi.

19 Cōstitutio prædicta in illis verbis *sola arte straccīariæ, seu cenciariæ contenti* non prohibet, nec disponit, sed præsupponit.

20 Verba illa non sunt dispositiua, sed præsuppositiua, & demonstratiua artis, quam principaliter exercent Iudæi.

21 Verba præsuppositiua non ordinant, neque aliud Imperant in præsupposito.

22 Hebræos pestem detestabiliorem ipsa peste extitisse Ciuitati Ianuensi euentus probauit.

23 Hebræorum incolatus gratiæ, quæ dederunt Motiua.

24 Hebræi sunt proximi nostri, ideoque ex præcepto charitatis diligendi.

25 Gratia abroganda est, vbi deficit causa impulsiua gratiæ.

26 Hebræi vsque modo nullius momenti commercia introduxerunt in Ciuitatem Genuæ, & bullos introitus addiderunt Comperis, & Gabellis Illu-

Illustrissimæ Domus S. Georgij, sed fructus industriæ Christianorum sibi vsurparunt.

27 Hebræi expectationem, eorũ resipiscentiæ omnino desperatam fecerunt in Ciuitate Ianuensi, licèt sepissimè è Sacris suggestis disertissimi, & Sacrarum Scripturarum eruditissimi oratores ad eorum aures personuerint.

28 Christi Domini Aduentus ex qua præcipuè Scriptura veteris testamenti comprobetur.

29 Christianæ Religionis cultus, ex quibus certis, & infallibilibus signis fuerit à Deo prælectus, & inter cęteros, vti verax, & solus probatus, enunciatur.

30 Eminentissimus Recol. mem. Sfortia Cardinalis Pallauicinus commendatur.

31 Hebræos in tot ærumnarum circumstantijs pertinaces esse mirum est.

32 Vexatio nullum dedit Hebræis intellectum.

33 Hebræis nihil prodest ad flectendas durissimas ceruices memoria Triumphorum Titi, desolationis Ierusalem, & tot aliarum calamitatum, que enumerantur, & num. 34.

35 Hebræorum gente nullam aliam mundus habet viliorem, ac contemptibiliorem.

36 Hebræi apud omnes execrabiles sunt, vt impij Sacrilegi, ac rei Diuinæ Læsæ Maiestatis.

37 Hebræi sunt profugi super terram sine capite, sine Regno, sine Templo, sine Sacerdotio, ac sine sacrificio.

38 Hebreos insordescere in diem, & Diuinę Irę occallescere flagellis mirum est.

39 Hebræorum miseriæ, quas super se aduocauere impijssima in Deum ingratitudine haud facilè numerari possunt.

40 Hebræorum quemque, qui originem ducat à Perditoribus Christi Domini suos pati in corpore manes testatum à quibus habeamus.

41 Hebręos, qui descendunt ab ijs, qui illa execranda protulere *Sanguis eius super nos, & filios nostros* singulis annis die sacro veneris indigno sanguine per posteriora, Sacratissimi sanguinis Vadimonium soluere à quibus habeamus.

42 Hebręorum huiusmodi miseriam prædixerat Regius Psaltes Dauid.

43 Hebræis Deus quomodo in omnibus illatam sibi retribuerit vindictam.

44 Hebręi per ea torquentur, per quæ peccauerunt parentes eorum.

45 Conscientię latratibus leuiora sunt corporis tormenta.

46 Conscientia mille testes.

47 Conscientię rei pœnas ante oculos semper habere putant.

48 Conscientia impiorum magna pœna est.

49 Conscientia cùm semper accuset, & increpet superat pœnas etiã maximas Iudicis exterioris.

50 Cedi tius, & Radamanthus qui fuerint.

51 Pœna maior est omni pœna (noctę dieq; suum gestare in Pectore testem.)

52 Hebręi quia hostes sunt Christi Domini nominis ideò in dies peiores fiunt.

53 Hebræi quarè non cognoscant quem auctorem suum venisse omnia elementa testata sunt, & omnia insensibilia senserunt.

54 Hebræi quarè diabolicè viuant, & cum Diabolo esse habeant.

55 Hebræi veluti tanti nominis inimici sunt expellendi cum demonibus habitaturi.

56 Hebræorum stultitiæ, impietates, & blasphęmiæ, quas in dies emittunt, in Christum Dominum, & in Christianos cùm sint adeò execrabiles, vt manus scribere refugiat, omittuntur.

57 Aliquot tamen referuntur ex Sixto Senensi ad ostendendum quàm perfidi sint hostes Sacrosancti Saluatoris nostri nominis.

58 Hebræis dum sacrilegè hoc pacto blasphęmant dici possunt illa Diuini Christi Domini (hæc est hora vestra &c) & illa S. Hilar.

59 Hebræis aliter res erit, cum Dominus loquetur ad eos in ira sua.

60 Euangelij impugnata veritas manifestabitur ad finem sæculi.

61 Ouile vnum, & vnus pastor quando fiet?

62 Christum Dominum omnes gentes fatebuntur ad finem sęculi.

63 Christiani, ad finem sæculi omnes populi in terris certantes vocabuntur à Christo per gratiam baptismalem, sicuti coronati in Cœlis dicentur Iesuitæ, scilicet saluati à Iesu, idest Saluatore.

64 Hebræi verentes vnam iacturam quomodò duas fecerint, & vnam alia infeliciorem.

65 Hebreos insensatos, & non penitendos oppugnabit totus terrarum orbis.

RATIOCINIVM LXXVI.

IANVEN. ARTIS SERICORVM.



Aduersus Hebræos, quibus ad restituenda cõmercia, & ad reintegranda publica mercimoniorum vectigalia, vel omnino sublata,

1 vel saltem quàm maximè diminuta ab Epydimia anni 1657. seuissima, horribili, & innumero saginata Populo incolatus ijs, quæ decent, pietatis maxime, ac Religionis cautelis,

2 in hac nostra alma, ac Religiosissima Ianuensi Vrbe anno 1659. per decennium à Serenis. Republica concessus fuerat: interea Christifidelibus, qui in Vrbe rerum Sericarum tabernam exercent, declamantibus, quod ijdem Hebrei ipsas merces sericas per vicos, & Plateas, necnon, & ad Domos venundandas transducerent in eorum maximum detrimentum;

Du-

Dubium fuit, num ipsis hoc lice-
3 ret ita, quod foret æquanimiter suf-
ferendum, an non; itaut efficaciter
arcendum. De hac re consultus, etsi,
vt Sancta Mater loquitur Ecclesia,
4 cùm perfidis res agatur; quoniam ta-
men veritas, & iustitia, quæ Diuinam
5 præcipuè constituunt naturam, ne-
minem accipiunt, dixi de iure eos non
6 posse prohiberi modo, quo supra fuit
expositum, proprias sericas vendere;
Habent enim fundatam intentionem
quod omnia possint de iure, quę sibi
7 non inueniuntur prohibita, vt *post*
tex. in l. statuas C. de relig., & sumpt.
funer. l. nec non §. quod eis ff. ex quib.
caus. mai. Oldrad. cons. 228. nu. 1. &
Surd. cons. 222. n. 5. tenuit Rot. decis.
194. n. 1. p. 4. T. 2. rec. vbi *prædicta re-*
8 *fert*; qua propter vsquedùm osten-
dātur, vel edicta prohibitoria desuper
confecta, vel priuilegia artis Sericorū,
quæ vetent dictas merces circumfer-
ri, & vendi per vrbem, standum sē-
per erit dispositioni iuris communis,
in qua se se fundant Hebræi.
9 Nec ad rem facit Constitutio *Pau-*
li Papæ IV. impressa in nouo Bulla-
rio nu. 1. T. 1. fol. 720. in illis verbis
Hebræi quoq; sola arte Stracciariæ, seu
Cenciariæ (vt vulgò dicitur) contenti
&c. quæ fuit confirmata *à Pio Papa*
V. in nouo Bullario n. 6. T. 2. fol. 181.
& *à Clemente Papa VIII. in dicto*
Bullario n. 19. T. 3. & ex qua infere-
rebant aduersarij nullam aliam artem
10 præter memoratam posse ab ipsis ex-
erceri, etiam in Serenissimo Ianuensi
Dominio ea ratione, quod præcitata
11 constitutio sit generalis, & generali-
tèr lata contra Hebræos in toto Chri-
stiano orbe commorantes, non solū

12 ratione Pontificiæ Iurisdictionis, quæ
licèt non extendatur directè in tem-
poralia principium; ex vi tamen mu-
neris Pontificij, vt inquit *Diana p. 1.*
tract. 2. resol. 122. & p. 9. tract. 2. res. 72.
vt Ecclesia defendatur, vel peccandi
occasio euitetur, habet sufficientē po-
testatem indirectè super omnibus sæ-
13 cularibus negotijs in ordine ad finē
supernaturalem; sed etiam ratione
personarum, quæ cùm hostes infen-
14 sissimi sint Christiani nominis, & sic
magnam fidelibus populis ruinam, &
15 scandali occasionem præbere possint
non sunt, nisi cùm beneplacito Apo-
stolico recipiendi, & consequenter
cum legibus, & Decretis Pontificijs
contra ipsos latis, & sic videtur ser-
uanda; tam in terris Ecclesiæ, quàm
in Prouincijs Imperijs *c. Clerici 8. de*
16 *Iudic. & c. 1. de non. oper. nunc.* ad tē,
inquam, non facit, quia cùm fuerit
concepta, & tantum determinatā ad
finem moralem nihil habet superna-
17 turalis, nihilq; medicaminis; quod
præseruare valeat ab occasione alicu-
ius scandali, vel peccati, quæ in hac
18 re nusquam esse potest; & per conse-
quens ipsamet constitutio vires extra
statum Ecclesiasticum habere nequit,
& in Dominio Principis omnino su-
premi, independentis, & Monarchi;
& quatenus de hoc, vel prædictis, vel
alijs de causis dubitari contingeret, nō
obesset sanè prædicta constitutio: cum
19 prohibitionem in hoc negotio non
contineat; verba enim illa *sola arte*
Stracciariæ seu Cenciariæ contenti, ob
rationes, & ponderationes, quas late
tè deducit *ead. Rot. dicta decis. 194. à*
20 *n. 9. per seqq.* non sunt dispositiua, sed
præsuppositiua; & demonstratiua ar-
tis

tis; quam principaliter gens ista infelix, & pannis non minus, quam vitijs obsita exercet. Ideoque non ordinat,
21 neque aliquid imperant in præsupposito, vt notant scribentes *in l. mancipia vbi glos. ver. auocandum C. de seru. fugit. Rot. decis. 23. in fin. de procurat. in antiq. cum alijs relatis in dicta dec. 194. dicto n. 4.*

Cæterum, vt ab articulo digrediar, & quò me vehit zelus domus, & populi Dei progrediar, fateri non renuā quod euentus probauit, scilicet, in
22 reparationem corporum Pestis, detestabiliorem animorum pestem fuisse exceptam. Quis enim religiosissimam, & perfectæ charitatis plenam mentem Sereniss. Reipublicę irritam, elusamq; non videat in expectatione, si rem considerat? Mercimonij instauratio, vt dixi, & tam peruersæ gentis resipiscentiæ spes, & inductionis in confessionem aduentus Iesu Christi
23 Domini, & vnigeniti Dei in quali-
24 tate veri Messiæ Israelitico Populo, vt Saluatoris ex Regia stirpe Dauid in lege, & Prophetis promissi motiua specialia Serenissimi Principis gratiæ dedere; Proximi enim nostri sunt, vt habetur *in c. charitas 33. causa q. 3. de pœnit. dist. 2.* Ideoq; diligendi ex præcepto, quòd est *diligēs proximum tuū sicut te ipsum*; Hæc cum defecerint, & in dies magis deficiant, abroganda est gratia, aut saltem decennio ela-
25 pso nullo modo proroganda. Nulla enim hactenus rationabili consideratione digna introduxerunt Iudæi cō-
26 mercia Comperiis, & Gabellis Illustriss. Domus S. Georgij: Introitus nullos addidere; sed popularibus nostris, & exteris Christianę Fidei professoribus quidquid opera, & industria cōparabat viliùs in ijs se se exercentes prorsus abstulerunt; & quod ad animarum salutem spectabat om-
27 ninò remanet insperatum; personent licet, è sacris suggestis disertissimi, & Sacrarum Scripturarum eruditissimi oratores in oppugnationem eorum perfidiæ, & in argumentum, & manifestationem Catholicę Religionis, tum aperiendo sensum veteris testamenti, & loca scripturarum, ex qui-
28 bus missio, & Aduentus Christi Domini comprobatur, & præsertim ex illo *Genes. 49.* vbi *non aufferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium*, tum etiam ostendendo certam, & indubitatam nostræ Religionis veritatem ex
29 signis certis, & infallibilibus, quibus Deus sapientissimus præ cæteris selectam, vt vnicam probauit, & solam; quemadmodum recentiori sacræ eloquentiæ stylo doctissimè discutit, &
30 demonstrat recolēdæ memoriæ Eminentiss. Fortia Pallauicinus Societ. Iesu litteratissimum decus, & sacrarum, doctarumq; gloria purpurarum, Dominus olim meus, & amicus humanissimus in arte perfectionis Christianæ Italico Idiomate exarata *lib. 1. c. 16. per tot.*; Nihilominùs in vanum laborauerunt, & cum in cospia, & Regia munificentia actum fuerit, nihil planè profuit ad flectendas durissimas eorum ceruices, & ad contundenda obstinatissima, & incircumcisa eorū
31 pectora. Miror equidem tantam pertinaciam in tot ærumnarum circumstantijs. Fierine potest, Deus immortalis, vt nullum eisdem dederit intelle-

ctum

32 ctuum vexatio implacabilis, qua post
ab ipsis patratam Vnigeniti Dei filij
iniquissimam mortem vsque modo
33 exagitati sunt? Nihil ne mouet cala-
mitosa, turpisque memoria recolen-
tium Titi Triumphos, desolationem
Ierusalem, populiq; fame, ferro, igne,
peste, consumpti, enecti, trucidati,
extincti, euersionem Templi, lacry-
mas, clamores, vlulatus, interneccio-
nes, clades, voraces flamas, interfecto-
res gladios, sanguinis flumina, mor-
tuorum cadauera insepulta, canibus
exposita, viuorumq; superstitum mi-
serandas reliquias, seruitutes, exilia,
captiuitates? nihil plane, nihil eos iu-
34 uat meminisse, quod euaserint Gen-
tium fabula, hostium ludibrium, &
omnium contumeliarum argumen-
tum, itaut vbiq; terrarum dici possit
nil apud homines haberi ijs vilius,
aut magis inuisum, aut abiectum ma-
gis; audiunt enim vbiq; malè, & pes-
35 simè, vt execrabiles, vt mendaces,
vt auari, raptores, sacrilegi, Reiq; Di-
36 uinæ læsæ Maiestatis, vt hominum
opprobrium, plebis abiectio, mundi
fex, dispersi, profugi, vagi, extorres
37 sine capite, sine Regno, sine Tem-
plo, sine Sacerdotio, & sine Sacrifi-
cio. Obstupeo deniq; quod ita infor-
38 descant in diem, & Diuinæ Iræ oc-
calescant flagellis, quæ impijssima in-
39 gratitudine erga tot, tamq; ingentia
Diuinæ clementiæ beneficia supra se
aduocauere.
40 Vnumquemq; eorum sanè, vt re-
liqua monstrosissima suppliciorum
genera prætercam, ne hic de integro
nouam Hebræorum Iliadem texere
videar, vnumquemque, inquam, ori-
undum ab ijs, qui vel consilio, vel
opere horrendo Deicidio administra-
runt verè iniquitatis ministri, *suos
pati in corpore Manes*, testatum, &
indubitatum habemus ex ipsismet Iu-
dæis, qui olim in eorum Synagoga
Magistri, vel Rabbini, tandem aliquã-
do speciali Diuinæ Misericordiæ au-
xilio per IESVM CHRISTVM,
ad Salutaria Vbera Sanctæ Matris Ec-
clesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Ro-
manæ se se contulere; & signanter
41 quod feria sexta die Sacra Veneris
singulis annis indigno Sanguine Sa-
cratissimi Sanguinis Vadimonium,
quod in se, & in filios sumpserant
Perfidi execrandis illis vocibus,
*sanguis eius super nos, & super filios
nostros* luat quisq; qui ab ijs descen-
dat, in confesso est apud ipsos Hebræ-
os in liberculo, cui Titulus *Dodeci
Maledittioni quali ereditorno gl'E-
brei* Typis dato Romæ, & Ianuæ ab
Antonio Caraffa Romano, olim Rab-
bino Hebreo, Christiano effecto: Quod
42 ante prædixerat Regius Psaltes Psal.
77. illis verbis, *& percussit inimicos
suos in posteriora: opprobrium sempi-
ternum dedit illis* adeò vt recensen-
do omnia, & singula Christi Domini
43 tormenta etsi innumera ex vna, ex
alia verò parte omnes, & singulas pœ-
nas, quas in corporibus continuò per-
soluunt Iudæi, iustissimè dici queat,
quod in omnibus Deus ipsis illatam
sibi retribuerit vindictam, & quod
44 iuxta Diuinam Sententiam *Per quæ
peccauerant Parentes eorum, per hæc
& ipsi torquentur*. Hæc tamen, & si
horribilia sint, leuia tamen videntur,
45 si cruciatibus conferantur, quos per-
ferunt à Cerbero verminosissimæ cõ-
scientiæ vsquequaq; latrante, & mor-

dente. Conscientia, *inquit. Quint. de-*
46 *clam.* 9. mille testes, à quibus accusati,
47 qui peccauerunt, pœnas ante oculos
48 versari putent, vt dixit *Cic. pro mil.*
conscientia impiorũ; *teste D. Anselm.*
in epist. ad Corinth. magna pœna est,
cum semper remaneat accusatrix
49 iudicio. *S. Greg. lib.* 2. *moral.* superat
pœnas maximas exterioris hominum
iudicij, quod sanè vocem non habet,
quæ semper obiurget, & incessanter
scelera arguat, & increpet, eo modo,
quo exprobrat, & accusat interius
conscientiæ iudicium, quod in omni
temporis momento minax resonat, &
malo personat omine. Hinc propterea
cecinit, & vera Poeta ille gentilis,
qui scripsit, quotquot tormentis indictis
aut à crudeli Gubernatore crimi-
50 nali, cui nomen *Cedizius*, aut à Radamanto,
quem superstitiosa Gentiliũ
antiquitas seuerissimum somniauit
fuisse defunctorum castigatorem,
pœnam esse maiorem

51 *Nocte, dieque suum gestare in pectore testem.*

52 At quid pluribus immoror? iam
amplius non miror, si nequiores in
dies fiant, si semper Spiritui Sancto
resistant, sicut Patres eorum, si in Sole
pertinacius in dies cæcutiant, & in
omnibus Diabolicas semper magis,
ac magis in artes, & scelera offendant,
53 si, vt inquit *S. Greg. Pap. hom.* 10. *in*
Euag. quem auctorem suũ omnia elementa
venisse testata sunt, quem Dominum
omnia insensibilia senserunt,
adhuc infedelium Iudæorum corda
Deum esse minimè cognoscant, &
duriora saxis scindi ad penitendum
nolint; Iniquissimi enim hostes sunt
Christiani nominis, ideoque diabolicè,
& cum Diabolo semper viue-
54 re coguntur, quia, vt inquit *S. Augustinus de grat. Christ. contra Pelag.*
(aut cum Christo, aut cum Diabolo
esse oportet, nec est locus medius.)
55 Expellantur igitur tanti nominis
inimici, & apud Dęmonas habeant;
Quod autem Christi, & Christianorum
nominis perfidissimi sint hostes
iudices statuo quotquot apud Sixtum
Senensem *lib.* 2. *Bibliotheca Sancta*
oculis videre voluerint stultitias, blasphæmias,
& impietates, quas emiserunt,
& continuò emittunt in Christum
Dominum, eiusq; Sanctissimam
Matrem; quæ cum adeò sint execrabiles,
vt animus horreat, manusque
rescribere fugiat consultò à me prætermittuntur;
loca tamen ex dicto libro
2. decerpta, & vbi aliquot, ex illis
innumerabilibus habeantur hic indicare
non granabor; sub titulo enim
aduersus charitatem, & humanitatem
56 hæc sacrilega, impia, & stulta continentur.

Statuimus, vt quilibet Iudæus ter
in die blasphemet omnem Christiano-
57 *rum gentem, ac Deum precetur, vt*
confundat, extermineteque ipsam cum
Regibus, & Principibus suis; atque
hoc maximè faciant Sacerdotes Iudeorum
in Synagoga, ter quotidiè orantes
in odium Iesu Nazareni ord. 1. *tract.*
5. *dist.* 4.

Deum precepisse Iudæis, vt quouis
modo, siue dolo, seù vi, siue vsura,
siue furto facultates Christianorum sibi
vindicent, ibidem.

Præcipitur item omnibus Iudæis, vt
Christianos omnes loco brutorum habeant,
nec aliter eos tractent, quam bruta
animalia ord. 4. *tract.* 8.

Si

Si bestia Iudæi occiderit bestiam Christiani, non tenetur Iudæus pro ea pretium soluere; si verò bestia Christiani Iudæi bestiam occiderit teneatur Iudæus cogere Christianum ad bestiæ solutionem ord.4.tract.5. dict.4.pag.38.

Iudæus Gentili neque mali, neque boni quidquam faciat: Christianum verò omni tædio, atque industria conetur de vita tollere ord. 4. tract. 8. dict. 2.

Si quis Hebreus dum vult occidere Christianum forte fortuna Iudæum occiderit absolutione dignus est ord. 4. tract. 4. & 9.

Si quis Iudæus Christianum præcipitio propinquum suspexerit, ipsum statim præcipitare tenetur ord. 4. tract. 8. cui in eodem tract. concordat auctor Aualsez dict. 2. pag. 355. colum. 2. & volumen ArbaTurim libro Ioaceda capite 158.

Imperium Christianorum execrabilius est Imperio cæterarum gentium, & leuius peccatum est seruire Principi Gentili, quam Christiano ord.2.Tract. 5.dict.v.pag.11.& 15.

Templa Christianorum esse domos perditionis, & loca Idolatriæ, quæ Iudæi tenentur destruere ord. 2. tract. 5. dict. 2.

Euangelia Christianorum, quæ inscribi debent iniquitas reuelata, & peccatum manifestum à Iudeis comburi debent, etiamsi in eis nomen Dei contineretur. Ibidem.

Libentissimè abstineo à pluribus Hebreistarum Dæmonum maledictis, ne vel calamus ipse, vel pagina infecto nimis atramento turpescat.

Agite iam genimina viperarũ, per-
58 fidiæ Colubri: attollite nequissima capita, euomite serpentinis visceribus dirum virus: maledicite, oblatrate inferorum Cerberi; ad satietatem, ad diffractionẽ vsq;, vt placet *hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum*; ambulantibus enim in tenebris, *vt dixit S. Hilarius Episcop. comment. in Math. Can.* 10. *post med.* omnis sermo Domini tenebræ sunt, & verbum eius infidelibus nox est; At vt dicitur *Ps.* 2. *qui habitat in Cœlis irridebit vos: & Dominus subsannabit vos: qui conuenistis in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius; cum loquetur ad vos in ira sua; & in furore suo conturbabit vos.*

Erit enim aliquando, cum non cre-
59 dita Euangelij Veritas se se ipsa palã,
60 nullo contradicente manifestabit, & tunc fiet vnum ouile, & vnus pastor, omnesq; gentes Christum Dominum fatebuntur; & sicut per gratiã baptismalem regenerati Christiani vocabuntur in terris, ita in Cœlis Coronati omnes dicentur Iesuitæ, scilicèt saluati, auspicatissimè sumpta deriuatione à Iesu, idest Saluatore. Ita *Baeza lib.2.in Euang.c.6.§.4. & Engelgrau. in Fest. Circumcis. in fin.* ambo PP. Societatis Iesu; quod multo ante in his omnino terminis, & verbis tradiderat *Ludulph. Saxonen. Carthusin.p.1. vita Christi c.10.*, & eo priùs secundùm præcitatum Baez., non autem iuxtà Engelgrau. *Hugo Card. in c.2. Apocalyps. super illud verbum, in calculo nomen scriptum*, vbi tamen sic ait *qui modo in Peregrinatione vocantur Christiani, in Patria à Iesu vocabuntur Iesuani, idest saluati.*

At contra vos insensatos, quos confidere nequeo fore pœnitendos, qui vnius iacturæ metu duas fecistis,

& vnam altera deteriorem, *perdidistis enim locum, & gentem occidendo Christum, inquit S. Aug. in psalm. 52., & perdidistis, & locum, & gentem, & Christum*; & qui ad vnum Deicidij execrabile facinus tot, tantaq; crimina in dies adigitis, armabitur omnis creatura, & pugnabit totus orbis terrarũ, vestri seminis vltimis Deo optimo condonaturo reliquijs.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

AQVA non præscribit, & quare. Bart. reprobatur à DD., & ab Auth. explicatur: Quid in Flumine secundùm Bart. & quid in Torrente. Quilibet in suo, & de suo facere num possit, quod mouult? Aqua quandonam præscribat? Præscriptione concurrente aqua diuerti non potest. In possessione ducendi aquam possident debet manuteneri. Amplia, concurrente etiam Iure seruitutis ex opere manufacto, & canali resultante. Coloni in Iure seruitutis actiuæ Domino non præiudicant.

SVMMARIVM.

1 Aqua naturaliter effluens per se non præscribit, etiamsi per mille annos sic defluxerit, Ratio num 2.
3 In Facultatiuis non intrat præscriptio.
4 Contrarium in flumine tenet *Bart.* qui à DD reprobatur, & hic explicatur.
5 *Limit.* in Torrente etiam *secundum Bart.*
6 Quisque potest seclusa præscriptione diuertere aquam à solito cursu.
7 Fallit, si fuerit inducta seruitus ex præscriptione, ministerio hominis ab aqua inchoata. Et Ratio num 8.
9 In possessione aquæductus manutenendus est, qui possidet.
10 Et spoliatus debet restitui etiam quod non probet seruitutem, neque Ius.
11 Multò magis probatis cum possessione antiquo decursu aquæ, & eiusdem vsu.
12 Quid in aquæductibus sit considerandum?
13 Consuetudo in aquæductibus habet vim Tituli, & priuilegij.
14 Opus in principio aquæductus extructum, & ipse aquæductus fossus in prædijs, per quæ aqua fluit ad prædium Dominans indicat fuisse constitutam seruitutem.
15 Actus expurgationis aquæductus non important facultatem, sed ius proprium.
16 Coloni in seruitute actiua Domino non præiudicant.

RATIOCINIVM LXXVII.

IANVEN. DECVRSVS AQVARVM.



OMissis, quæ in hac causa prolixa quidem oratione, sed minùs principaliter opponuntur argumentis; venio strictè ad ad punctum principalioris Quæstionis. Certi enim, & indubitati Iuris est penes DD., quod aqua naturaliter profluens per se non præscribit,
1 etiamsi per mille annos per certum prædium effluxerit; Hæc enim, cum sit animæ expers, & modò huc, modò illuc certa sine lege vagetur non ad effectum inducendi seruitutem, sed
2 ad exercendam propriam facultatem per actus liberos nihil nobis quærere, nihil seruitutis imponere valet. *Bald. in c. 1. §. si quis 6. col. vers. sed nunquid de controu. Inuestit. & in c. cum omnes n. 44. de constit. Ias. in l. quo minus nu. 171. cum seqq. ff. de flum. Alex. cons. 57. n. 6. lib. 7. Paris. cons. 112. nu. 29. & seq. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 123. n. 14. & seqq. Cost. de fact. scientia & Ignor. distinct. 1. Cent. 2. n. 17. & seqq. & signantur n. 44. pag. mihi 432. Thesaur. Pedemon. decis. 145. n. 3. & Viu. decis. 411. n. 3. lib. 3. Aries de Masa var. resol. c. 47. nu. 9. Rot. rec. p. 4. T. 2. decis. 425. n. 3., &*
3 6. Quibus altera adstipulatur Iuris ratio, quod, scilicet in facultatiuis, & in ijs, quæ sunt meræ facultatis nullum sibi vindicet locum præscriptio. *Ruin. cons. 28. nu. 10. lib. 1. Gabr. de præ-*

præscript.conclus.10. nu.7. Flamin.de Rub.cons.6.n.54. Thesaur.dicta decis. 45. Cost.præd.loc.cit.n.11. & 52. Capyc.decis.134.n.3. & seqq. Rot. apud Penn. decis.316. n.7. Quidquid dixerit *Bart.in eius Tract. de Alueo §. sed vix est n. 1.*, quia præterquamquod
4 ab omnibus reprobatur, ibi tamen diffiteri noluit hoc verissimum iuris principium, sed æquitatem, quæ suggerebat antiquo domino restituendũ esse fundum, quem flumen recedendo deseruisset, etiam in casu, quod non recessisset cum impetu, & non appareret forma fundi, vel superficies arcere voluit, & moderari rigore præscriptionis annorum 10. inter præsentes, & 20. inter absentes, eo præcipuè nixus fundamento, quod flumen habeat titulum de iure Gent. & continuam possessionem. Quæ duo non verificantur in Torrente, & minus etiam in Torrente,
5 qui pluuia crescit, vel in aqua pluuiali, quæ tantum excurrit, quantum pluit. His enim, cum sint iuris priuati, & titulus deest, & possessio. *Bart. in præcit. Tract. §. speciem, & in Tract. de flum. §. flumen. Cepoll. de seruit. Rustic. præd. c.34. & c.38. de Torrente, idem Bart. in Tract. Tyber. 8. col. vers. flumen.*

Et proinde non obstante quacumque somniata præscriptione vniuersa-
6 lis semper erit, & vera omnium in iure scribentium sententia, quod cuique liceat diuertere aquam, quamdiu est in eius solo; omnibus enim permissum est in re sua moderatorem esse, & Arbitrum, & ius sibi dicere, propria authoritate *l. in re mandata 21. C. mand.* Potestq; quilibet in suo, & de suo facere, quod mauult; quærendo præcipuè, & principaliter propriam vtilitatem, etiamsi id resultet in præiudicium Vicini *l. si manifestè, & l. altius vbi DD. C. de seruit. & aq. l. 1. §. quæsitum ff. de aq. quot. & æst. l. 2. §. itẽ labeo ff. de aq. plu. arcen. vbi Odofred. n.20. l. 1. §. deniq; & l. si in meo ff. eod. l. flumin. §. fin. & l. proculus ff. de damn. infect. Cephal. cõs. 357. lib.7. Cost. loc. cit. n.36. & seqq. Pereira decis. 35. per tot. Merend. controu. lib.9. cap.30. Cepoll. de seruit. Rustic. præd. dict. c.38 de Torrente in princ. & n.4. & c. 37. de aggerib. §. sed quid si flumen n. 3. & c. de aqu. plu. arcen. art. per tot. Ruger. plenè cons.30. n.1. Marcabr. cons.49. n.27. Rocc. Respon.93. n.23. Menoch. cons. 447. num. 41. & 42. & cons. 1072. num. 9.*

7 At verò si aqua non naturaliter fluxerit, sed ministerio hominis, & per opus manufactum, tantumq; temporis effluxerit, quo præscribere potuerit, tunc quia prædicta omnia cessant, & facto hominis interueniente concurrunt omnia vsucapionis Requisita, meritò dicendum est, quod nequeat dominus fundi ad sui voluntatem aquã diuertere ad aliam partẽ; Cum hac enim distinctione intelligẽda sunt iura præcitata, & excipiendi DD. præallegati. *Bart. in l. 1. §. sed & si in princ. ff. de aq. plu. arcen. Bald. & Salic. ff. ad l. Aquil. Faciunt etiam sancita per tex. in l. cui fundum ff. quemadmod. seruit. amit. & in l. neratius vbi glos. ver. tollere ff. de aq. plu. arcen.* Et idem suadent *notata per Aym. de antiq. temp. p.4. §. circa præmissa nu.4. Dec. cons.202. n.24. Calcan. cons.56.*
8 *nu. 9.* Huiusmodi autem distinctionis

Ratio

Ratio ea potissimum fuit, quod cen-
seretur cessare naturalis facultas aquæ,
vbi non naturaliter, sed artificialiter
deflueret, & ex opere manufacto di-
uersio aquæ à solito cursu in præ-
iudicium vicini fundi, cui hominis
ministerio seruitus fuerat quæsita.
*Menoch. cons. 447. num. 42. vers.
qui hoc intellexerunt Morot. cons. 8.
num. 3. ad med. Buratt. cons. 87. n. 1.
& seqq. cons. 235. num. 54. & cons.
267. nu. 38. Surd. cons. 447. nu. 12.
Castren. cons. 243. nu. 2. vers. præterea
lib. 2. Bellam. cons. 7. num. 3. Cyriac.
controu. 312. nu. 2. Gabr. de præscript.
conclus. 10. num. 14. Cepoll. de seruit.
Rust. præd. c. 4. de seruit. Aqueduc.
num. 56. & seqq. Viuian. decis. 11.
nu. 17. & num. 22. Rot. diuers. decis.
164. num. 3. & coram Coccino in Me-
diolanen. bonor. 17. Maij 1630. & in
Rec. part. 2. decis. 32. num. 7. & seq.
& par. 4. Tom. 2. decis. 425. num. 14.*

9 Quod attinet ad aliam aquædu-
ctus inspectionem, *ex Cost. loc. cit.
num. 12. induco Plot. ad l. si quando
num. 58. C. vnde vi* sic loquentem
(qui est in possessione vsus aquę, de-
bet in ea manuteneri, etsi fuit spolia-
tus restitui in hac summaria posses-
10 sione ex officio Iudicis, etiam quod
non probet seruitutem, neque ius, do-
nec in plenario possessorio, vel in pe-
titorio fuerit discussum de viribus
partium.) Et *Plot.* sequitur *Franc.
Marc. decis. 561. & 589. part. 1. Rot.
in Alexandrina Pensionis 19. Iunij
1648. §. & dum discutitur, coràm
Eminentiss. D. meo Celso, & in Cam-
pilonen. Decimarum coram eod. die 1.
Iulij eod. anno 1648. in fin. & in Rec.
par. 8. decis. 230. nu. 14. & seq.*

Multo magis ipse dico, quod con-
11 cedi debet manutentio, quando cum
possessione remanet incōtinenti pro-
batus antiquus decursus aquæ, &
eiusdem vsus, qui deseruit loco tituli
*Raudent. var. resolut. cap. 68. num.
65. Calcan. cons. 66. num. 7. & 9.
Bero. cons. 144. num. 39. vers. quartò
pondero vol. 21.* vbi quod circa cur-
sum aquæ tria sunt regulariter con-
12 sideranda Pactum scilicet, Natura,
& Vetustas. Latè *Surd. cons. 447. nu.
10. & 11.* vbi quod seruanda est in
13 aquæductu consuetudo, vt quæ vim
habeat tituli, & priuilegij *Cephal. cons.
96. num. 2.* vbi quod aqua à solito
cursu diuerti non potest. Sed hæc li-
cèt magni ponderis sint, parui adhuc
pendenda, quatenus comparentur
14 cum opere manufacto in principio
eiusdem ductus aquę è Vallibus, &
cum Canali, seu aquæductu exstructo
in prædijs eorum, qui hodie, vel aquā
transire, vel ad aliam partem diuer-
tere contendunt, & qui quotannis re-
ficitur, & expurgatur ipsis scientibus,
& patientibus. Hæc enim non solùm
indicant, quod opus prædictum, &
aquæductus fuerit paratus, & dispo-
situs de mutuo consensu, sed etiam
probat ius constitutæ seruitutis; nam
actus expurgationis, & excauationis
15 in alieno fundo existimatur ex illis,
qui non iure facultatis, aut familiari-
tatis exerceri solent, sed ex ipsis, qui
iure proprio fiunt *Bart. Castren. &
alij scriben. in l. seruitus C. de seruitut.
& aq. Barsatt. cons. 41. numer. 14.
Borgnin. decis. 23. num. 113. part. 2.
Altogr. cons. 97. num. 25.* Quæ am-
plia, etiam si fortè aliquando cursus
16 aquæ fuisset impeditus Colonis præ-
dij

dij dominantis, quia istorum scientia, & negligentia ad effectum amittendi seruitutem actiuam per non vsum nõ releuat, cum expresse requiratur scientia, & patientia Domini *Bald. de præscript. in 2. part. 4. 1. princ. quæst. 12. num. 12. vers. nota.*

Ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

Census, cuius onus pro rata spectabat ad Dominum an pro eadem rata extinguatur, quando ab emptore Domus data fuerat pecunia in pretium sub lege quod implicetur in censum, qui in fructibus multiplicandus ad quantitatem pretij Domus stare deberet pro eiusdem euictione?

SVMMARIVM.

1 Census extinguitur pro illa rata, quam Dominus recognoscit ad se spectare, & quidem ratione incompatibilitatis.

2 Actio, & passio stare nequeunt in eodem subiecto.

3 Quid, vbi pecunia data fuisset sub lege quod implicaretur in censum, cuius sors, & fructus multiplicandi stare deberent pro euictione domus emptæ?

4 Exceptio cedenti competens, competit etiam eius cessionario.

5 Fructus percepti ex censu extincto sunt restituendi.

6 Extenuant etiam sortem, non tamen alteram diuersam à censu, pro quo fit solutio.

7 Census extinguitur si à domino in casibus permissis impetratum fuit mandatum pro sortis restitutione.

8 *Declar.* vt procedat, si præter relaxationem mãdati fuerit processum ad aliquã saltem exequutionem, & num. 9.

10 Reuiuiscit reuocata, vel euicta datione in solutum.

11 Actio semel extincta iterum ex causa reuiuiscit: Et exemplificatur in fideiussore num. 12.



RATIOCINIVM LXXVIII.

IANVEN. CENSVS.



Præstantiss. Domine. Sententia lata per Illustriss. D. Gubernatorem Sauonæ est infirmanda ex vnico tantum motiuo (vt cetera omittam) extinctionis census pro rata scutorum 500. Etenim memorata Sententia tribuit immissionem DD. Multedis non solum pro renouatione fideiussorum, sed etiam pro fructibus decursis, & decurrendis occasione census scut. 2000. aliàs per D. Hypolitum Rainerium impositi, sub die 20. Ianuarij 1650. ad fauorem D. Io: Francisci Pozzobonelli, vt latiùs legitur in dicta sententia; & tamẽ ex instrumento recognitionis bonæ fidei factæ per D. Pozzobonellum sub die 23. eiusdem mensis Ianuarij ad fauorem dicti Rainerij venditoris apparet, quod dictus census pro rata scut. 500. ad ipsum Pozzobonellum spectabat, & pecuniæ pro ipso inseruierant, & quod commodum Pozzobonellus in se susceperat, vt ex lectura dicti instrumenti, quod legitimè in actis productum datur in manibus D. V. Præstantiss. in authenticam formam.

1 Quibus stantibus pro dicta rata Census remansit extinctus ratione incompatibilitatis; cum actio, & passio stare non possint in eodem subiecto, *l. plane §. si duobus l. qui filiabus in fin. l. legatum §. 1. ff. de leg. 1. l. Vranius ff. de fideiuss. Peregr. de fideic. art. 7.*

2 & latè probat *Cens. de cens. q. 107. n. 32. & seqq. Rot. post eumdẽ decis. 369. n. 3. & p. 6. recent. decis. 22. n. 3. &* fuit

fuit dictum in Rom. census coram bo. me. Bichio 16. Decembris 1647. & in Placent. bonorum 29. Maij 1654. coram Zarate §. vnde ex dicta primogenitura.

Neque obest, quod huiusmodi extinctioni expresse resisteret pactum initum cum DD. Multedis à ex quo-
3 rum pecunijs census creatus fuit, dum deponendo pretium scut. 2000. occasione emptionis domus conuenerunt, quod illud reinuestiretur in aliquo censu, lege adiecta, quod fructus eiusdem essent multiplicandi, donec, & quousque adscenderent ad scut. 2500., quæ sic inuestita perpetuò stare deberent pro Euictione Domus, & securitate eorumdem emptorum; Obiectum siquidem posset forsasse procedere, si Multedi egissent pro euictione Domus: quo casu pro sorte scut. 2500. nõ potuit ipsis præiudicium inferri; Verum DD. Multedi egerunt, vti Domini Census, & vti cessionarij pro renouatione fideiussorum, & solutione fructuum, vt patet ex tenore eiusdem sententiæ ibi *nomine DD. Multedorum cessionariorum Prosperi, ac Philippi filiorum, & hæredum q. Io: Francisci Pozzobonelli.*

Atque ideò sicuti dictus q. Io. Franciscus, seu eius filij, & hæredes si agerent, possent Rainerius, & eius fideiussor obijcere Censum esse extinctum, ita etiam eadẽ exceptio competit contra DD. Multedos, Pozzobonelli Cessionarios, & ab eo causam habentes *l. emptor C. de hared. vel*
4 *act. vend. l. fin. C. de priuileg. fisc. Paris. cons. 109. n. 25. lib. 3. Rot. coram Andrea in Rom. Saluiani 22. Aprilis 1617.*

Quod autem pro rata scutor. 500. Pozzobonellus posset repelli patet ex prædicto instrumento stipulato, vt dixi, sub die 23. eiusdemmet mensis Ianuarij, eiusdemq; anni: in quo ipse recognoscens bonam fidem fassus fuit habuisse dicta scut. 500. & pro dicta rata censum ad se spectare; Vnde sequitur, quod eius fructus soluti veniant restituendi, cum illi non debeã-
tur ex censu extincto *Cenc. de cens. q.* 5
71. n. 14. 15. Rot. in Fersen. pecuniaria post eumdem decis. 419. n. 2.

6 Illos tamen nõ crederem posse extenuare sortẽ aliorum scut. 1500. quia licet ad euitandas vsuras fructus extenuent sortem, hoc tamen procedit respectu eiusdem census, non autem respectu alterius, & diuersi ab eo, pro quo fit solutio.

Addo etiam, quod ex alio potissimum capite sententia est infirmanda, nimirum ex quo concedit aliam immissionem in possessionem eorumdẽ bonorum ex causa alterius census, qui cum sit extinctus non potest esse in fructuosus, arbor enim mortua nõ fructificat. Extinctio probatur ex productione mandati obtenti à creditore, cum eiusdem partiali executione; In quo casu probatissimi iuris est censũ extingui, & cessare fructuum cursum, quoties à Domino census in casibus
7 permissis impetratum fuerit mandatum pro sortis restitutione; nam tunc sors cedit in debitum, ita vt præter eã nequeant peti aliqui fructus ex dicto censu absque labe vsuraria. *Rot. post eumd. Cenc. in vet. edit. decis. 283. n. 2. & 5. quam idem sequitur in eius Tract. p. 3. c. 1. q. 3. art. 5. n. 23.* vbi modificat conclusionem adijciendo, dum-

dummodo vltra mandati exequutiui relaxationem procedatur vlteriùs, vel
8 ad actualem restitutionem sortis, vel partis illius, quia tunc per illius receptionem videtur in necessarium antecedens recessum à censu *Rot. post eũdem Cenc. decis.272. n.5. & 6. & p. 6. Rec.decis.132. n.14. vers.alterum fundamentum.*

9 Et regulariter cessant fructus Census quoties est in facultate creditoris repetere, quando velit sortem principalem *Cenc. dicto tract. p. 3. c. 1. q. 3. art. 5. n. 26. Rot. post eumdem decis. 106. n.3. & decis. 248. nu.3.: Nec dissentit ead. Rot. p.5. rec. decis.278. n.10.& seqq.* cum potius ibi, & numeris antecedentibus hoc ipsum confirmet si, & quatenus repetitio sortis post relaxatum mandatum deduci valeat ad actualem effectum, ita quod huiusmodi actus retrosimilis à nullo alio impedimento immoretur, quam à creditoris negligentia, seu voluntate.

10 Reuiuisceret tamen idem Census, & deberetur, si fortè datio in solutum reuocaretur *Cenc. de cens.p.3.c.1.q.3. art. 5.n.21.& dicto c. 1. q.5. nn. 13. Gratian.discept.950.n.17. Rot. dicta decis. 278. n. 22.*

11 Eaque est ratio quia actio semel extincta ex causa potest reuiuiscere *glos. in l. qui res.§.aream ver.in perpetuum ff. de solut. Rot. p.4. T. 1. Rec. decis. 373.n.24.* vbi *ex Speculat.de fideiuss. in fin.* ait (si pro credito meo, pro quo habebam fideiussorem dedisti mihi prædium in solutum, quod fuit euictum, fideiussor mihi tenetur pristi-
12 na actione, quia res in solutum non permansit apud me.)

Ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas propter masculos in successionibus ab intestato an porrigat suum effectum ad bona, quæ defunctus habebat extra Territoriũ? Distinctio Bart. vtrum Statutum loquatur in rem, an verò in personam reprobatur. Statuta prospicientia conseruationi agnationis, & familiarum splendori non sunt odiosa, sed fauorabilia. Numquid de Statuto ad Statutum fieri possit extensio? Statuta quomodo sint intelligenda quando extrinsecùs eorum intellectus prohibetur?

SVMMARIVM.

1 Opinio, quod Statutum excludens fœmina propter masculos in successione intest. non extendatur ab bona extra Territorium recipitur tãquam communior, securior, ac fide, & veritate præstantior, & num. 14.
2 Bona, quæ non extant sub iurisdictione statuentium nequeunt eorum Statutis prohiberi, & num. 13
3 Statuere importat actum iurisdictionis, quæ exerceri non valet nisi circa res proprias.
4 Statuentes vbi disponunt in alieno Territorio habentur tamquam priuati, & num. 5.
6 In successionibus ab intestato quodnam Statutum attendi debeat.
7 Intestatus quando plures videatur reliquisse hæreditates.
8 Forma data à lege municipali respectu quorum bonorum sit seruanda.
9 Bart. distinctio reprobatur à DD.
10 Ad effectum prædictum requiritur vtraque subiectio, bonorum, & personarum, & quidem in vno, eodemque Statuto num 11.
12 Si vna pars Statuti sit per se imperfecta ad vnum actum, ad hunc non fulcitur alterius partis copulatione.
15 Huiusmodi Statuta odiosa esse dixit Bart.; sed verius est, quod sint exclusiua fœminarum propter masculos fauorabilia, Iurique Diuino, & humano consona num. 16.
17 Potestas exerceri non valet in non subiecta.
18 Fœmina exclusa ab hæreditate, debet arceri à tota hæreditate, & consequenter ab omnibus bonis vbicumque sitis.
19 Hæreditas est ius vniuersale complectens omnia bona.
20 Argumentum de toto ad partem non valet quando non militat eadem ratio.
21 Tot effinguntur hæreditates, quot sunt Territoria, in quibus bona reperiuntur.
22 Multo validius prædicta procederent quando

etiam deficeret voluntas.
23 Statutum tantum diſponit, quantum loquitur.
24 Statuta quia ſunt ſtricti iuris ſtrictè etiam ſunt intelligenda.
25 Voluntas, & noluntas ex diſcretiuo ſermone deducitur.
26 A Statuto quod mandat intelligi, vt litera iacet, omnis ſenſus intellectualis remanet ablegatus Etiam qui ſumi poſſet de mente, & ex veriſimilitudine rationis num. 27.
28 Et attenditur ſolùm literalis verborum ſonus.
29 In quolibet actu requiruntur copulatiuè voluntas, & poteſtas.
30 Et poteſtas præſupponit, vel præſumi facit voluntatem.
31 Concurrente voluntate adhuc actus non ſuſtinetur.
32 Sereniſs. Senatus contrario Iure vtitur.

RATIOCINIVM LXXIX.

IANVEN. SVCCESSIONIS:



Iſponente GenuęStatuto
lib.5.c.23. de ſucceſs. ab
inteſt. quod decedenti
ſine Teſtamento ſucce-
dant ſoli maſculi exclu-
ſis fœminis, quæ tantum capiant,
quantum ſancitum fuit per alterũ Sta-
tutum *ſub c.de fœmin.dotan.*, contin-
git dubitare num vtroque Statuto in-
ſpecto,huiuſmodi excluſio porrigatur
ad bona alibi ſita, præterquam in Do-
minio Reipublicæ Sereniſſimæ; Et
quamuis hæc quæſtio fuerit aliàs inter
DD. pro vtraque parte viriliter pro-
pugnata, hodie tamen opinio nega-
tiua, quod, ſcilicet, non extendatur
diſpoſitio Statuti ſic, vt ſupra priuan-
tis ad bona extra Dominium exiſten-
tia ita inualuit, vt ab omnibus, tam-
quam communior, ſecurior, ac fide,
1 & veritate præſtantior recipiatur. Sic
tenuit originaliter *Bart.in l.cũctos po-*
pulos n.32.C.de ſum. Trinit.; quem
DD. paſſim ſequuntur, *& Bald. ibi*
nu. 19. ſubſcribunt etiam *Alex. conſ.*
128.*n.2.Dec.conſ.*213.*n.* 6. *&* 7. *&*
*conſ.*314.*ad fin. Ruin. conſ.* 48.*in* 2.
dubio lib.3.Gozadin.conſ.49.n.9.10.
& 11.*Peregr.conſ.90.n.18. lib.* 1. *&*
conſ.7.n.8.lib.5. vbi teſtatur de com-
muni *Oſaſch.conſ. 76.n.19.*qui etiam
de cõmuni.*Berrett.conſ.*119.*&* 123.
n.1.Surd.cõſ.343.n.8.9.& 10.*lib.3.*
Veg. conſ. 10. *num.* 4. qui de com-
muni *Plot.conſ.10.n.6.* qui veram di-
cit, & indubitatam *Bellon. iun. conſ.*
74.*n.*106.*Menoch.late conſ.*875.*per*
tot. & conſ. 1021.*num.*9., *&* 10. vbi
quinquaginta ſex recenſet Patres, *&*
idem Peregr. conſ. 17. *nu. fin. lib.* 3.,
vbi pluris etiam refert. Hoc. ipſum
ſuadet ratio; quia vbi bona non ex-
2 tant ſub Iuriſdictione ſtatuentium ne-
queunt eorum Statutis prohiberi;
Statuere namq; nihil aliud importat,
quam actum iuriſdictionis, quæ exer-
ceri non valet,niſi circa adminiſtratio-
3 nem rerum ſuarum *l. fin. ff. & C. de*
adminiſt. omn.Iudic.l. cum vnus §. 1.
*ff.de bon.auct.Iudic.poſſiden.c.*1. *& c.*
fin. de conſtit. in 6. *Peregr. dicto conſ.*
17.*dict.n.fin.*. Quod ſi proprios fines
egrediantur Statuentes habentur velu-
4 ti priuati *c. per venerabilem qui fil. ſint*
legit.c.quæ contra 8.*diſt.l.*3. *ff. de off.*
Præſid. Bero. conſ. 155.*n.* 14. *lib.* 2.,
5 qui propterea in alieno Territorio nul-
lam poſſunt habere Iuriſdictionem.
*Lap. alleg.*91.*nu.*7. *Caſtren.conſ.*32.
*n.1.lib.2.Brun.de Statut. artic.*8. *nu.*
130. *verſ. quid quid autem ſit*; Ex
quibus concludenter, & neceſſariò
ſequitur quod in ſucceſſione Inteſtati
6 attendi debeat Statutum cuiuſque lo-
ci, vbi bona ſita manent, *argum. tex.*
*in l.pupillo ff.de Tut.& Curat.*perin-
de ac ſi inteſtatus multiplicẽ fingendo
7 perſonam plures etiam reliquiſſet hæ-
reditates, pluraque patrimonia *l. cer-*

tarum

tarum 17. §. 1. *ff. de milit. Testam.* Ideoque forma data à lege municipali in succedendo seruari debet respectu dumtaxat bonorum in municipio
8 existentium *ad tex. in l. certa forma C. de iur. fisc. lib. 10. l. forma ff. de cens. & l. constitutio ff. ad municip. DD. in dicta l. cunctos populos, & signanter Din. & Cyn. quos refert, & sequitur Bart. ibi q. 7. n. 41. vers. sed posset.*

Nec pro dignoscenda veritate huius sententiæ, opus est distinguere cum *Bart. in dicta l. cunctos populos,*
9 an Statutum loquatur in rem, an verò in personam; quia reprobata huiusmodi distinctione Bartoli, veluti verbali, & non iuridica DD. veram indistinctè profitentur prędictam sententiam, & semper amplectendam; Cum ad effectum, vt huiusmodi Statuta teneant requiratur vtraq; subiectio bo-
10 norum, scilicet, & personarum *Alex. d. cons.* 128. *n.* 2. *Bursatt. cons.* 198. *n.* 42. *lib.* 2. *Tiraq. de iur. primog. q.* 46. *n.* 2. *Gratian. discept. c.* 431. *n.* 27. *& c.* 709. *n.* 15. *Brun. d. art.* 8. *q.* 25. *n.* 119. *&* 123. *in fin. Thesau. Iun. lib.* 2. *q.* 5. *n.* 4. *&* 5. *Marescott. var. resol. lib.* 1. *c.* 9. *Carpan. in prælud. ad Statut. Mediol. n.* 687. *&* 698. *in fin.* Et quidē in vno, eodemq; Statuto: adeout nihil operari valeat coniunctio Statuti respectu
11 bonorum cum Statuto respectu personarum; quia cùm vnumquodq; Statutum sit de per se imperfectum, & non operetur, vnius, alteriusque co-
12 pulatio nihil omnino prodesse potest. *Rot. coram S. M. Greg. XV. decis.* 255. *n.* 1. *&* 3. vbi explicantur DD. in cōtrarium alleg., respondetur contrarijs, notatque *Add.* referens concordan., *& coram Buratt. decis.* 188. vbi *Bel-*
tram. num. 14. plura congerit testimonia; sed potissimùm post emanatas *decis.* 301. *&* 341. *lib.* 1. *coram Cardinali Puteo, & decis.* 304. *nu.* 3.
13 *part.* 1. *recent.* resolutum fuit magistraliter discusso articulo in *Narnien. successionis coram Merlino quæ est inter eius impress. decis.* 353. *& inter rec. part.* 5. *decis.* 177. *& quam sequitur Merlin. de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *q.* 18. *per tot.* In ea siquidem decisione omnibus
14 displosis in contrarium argumentis plenissimè firmatur non posse extendi Statutum exclusiuum fœminarum ad bona sita extra Territorium, non tamen ex motiuo, quod affert *Bart. loc. cit.* & probat *Vrsill. ad Afflict. decis.* 226. videlicet, quia istiusmodi Statuta sint odiosa, ita quod deberent ex-
15 tendi ad bona sita extra Territorium, si essent fauorabilia; nam tale motiuum præterquam quod reprobatur ab *Alex. cons.* 141. *n.* 10. *lib.* 7. *Surd. cons.* 553. *num.* 9. *Anton. de Amat. variar. resolut.* 2. *num.* 61. *Rot. part.* 1. *recent. decis.* 51. *nu.* 11. non est in se verum; cum potius similia Statuta appellanda sint fauorabilia magis, quam odiosa, ex quo prospiciunt agnationis conseruationi, & familiarum splendori, itaut
16 in hac parte bene etiam congruant omni Iuri Diuino, & humano; sed ideo non protenduntur quia deficit potestas, quę nullo modo exerceri va-
17 let in non subiecta, vt euidentissimè liquet ex cumulatis in *dicta decis.* 177. quæ comprobata fuit in *Rom. supplementi legitimæ* 18. *Maij* 1640. *coram Eminentiss. Cerro*, & quam sequendo meminit *ead. Rot. decis.* 244. *part.* 10. *recent.*

Nec ibi obstat argumentū *Salicet.*

*in d.l. cunctos populos n.*14.*Cauagnol. conf.*6.*n.*37. *&* *conf.*11. *n.*8. *lib.*2. ac aliorum, quos refert *Surd. conf.* 535. *num.*18. quod, scilicet, fœmina exclu-
18 sa ab hæreditate debeat arceri à tota hæreditate, & consequenter ab omnibus bonis vbique locorum sitis; cum hæreditas sit ius vniuersale comple-
19 ctens generaliter omnia bona. Stat enim responsio primò, quod non valet argumentum de toto ad partem,
20 quando non militat eadem ratio, vt per *Euerar. loc.* 8. *nu.* 7. deinde quod sat est prędicta verificari in suo genere, non verò in diuerso, cum, vt dicitur in *d. decis.*177. *num.* 35. vbi bona sunt separata, tot effingantur hæreditates,
21 quot sunt Territoria, in quibus defunctus possidebat.

Ex quibus inferendum est nō posse prædictum Statutum in eo, quod fœminas excludit à successione intestati suum porrigere effectum ad bona extra Dominium sita nedum, ex defectu potestatis, de quo hactenus dictum, sed vel etiam ex carentia voluntatis, quę nullibi in *d. Statut. de success.*
22 *ab intest.* legitur expressa ad bona extra Dominium existentia; Quò fit, vt Statutum tantum disponat, quantum
23 expresse loquitur, & vbi non loquitur eiusdem cesset dispositio *Carpan. in prælud. ad Statut. Mediol. nu.* 126. *&* 127. *Corn. conf.*7. *lib.*2. *nu.*9. *vers. non tantum loquitur Statutum, Gabr. conf.*18. *lib.* 2. *&* *inuariabiliter dixit Rot. decis.* 43. *nu.*2. *&* *seq. decis.*60. *n.* 17. *decis.*110. *num.*14. *&* *decis.*175. *num.*26. *&* *seqq. par.* 7. *recent.*

Neque interpretanda est huiusmodi voluntas ex altero *præcit. Statut. de fœmin. dotan.* vbi fęminæ dotatæ quidquam aliud vltra dotes prætendere prohibentur in bonis sitis in qualibet Mundi parte; Etenim respondetur quod, ex quo Statuta sunt stricti iuris strictè etiam sunt intelligēda. *Carpan.*
24 *loc. cit. nu.* 247. Ita quod non valeat huiusmodi extensio de Statuto ad Statutum; Quin imò retorquendo argumentum, & arguendo à vi, atque efficacia discretiui sermonis rationabiliter *in præcit. Statut. de success.* deducitor voluntas contraria; Vbi enim Statuentes voluerunt Statutum porrigi ad bona vbilibet sita, id expresserunt:
25 vbi autem noluerunt, id minimè expresserunt *argum. l. vnic.* §. *sin autem C. de caduc. tollen.* traduntq; DD. allegati, & probati *per Rot. in Auenionen. Fideicōmiss.* 22. *Aprilis* 1652. §. *quæ omnia corā bo. me. Cardinali Celso, quæ inter eius impress. est decis.*145. *n.* 27.

Præterea diluitur omnino obiectio ab altero *Statut. sub Rubr. de extrin. Intell. prohib.* per quod quæuis prohibetur interpretatio, & quilibet extrinsecus intellectus, adeo vt nec argui, nec subaudiri, minus etiam ampliari, seu restringi valeat ex identitate, seu maioritate rationis: Et mandatur, vt intelligi debeat, prout, litera iacet; Ex
26 quo cessat omnis sensus intellectualis *Pacian. de probat. c.* 26. *nu.* 78. *lib.*1. etiam qui ex mente, & ex similitudine
27 rationis sumi posset *Bero. conf.*120. *n.* 74. *lib.* 2.: Nec aliud quidquam inferri potest præter literalem verborum sonum, *Mascar. de gener. interpret. Statut. conclus.*4. *n.*102. *Peregr. conf.* 77. *n.*53. *lib.* 1.: Et multo minus ex-
28 tendi valet *Spad. conf.* 383. *nu.* 10. *lib.* 2.

At hæc congruentius examinanda forent

forent quando sola voluntas exigeretur in statuentibus ad effectum, de quo agitur; Quia tamen in quolibet actu requiruntur voluntas, & potestas
29 copulatiuè *l. multum interest, & ibi gloss. C. si quis alteri vel sibi c. cum super extr. de off. deleg. Fusar. de substit. q. 531. nu. 72.*, superuacaneum duxi longiùs immorari in probando volútatis defectu, quandoquidem ex superiùs firmatis clarissimè liquet de inæquali potestate, quæ tanti est momenti, vt eatenus præsumi faciat voluntatem, quatenus ipsa extenditur
30 *l. lucius Titius §. Imperatores ff. ad municip. Rot. in Rom. fideic. 28. Aprilis 1651. coram Card. Celso §. nec aliter, quæ inter eius impress. est decis. & in Barchinonen. alimentorum 15. Decemb. 1649. §. vltra quod corã Dunoz. iun. quæ est inter eius impress. dec. 841. n. 8.* Imò admisso etiam quod voluntas vrgeret, & quidem expressa, &
31 literalis, per quam de bonis in aliena Iurisdictione sitis disponatur, adhuc tamen istiusmodi actus sustineri non valeret per ea, quæ in puncto tradunt *Alex. cons. 71. n. 10. Rolan. cons. 80. n. 29. in fin. lib. 4. Menoch. cons. 1021. n. 10. & 11. firmatque Rot. in sæpe citata decis. 177. n. 15. & seq.*

Fateri tamen non omitto Serenіss.
32 Senatum aliquando laudabilibus causis, ipsiq; bene visis contrario iure fuisse vsum, cuius proinde Authoritas, vt quę in summa æquitate, & Prudentia nixa mihi tanti est pôderis, vt eam omnibus iuribus, & rationibus præferendam fore putem.

Ex his igitur, &c.

ARGVMENTVM.

AN substitutio copulatiuè facta Patri, eiusque Filijs nondum natis tempore Testamenti vtrisque cedat coniunctim, & copulatiuè? An verò ordine successiuo? Et hoc pacto vtrum per vulgarem substitutionem, an potius per Fideicommissariam? Fideicommissum deducitur ab expressa, vel à tacita Testatoris voluntate. Voluntas Testatoris totum efficit in Testamentis. Eius tacita voluntas ex coniecturis colligitur, elicitis ex verbis Testamenti. Quæ sint coniecturæ pro interpretanda Fideicommissaria? Hæ quo modo sint accipiendæ, & examinandæ? & an singillatim, an verò coniunctim? Substitutio ex quibus causis caducetur. Quæ sint partes Iudicis in discutiendis huiusmodi præsumptionibus.

SVMMARIVM.

1 Filij simultaneè cum patre sunt admittendi ad substitutionem, ad quam fuerunt vocati, si id ex claris verbis testamenti habeatur.
2 Voluntas Testatoris strictissimè est seruanda, non verò subtiliori indagatione, aut potius superstitione euertenda.
3 Voluntas clara Testatoris nec sinit de se disputari, nec de se dubitari, nec à se recedi.
4 Nec scrutandũ est quid dicere debuerit, aut potuerit Testator, quando literaliter legitur quid voluerit: Minus etiam, si agnato extraneum copulauerit, vel hunc illi prætulerit, aut quid aliud legibus inuerisimile fecerit.
5 Voluntas Testatoris est Regina, & Domina, totumque efficit, ac perficit negocium in vltimis voluntatibus.
6 Testator id voluisse censetur, quod importat vera, & propria verborum significatio.
7 Neque recedendum est à proprietate verborũ.
8 Si interpretanda Testatoris voluntate errandum sit, tutior erit Iudicis error, si scripto adhæreat.
9 Copula ET facit coniunctionem. Et operatur, vt plures copulatiuè vocati simul concurrant num. 10.
11 Dictio ET copulat æqualiter: & facit ex veriori DD sententia, vt filij cum patre vocati insimul concurrant, & eodem tempore nu. 12.
13 Testatrix censetur in substitutione vocasse eodẽ modo, quo vocauit in prima institutione.
14 Nominati per nomen Appellatiuum *Filij* pro vna tantum persona accipiuntur.

30 Hæ-

15 Et vocati sub tali nomine dicuntur nominatim vocati.

16 Vna pars scripturæ aliam declarat.

17 Substitutio recipit interpretationem ab institutione. Et vna aliam declarat, nu 18 Partesq; datæ in institutione censentur etiam collatæ substitutis num. 19

20 Coniuncta resoluitur in disiunctam, & inducitur ordo successiuus, quoties inter copulatos interuenit necessitas institutionis. Et tunc præsumitur Testator vocasse ex causa necessaria magis, quam voluntaria num. 21.

22 Vocatio censetur simultanea, & non successiua, in quibus non militat institutionis necessitas, & quidem ex communi DD suffragio.

23 Necessitas instituendi cessat, quando huic satis prouisum fuit per Testatorem.

24 Vocatio simultanea resultat, cum hæredi instituto substituuntur Pater, & Filij.

25 Ordo successiuus ex quibus causis non inferatur ex præordinata charitate, & affectione Testatoris erga suos Descendentes.

26 Descendentes pari beneuolentia diliguntur Et vno simul gradu distantes, vno etiam, eodẽque affectionis vinculo iunguntur num. 27.

28 Descendentes, & Ascendentes vna caro, & idẽ sanguis reputantur.

29 Prædilectio ob quam Testatrix in institutione æquiparauit nepotem cum filio, causa fuit, cur in substitutione copulauerit pronepotes cum nepote.

30 Hæres extraneus quia potest institui cum filio Testatoris, multo fortius videtur dicendum, quod cum nepote possint sociari pronepotes.

31 Charitas non æmulatur.

32 Argumentum quod nimis probat, vel dissonantias implicat nihil probat.

34 Non est bonum Enthymema: pronepos ordine charitatis minus diligendus est, quam nepos; igitur minus etiam, quam minimis quilibet extraneus.

34 Syllabæ ET, CVM non differunt inter se quo ad effectum coniunctionis: cum in vtraque sit eadem vis, & vtraque æquè copulet.

35 Vocati per copulam *Cum* simul, & semel admittuntur, non obstante quod inter eos cadat ordo charitatis.

36 Copula ET idem operari debet, ac copula CVM, quia idem ius statuendum est, vbi militat eadem ratio.

37 Vocati in eadem oratione, & ad eamdem quotam hæreditatis dicuntur simultanee honorati.

38 Re, & verbis coniuncti, iure proprio sunt admittendi, & sibi per concursum partes faciunt. Et inter eos locus est iuri accrescendi, vel iuri non decrescendi num. 39. Et quidem ex interpretata voluntate Testatricis num. 40.

41 Vocati censentur simultaneè qui eodem collectiuo fuerunt appellati, & eodem onere grauati.

42 Vocatos, seu substitutos patrem, & filios, fore simultaneè admittendos latè defendũt Sarmien. & Fab. contra Bart.

43 Vbi verò filij vna cum parente in substitutione dati nondum nati, vel concepti sunt tempore aduenientis substitutionis, vel purificatæ conditionis, tunc substitutio in totum patri defertur. Et quæ sit ratio num. 44.

45 Et proinde vocatio censetur non simultanea, sed successiua, quando insimul vocantur extãtes, & nondum nati.

46 *Fab.* & si admodum commendabilis vbi tamen men huic sententiæ aduersatur non est attendendus, quia iure non loquitur, & recedit à communi.

47 DD Arrogantia, qui vt cæteris subtiliores videantur recedunt à communi Patrum auctoritate, exemplo Reipublicæ Liciorum esset compescenda.

48 *Gabr* opinio loc cit. excipienda est iuxta iura, que allegat.

49 Substitutio capienda est pro fideicommissaria, vbi expressa legitur mentio fideicommissi.

50 Mens, & voluntas Testatricis euidenter coniecturatur ex verbis, & ex partibus testamenti.

51 Verba directa non ad personam, sed ad Rem inducunt fideicomissum reale. Quod afficie omnes vocatos, ita vt vnus gradatim teneatur alteri restituere num 52.

53 Verbum *deuenire* in sententia aliquorum est *obliquum*. Sed ex communi placito videtur esse *commune* num. 54.

55 Verbum *deuenire* designat ex voluntate Testatoris successiuum gradum de persona in personam, & importat fideicommissum. Maximè præcedente verbo *vult*, quod etiam fideicommissum exprimit, num 56.

57 Substitutio eorum, qui ordine successiuo vocantur in dubio præsumitur vulgaris. Et quæ sit ratio num 58.

59 *Fall* si dispositio fuit concerta per verba tractum futuri temporis importantia.

60 Verba habentia tractum in futurum maximi sunt ponderis pro inducenda fideicommissaria.

61 Et sufficit si implicitè tantùm significent tractum temporis, & num. 79 Nec interest an adijciantur instituto, an vero substitutorum personis, num. 62

63 Verbum *mortis vt, post eius mortem, vel si moriatur* habet tractum in futurum, & multa tempora complecti potest.

64 Substitutio compendiosa resultat ex commemoratione mortis.

65 *Ampl.* etiamsi non adsit verbum *quandocumque*.

66 Verba *vult deuenire* cum sint communia respectiuè, & obliqua efficiunt compendiosam.

67 Substitutio compendiosa post aditam hæreditatem continet fideicommissariam ad fauorem omnium ordine successiuo vocatorum & nu. 77 Maximè ad fauorem coniunctorum in eadem oratione, & per copulam, *&*, num 68.

69 Copula *&* facit coniunctionem, nec patitur vnam, eamdemque substitutionem diuerso iure censeri.

70 Compendiosa indefinitè concepta, & per verbum commune operatur, vt substitutio omni tempore euadat fideicommissaria.

71 Verbum *obliquum* quale est verbum *vult* trahit verba communia ad sensum obliquum, perinde ac si omnia essent obliqua.

72 Substitutio huiusmodi verbo concepta semper, & quandocumque habenda est pro fideicommissaria.

73 Ra-

73 Reciproca compendiosa continet fideicommissariam.

74 Collectiuum *liberis* ex quo etiam importat tractum in futurum adauget compendiosam.

75 Vbi hæres institutus fuit grauatus restituere substituto, ita etiam hic censetur ex tacita mēte testatoris rogatus restituere alijs vlteriùs vocatis.

76 Magis dilectus non præsumitur magis oneratus, quam minus dilectus.

78 Verisimile non est voluisse testatorem concurrere vno, eodemque tempore quos pluribus substitutionibus præordinauit.

80 Nomen appellatiuum vbi respicit filios nondum natos, sed nascituros connotat etiam tractum temporis, & importat fideicommissariam.

81 Compendiosa geminata, & per verba æquè denotantia tempus in futurum.

82 Filij iam cum Patre vocati, indeque in conditione positi censentur per fideicommissum vocati. Et quæ sit ratio num. 83.

84 Vocati ad partem aui multo fortius censentur vocati ad partem relictam proprio Patri, ad cuius successionem longè magis de iure inuitantur.

85 Quæ præsumptio efficacius vrget in descendentibus. Et pro quibus leuiores sufficiunt coniecturæ num. 86.

87 Qualitas legitimitatis bona est coniectura non tantùm pro vocatione, verum etiam pro transmissione.

88 Digressus ad plures gradus substitutionum optima est coniectura pro fideicommisso, & n. 90. præcipuè quando factus fuit actiuè, & passiuè num. 89

91 Reciproca substitutio Fideicommissaria inter primos institutos, arguit etiam ex mente testatoris, quod per fideicommissum fuerint substituti eorum filij.

92 Et pro fideicommissaria capienda est interpretatio quando aliàs substitutio redderetur inutilis.

93 Testatoris dispositio nullo modo debet esse frustratoria.

94 Verba accipi debent cum effectu.

95 Verba *in defectum hæredum* denotant deficientiam quocumque tempore tam ob non natiuitatem, quam etiam propter mortem.

96 Idem censetur dicere *in defectum*, ac dicere *post mortem*.

97 Important verum, & clarum fideicommissum ad fauorem hæredum; maximè quando conditio deficientiæ est clara, & indeterminata ad certum tempus. num 98.

99 Collectiuum *hæredum* positum in conditionem vltra quod importat tractum in futurum, cum viuentis nullus sit heres, & comprehendit etiā omnes vocatos, præsupponit fideicommissum ad fauorem priùs substitutorum.

100 Supplendum est Testamento quando apparet magis dictum, & minus scriptum.

101 Ex absurdo quod emergeret, si secus diceretur capienda est coniectura pro fideicommisso.

102 Inducitur etiam fideicommissum in necessariū antecedens quando testator vult etiam quod inde consequitur. Etiam quando dispositio remaneret superuacanea. num. 103.

103 Et præsumitur substitutio fideicōmissaria quādo fere omnia verba testamenti referunt tractum successiuum.

105 Et talis etiam præsumitur concurrente expressione fideicommissi, nec non, & maioris prædilectionis testimonio. num. 106.

107 Prædilectio masculi supra fœminam ostendit voluntatm conseruandæ agnationis.

108 Clausula Codicillaris non auget, neque extendit voluntatem Testatoris; sed trahit ad fideicommissariam substitutionem conceptam per verba apta importare vtramque, nempè, directam, & obliquam.

109 Extende hoc idem effici etiam in simplici substitutione carente verbo, quod connotet tractum futuri temporis, & aptum sit obliquare.

110 Substitutio ex vi clausulę Codicillaris quando maximè obliquetur.

111 Substitutio ob prædecessum substituti ante conditionem caducatur.

112 Expirat etiam per existentiam heredum in quorum defectum facta fuit.

113 Confessio hæredis grauati probat fideicommissum, maximè quando ex alijs adminiculatur.

114 Clausula *omni meliori modo*, & aliæ præsumptiones de quibus dicitur magis aperiunt interpretationem fideicommissi.

115 Iudex prudens in coniecturali materia debet per principales iuris regulas aptare singula singulis, & attendere principaliùs ad substantiam voluntatis Testatoris, quàm ad verborum corticē.

116 Debet etiam pensare coniecturas non distinctas, sed coaceruatas con solita regula, vt singula quę non prosunt multa iuuent.

117 Coniecturę coadiuuantur ad inuicem, & vna aliam corroborat.

118 Nec sunt ita rigorosè examinandæ, vt ad oculum probent.

119 Sed ponderandæ sunt cum respectu ad alias circumstantias, quæ nunc vrgentes denominant præsumptiones, nunc verò inefficaces.

120 Et ad ipsam rem potissimùm debet Iudex attendere cōsiderando vtra verosimilior sit menti Testatoris species substitutionis, quæ induci prætenditur.

RATIOCINIVM LXXX.

IANVEN. SVBSTITVTIONIS.



Ag. Catharina Vxor q. M. Iulij Canouæ suum, cum quo decessit Testamentum per hæc, quæ sequuntur ipsissima verba disposuit. *Reliquorum verò omnium, & singulorum bonorum ipsius M. Testatricis mobilium, & immobilium, rationum, & actionum eidem Testatrici spectantium, & pertinentium, ac*

spectare,

spectare, & pertinere, & competere valentium, & vndequaque descendentium, quomodocumque, & qualitercumque, nunc, & in futurum, haeredes suos vniuersales instituit, & esse voluit, & vult, ac ore suo proprio nominauit, & nominat Sp. Scipionem Canouam filium legitimum, & naturalem ipsius Testatricis, & Ioannem Baptistam filium legitimum, & naturalem dicti Sp. Scipionis quemlibet eorum pro dimidia, cum hac tamen lege, & conditione, quod dictus Sp. Scipio non possit aliqua lege, vel Statuto prætendere vsumfructum in dicta dimidia relicta dicto Io: Baptistæ institutionis titulo: sed vult, quod dictus Io: Baptista vti, & frui possit, ac si esset Paterfamilias; Dimidiam autem pertinentem dicto Sp. Scipioni vult post eius mortem deuenire ad dictum Ioannem Baptistam, & suos filios legitimos, & naturales; Quod si dictus Io: Baptista moriatur, antequam liberos habuerit: eo casu vult eius dimidiam deuenire ad dictum Scipionem, si vixerit; & si non vixerit vult omnia dicta bona in defectum hæredum ad Leonoram eius filiam deuenire, cum hac tamen conditione, quod si dicta Leonora aliquid prætenderit in bonis dictæ Testatricis contra memoratos hæredes cadat à Fideicommisso, &c.

Hinc quæri contigit numquid Filij dicti Io: Baptistæ, qui copulatiuè cum Patre fuerunt vocati ad dimidiã assis dicto Sp. Scipioni iure institutionis relictam, vnà simul veniant admittendi cum eo facturi partes? An verò censeantur cum Patre ordine successiuo substituti? Et vtrùm per Vulgarem, an potius per Fideicommissariam?

Quod autem supradicti filij, & Pronepotes respectiuè dictæ M. Catharinæ simultaneè admitti debeant cum 1
Patre videtur primò apertissimè patere ex voluntate Testatricis, quæ verbis claris, & proprijs *vult* (verba sunt Testamenti) *dimidiam pertinentem Sp. Scipioni post eius mortem deuenire ad Io: Baptistam, & ad suos filios legitimos, & naturales*; igitur strictissimè seruanda est, non verò subtiliori 2
indagatione, vel potius superstitione euertenda. *Rot. coram Cardinali Seraph. decis.* 1472. *n.* 1. *vers. vnde, & p.* 12. *rec. decis.* 415. *n.* 14.; Frustra si- 3
quidem disceptatur de voluntate quæ ita demonstrabiliter fuit concepta, vt nulla supersit occasio vel dubitandi de ea, vel ab ea recedendi *l. non aliter, & l. Ille, aut illa ff. de leg.* 3. Nec scrutandum est quid dicere debuerit, aut 4
potuerit Testator, cum apertè, & literaliter legitur quid voluerit; minùs etiam si cum agnato extraneum, vel remotiorem cum proximiore copulasset, vel hunc illi prætulisset, vel quid simile præsumptioni legum dissonum egisset *l. omnia* 32. §. *in fideic. ff. de leg.* 2.: Voluntas quippe Testatoris Regina est, & Domina, totum- 5
que efficit, ac perficit negocium in vltimis volũtatibus §. *disponat auth. de nuptijs l. cum quæstio in fin. C. de leg. l. in conditionibus ff. de condit. & demon. l. ex facto ff. de hæred. instit. Peregr. cons.* 43. *n.* 3. *&* 5. *& de fideic. art.* 11. *n.* 19. Idque voluisse censetur testator, 6
quod vera, & propria importat verborum significatio *Cyriac. contr.* 174. *n.* 21. adeo vt à proprietate verborum nullo modo sit recedendum, immo si in eius voluntate interpretanda erran- 7
dum

dum sit, tutior erit error Iudicis, si
8 scripto inhæreat *Castill. controu. c. 90. n. 41. lib. 5.*

Secundò confirmatur; quia sic; vt supra arguunt *DD. in l. gallus §.*
9 *quidam rectè ff. de lib. & posth.* sumpto argumento etiam ex vi, & natura Copulæ *ET*, quæ facit coniunctionem
10 *l. si ita quis ff. de hæred. instit.* & operatur, vt plures copulatiuè vocati, simul concurrant *l. si duobus in princ. ff. de leg. 1. & l. vnica §. & cum tripli ci C. de cad. tollen. & l. reos §. cum in tabulis ff. de duobus reis*: Et quidem æquis portionibus, cum dictio, &,
11 æqualiter copulet *Menoch. cons. 435. n. 12.* quem sequitur *Barbos. dict. 110. n. 5.*; Et in puncto, quod concepta in vocatione facta de Patre, & Filijs causæ sit, vt filij vna cum patre con-
12 currant, & eodem tempore, ex veriori, & receptiori DD. sententia, quam testatur, dicit *idem Barbos. loc. cit. n. 23.* vbi refert *Gratian. discept. 70. n. 20.*

Tertiò inde etiam comprobatur, quod in prima Institutione filium, &
13 nepotem ad æquas partes Testatrix ita vocauerit, vt verè, & cum effectu vterque perciperet; igitur hoc ipsum voluisse in substitutione dicẽdum est, tum quia nominati per nomen appel-
14 latiuum *Filij* pro vna tantum persona accipiuntur *l. interdum ff. de hæred. instit. l. si quis Titio ff. de vsufr. accres. Decian. cons. 1. n. 180. & 213. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 17. nu. 21.* Et hi sub tali nomine vocati dicuntur
15 nominatim vocati *tex. est in l. 2. & in l. titius 25. ff. de lib. & posth. §. nominatim* vbi *Pichen. n. 3. & 7. Instit. de exhæred. liber. Ruin. cons. 152. n. 4. lib. 3. Laderch. cons. 18. n. 4. Giouagnon. cons. 24. n. 11. lib. 1.* quos sequitur *Rot. coram bo. me. Cardinali Celso inter eius impress. decis. 33. nu. 14.* Tum etiam quia vna pars scripturæ aliam declarat, vt notatur *in l. qui*
16 *filiabus 117. ff. de leg. 1. & l. vtrum 23. ff. de petit. hæred.*, Et substitutio
17 recipit interpretationem ab institutione *Rot. p. 9. rec. decis. 385. n. 2.* & vna
18 aliam declarat *Decian. dicto cons. 1. n. 379. lib. 1.* plenissimè *Casanat. cons.*
19 *47. per tot.* & signanter *n. 44.*; Partesque datæ in institutione censentur etiam collatæ substitutis *l. qui liberis 8. §. hæc verba in fin. l. qui plures 23. & l. cohæredi 41. §. qui discretas ff. de vulg. & pupill. Mascard. de probat. concl. 1345. nu. 1. & seqq. Rot. coram S. M. Greg. XV. decis. 495. num. 9. & coram Vbaldo inter eius impress. decis. 101. nu. 4.*

Quartò quia non versamur in casu *d. l. gallus §. quidam rectè* vbi *Bart. &*
20 *DD.* volunt coniunctam resolui in disiunctam, & induci ordinem successiuum inter copulatiuè vocatos, quoties adest necessitas eos instituendi, ne ipsorum præteritione tabulæ rumpãtur. Quo fit, vt præsumatur Testator vocasse ex causa necessaria magis, quã
21 ex voluntaria *l. in his §. & si forte ff. de solut.*: Et in his terminis receptissima est iuris conclusio, & ferè omnium scribentium calculo authorizata quod in quibus non militat institutionis necessitas, in his vocatio censeatur simultanea, & non successiua
22 *DD. in dicta l. gallus §. quidam rectè ff. de lib. & posth.* vbi *Bald. n. 8. Ang. n. 3. Alex. sub n. 6. Ias. n. 24.* vbi testatur de communi *Socin. sub n. 3.* ... *idem*

Alex.conf. 13. *col.* 3. *verf.quia respondeo lib.* 4. *& conf.* 129. *n.* 7. *lib.* 5. *Burfatt.* qui pariter de communi *conf.* 236. *n.pr.lib.* 3. *Petr. de fideic.qu.* 5. *n.* 155. *Menoch.de præsumpt.lib.* 4. *præf.* 70. *à n.* 6. *vsque ad n.* 16. vbi & ipse dicit communem *Castill.controu. lib.* 5. *cap.* 110. *n.* 12. *verf.vt potè cum ordo Rot. coram Caf.de Graff.decif.* 2. *n.* 3. *de testam.*

Quintò validiùs etiam assumpti veritas ostenditur. Hic enim tantùm abest, quod vlla præesset, vel per ius commune, vel per Statutum Genuæ, vel per intellectum necessitas instituendi, quod immo animaduertens Testatrix se huiusmodi necessitati satis, superque prospexisse per institutioné filij, & nepotis progreditur vlterius,
23 nempe ad relicta, & fideicommissa particularia, & Filio iam sibi scripto hęredi pro dimidia, nepotem in altera dimidia cohæredem institutú substituit, & Filios; Quo casu rem esse
24 extra omnem difficultatem, aut quia huiusmodi actus ad particularem prouidentiam ad fauorem pronepotum sit ordinatus, aut quia tunc cessat omnimoda necessitas instituẽdi per *Tex. in cap. Rainutius extr. de testam.* testãtur *Socin. in dicto* §. *quidam rectè n.* 2, *Ias. conf.* 202. *nu.* 2. *lib.* 2. *Gabr. conf.* 130. *n.* 10. *Dec.conf.* 236. *Crauett.cõf.* 22. *nu.* 5. & alij, quos referunt, & sequuntur *Peregr. de fideic. art.* 17. *n.* 6. *& n.* 18. *& Fusar.de substit. q.* 476. *nu.* 13. *&* 28.

Sextò quia neque ex præordina-
25 ta charitate, & affectione Testatricis erga suos inferri potest ad huiusmodi
26 ordinem successiuum; Sumus enim primò in Descendentibus, ad quos amor Ascendentis pari virtute descendit *Boer.decif.* 155. *n.* 20. *in fin.*, qui-
27 que vno simul gradu distantes, vno etiam, eodemque affectionis vinculo iunguntur; cum reputẽtur ipsi, & ascẽdentes vna caro, & idem sanguis *leg.*
28 *vlt.C.de legit.hæredit.*§.*p.auth.de hæred. ab intest.venien.cap.nouit extr.de iudic. Castren.conf.* 411. *col. penul. in princ. lib.pr.Fusar.de substit.qu.* 327. *n.* 9. *Barz.Bononien.decif.* 4. *n.* 17. *&* 18. Secundò mirum non est quod
29 Testatrix, quæ in institutione ęquiparauerat nepotem cum Filio, in substitutione etiam copulauerit Pronepotes cum Nepote, vt sic ostenderet filios etiam Nepotis prædilexisse in ea parte, in qua nepotem supra filium prædilexerat, notant DD. *in l. cum acutissimi C. de fideic.* vbi *Bald. n.* 2. *Pe-*
30 *reg. de fideic. art.* 27. *n.* 15. Tertiò quid hoc rei est? Potest Testatrix extraneũ sibi hæredem facere cum filio, & non poterit cum nepote sociare pronepotes? Huiusmodi sanè arguendi genus ex charitate desumptum prorsus militare videtur contra charitatem, quæ
31 teste Apostolo *non æmulatur*; Et proinde cum nimis probet, vel dissonan-
32 tias implicet, nihil Dialecticorum iudicio probare videtur. Quis enim prudens vnquam inferre audeat quod pronepos, quia ordine charitatis mi-
33 nus diligendus est quam nepos debeat etiam minus diligi quam minimus quisque extraneus?

Septimo. suadetur ex eo, quod nullum iuris discrimen intercedit in-
34 ter has dictiones, seu syllabas *Et, Cum* quo ad effectum coniunctionis; In vtraque enim par est vis, atque energia, & vtraque æque copulat, ac coniungit

iungit *l. Titiæ §. nihil distat ff. de leg. p. l. si quis Titio, & hæredibus cum l. seq. ff. de vsufr. accrescen. leg. triplici ff. de verb. signif. Osasch. decis.* 81. *nu.* 2.;

At vbi vocantur per copulam *Cum*,
35 iunctim, & simul admittuntur, non obstante quod inter eos cadat ordo charitatis, & affectionis *leg. fin. C. de impub. & alijs substit. Bart. in d. l. gallus §. quidem recte sub nu. 5. vers. Respondeo* vbi *Ias. sub n.* 30.; Igitur idem pronunciandum est de coniunctione
36 illata per copulam *Et*, cum idem ius sit statuendum, vbi militat eadem ratio *l. à Titio 108. ff. de verb. oblig. l. illud ff. ad l. Aquilo l. fin. C. ad l. falcid. cap. cum dilecti extr. de consi. vtil. vel mut.*

Octauò concurrit etiam quod Io: Baptista, & eius Filij vocati fuerint à
37 Testatrice in eadem oratione, & ad eamdem quotam hereditatis, ad *Tex. in l. vnica §. his ita definitis C. de cad. tollen.* vbi *Bart. Bald. & cæteri scribentes*; Quo fit, vt tamquam re, & verbis coniuncti, iure proprio admitti debeant, & sibi per concursum par-
38 tes faciant *l. re coniuncti & l. coniunctim ff. de leg. 3. l. si mihi & tibi & l. si mihi & Titio ff. de leg. 2. cum alijs concordan.* quas sequitur *Peregr. de fideic. art. 9. nu. 7.* Et propterea inter eos locus erit Iuri accrescendi, vel Iuri non
39 decrescendi *Peregr. dicto art. 9. eod. n. Bellon. de iur. accresc. cap. 6. q. 21. n. 26 Fusar. de substit. q. 495. nu. 14. & per tot. Barry de success. Test. ex. lib. 13. de Iur. adcresc. cap. 3. nu. pr. & seqq. Gratian. discept. 533. n. pr. & seqq.* Et quidem ex interpretata voluntate Testa-
40 tricis, quam lex præsumit sic dispositurum, si cogitauisset deficientiam alterius re, & verbis coniuncti *Bellon. eod. tract. cap. 2. q. 2. n. 11. & 13.*

Nonò inde etiam videntur Filij D. Io: Baptistæ copulatiuè, & non ordine successiuo vocati, quia à Testatrice eorum proauia pariformiter cũ Patre fuerunt appellati sub repetito
41 collectiuo *hæredum*, nec non æquè cum patre grauati ad fauorem Leonoræ dictę Testatricis filiæ; igitur eodem modo debent cum patre honorari *leg. codicillis §. instituto ff. de leg. 2. Corn. consi. 321. incipiente in primo dubio sub nu. lib. 3. Peregr. de fideic. art. 17. sub n. 5. & n. 13.* quem sequitur *Castill. controu. cap. 110. sub n. 9. vers. & limitat statim, & nu. 13.*

Decimò tandem quod dicti filij debeant simul, & semel admitti cum Patre, & non ordine successiuo doctissimè propugnatur contra *Bart.* &
42 eius Asseclas *à Sarmien. Select. interpret. lib. 5. ad l. gallus §. quidam recte n. 6. 7. & 8. in vlt. edit.* & post eum *à Fab. de Coniect. lib. 9. cap. 12. ad dictũ §. quidam rectè n. 14.* & copiosius *de error. Pragm. Decade 33. error. 8. per totum.*

Quod idem cumulari posset ex plurimis alijs, quæ in hac parte inuehi possent argumentis, nisi illis, & hactenus expositis obstare videretur (si & quatenus procedat in facto) solidissima iuris regula, quod, vbi filij vna cũ patre in substitutione dati nondum
43 concepti sunt, vel nati tempore aduenientis substitutionis, vel purificatæ conditionis, tunc substitutio in totum deferatur ad Patrem *l. si cognatis ff. de reb. dub.* vbi *Socin. nu. 30. vers. ex quibus infertur limitatio*, Textus etiam expressus *in l. cum pater §. hæreditatẽ*

il pr. ff. de leg. 2. ibi *Viriles autem inter eos fieri qui eo tempore superuixerint cum de alijs eligendi potestas non fuerit* quem sequitur *Alciat. in l. pronunciatio vers. agnatorum ff. de verb. signif. & cons. 119. lib. 9. n. 2. vers. sed tamen, & per tot. Mandell. cons. 106. n. 3. & seqq. Alex. cons. 22. n. 4. lib. 3. Dec. cons. 63. incipiente pro tenui facultate sub n. pr. vers. non enim sufficit & cons. 253. incipiente proponitur nu. 5. vers. postremo, Tiraq. de retract. §. p. glos. 9. nu. 82. vsque ad n. 85. & seqq. Molin. de primog. Hispan. lib. 4. cap. 10. sub n. 3. & seqq. Peregr. de fideic. art. 19. n. 9. & art. 22. nu. 72. vers. vndecima conclusio* vbi plures cumulat, quibus add. *Rot. decis. 415. n. 45. & 46. parte 12. rec.*

Eaque est ratio quia existentia vocatorum est qualitas omnino requisi-
44 ta ad succedendum, ideo præcisè adesse debet eo tempore, quo successio defertur, aut aduenit dies vocationis; Nec sufficit si superueniat post delatam successionem, vel eius diem. Ita ex *Tex. in l. interuenit ff. de leg. præstan. l. si cognatis ff. de reb. dub. & alijs concordan. Castill. controu. cap. 90. nu. 21.* vbi innumeros plenissimo calamo congerit.

Quibus stantibus videtur asserendum vocationem dictorum filiorum non fuisse simultaneam cum vocatione Patris, sed successiuã; cum huiusmodi semper censeatur, quando vocantur simul qui extant, & qui non ad-
45 huc sunt nati, vt *ex Socin. in dicto §. quidam rectè n. 8. circ. fin. vers. lim. tamen vbi Alciat. n. 33. Dec. cons. 248. n. 4. Socin. iun. cons. 40. n. 2. in fin. lib. 4.* vbi testatur de communi *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 8. nu. 27.*, tradit *Rot. coram Seraph. decis. 934. num. 3.*

Et quamuis Fab. qui aliàs veluti doctissimus, & eruditissimus summè
46 est excolendus, *præcit. error. 8. à n. 18. vers. at quid si quis per seqq.* conatus sit ingeniosa verborũ pompa contrariũ defendere contra communem Maiorum Placitum (quod fortassis vel prorsus omitterent, vel de faciendo inter se se diù consulerent nonnulli nostrorum Temporũ Iureperiti, quos non pudet recedere à Patrum auctoritate, vt cæteris subtiliores, ingeniosioresque videantur, si quidquid singularitatis in legali Republica effundunt, in Republica Lyciorum essent dicturi. Hæc enim teste Causino
47 inter Patrias leges hanc etiam sanxerat, vt qui aliquid nouæ speculationis pro reformandis Reipublicæ Statutis dictitare vellet, id non nisi in publico, & fune ad collum ligato ageret, pœnas illicò daturus si, & quatenus minimè iusta habita fuisset propositio, & Reipublicæ salutaris, & vtilis); Attamen sufficiens erit respõsio quod ipse ibi sine lege loquatur, quodque eius dictum sit contra approbatissimam DD. sententiam in claris, & apertis iuribus, & rationibus fundatam.

Minus etiã obest *Gabr. cõs. 101. lib. 2.* vbi tenet admittẽdos cũ patre filios quoque nascituros; quia eius opinio
48 recipi debet iuxta textus, quos allegat *lib. 2. in c. Raynaldus & in c. Raynutius ext. de Testam.*; In casu etenim primi fuit relictum patri, & filijs iam extantibus: In casu verò secundi matri, & soboli, quam ipsa in vtero ge-

sta-

ſtabat. Et ita iuribus prædictis reſpondet *Dec. conſ.* 247. *ſub num.* 2. *circ. med.*

Quidquid autem ſit de hac prima inſpectione, circa quam pluribus non immoror, quia tamen iuſſus ingenuè proferre quid in allata hypotheſi iuris eſſe ſentirem, puto creditoris filiorum D. Io: Baptiſtæ Canouæ cautiùs, & validiùs acturos, ſi in hac re, in qua ita variant DD. ad libitum, vt nihil certum, nihilq; pacificũ haberi poſſit firmiori, & tutiori ſtabiliter fundamẽto ſubnixi, & quod ſolum ſufficit ad victoriam, in ſucceſſiua vocatione filiorum per fideicommiſſum non minus veram intentionem, quam ſpem certam reponant.

Ambigi enim nullatenus poteſt quin dicti filij fuerint per fideicommiſſum ſubſtituti, eiſque pater reſtituere grauatus; cum fideicommiſſum ex tota Teſtamenti diſpoſitione dignoſcatur clarum, & apertum, nec non etiam literale, vt in fine poſtremæ ſubſtitu-
49 tionis ibi *cadat à fideicommiſſo*: Quo ſtante ſequitur, vt ſubſtitutio fideicommiſſaria tergiuerſari nequeat, vbi expreſſa legitur mentio fideicõmiſſi *Dec. conſ.* 86. *n.* 1. *Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 7. *Aret. conſ.* 37. *n.* 8. *Rot. coram Seraph. decif.* 934. *n.* 11.

Quod, & euidentiùs demonſtra-
50 bitur ſi perpendendo omnia verba, omneſque partes ipſius diſpoſitionis huiuſmodi fuiſſe mentem, & voluntatẽ Teſtatricis inferamus, *Pariſ. conſ.* 14. *n.* 12. *lib.* 3. *Rot. coram Dunoz. inter eius impreſs. decif.* 50. *n.* 5.

Primò namque conijcitur ex verbis ibi *Dimidiam autem pertinentem D. Sp. Scipioni vult poſt eius mortem deuenire &c.* quæ cum ſint directa nõ
51 ad perſonas, ſed ad rem, inducunt fideicommiſſum reale. Sic in puncto poſt *Bart. in l. peto §. fratre n.* 2. *verſ. dic ergo ff. de leg.* 2. *& Decian. conſ.* 1. *n.* 286. *lib.* 1. tradit *Rot. coram Dunoz. inter eius impreſs. decif.* 491. *n.* 32. & fuerat dictum *in rec. p.* 1. *decif.* 143. *n.* 4. *& p.* 2. *decif.* 231. *n.* 2. *& p.* 12. *decif.* 171. *verſ. quod certius.* Quod pro-
52 inde omnes afficit perſonas à Teſtatrice vocatas, ita vt quælibet earum teneatur gradatim alteri reſtituere, donec ventum ſit ad vltimum ſubſtitutum *Bald. in l. precibus n.* 65. *verſ. tu dic, & ibi Salicet. n.* 36. *C. de impub. & alijs ſubſtit. Peregr. de fideic. art.* 12. *n.* 16. *Rot. p.* 1. *diuer. decif.* 568. *n.* 5. *& p.* 2. *rec. decif.* 25. *nu.* 1. *& p.* 5. *decif.* 216. *n.* 16. *cum alijs in d. decif.* 491. *n.* 33. *coram Dunoz.*

Secunda coniectura inſurgit, & vrgentiſſima ex vi, & natura verbi *deue-*
53 *nire*, quod cum ſit *obliquum*, vt plerique tenent, & præſertim *Cephal. conſ.* 330. *ſub n.* 15. *lib.* 3. vbi allegat *Bart. in l. cogi ad fin. princ. ff. ad S. C. Trebell.*
54 vel ſaltem *commune*, vt communiter tradunt *DD. per tex. in l. penult. C. de ſolut. & in l.* 2., vbi *Ang. C. de bon. quæ liber. l. hereditatis*, vbi *Bart. C. de hered. inſtit. c. Rainaldus in ver.* deueniat *de Teſtam. Bart. in d. l. cogi n.* 16. *verſ. per verbum commune*, *idem in l. Centurio ſub nu.* 48. *verſ. ego dico quod ſit commune ff. de vulg. & pupill.* vbi *loquitur de verbo* perueniat, *& Add. ibi lit. H.* idem pronunciat de verbo deuenire *Ang. à Gambil. de Teſtam. verſ.* 5. *& idem fol. mihi* 271. *impreſs. poſt Rolandin. de ſum. Art. Not. Lancellot. in d. l. centurio n.* 516. *verſ.* 7. *ſit* con-

conclusio vbi testatur de communi sen.
tentia Bald. in l. fin. n. 17. C. de Sacros.
Eccles. Alex. cons. 57. n. 1. lib. 1. qui
dicit esse communem Odd. in tract. de
compend. partic. 5. art. 1. ver. deueniat
Grass. de success. §. substit. q. 5. n. 11.
Honded. cons. 73. nu. 1. Intrigliol. de
substit. cent. 3. q. 35. n. 8. vbi innume-
55 ros numerat Rot. p. 1. rec. decis. 125.
sub n. 4. designat ex volũtate Testatri-
cis successiuum gradum de persona in
personam, & importat fideicomissum,
vt expresse tradit Cephal. cons. 386. sub
n. 4. & cons. 419. n. 12. lib. 3. Maxi-
56 mè præcedente verbo vult, quod etiã
fideicommissum exprimit, vt ex Bart.
in l. verbis ciuilib⁹ circ. med. ff. de vulg.
& pupill. l. Pamphilo §. prohibitum, &
l. cum quis decedens §. Seiam ff. de leg.
3. Ruin. cons. 28. n. 18. lib. 3. Dec. cons.
23. sub n. 4. vers. quinto quia verba &
cons. 425. n. 7. Paris. cons. 55. nu. 1. lib.
2. tenet Cephal. d. cons. 386. n. 6. lib. 3.
Tertia elicitur ex verbis tractum
successiuum denotantibus; quia etsi
in dubio præsumuntur per vulgarem
57 substituti, qui ordine successiuo vna si-
mul vocantur, vt communiter tra-
dunt DD. in d. l. gallus §. quidem rectè,
& in c. Rainutius §. 2. de Testam. vbi
Couarru. n. 7. ea ratione quod substi-
58 tutio directis verbis ciuilibus facta nõ
est trahenda ad fideicommissariam;
cum semel iure directo valere cœperit:
ab hac tamen regula passim receditur,
quando dispositio fuit concepta per
verba tractum futuri temporis impor-
59 tantia, iuxta distinctionem Cuman. in
l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg.
2. Socin. in d. §. quidem rectè sub n. 8. in
4. casu Ruin. cons. 89. n. 4. lib. 2. Paris.
cons. 31. n. 40. lib. 2. & cons. 11. n. 39.
lib. 3. Curt. iun. cons. 48. n. 4. Dec. cons.
431. n. 6. Crauett. cons. 22. nu. 2. & 9.
& cons. 131. nu. 10. Honded. cons. 65.
n. 15. lib. pr. Mart. de success. p. 3. q. pr.
art. 5. n. 27. Peregr. de fideic. art. 18. nu.
5. Castill. controu. lib. 5. cap. 110. n. 12.
Rot. p. pr. diuers. decis. 579. n. 10. & p.
4. rec. decis. 212. n. 2. T. pr. & coram Se-
raph. decis. 934. n. 7. & coram Coccin.
decis. 267. nu. 15.

Quæ verba habentia tractum futu-
ri temporis maximi sunt ponderis pro
60 inducenda fideicommissaria Menoch.
cons. 81. n. 97. vers. 4. ea ratione, & de
præsumpt. lib. 4. præsumpt. 71. n. 29. &
35. Grass. de success. §. fideicommis-
sum q. 16. n. 7. in fin. quibus adde plu-
res alios, quos abundè refert, & se-
quitur Castill. d. c. 110. n. 22.

Sufficitque esse huiusmodi, quæ im-
plicitè tantum significent tractum tẽ-
61 poris, vt post Torniell. quem referunt,
animaduertunt Peregr. art. 18. nu. 14.
Sim. de Præt. de interpret. vlt. volunt.
lib. 3. interpret. 2. dub. 1. solut. 5. sub n.
62 46. vers. & adest tractus. Quemad-
modum nihil refert, an verba deno-
tantia tractum successiuum adijciãtur
instituto, an verò substitutorum per-
sonis Berett. cons. 33. n. 2. Peregr. art.
18. n. 5.

In casu autem plura sunt verba,
quæ inferunt istud tempus successiuũ,
63 & signanter verbum ibi, post eius mor-
tem, quod etiam fuit repetitum, ibi
si dictus Io: Baptista moriatur, & ali-
bi etiam; Quod quidem verbum ha-
bet tractum in futurum, & multa tẽ-
pora complecti potest. Ang. cons. 125.
in princ. Dec. cons. 642. nu. 1. & cons.
643. n. 3. Mart. de success. p. 2. q. 3.
art. 6. n. 11. vbi plures cumulat.

Quar-

Quarta desumitur ex compendiosa substitutione, quæ resultat ex præcita-
64 ta mortis commemoratione; *glos. magna in l. in testamēto C. de testam milit. vers. si Lucius decesserit*, & notant omnes *in l. Centurio ff. de vulg. l. precibus C. de improb. & alijs subst. Dec. cons. 333. n. 12. Surd. cōs. 31. n. 1. Honded. cons. 65. n. 14. & 15. Crauet. cons. 22. n. 5. Cyriac. controu. 114. n. 120. Menoch. de presumpt. lib. 4. præsumpt. 71. sub n. 12. Rot. p. 11. rec. decis. 194. nu. 10. & decis. 377. n. 2.* vbi plurima re-
65 feruntur concordantia. Etiamsi verbū *quandocumque*; non fuerit adiectum *glos. in c. si pater in ver. absque deductione de testam. in 6. Rot. p. 4. rec. decis. 656. n. 2. & dicta decis. 194. n. 11. p. 11. & p. 12. decis. 171. vers. secus tamen est*. Ad ditis verbis *vult deuenire*, quæ cum sint communia, & obliqua respectiuè, vt supra innuimus, effi-
66 ciunt & ipsa compendiosam, vt notat *Bart. in l. Centurio nu. 53. ff. de vulg. & pupill. Rot. coram Caualer. decis. 34 nu. 3. & 4.*

Quæ propterea compendiosa substitutio post aditam hæreditatem con-
67 tinet fideicommissariam ad fauorem omnium ordine successiuo vocatorū, *Dec. cons. 416. n. 10. Menoch. cons. 85. nu. 100. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 34. n. 61. & 65. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. solut. 10. n. 3. Trentacinq. de subst. p. 4. c. 9. n. 3. Leon. eod. tract. tit. de compendiosa n. 44. Fusar. q. 260. n. 28. Rot. p. 7. rec. decis. 349. n. 3. & dicta decis. 377. n. 3., & coram Cardinali Celso inter eius impress. decis. 33. n. 10.*; Maximè ad commodum dictorum filiorum Io: Baptistæ, cum in eadem oratione fuerint substi-
68 tuti, & per copulam, &, quæ facit coniunctionem *Bart. in l. 3. §. si duo ff. de Carbon. edic. cum alijs superius alleg.*; nec patitur, vt vna, eademque
69 substitutio diuerso iure censeatur. Sic in puncto, *Socin. in d. l. gallus §. quidā rectè sub n. 10. circ. fin. vers. si tamen Dec. cons. 95. sub n. 4. vers. sed istud*, & post alios *Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 2. dub. 1. solut. 5. sub nu. 46. vers. sicut enim*.

Quinta deducitur ex compendiosa
70 indefinitè concepta, & per verbum commune, cuiusmodi est prædictum verbum *deuenire*, quæ, & per se, & cum hoc adiuncto operatur, vt substitutio omni tempore euadat fideicommissaria, *Bald. in l. precibus n. 44. C. de impub. & c. Rip. in l. centurio ff. de vulg. nu. 120. Rot. p. 4. diuers. decis. 504. & 509. & coram Carillo inter eius impress. decis. 183. repetita p. 9. rec. decis. 31. n. 16., & apud Merlin. de legit. decis. 139. n. 11.*

Sextò colligitur ex verbo *vult* dispositiuo substitutionis ad fauorem dictorum filiorum, quod cum sit *obliquum*, vt habetur *ex l. 2. in principio C. comm. de leg. Petr. Greg. p. 3. Syntag. Iur. lib. 42. c. 11. n. 6. in fin. Intrigliol. de subst. cent. 3. q. 17. num. 18.*
71 trahit verbum *deuenire*, quod est cōmune ad sensum *obliquum*, propriamque naturam accommodat omnibus verbis, ac si omnia essent obliqua, *Ruin. cons. 128. nu. 16. & 17. lib. 3. quem sequitur Marescott. lib. 2. var. c. 140. n. 41.* Ex quo efficitur, vt substitutio semper, & quandocumque ha-
72 benda sit pro fideicommissaria. Sic post *tex. in l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg.*

vulg. & pupill. & DD. in l. centurio ff. eod. tradunt *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 58. n. 6. Peregr. de fideic. art. 34. n. 11. & 63. Odd. de Compend. p. 5. tit. de Compend. à Pag. fac. art. 2. n. 7. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 3. nu. 10. vers. porrò Rot. coram Carillo inter eius impress. decis.* 183. *num. 6. & 7.*

Septima infertur ex reciproca substitutione facta inuicem filio, & nepoti institutis cum admixtione compendiosæ importata, vt diximus, ex com-
73 memoratione mortis vtriusque. Quo casu ex communi omnium opinione sub formula istius reciprocæ compendiosæ contineri etiam fideicommissariam testantur, *Intrigliol. de substit. cent. 2. q. 51. Barry de success. Test. & intest. lib. 7. de reciproca, & compen. c. 1. n. 1.*; Præsertim ponderato collectiuo *liberis*, quod adauget dictam compendiosam, cum itidem importet tractum
74 successiuum *l. liberorum vbi Bart. ff. de verb. signif. Cyriac. controu. 522. n. 63. Peregr. de fideic. art. 19. n. 11. ad fin.* & inducit fideicōmissum *Castill. coniect. lib. 5. c. 110. n. 23.*

Octaua resultat ex ipsa substitutione facta per testatricem proprio filio in personam nepotis, eiusque filiorum, & sic ex onere restituendi eidem filio imposito; ex quo datur intelligi, vt quemadmodum filius hæres insti-
75 tutus fuit grauatus restituere substituto, ita hic de voluntate Testatricis teneatur idem præstare alijs vlterius vocatis *Peregr. de fideic. art. 5. num. 48.* Ne magis dilectus maius onus habeat,
76 quam minus dilectus, reclamante *tex. in l. publius §. 1. ff. de condit. & demon.* Sic in puncto ex theorica *Soccin. ind. l. gallus §. quidam rectè sub n. 5.* tradit *Peregr. art. 18. sub n. 13. & 21.*, maxime quod in hos filios Testatricis pronepotes debet suos effectus influere ipsa compendiosa, tum quia, vt iam abundè diximus, mortis conditio fi-
77 deicommissariam substitutionem designat inter vocatos, tum etiam quia
78 inuerisimile est voluisse Testatricem vno, eodemque tempore concurrere, quos pluribus substitutionibus præordinauit, vt ibidem ait *Peregr.* & antea dixerat *art. 17. n. 36.* Ad hunc enim effectum opus non est quod tractus tẽporis sit expressus, sed sufficit quod
79 sit implicitus, scilicet importatus per nomina collectiua, *Decian. cons. 1. n. 331. lib. 1. Peregr. art. 18. n. 21. in fin.* vel per nomen appellatiuum, quod vbi respicit filios nondum natos, sed nascituros, importat etiam tractum
80 temporis, & fideicommissariam, *Ias. cons. 108. col. 4. sub n. 19. lib. 4. Curt. iun. cons. 48. nu. 4. & Socin. iun. cons. 136. n. 18. lib. 3.*

Nona habetur ex alia substitutione compendiosa facta in casum mortis Io: Baptistæ sine liberis, ibi *Quod si dictus Io: Baptista moriatur antequam liberos habuerit* quæ ex duplici, &, repetito, & mortis, & collectiuè *liberorũ* termino tractum futurum connotante maius, & efficacius præstat argumen-
81 tum pro fideicommissaria *Peregr. dict. art. 18. n. 21. gloss. in c. si pater in ver. absq; deductione de testam. in 6. cum alijs per Rot. coram Dunoz. Sen. inter eius impress. decis. 233. n. 1.*

Decima oritur ex conditione liberorum, adiecta reciprocæ substitutioni, factæ Io: Baptistæ in personam Scipionis, ibi *quod si dictus Io: Baptista mo-*

moriatur antequam liberos habuerit.

Quo casu intrat receptissima regu-
82 la, quod filij iam cum patre vocati, indeque in conditione positi censeantur per fideicommissum vocati *ad tex. in l. lucius la 2. ff. de hæred. instit. Dec. conf. 397. n. 6. Menoch. conf. 325. nu. 58. Rustic. de lib. in cond. pos. lib. 6. c. 4. n. 1. Fusar. de substit. q. 490. nu. 147. Rot. coram S. M. Greg. decis. 551. n. 6.* vbi *Add. n. 13. Buratt. decis. 568. n. 7.*:
83 Eaque est ratio quia verba conditionalia in vltimis voluntatibus disponunt. *Gabr. conf. 115. lib. 1. Rot. decis. 403. n. 5. & decis. 424. n. 1. ad fin. p. 2. rec. & decis. 18. n. 3. p. 8.*

Ex qua vrgentissima coniectura iunctis alijs non solum infertur ad fideicõmissariam in partem aui, ad quã dicti Filij sunt expressè substituti, sed etiam ad partem Io: Baptistæ Patris, ad quam etiam ex dictis iuribus admitti debent, quia implicitè vocati;
84 vbi enim Testatrix voluit istos Pronepotes vocare ad partem Aui, multo fortiùs cẽsetur vocasse ad partem proprij parentis, ad cuius successionem longè magis de iure inuitantur. *Cephal. conf. 383. nu. 12. lib. 3. Grauett. conf. 180. n. 4. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 32. Fusar. q. 437. n. 85.*
85 Maximè cum simus in descendentibus Testatricis *Fusar. d. q. 437. n. 23.*
86 *vers. prima coniectura*, & pro quibus leuiores sufficiunt coniecturæ, *Surd. conf. 67. n. 34. Giouagnon. conf. 79. nu. 7. & seqq. Rot. corã Seraph. decis. 1329 n. 2. S. M. Greg. decis. 329. n. 3. & p. 5. rec. decis. 355. n. 2. & 10.*
87 Vndecima venit ex qualitate legitimitatis dictorũ filiorũ, quę nõ solũ inducit vocationem, sed vel etiam transmissionem. *Socin. iun. conf. 110. n. 15 & conf. 145. n. 39. lib. 3. Peregr. conf. 91. n. 36. lib. 1. & conf. 52. nu. 2. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 3. n. 7. & seqq. Cyriac. controu. 96. n. 59. Rot. coram Greg. decis. 329. n. 6. Buratt. decis. 897. n. 2. Seraph. decis. 939. n. 9. & decis. 1329. num. 2.*
88 Duodecima manat ex digressu ad plures substitutiones, quarum vna sufficeret ad hunc effectum *Anchiran. conf. 74. Peregr. conf. 132. n. 6. vers. 3.* principaliter *lib. 5. Rot. p. pr. rec. decis. 266. & p. 2. decis. 380. & p. 7. decis.*
89 *61.* Præsertim verò quando, vt hic, factus est actiuè, & passiuè. *Menoch. conf. 348. n. 19. lib. 4. Rot. coram Dunoz. inter eius impress. decis. 50. nu. 9.*
90 Ex his enim arguitur quod Testatrix considerauerit, atque induxerit actum, ordinemque successiuum inter vocatos, qui aliter adimpleri non posset, nisi vnus grauatus esset alteri restituere *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsũpt. 69. n. 13. Fusar. q. 441. nu. 5. vers. 16. coniectura & q. 480. n. 55. vers. declaratur octauo.*
91 Decimatertia efluit ex reciproca substitutione fideicommissaria; quam Testatrix instituit inter primos vocatos *ad Text. in leg. titia seio § seia* vbi *DD. ff. de leg. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 15.* Ex hac enim præsumitur voluisse per fideicommissum etiam substituere eorum filios. *Socin. in dicta l. gallus §. quidam recte. col. vlt. vers. 4. casus Alex. ibi nu. 128. Torniell. n. 74. vers. quo vero ad 2. quos refert, & sequitur Intriglicl. dict. tract. cent. 3. q. 81. nu. 19.*
92 Decimaquarta, & quidem efficacissima descendit ab inuerisimili men-

te Testatricis, & ab inutili dictorum filiorum substitutione, si foret dicendū quod tantùm per modum vulgaris, & nō per fideicommissariam vocati fuissent; nam cum fuerint vocati, & si tépore testamenti, vel tempore mortis ipsius Testatricis nondum nati, & potuerit tunc esse locus vulgari per repudiationem, vel impotentiam parentis, sanè eorum vocatio fuisset inanis, vt post *Decian. cons. p. n. 244. & 254. lib. pr.* aduertit *Rot. coram Seraph. decis.*
93 *934. n. 11.* Quod neutiquam est dicédum, ex quo dispositio Testatricis nullo modo debet esse frustratoria *l. quoties ff. de reb. dub. & leg. quoties ff. de verb. signif. Mantic. dict. coniect. lib.*
94 *3. tit. 3. n. 8.* Et verba debent accipi cū effectu *l. penult. §. docere ff. ne quis eum qui in ius voc., &c. l. pr. §. hac autem ff. quod quisq; iur. l. si quando ff. de leg. pr. cap. relatum ext. de testam.*
95 Decimaquinta, & potentissima promanat ex conditione apposita vltimæ substitutioni ordinatæ ad fauoré Leonoræ, ibi (*in defectum hæredum*); quę conditio cum denotet deficientiam quocumque tempore tam ob non natiuitatem, quam etiam propter mortem, vt est optima *Glos. in l. vnica §. vbi autem in ver* deficiat *C. de cad. tollen. Rot. coram Dunoz. inter eius impress. decis. 651. n. 49.*, Idem enim est
96 *in defectum*, ac *post mortem*, per *Text. & ibi glos. in ver.* deficientis *§. hinc nobis auth. de hæred. & Falcid. Peregr. art. 18. n. 16. Alberic. in diction. in ver.* deficiens *Mart. de success. p. 2. q. 3. art.*
97 *6. in fin.*, importat verum, & clarum fideicommissum ad fauorem hæredū
98 *Paris. cons. 18. n. 12. lib. 2.* Maximè quando, prout hic conditio deficientiæ est clara, & indeterminata ad certum tempus, vt ex celebri Theorica *Socin. in l. solemus ff. de condit. & demon. circ. fin.* tradunt *Peregr. de fideic. art. 29. nu. 9. & signanter ibi vers. sic quoque si dictum fuerit, Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 6. n. 7. Rot. coram Roias inter eius impress. decis. 354. n. 5. & 6. & decis. 209. n. pr. & seqq. parte 8. rec.* ac etiam latè, & magistraliter *coram Buratt. decis. 689.*

99 Decimasexta se offert ex illo collectiuo *hæredum* quod, præterquam quod denotat tractum temporis successiuum, cum viuentis nullus sit hæres *Petr. de fideicom. q. 5. n. 168. Mart. de success. p. 3. q. pr. art. 5. n. 18. Rot. coram Seraph. decis. 934. nu. 5.*, & comprehendit omni modo dictos filios, non excludit ad eorum fauorem fideicommissum, sed illud præsupponit,
100 adeo vt esset etiam suppledum, quatenus verba dispositiua ad fauorem dictorum hæredum, seu filiorum Io: Baptistæ apta non essent ad inducendum fideicommissum, perinde ac si plus dictum, & minus scriptum fuisset *Rot. decis. 2. nu. 10. & seqq. p. 9. T. pr. recent.*
101 Decimaseptima producitur ab Absurdo quod emergeret, si secus diceretur; Nam dispositio ad fauorem dictæ filiæ redderetur omnino impossibilis, quia cum hæc pendeat à defectu hæredum nequit hæreditas dictæ Testatricis, nisi per fideicommissum ad fauorem pronepotum peruenire ad filiam, vltimo loco vocatam. *Rot. coram Seraph. decis. 409. n. 11. & p. 9. rec. T. pr. decis. 255. nu. 33. & seqq.*
102 Decimaoctaua, quæ coincidit in præcedétem, quin potius eam confirmat,

mat, & auget porrigitur ex necessario
antecedenti, quod connotat, & præsup-
ponit vocatio Leonoræ, ita vt necessa-
rio asserendum sit voluisse Testatricē
in necessarium antecedens fideicom-
missum ad fauorem pronepotū, quos
in necessarium consequēs post eorum
defectum voluit grauare ad commo-
dum dictæ Leonoræ, vt optimè ratio-
cinatur *Rot. coram Coccin. decis. 267.*
sub n. 8. per Text. in l. fideicommissa §.
hæc verba ff. de leg. 3. vbi in casu, quo
Testator dixerat filio suo, vt curam a-
grorum haberet ad effectum, quod
possent ad nepotes peruenire, respon-
dit I. C. quod licet illa verba non satis
exprimant fideicommissum, sed potius
indicent consilium, videntur tamen
quoad ea prædia post mortem patris
vim fideicommissi continere; Igitur &
hic affirmandum est quòd filij Io: Ba-
ptistæ fuerint per fideicommissum vo-
103 cati, ne dispositio Testatricis quoad
substitutionem Leonoræ superuacanea
reddatur, vt bene arguit *Rot. coram Se-*
raph. decis. 956. sub n. 6. vers. ex quo se-
quitur, & n. 7. Vnde necessariò con-
cludendum est voluisse Testatricem
omnino instituere fideicommissum, vt
deuenire posset ad filiam, in defectum
pronepotum vocatorum. *Crauett. cōs.*
130. n. 10. Curt. iun. cons. 45. n. 6. & 7.
Rot. coram Caualer. decis. 167. nu. pr.
& decis. 481. n. 4. & coram Seraph. de-
cis. 1373. n. 2. & 3. & p. 2. diuers. de-
cis. 121. n. 2. & part. pr. rec. decis. 44. n.
pr. & p. 4. decis. 380. num. 5.
104 Decimanona, & profectò euidens,
& literalis depromitur ex tractu in fu-
turum, quem referunt omnia ferè ver-
ba ipsius dispositionis, in qua Testa-
trix processit ad plures substitutiones,
considerauit deficientiam hæredum,
eisque deficientibus substituit filiam,
vt ponderat *Rot. coram Seraph. de-*
105 *cis. 934. num. 8.* Sed vel etiam ex
ipsa literali fideicommissi expressione,
quam adiecit dictę vltimæ substitutio-
106 ni, dum diligēdo pronepotes magis,
quam filiam mandat, vt ibi (*quod ipsa*
decadat à fideicommisso, si aliquid præ-
tenderit contra memoratos hæredes):
Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 4. nu. 7.
quem sequitur *Rot. decis. 934. nu. 11.*
107 *coram Seraph.* Qui prædilectionis mo-
dus, vbi masculum fœminæ præfert
nihil aliud redolet in Testatrice, quam
voluntatem conseruandæ agnationis.
Cephal. cons. pr. nu. 119.
108 Vigesima tandem, & vltima, vt alias
minoris ordinis prætercam, sumitur
ex clausula codicillari per verba am-
plissima, & futuri temporis apposita
in fine testamenti sub clausula, ibi, *&*
hæc est, &c.; quæ in materia, in qua
versamur tantæ est virtutis, & effica-
ciæ, vt non dicam augeat, & extendat
voluntatem Testatricis, faciatque con-
tra eius mentem succedere per fidei-
commissum, qui tantùm esset vocatus
per vulgarem, sed trahat ad fideicom-
missariam illam substitutionem, quam
Testatrix cōcepit per verba apta vtrá-
que substitutionem, directam scilicet,
& obliquam importare. *Crauett. cons.*
22. n. 8. Curt. iun. cons. 48. n. 6. Surd.
cons. 233. nu. 36. Peregr. art. 17. n. 37.
109 *& art. 18. n. 6.* & validius *n. 7.* vbi
extendit etiam in simplici substitutio-
ne, quæ careat verbo connotante tra-
ctum futuri temporis, & apto obliqua-
110 re dispositionē, *Seraph. decis. 409. n.*
12. Et tunc maximè ex clausula codi-
cillari obliquatur substitutio etiam si

verbis directis concepta, & trahitur ad fideicommissum, cum facta fuit per compendiosam, quę ex sui natura continet etiam fideicommissariam. *Dec. cons. 205. n. 9. & cons. 247. sub n. 5. in fin. & n. 6. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 4. n. 15. Peregr. de fideicomm. art.* 18. *n. 6. vers. contrarium tamen.*

Ex his itaque coniecturarum Argumentis claris, vrgentibus, & indubitatis, recollectis ex verbis ipsius Testatricis nedum remanet exploratum, sed potius ad oculum demonstratū, quod mens ipsi fuerit, ac enixa voluntas transmittendi totam suam hæreditatē ad dictos suos pronepotes ex Io: Baptista, quos per fideicommissariam substituerat in dimidia Scipioni filio relicta, & vocauerat etiam ad aliam dimidiam dicto Io: Baptistæ delatam, veluti positos in conditione; Et proinde cum dictis pronepotibus fuerit apertū fideicommissum, nec ad alios vlteriùs protendatur, iure merito sunt admittendi ad totam hæreditatem, de ea libere dispositurí.

111 Dixi *liberè*, quia in ipsis cessat onus fideicommissi, cum quidquid attinet ad substitutionem Leonoræ nullius sit momenti, ex quo non solum fuit caducata per eius prædecessum ante conditionem *ad Text. in l. vnica §. sin autem aliquid sub conditione C. de cad. toll. l. intercidit* 59. *ff. de cond. & demon. l.* 4. *&* 5. *ff. quando dies leg. ced. l. Statius* 48. §. *Cornelio ff. de iur. Fisc.*

112 Sed etiam expirauit per existentiam hęredum, in quorum defectum fuit tantùm vocata *ad celebre cons. Oldrad.* 21. Et consequenter isti filij, & hæredes grauatorum positi in conditione non intelliguntur oneri fideicommissi suppositi, nec in eis cēsetur repetitum fideicommissum, vt passim tradunt DD., quorum innumerabilem phalangem refert, & sequitur *Castill. controu. lib.* 5. *cap.* 89. *n.* 15. *& seq.*

113 Confirmantur prædicta ex confessione Io: Baptistæ, quæ vtique probat fideicommissum ad fauorem filiorum, maximè quando, prout hic, multa alia concurrunt, & signanter agitur de hærede, qui potuit immediatè se informare à Testatrice de eius voluntate, & non emittitur ad inducendum nouum fideicommissum *Decian. cons. p. n.* 310 *&* 311. *& cons.* 89. *n.* 21. *lib. pr. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit. pr. num.* 28.

114 Deniq; coadiuuantur etiam ex pluribus alijs præsumptionibus, quæ hauriri possunt ex clausula *omni meliori modo* in fine clausulę codicillaris apposita, tum ex qualitate descendentium, tum ex prędilectione ipsius Testatricis erga dictos Pronepotes, tum etiam ex alijs multis, à quibus consultò abstineo, ne & partes ipsas implere velle videar prudentissimorum Iudicum,

115 qui in hac re vtiq; nouerint per principales iuris regulas aptare singula singulis, & attendere principaliter ad substantiam verisimilis voluntatis Testatricis, quam ad superficiariam verborum corticem *Purpurat. cons.* 13. *nu.* 12. *& sunt Text. in l. hæredes mei §. cū ita ff. ad Trebell. l. penult. ff. de leg. pr. l. cum virum C. de fideic. l.* 3. §. *conditio*

116 *ff. de adim. leg.* Reminiscentur secundò debere metiri hinc, indeque indicia, & coniecturas non singulariter, & distinctè, sed coniunctim, & simul coaceruatas cum solita regula (vt singula quæ non prosunt multa iuuent)

ad

ad tex. in l. fin. ff. de excusat. Tut. l. 1. C. qui num. tut. & l. cum scimus C. de
117 *agric. & Cens. lib. 11.* Fulciuntur enim ad inuicem præsumptiones, & vna aliam corroborat *ex. de Greg. & Pac. Bero. cons. 104. nu. 13. lib. 2. Cephal. cons. 151. nu. 87. Surd. cons. 334. n. 8. vers.* vbi dicit, quod etsi sola *Petr. de fideic. q. 9. n. 97. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 3. vers. tamen coniectura Rot. coram Greg. decis. 315. &* ibi *Add. n. 19. & p. 5. rec. decis. 6. n. 32. & coram Eminentiss. Ottobono decis. 28. n. 17. & decis. 138. n. 8. & d.*
118 *8. p. 5. decis. 237. n. 3.* Nec sunt ita rigorosè examinandæ, vt ad oculum concludant, quia tunc essent demonstrationes potius, quam coniecturæ *Rot. decis. 21. n. 28. p. 5. rec.* Tertiò nec eos latebit huiusmodi coniecturas non esse semper appendēdas in eadem libra,
119 sed ponderandas esse habito respectu ad circumstantias personarum, temporum, & bonorum, quæ secundùm earum contingentiam efficiunt, vt in vno casu efficaces, in alio inefficaces sint arbitrandæ *L. licet Imperator cum ibi notatis ff. de leg. 1. Grat. cons.*
120 *94. n. 22. lib. 2.* Quartò demū cogitent, quod ipsi rei potissimùm sit incumbendum, & obseruandum num vocatio, & successiua fideicommissaria adstrui debeat ad vnum effectum potius, quam ad alium, & vter ex mente Testatricis magis, vel minus sit probabilis, nempe vtrum sumenda sit interpretatio ad effectum vocationis, ac progressus ad filios, & descendentes hæredis grauati, quos quia Testatrix dilexit, ideo & vocauit, ac posuit in conditione; an vero ad effectum transeundi ad alium gradum substitutionum, & ad diuersum genus personarum, quas minus dilexit, & vocauit duntaxat sit defectum prædictorū; Præpotens enim est coniectura, quæ ex affectione Testatoris oritur, adeo vt alijs præferatur, & verbis præponderet, *Socin. sen. cons. 23. n. 21. lib. pr. Alciat. cons. 122. nu. 9. in fin. lib. 9. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 10. n. 13.*

Quæ omnia si perpendantur etiam in hoc casu, nemini dubium erit quin filij q. Io: Baptistæ Canouæ fuerint ad partem Patris vocati, quia positi in conditione, & substituti ad partem Aui, quia ad eam ordine successiuo, & per fideicommissariam cum D. Io: Baptista honorati.

Ex his igitur &c.

Iacobus Philippus Massola I. C.

LAVS, & GLORIA
D. O. M.

ARGVMENTVM.

E Xaminatur articulus num concreditor communicet alteri concreditori insolidum hypothecato quidquid exegit à communi debitore? Et quid inter duos cohæredes? Via executiua à Statuto certo tempore præscripta an interrumpatur, & quomodo?

SVMMARIVM.

1 Concreditor seu cohæres in actione personali non tenetur contribuere ratam crediti ad se spectantis exactam à communi debitore, vel hæreditario

2 Debitorum nomina non veniunt sub iudicio fam. erciscun. sed remanent ipso iure diuisa inter hęredes pro virili. Et idem fere iudicium statuendum est in actione reali vel in hypothecaria num. 3. Adeout vni creditori contra alium non detur Saluianum, nec hypothecaria. num. 4.

5 Tituli Paritas, & hypothecæ quam disparem facit diligentia vnius, & possessio non attenditur

6 Vigilantibus, & non dormientibus scripta sunt Iura.

7 Possidentis conditio melior est in pari causa.

8 Cedens non concurrit cum Cessionario in eo quod possidet à communi debitore etiam quod habeat parem causam, eamdem hypothecam, & ex eodem fonte.

9 Iudices inter plures qui cumulatiue procedere valeant in vna causa, is aliorum præoccupat iurisdictionem qui pręuenit in citando.

10 Procuratoribus in solidum constitutis, is qui pręuenit facit alium extraneum.

11 Præueniens in presentando Breue suæ Gratiæ prefertur alteri qui parem gratiam obtinuisset in beneficio, & sub data eiusdem temporis.

12 *Negusan. de Pignor. & hypothec. 2. memb. 5. par. à num. 34. per seqq.* distinctio inter duos creditores insolidum hypothecatos, & inter duos cohæredes.

13 *Negusan.* ibi tenet faciendam fore contributionem ab hærede alteri cohęredi non autem à creditore alteri creditori. Sed reprobatur huiusmodi distinctio tamquam merè verbalis nu. 14. Et quidem pluribus rationibus vt numeris 15. 16. 18. 19. 21.

17 Expenduntur *tex. in l. si debitor ff. de pignor. & in l. 1. C. si vnus.*

22 *Negusan.* hypothesis differt à nostra.

23 Actio quęlibet de iure pręscribitur. Sicuti actio exequutiua seu vis instrumenti guarantigiati aut sententię exequutiuę pręscribitur à Iure, vel à Statuto præfigente certum tempus ad petendam exequutionem num. 24. Et pro huiusmodi præscriptione non requiritur bona fides nu. 25.

26 Præscriptio viæ exequutiuę interumpitur: Et quomodo an scilicet sola citatione an vero litis contestatione? num. 27.

RATIOCINIVM LXXXI.

IANVEN. COMMVNICATIONIS: ET PRÆSCRIPTIONIS.



DOmum Ventimilij sitam, cuius dominium, & possessionem nactus fuerat Petrus Durantius vti hęres Neapolionis Galli, & quam postea creditores eiusdem Galli obtinuerant subhastari, & plus cæteris offerenti deliberari, emit pretio lib. 10000. Carolus Gattus facta promissione de illud soluendo ijs creditoribus anterioribus quos Iudex decreuisset, & interim cũ obligatione præstandi quinque in annum pro singulo centenario ratione interesse recompensatiui; Auocata autem eadem domo à deliberatario per dictum Petrum cum onere earumdẽ obligationum, comperit idem Petrus se esse creditorem cæteris anteriorem 1 veluti cohæredem pro quarta parte sui Aui creditoris dicti Galli de lib. 50000. cum hypotheca anni 1600. vt publico instrumento constabat; Et proinde existentibus prædictis creditoribus in posteriori hypotheca quę ortum dumtaxat habuerat ab anno 1630. renuit eisdem soluere, sed sibi ipso iure per compensationem in concurrentem quantitatem ratæ sui crediti fuisse solutum prætendit. Quibus dum creditores aquiescunt, insurgunt alij cohęredes instantes contra dictum Petrum, vt diuidantur inter ipsos dictæ lib. 10000. exactæ à communi debitore Auitæ hæreditatis, præcipue cum pręter domũ supradictam quidquam aliud non fuerit inuentum in hæreditate dicti Galli, vnde & ipsis solui valeret. Hinc quæritur quid iuris

ris quo ad istos? Et vtrum communicatio sit facienda? Deinde quoad aliam inspectionem ab hac independentem quæritur num præscriptio viæ executiuæ, quæ inducitur ex termino à Statuto præfixo ad petendam executionem instrumenti, vel sententiæ interrumpatur?

Et negatiuè quidem videtur respondendum, quia in actione personali est propositio æternæ veritatis concreditorem, seù cohæredem non teneri contribuere alteri concreditori, seù cohæredi ratam crediti ad se spectantis exactam à communi debitore, vel hæ-
1 reditario. Textus sunt expressi *in l. Lucius ff. fam. ercifcun. in l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. in l. si non expedierit §. si pupillus ff. de bon. auth. Iudic. possiden. & in l. fin. C. depos. & in l. fin. §. & si præstitam C. de iur. deliber. Abb. cons. 49. incip. in quæstione n. 5. vers. 3. facit lib. 2. Rolan. à Valle tract. de inuent. p. vlt. quæst. 158. incipiente Quid si hæres n. 1. pag.*
2 *mihi* 123. Eaque est ratio, quia nomina debitorum non veniunt sub iudicio fam. ercifcun. sed remanent ipso iure diuisa inter hæredes pro virili, vt habetur *in l. ea, quæ C. fam. ercifcun. & in l. 1. C. si vnus ex pluribus.*

3 Idem ferè iudicium statuendum est in actione reali, seu hypothecaria, vt definit textus *in l. si debitor ff. de pignor.* vbi si duobus res simul, & insolidum obligetur, quilibet eorum contra extraneum vincit; sed si inuicem concurrant, melior est conditio possidentis. Quem tex. hoc pacto interpretati sequuntur ibi *Bart. & Bald. vers. contra tertium, Angel. n. 1. Alberic. in l. & quæ nondum §. quod dicitur, & in l. fundus §. si duo ff. eod.*
4 Adeo vt nec Saluianum interdictum militet nec hypothecaria ad fauorem vnius contra alium, vt exponit *gloss. in dicta l. si debitor in ver. conditio*, & tradunt *Pacif. de Salu. inspect. 3. c. 2. n. 432. & seqq. & Rot. post Merlin. de pignor. decis. 25. n. 3.*

In nihilo suffragante quidquid suadeat æquitas ex motiuo, quod ambo-
5 bus par sit titulus, & eadem numero hypotheca; quia disparem statum, & conditionem inter eos decernit diligentia, indeque possessio; scimus etenim vigilantibus, & non dormienti-
6 bus scripta esse iura, vt inquit textus *in dicta l. pupillus ff. quæ in fraud. credit. Afflict. decis. 190. nu. 2.* & post iura *in d. l. Lucius, & l. pupillus, & in dicta l. non expedierit §. si pupillus, & in dicta l. fin.* probat etiam *Vrsell. conclus. 87. n. 15.* vbi creditor secundus præfertur primo, qui in odium suæ negligentiæ proprio credito fraudatur.

7 Quo fit, vt in pari causâ melior sit conditio possidentis, vt ad litteram cauetur *in c. in pari 65. de reg. iur. in 6. & in l. in pari ff. eod. vbi Cagnol. & in l. is qui destinauit ff. de rei vindic. & in l. apud Celsum §. Marcellus ff. de dol. mal. except. & in l. si seruum §. sequitur ff. de verb. obligat. Neuizan. cons. 79. nu. 35. circ. fin. Alex. cons. 161. n. 6. & cons. 228. in princ. lib. 6.* quibus addo *gloss. in c. 1. de Pac. tenen. in vsib. Feud. in verb. requirit*, quæ testatur possidentem dici Beatum.

Ecce igitur, quod videmus eum potiorem esse in retinendo, qui prior fuit in exigendo; sic cedens non concurrit cum cessionario in eo, quod

possi-

8 possidet à communi debitore, etiam quod habeat parem causam, eamdem hypothecam,& ex eodem fonte, *Vinc. de Franch. decis. 260. n. 3. & 4.* quia vt ibi dicitur, possessio in pari causa plus iuris tribuit,

9 Sic etiam inter plures Iudices, qui cumulatiue procedere valeant in vna causa, is aliorum præoccupat iurisdictionem, qui præuenit in citãdo, *Abb. cons. 91. Federic. de Sen. cons. 97. n. 2. in ver. venio ad oppositionem c. pastoralis, & c. duo simul de off. ord. Calder. cons. 125. alias 11. nu. 2. vers. quædam enim de iudic. & for. compet. Rom. cons. 41. incipiente pro habenda n. 4.* vbi affirmat de communi.

10 A pari etiam inter duos procuratores insolidum constitutos is, qui præuenit facit alium extraneum in facultate demandata, vt habetur *in c. si duo de Procurat. in 6. & in l. pluribus ff. eod.* & tenent *Angel. in dicta l. si debitor n. 1. & Calderin. cons. 52. in fin. quod est 6. de elect.*

11 Quemadmodum etiam inter habẽtes parem gratiam ad aliquod beneficium, & sub data eiusdem temporis is semper præfertur qui præuenit in præsentando breue suæ gratiæ *c. fin. de rescript. in 6. Abb. cons. 91. incipien. quoad primum col. 4. vers. item, & secunda lib. 1.* vbi alia cumulat.

12 Et quamuis *Negusan. de pignor. & hypoth. 2. memb. 5. par. à nu. 34. per seqq.* suam in hoc articulo exponendo sententiam prædicta solum admittat inter duos creditores insolidum hypothecatos, non vero inter duos cohæredes, ea motus ratione quia creditores licet habeant actionem insolidũ, non eam tamen habent communem, sed vnusquisque suam habet; Quod secus est in duobus hæredibus, in quibus actio ex persona defuncti est tantùm vna, competens cuilibet insolidum: Vnde ipse infert quod ob hu-
13 iusmodi communionem detur inter eos iudicium diuisorium *ex toto tit. ff. & C. fam. erciscun.*

Ego tamen si, & quatenus hac in re expediat recedere à viro alioquin doctissimo, mihi, & omnibus magna digno veneratione vtpotè de Le-
14 gali Republica optimè merito, asserere non vereor futilem omninò, & verbalem eo in loco attulisse distinctionem, vt quæ nihil essentialis discriminis inter duos concreditores, & inter duos cohæredes præseferat; Nam si indiuidua est hypotheca penes duos
15 hæredes; indiuidua item est inter duos creditores. Si vna, & eadem est actio competens hæredibus, vna etiam, & eadem est actio, quæ competit creditoribus, cum insolidum fuerint stipulati, & insolidum hypothecati: Nec valet, fuerunt duo rei credendi, duo stipulatores; ergo vna, & eadem non est actio; quia hæredes, plures etiam sunt personæ, & plures quasi contrahendo in aditione, personam defuncti per multiplicem diuidunt rappræsentationem, eiusq; iura, & actiones; & tamen actio inter eos vna, & eadem est.

Vlterius actio competens cedenti,
16 & cessionario, est eadem numero, habetque eamdem causam, & originem; & nihilominus ex iuribus præallegatis non attribuit vni quidquid alius exegit, vel habuit à communi debitore.

Rursus nulla vera, & formalis dif-
17 ferentia constitui potest inter *tex. in d. l. si debitor, & tex. in d. l. 1. C. si*

vnus,

vnus, quia si dicitur in vtroq; pignus, & hypothecam competere insolidum cuilibet creditori, & hæredi; ergo vtriusq; etiam par debet esse effectus. Quam illationis veritatem probat præcitatus *tex, in d. l. fin. C. depos.* per
18 quem cohæres non communicat alteri suam pignoris exactam partem, licet debitor hæreditarius scilicet depositarius effectus fuerit non soluendo; Et tamen inficiari nequit ibi præter actionem personalem concurrere etiam realem nempè rei persecutoriam, & ius ad rem.

Preterea cum in his ferè nostris ter-
19 minis contra seipsum idem *Neguſ.* ibidem testetur sensisse quemdam sui æui eximium Aduocatum, ac *Socin. consi.* 135. *incipiente supraſcripti circ. fin. lib.* 1. ipsi propterea incumbebat onus respondendi adæquate illorum dictis, & rationibus, & contrarium melioribus, & solidioribus iuribus astruendi; iura enim, quæ refert nedum nostris non opponuntur, sed nihil ad punctum releuant; siquidem
20 *textus in d. l.* 1. & alij si qui sint similes volunt totum pignus ratione indiuiduitatis hypothecæ posse vendi per hæredem in solam causam exigendæ suæ partis, licet non sit heres in totum: Et in hunc sensum præter alios *dictũ tex. in dicta l.* 1. *C. si vnus* exponunt *Bald. n.* 2. & nouissimè *Io: Brunnemannus*. Quod vltro concedimus, sicuti & admittendum venit in duobus creditoribus insolidum; sed data pari-
21 tate causæ inter duos insimul contendentes difficultas stat in hoc, an plus iuris adimat vni negligentia, alterique adijciat diligentia parta possessio? Quod sanè nõ considerant iura à *Negusan.* recitata, sed relinquunt sub aliorum iurium dispositione vt consideranti patebit.

Verùm neque his fortasse opus esse
22 arbitror responsionibus in hac nostra hypothesi, cui cum longè distet ab illa *Negusan.* non applicantur ab eo tradita. Ibi namque agitur de cohærede possidente hæreditario titulo, & de corpore, seu pignore hæreditario: At in nostro casu de corpore ab hæreditate communis debitoris iam auulso per Iudicis sententiam, quæ illud distrahi, & vendi, mandauerat in causam soluendi pretium creditoribus hypothecarijs, & de tertio possessore possidente non vti hærede, sed veluti emptore auocante, indeque pretium in se retinente ad computum suæ ratæ vti creditore cæteris anteriore; Contra quẽm propterea non militat actio ex *l. si pignori ff. fam. ercifcun.* cum diuidi nequeat, quod in hæreditate defuncti nõ fuit repertum, sed officio Iudicis è bonis debitoris fuit distractum ad effectum soluendi æs alienum, in cuius exactione qui præuenit, præferendus est, nec tenetur alteri negligenti communicare quidquid suo tantum labore, & periculo solerter quæsiuit, vt ex rationibus, & iuribus iam deductis.

Quoad alteram verò inspectionem manifesti iuris est quamlibet actionem
23 de iure præscribi, vt sunt *tex. in l. sicut & in l. omnes, & in l. cum notissimi C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. Balb. de præscript.* 4. *p.* 4. *principalis qu.* 1. Quo fit vt actio executiua, seù vis instrumenti guarantigiati, aut sententię
24 exequutiuæ non sit perpetua, sed tẽporanea, atq; à iure communi vel Statutario certo temporis spatio præde-

finita,

finita, quo elapso præscribitur, vt tradunt *gloss. in l. sæpe quidam vltima C. eod.*, præciratus *Balb. decis.* 4. *p.* 4. *princ. q.* 31. & *Chart. decis.* 16. *n.* 12. vbi quod terminus Statuti censetur præfixus in modum præscriptionis.

Pro qua præscriptione iuris exequutiui non est necessarium quod in-
25 teruentiat bona fides; cum nulla tollatur actio, sed in odium creditoris exequutiuè agere negligentis, eidem solum adimatur promptior, & expeditior agendi modus vt latè probat *Carleual. de iudic. lib.* 1. *tit.* 3. *disput.* 4. *num.* 2. 3. *& seqq.*

Interrumpitur autem huiusmodi viæ
26 executiuæ præscriptio, quemadmodum, & aliæ de iure solent interrumpi ac sisti; Qua ratione via executiua perpetuatur, vel sin minus, durat vsque ad 40. annos *Carleual. loc. cit. nu.* 21. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 112. *n.* 20. *& seqq.* Et quidem sola citatione, vbi agitur de interrumpenda præscriptione mere introducta in o-
27 dium, & pœnam negligentis agere; litis verò contestatione, cum versamur in præscriptione mixta inducta scilicet in odium negligentis, & respiciens commodum, & fauorem possidentis vt distinguendo firmat *Carleual. de iudic. à n.* 22. *per seqq.*, *Carpan. verò ibidem n.* 19. *& seqq. & signanter n.* 55. solam sufficere citationem testatur si agatur de sola interruptione, si autem præter hanc adsit etiam intentio perpetuandi actionem vsq; ad 40. annos, vel vsque ad finem noui termini incipiendi à die factæ petitionis, tunc necessariam esse litis contestationem.

Ex his igitur &c.

ARGVMENTVM.

Prælegata domo cum alijs stabilibus in causam Primogenituræ, vtrum immediate post legata mobilia ac omnia suppellectilia eidem Primogenito, subiaceant iisdem vinculis, & obligationibus quibus fuit supposita dicta domus? Hæres restituere grauatus sicut, & Primogenitus an & quæ melioramenta repetat, & quo tempore æstimanda?

SVMMARIVM.

1 Legatum quod testator subdit immediate post alterum legatum, & in eadem scriptura, subiacet legibus primi legati, si id suadeant identitas rationis ac verosimilis Testatoris voluntas, & num. 2. 3. 4.

5 Testatoris voluntas vbi dignoscitur expressa in serie eius dispositionis est seruanda. Et totum efficit in vltimis actibus num. 6.

7 Qualitas primæ dispositioni adiecta influit etiam insequentes eadem ratione ac periodo copulatas, ac num. 8 vbi quod legatum scriptum in medio dispositionis regulat sua forma antecedens, & subsequens.

9 Conditio primo legato apposita censetur repetita in secundo etiamsi non regatur à verbo primi, modo concurrat aliquod verbum repetitiuum, vel idem, & si geminatum verbum regat vtriusque orationem, vel vtrumque pari ratione definiatur, & n. 10 & 12.

11 Familiæ Nobilitas, & magnificentia conseruatur nedum in pretiosis stabilibus, sed etiam in eximijs suppellectilibus, Picturis, ac Aureis atq; argenteis.

13 Duo legata quando dicantur complecti sub vnica oratione, etiamquod vnumquodq; à repepetito verbo *legauit* regatur.

14 Verbum quod expressum totam regere valet dispositionem, si geminatur nihil noui addit, sed magis explicite exprimit quod erat iam expressum.

15 Verbum *legauit* geminatum in eodem dispositionis contextu stat pro vnico verbo, & eumdem producit effectum.

16 Dictio *ET* est coniunctiua, & copulatiua præcedentium. Copulat æqualiter, itaut idem sit de vno ac de alio ex copulatis num. 17. Repetit præcedentes conditiones num 18. Et in sequenti legato repetit qualitatem primo adiectam num 19.

20 Dictio *sic* designat modum, & valet ac *tali pacto*: Et repetit formam, & qualitatem præcedentis dispositionis nu. 21. Declarat conditiones iam expressas num. 22. Et iuncta cum præcedenti syllaba *ET* est etiam implicatiua onerum præcedentium num. 23.

24 Etiam

24 *Etiam*: Huius verbi propria significatio ac energia est repetere ac extendere in sequentem dispositionem, onera ac conditiones præcedentes.

25 Repetitio oneris videtur potius literalis quam coniecturalis, vbi plures concurrunt simul dictiones repetitiuæ: Et absolute censetur onus repetitum quando cum dictione *ET* coniungatur in legato secundo dictio *etiam* nu. 26.

27 Repetitio ex Bart. non fit, nisi cum dictione *ET* concurrat in legato secundo oratio imperfecta; Sed reprobatur à Castrens. cons 88. nu. 28.

29 Repetitio oneris cessat si in secundo legato fuit apposita alia conditio; Sed fallit in casibus expressis sub num. 30. 31. & 32.

33 Conditionis repetitio ex qua ratione etiam inducatur.

34 Clausula in fine posita regulariter refertur ad ad omnia præcedentia. Maxime quando ad omnia commodè potest referri, vel militat eadem ratio num. 35.

36 Ampl. etiam quod clausula esset posita ad determinandum vnum tantum casum, quia si adsit eadem ratio, refertur ad omnes.

37 Conditio in fine dispositionis posita qualificat totam dispositionem.

38 Determinatio respiciens plura determinabilia, ea debet pariformiter determinare.

39 Verbum *prædictis* repetit ex peculiari sui munere, ac refert omnia præcedentia.

40 Verbum dictis repetit etiam, & demonstrat ad oculum omnia antecedenter expressa.

41 Repetitio fieri nequit nisi cum qualitatibus, & conditionibus præcedentibus.

42 Relatio fieri debet ad expressa in primo legato si contineat dispositionem conditionis in eo conceptæ seu potius in genere significatæ; sed quod fieri debeat ad omnia præcedenter expressa num. 46, & potius ad ea quæ expresse fuerunt ennunciata, quam ad ea quæ tacite subsunt num. 44.

45 Domus appellatione quid veniat?

46 Verba in dispositionibus non debent remanere inutilia, & sine effectu, etiamsi minima.

47 Repetitio oneris inducitur ex coniecturata mēte testatoris. Et ad hunc effectum quatuor adducuntur coniecturæ depromptæ in casu ex Testamento ipsius Testatoris num. 48. 49. 50. & 51.

52 Expensæ aliæ necessariæ, aliæ vtiles, aliæ voluptariæ: & quæ sint singulæ num. 53.

54 Expensa dicitur Voluptaria vbi res melior non consistit, nec redditus augetur.

55 Expensa quando est Voluptaria non repetitur per æstimationem sed tantum per abrasionem.

56 Expensa vtilis neque repetitur per æstimationem ab hærede Fideicommissario, vel à Primogenito alteri restituere grauato, quando melioramentum non est extrinsecum, sed intrinsecum Primogenituræ, & num. 57. & 58.

59 Æstimatio melioramentorũ quatenus ipsa repetantur fieri debet nō inspecto tempore meliorationis, sed tempore restitutionis rei melioratæ.

60 Et in repetitione melioramentorũ semper attendi debet quod minus est.



RATIOCINIVM LXXXII.

Ianuen. Primogenituræ.



Archio olim Bonifacius de Campegijs in suo, cum quo decessit testamento inter cetera hec disposuit. Item legauit M. Bonanenturæ eius filio primogenito domum cum pertinentijs positam Boniniæ in Platea de Campegijs sub suis confinibus, & domum cum villa, prato magno, & pertinentijs positam extra portam S. Felicis sub suis confinibus, in quibus ipse D. Testator habitat, cum vinculis, & obligationibus infrascriptis, & sic etiam legauit omnia arnisia, supellectilia, vestes, aurea, argentea, & iocalia, & omnia alia existentia in dictis Domibus tempore suę mortis, cum conditione, quod M. Sigismundus alter eius filius possit in eis stare, & habitare, & dictis bonis, ac alijs vti, & frui pro vsu suo, & familiæ in societate dicti M. Bonauenturæ per annos duodecim sequuturos à morte ipsius D. Testatoris, & in fine dictorum annorum decem teneatur idem M. Bonauentura soluere dicto M. Sigismundo scuta duodecim mille auri Italię in auro, & quatenus durantibus dictis annis duodecim dictus M. Bonauentura nollet, quod dictus M. Sigismundus staret, vel dictus M. Sigismundus nollet stare, & frui vt supra, teneatur dictus M. Bonauentura soluere statim dicto M. Sigismundo dicta scuta duodecim mille auri Italiæ in auro, cum conditione, quod si dictus M. Bonauentura requisitus ad faciendam dictam solutionem non fecerit eam, saltem intra bimestre à dicta

requi-

requisitione, teneatur soluere eidem M. Sigismundo loco dictorum scutorum duodecim mille scuta sexdecim mille auri Italiæ in auro; quod si solutionem prædictam non fecerit intra annum à dicta requisitione, loco dictorum duodecim, seu sexdecim milliũ teneatur soluere scuta viginti duo millia auri Italiæ in auro, prout sic talibus respectiue casibus legauit, & ordinauit. Conditiones autem, & vincula sub quibus dictæ domus cũ prædictis vt supra legatæ fuerunt, sunt hæc, videlicet quod dictæ Domus nullo vnquam tempore vendi, alienari, seu obligari possint neq; voluntariè, neq; necessariò, neq; aliquis creditor ratione dotium, & quantumcumque aliter priuilegiatus possit in eis solutionem consequi, sed post mortem dicti M. Bonauenturæ perueniãt ad eius primogenitum masculum legitimum, & naturalem, & sic successiuè de primogenito masculo in primogenitum masculum legitimum, & naturalem per lineam masculinam legitimam, & naturalem dicti M. Bonauenturæ; & quatenus dictus M. Bonauentura decederet sine dictis filijs, seu descendentibus masculis vt supra, vel si dicta linea masculina deficeret, possit dictus M. Sigismundus alter eius filius, & seu eius primogenitus masculus legitimus, & naturalis per lineam masculinam, & naturalem habere dictas domos cum prædictis pro scutis sexdecim millibus auri Italiæ in auro per eum soluendis hæredibus dicti M. Bonauenturę, seu vltimi masculi successoris vt supra possessoris dictorum bonorum; quæ quidem domus tali casu remaneant dicto M. Sigismundo, & eius primogenito masculo legitimo, & naturali per lineam masculinã legitimam, & naturalem cum eisdem obligationibus, & vinculis, de quibus supra; deficiente verò dicto M. Sigismundo sine masculis vt supra, seu deficiente dicta eius linea masculina possit Comes Ferdinandus frater dicti D. Testatoris, & seu eius primogenitus masculus legitimus, & naturalis per lineam masculinam legitimam, & naturalem habere dicta bona pro eodem pretio scutorum sexdecim milliũ per eum soluendorum hæredi vltimi primogeniti, seu possessoris dictorum bonorum; quo casu perueniant ad eum cum eisdem vinculis, & obligationibus, quod non possint vendi, alienari, neq; obligari, & quod peruenire debeant de primogenito masculo legitimo, & naturali per lineam masculinam legitimam, & naturalem ex dicto Comite Ferdinando quousque ad fuerint. Declarato, quod in quocumq; casu, in quo admittitur dictus primogenitus ad capiendum dicta bona pro dicto pretio scutorum sexdecim millium si promogenitus nõ vellet bona prædicta habere, possit sequens in ordine ex prædictis vocatis illa accipere, & sic successiuę iuxta ordinem, & gradum.

Ex lectura igitur huiusmodi Prælegati in causam primogeniturę scripti, in dubium reuocari contingit, numquid Aurea, Argentea, Iocalia, suppellectilia, omniaq; alia in domibus existentia tempore mortis D. Testatoris, de quibus etiam fuit factum Prælegatum, sint ęquè prohibita alienari, veniantque sub onere eiusdem primogeniturę?

Deinde

Deinde purificatio istius primogenituræ ad fauorem vocatorum alteram præbuit occasionem inquirendi, An, & quæ impensæ essent reficiendę hæredi grauato pro prætensis melioramentis, & de quo tempore hæ forent æstimandæ? Ego verò maxima iussus benignitate meam super vtroq; articulo proferre sententiam; quoad primum attinet, non repetam hic, quæ alibi à Doctoribus in hac coniecturali materia fusè non minus, quàm confuse traduntur, sed per inconcussas Iuris regulas eò propiùs punctum pertingere exoptans, quò velocius videatur obsequiũ, curabo, ne obscurus fiam, dum breuis esse laboro.

Pono itaq; pro constanti prædicta omnia mobilia subiacere de iure ijsdẽ vinculis, & obligationibus, quibus Villa, Domus, earumq; appendices

1 fuerunt suppositæ. Quod quidem naturalis, & scripta ratio dictat; postulat identitas rationis, & verosimilis determinat mens Testatoris, vt inquit *Peregrin. de fideic. artic.* 16. *n.* 10.

2 Et probatur primo ex eo, quod prædicta omnia mobilia non fuerunt relicta sub titulo vniuersalis institutionis, sed sub particulari titulo primogenituræ; igitur de eis ita disponere voluit Testator, vt perpetuò parata essent, & stare deberent in commodum, & decorem primogenituræ, quam institutam voluit pro splendore familiæ, & ad conseruandam agnatio-

3 nem; igitur eisdem legibus stare debent, quibus subiacet ipsamet primogenitura ad tradita per *Surd. conf.* 241. *n.* 14. *Ciriac. controu.* 312. *n.* 2. *Rot. coram Card. Seraph. decis.* 459. *n.* 2. & *part.* 2. *diuers. decis.* 191. *nu.* 2. & his relatis fuit dictum in *Rom. primogenituræ 7. Maij 1657. coram bon. mem. Dunoz.* quæ est inter eius impress. *decis.* 996. *num.* 8. Ex quibus

4 cum habeamus prælegatum Domorum, ac prælegatum mobilium, etsi à repetito verbo *legauit*, vnumquodque regatur, idem tamen, ac vnum esse interse, vt quæ ab eodem legante eidem legatario, & in eadem verborum periodo, ac in eamdem primogenituræ causam scripta videantur, vt litteraliter dignoscitur ex tota serie ipsius dispositionis, necessariò sequitur in hac re constare etiam de expressa voluntate ipsius Testatoris, quæ

5 propterea seruanda est *Mantic. de con. iect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 3. *nu.* 5. *Rot. coram Seraph. decis.* 1472. *nu.* 1. *vers. vnde*, & *part.* 12. *recent. decis.* 415. *nu.* 14. Cùm totum efficiat in

6 vltimis actibus §. *disponat authent. de nupt. l. cum quæstio in fin. C. de leg. Peregr. cons.* 43. *nu.* 3. & 5. & *de fideic. art.* 25. *num.*

7 Confirmatur secundo; quia de iure regulare est, quod qualitas primæ dispositioni adiecta influat etiam in sequentes, veluti eadem ratione, & locutionis periodo copulatas *Tex. in l. Titio ff. de verb. obligat. Ancharan. cons.* 361. *sub n.* 2. *Bald. cons.* 17. *n.* 2. *lib.* 2. quos refert, & sequitur *Rot. part.* 2. *recent. decis.* 453. *nu.* 8. *Gratian. discept.* 773. *n.* 28. & 29. *Fusar. de substit. q.* 450. *n.* 1. *Peregr. de fideic. art.* 16. *n.* 58. & *art.* 25. *n.* 34. quos sequitur eadem *Rot. in dict. decis.* 996. *num.* 7. *inter impress. coram Dunoz.*

8 Ad quod facit etiam *tex. in l. quæsitum ff. de leg.* 3. vbi legatum in medio dispo-

dispositionis scriptum regulatur, & declaratur secundum formam, & cõditionem præcedentis, & subsequentis.

Comprobatur tertiò, quia dato etiam, & non concesso, quod de præ-
9 legato mobilium separatim à legato Domorum foret loquendum, quippe quod expressum per verbum *legauit* orationis perfectiuum, ab hoc videatur seiunctum, adhuc tamen onus Primogenituræ appositum ipsis Domibus, earumque pertinentijs censebitur de iure repetitum in ipsis mobilibus, si alterum istorum concurrat, scilicet vel aliquod verbum repetitiuum, vel vtrorumq; legatorum orationem ab eodem verbo regi, vel vtraq; pari ratione definiri *tex. singularis in l. seiæ §. Caio, vbi Bart. ff. de fund. instr. l. in repetendis, vbi Socin. & l. si sibi purè ff. de leg. 3. l. cum ita ff. de dot. prælega.* vbi communiter notant *DD., Bald. cons. 153. num. 2. lib. 5. Bero. cons. 32. nu. 8. lib. 2. Gabr. cons. 98. à num. 16. per seqq. vsq; ad num. 23. Pelaez de maiora. par. 2. quæst. 4. nu. 15.* quem cum alijs refert, & sequitur, *Azeued. cons. 6. n. 1. & seqq. Mascard. de probat. conclus. 1265. nu. 31. libr. 3. vbi plures refert, Menoch. de præsumpt. præsumpt. 180. num. 4.*

Quartò augetur argumentum, quia in nostra hypothesi, prædicta requisita quorum etsi alterum sufficeret,
10 omnia tamen simul intercedere videntur. Et primo vtique militat eadem ratio oneris, cum in domibus tùm in mobilibus, cum ad effectum magnificentiç, ac nobilitatis familiç, vtraque in Primogenitura perpetuari
11 expediret de mente Testatoris, *DD. in l. quoties la 1. ff. de fideic. Dec. cons. 481. Grat. cons. 5. n. 19. lib. 1.* quos sequitur *Sebast. Medic. in eius tract. de acq. conser. & omitt. rer. dom. sub n. 37. vers. similiter ex qualitate rerum*, & præcipuè ibi *maxime quæ ad decorem pertinent*. Quo fit, vt propter hanc considerationem identitatis
12 rationis, maximè inducatur de iure oneris repetitio *Rot. d. decis. 996. n. 8. coram Dunoz.* Secundo adeo verum est legatum Domorum, ac lega-
13 tum mobilium vnica oratione complecti, quod immo vnum, & idem esse videntur, etsi ambo seiunctim à verbo *legauit* regantur; attenta enim identitate periodi, legatarij, causæ, perpensisq;, vt mox dicetur, verbis repetitiuis, ipsum verbum *legauit* immediatè replicatum augere potius videtur repetitionem, quam aliquam inducere orationis, ac dispositionis separationem; Quoties siquidem ge-
14 minatur verbum, quod semel expressum, totam regere poterat orationem, id nihil noui addit, sed magis explicitè exprimit, quod erat iam expressum *l. 2. §. si quid autem ff. de vet. iur. emul. Paris. cons. 110. num. 49. vers. prout, & 4. libr. 1.*

Ideoq; dictum verbum *legauit* ge-
15 minatum in eodem dispositionis contextu stat pro vnico verbo, & eumdem producit effectum *Dec. in l. si quis in conscribendo n. 2. C. de pact. Corsett. in tract. de verbo. geminat. vers. 8. Cephal. cons. 94. sub nu. 37. vers. & quamuis hoc pacto lib. 1. per glos.* quam ipse dicit notabilem *in l. si conuenit in verbo nisi ff. de pignorat. act. Roman. cons. 427. sub nu. 3.* vbi alia concordantia refert *Add., Paris. cons.*

cons. 71. sub n. 20. vers. nec obstabit
lib. 1. Honded. cons. 64. n. 34. lib. 2.
Tertio denique non vnum, sed plura
se se offerunt consideranda verba con-
nexiua, & repetitiua in nostra facti
specie. Pondero enim primo dictio-
16 nem *ET*, ibi. *Et sic etiam omniaar-
nisia, &c.*, quæ est coniunctiua, &
copulatiua præcedentium *l. si quis ita
stipulatus ff. de verbo oblig. l. si hæredi*
17 *plures ff. de condit. instit.* copulatq;
æqualiter ita, vt idem sit de vno, quod
de altero ex copulatis *l. si mihi, & Ti-
tio ff. de verb. signific. & in l. reos* §.
*cum in tabulis ff. de duob. reis Paris.
cons. 95. n. 6. lib. 1. Menoch. cons.
56. n. 95. Thesaur. Pedemon. decis.*
189. n. 1. repetitq; præcedentes con-
18 ditiones *l. à filio* §. *Testator vbi Bart.
ff. de alim. & cibar. legat. l. Seia* §.
*Caio, vbi idem Bart. ff. de fund. instr.
l. arma in princ. iuncta glos. ff. de con-
dit. & demonstr. Surd. cons.* 200. n.
27. *Gratian. discept. cap.* 147. n. 16.
Crauett. cons. 983. n. 43. quem etiam
sequitur *Peregrin. dict. art.* 16. n. 23.
19 Et in puncto, quod repetat in sequen-
ti legato qualitatem adiectam in pri-
mo firmant *ex Bart. in l. fin.* §. *cui dul-
cia ff. de tritico, vino, oleoque legato.
Azeued. dict. cons.* 6. nu. 5. & *Ias.*
omnino videndus *cons.* 228. nu. 12.
& 13. *Peregr. de fideicom. artic.* 16.
num. 29. & *seqq.*

Pondero secundo hanc vocem *sic*
vt quæ modum designet, videlicet
20 tali pacto *l. 2. ff. de condit. videbit.
Alberic. in Dict. in ver. sic Ias. dicto
cons.* 228. n. 12. quem refert etiam,
& sequitur *Rot. par. 2. diuersor. decis.*
128. n. 4. repetat formam, & quali-
21 tatem præcedentis dispositionis *Me-
noch. cons.* 1040. *Rot. decis.* 455. n.
10. *par.* 1. *recent.* & *decis.* 432. nu.
22 6. & *decis.* 687. n. 9. *par.* 2. Decla-
retq; qualitates, & conditiones iam
expressas *Honded. cons.* 64. n. 7. *lib.*
2. *Rot. d. decis.* 128. n. 4. *par. diuers.*
& iuncta cum præcedenti copula &
23 sit etiam implicatiua onerum præce-
dentium *Cened. pract. quæst. libr.* 1.
q. 21. n. 17. *Honded. cons.* 64. n. 7.
& 40. *lib.* 2. *Rot. dicta decis.* 128.
nu. 4. *dicta par. 2. diuerso.* Et his re-
latis fuit dictum *in d. Rom. primoge-
nituræ coram Dunoz. in ordine decis.*
996. n. 9.
24 Tertiò demũ cõsidero significationẽ
illius verbi *etiã*, eiusq; energiam; cum
propriè importet repetitionem, ac
extensionem conditionum, & onerũ
præcedentium in sequentem dispoſi-
tionem. *Aretin. in l. is cui bonis ff.
de verbo. oblig., & notat in l. etiam
ff. solut. matrim. & in l. etiam C. si
tut. vel Curat. & in l. qui se patris
C. vnd. liber. Natt. cons.* 476. n.
8. *vin. cons.* 86. n. 4. *lib.* 1. &
cons. 56. n. 19. *Decian. cons.* 17. n.
9. *Peregr. d. art.* 16. *num.* 20. *vbi
alios cumulat Mascard. de probat. con-
clus.* 1265. n. 33.
Ex quibus tribus ponderationibus tam
euidens resultat repetitio oneris fidei-
25 commissi etiam in mobilibus vt
accedente simultaneo concursu præ-
dictarum trium dictionum repetiua-
rum, literalis potius, & expressa vi-
deatur, quàm coniecturalis *ad not. in
l. balista ff. ad Sen. cons. trebell. &
tradunt Bart. in l. scimus C. de agric.
& cens. libr.* 11. & *Decia. dicto cons.*
17. n. 12. & *Mascard. de probat. con-
clus.* 1265. n. 34. & 35.

Quin-

Quintò corroborantur prædicta ex traditis in punctualibus terminis ipsissimi nostri casus ab *Aretin. in l. impossibilis ff. de verb. oblig. & cons. 67. colum. 2. in fin. & a Ruin. cons. 53. n. 2. lib. 2. relat. per Menoch. dicta præsumpt.* 180. *n.* 43. apud quos condi-
26 tio oneris absolutè, & citra aliquam minimam dubitationem censetur repetita, quando in secundo legato cũ dictione & coniungitur dictio *etiam*, vt exempli gratia si Testator dixit, lego Titio fundum si Nauis ex Asia venerit,& etiam lego eidem Domũ. Qui casus in terminis quęstionis idem omninò est cum nostro.

Neque obstat, quod tradit *Bart. in dicta l. in repetendis circa med. &*
27 *in dicta l. Seiæ* §. *Caio.* & sequuntur eius asseclæ, & signanter *Mantic. de coniectu. libr.* 10. *tit.* 6. *n.* 30. & 33. *Castill. quotid. contrvu. iur. libr.* 5. & *de coniect. vlt. vol. cap.* 177. *à num.* 22. *per seqq. Fusar. dicta quæst.* 450. & *Menoch. dicta præsumpt.* 180. *n.* 25. nimirum ita demum induci repetionem oneris si cum dictione copulatiua & concurrat in secundo legato oratio imperfecta; Nam huic obiecto vltro se offert, & doctissime *Castrens.*
28 *cons.* 88. *incipiente viso legato nu. libr.* 1., vbi respondet primò, quod tale assertum est de directo contra expressam dispositionem *Tex. dicta l. in repetendis*, vbi per dictionem connexiuam fit repetitio in secunda dispositione, licèt eius oratio sit perfecta secundo dicit *Bart.* sic vt supra sensisse in casum, quod cum oratione perfecta concurreret sola copula, &, cum multoties continuet solummodò sermonem, & non repetat; vel quando difformitas inesset in dispositione secundi legati. Quorum neutrum militat in nostro casu.

Minus etiam obesse videtur, quod in legato mobilium fuerit apposita alia conditio, vt ibi *cum conditione, quod dictus* M. Sigismundus *alter eius filius possit in eis stare &c.*

29 Quo casu cessare videtur supradicta repetitio oneris prelegato domorum adiecti *l. licèt Imperator ff. de leg.* 1. & notat *glos. in l. sub conditione ff. de hæred. instituen.*; Quia præterquamquod huiusmodi conditio nõ
30 repugnat primæ, neque eam excludit, quin potius eamdem supponit, & confirmat, adhuc tamen respondetur, quod iura prædicta vindicant sibi locum, quando concurrit in dispositione diuersitas personarum, scilicet instituti, & substituti hæredis, contra quem si substitutio pendet ab alia conditione nolunt repeti in substitutum onus instituto iniunctum; At hæc longe distant à nostro casu,
31 cum persona legatarij sit eadem tam in prælegato domorum, quam in prælegato mobilium, & solum quæratur, num onus vni legatorum scriptum intelligatur in alio repetitum? Et in hoc habemus regulam affirmatiuam nedum ex superius firmatis, sed vel etiã in puncto *ex l. auia, & ex l. libertis omnibus ff. de condit. & demonstr.*

32 Vlterius quatenus prædicta quoquo pacto vrgerent in vniuersali institutione; in legatis tamen particularibus fallunt quia in his conditio apposita legatario censetur repetita in substituto, vt est *tex. in l. vnica* §. *pro secundo C. de caduc. tollen.* & notatur per *Bart. in l. sub conditione ff. de hæred. institutuen.*

tuen. & tamen, vt egregiè inquit *Castren. in d. conf.* 88. in persona substituti resultat alia conditio nempe si primus habere noluerit, vel nequiuerit.

33 Sextò inde etiam validius arguitur onus primogenituræ, seu fideicommissi impositum domibus, & ruri comprehendere etiam mobilia, quod ipsa oneris conditio non vtique fuit expressa in prælegato domorum, sed in fine totius dispositionis; Vnde sequitur quod quo modo fuerunt relictæ domus, eodem omninò relicta fuerint mobilia. Hoc enim verè & propriè important verba illa *& sic etiam*: Maximè accedente illo adiectiuo *prædictis*, quod est relatiuum omnium præcedenter expressorum, & eorum demonstratiuum, vt habetur ibi. (Conditiones autem, & vincula cum quibus dictæ domus *cum prædictis*, vt supra legatæ fuerunt, sunt hæc.)

Ex quo in confirmationem præmissorum duo insurgunt fortissima argumenta, quorum vnum deduco ex effectu clausulæ, seu vnicæ determinationis in fine dispositionis positæ; alterum ex importantia, & propria connotatione dictæ vocis *prædictis*.

34 Incontrouertibilis enim iuris est, quod clausula in fine posita refertur regulariter ad omnia præcedentia *l. talis scriptura vbi Bart. & DD. ff. de leg. 1. c. inquisitionis in fine de appell.* maximè quando ad omnia commodè

35 potest referri, vel militat eadem ratio *l. 1. C. de liber. præterit.* Quam regulam in his terminis firmat, & pluribus exornat *Honded. ex gratia videndus conf. 64. à n. 7. per seqq. lib. 2. & n. 36.* ampliat etiam quod clausu-

36 la esset posita ad determinandū vnum tantùm casum; quia nihilominus si adsit eadem ratio refertur ad omnes sequutus in hoc *Menoch. conf.* 130. *n. 6. lib. 2. & alios*, quos allegat. Et

37 in puncto, quod conditio in fine dispositionis posita qualificet totam dispositionem dixere *Ias. in d. l. talis scriptura, Felin. in c. causam colum. 4. vers. secundo limita de rescript. Gabr. de clauf. clauf. 9. Seraph. decis.* 570. *n. 2. & his relatis Rot. decis.* 474. *n. 2. par. 4. tom. 2. recent.*

Quæ conclusio coincidit in hanc aliam, quod vnica determinatio re-

38 spiciens plura determinabilia, ea debet pariformiter determinare *l. cum hoc iure, & l. lucius ff. de vulga. & pupill. l. si legatarius §. fin. ff. de leg. 3. Menoch. conf.* 704. *n.* 46. *Altogr. conf.* 20. *nu.* 5. *Gratian. discept.* 70. *nu.* 39. *Salgad. labyr. credit. par.* 1. *c.* 16. *num.* 70.

Non est minoris releuantiæ ponderatio dicti verbi *prædictis* bis geminati in tota dispositione, immo sæpe repetiti sub verbo *dictorum*, cui sanè nullum munus magis proprium, &

39 peculiare est in oratione, quam repetere, & referre omnia præcedentia *Bart. in l. 1. §. hoc edicto ff. de postulan. & in l. talis scriptura §. fin. ff. de leg. 1. & in l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulg. & pupill. Berou. conf.* 32. *n.* 8. *libr.* 2. *Alciat. respons.* 8. *n.* 36. *libr.* 9. *Abb. conf.* 36. *n.* 1. *Corn. conf.* 101. *libr.* 4. *Decian. conf.* 17. *nu.* 10. *vbi alios refert Rolan. conf.* 34. *num.* 31. *Menoch. conf.* 348. *n.* 41. *Rot. in rec. par.* 1. *decis.* 714. *n.* 3. *& decis.* 644. *num.* 1. *par.* 2. Et de verbo *dictorum*

40 quod sit repetitiuum; & demonstratiuum

tiuum ad oculum omnium, quæ antecedenter fuere expressa plenissimũ perhibent testimonium *Honded. cons. 60. n. 65. & Rot. coram S. Mem. Greg. XV. decis. 495. n.*

Quæ propterea repetitio ad dicta
41 mobilia per præcitatum verbum *prædictis* fieri nequit, nisi cum qualitatibus, conditionibus, & vinculis contentis in onere, quod refertur *l. asserto vbi Bart. & DD. ff. de hæred. instituen.* idem *Bart. in l. 1. §. fin. ff. si fam. furt. fecisse dicatur Natt. cons. 204. nu. 11. & n. 12. Surd. cons. 546. n. 9. Decian. cons. 17. n. 11. Rot. decis. 194. nu. 7. par. 2. rec. & coram Caualer. decis. 94. n. 7. & seq.*

Nec subsistit, quod forte placeret
42 responderi in contrarium; verba scilicet *cum prædictis* in declaratione vinculi apposita referenda esse potius ad Pratum, & rus in primo prælegato enunciata, & vbi conditio iam fuerat concepta licèt remissiuè, & inferius exponenda, quàm ad mobilia in prima oratione comprænsa.

43 Quoniam respondetur; quod cum de iure appellatione domus ruralis veniant etiam pratum, & ipsum rus dictæ domui contingens, & ex prouidentia Testatoris comparatum ad faciendum vnum cum ipsa Domo, & in gratiam amœnioris, & iucundioris habitationis, vt plura iura habemus ad hæc expedita, & signanter *Text. in l. prædijs §. qui domum ff. de leg. 3. Amic. cons. 1. n. 7. vers. & dicit, & nu. 10. vers. vnde, Decian. cons. 15. n. 23. libr. 4. gloss. in l. Olimpico in princ. ff. de seruit. vrban. præd. vbi Bart.* exemplificat in legato domus vxori relicto, sub quo etiam dicit venire hortum ipsius domus; sanè hæc veluti comprænsa, & intrinseca ipsis domibus, nulla maiori indigebant expressione, & propterea tota relatio oriens ex verbis *cum prædictis* collimare debet in sola mobilia, vt quæ in referente nondum expressa, ne
44 alias verba remaneant inutilia, & sine effectu contra *l. si quando ff. de leg. 1.* vbi verba quæq; & si minima posita in dispositionibus intelliguntur semper prolata cum virtute operandi.
45 Quod idem, & de syllaba tradunt *Peregr. cons. 77. nu. 50. lib. 1. Cyriac. controu. 203. nu. 33. Rot. par. 3. recen. decis. 345. n. 3.*

Præterea nulla ratio subest, cur
46 dicta verba restringi debeant tantùm ad Pratum, & Villam; cum sint lata, & apta etiam comprænhendere mobilia, vt post *tex. in l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. & decis. 192. n. 4. par. 7. rec. ratiocinatur Rot. in Rom. seu Florent. Cambiorum 14. Maij 1655. coram Reuerendiss. Beuilaqua vers. quibus verbis.* Imo relatio debet fieri indistinctè ad omnia *l. talis captura 30. §. hanc autem vbi Bart. n. 3. de leg. Rot. coram Merlin. decis. 93. n. 5. & 6. & in recent. decis. 179. n. 12. p. 6.*

Septimo maximum etiam pro cõpræhensione mobilium in dicto onere
47 Primogenituræ insurgit argumentũ ex eo, quod cum expressa voluntate testatoris cumulatur ad huiusmodi effectum etiam coniecturata, & elicita ex eiusdem verbis, quę per se sola sufficeret ad inducendum onus Primogenituræ etiam in mobilibus, quando expressa, & litteralis non concurreret ad *Tex. in l. vnum §. penult. & fin. & in l. cum pater §. cum imperfecta, & in*

l. Titia

l. Titia cum testamento §. *fin. ff. de leg.* 2. *Gozzad. cons.* 102. *n.* 2. *Grat. cons.* 8. *nu.* 9. *cum alijs*, quos pleno calamo effundens refert, & sequitur *Sim. de Pret. de interpret. vltim. volun. lib.* 3. *solut.* 12. *à n.* 1. *per seqq.* cui addo *Gall. de except. in success. tit.* 4. *except.* 24. *num.* 42. *& seqq.*

Prima igitur coniectura desumitur
48 ex coniunctione, & inseparabilitate ipsorum mobilium cũ ipsis domibus; vbicumq; enim Testator disposuit de domibus semper, & ad eiusdem fauorem disposuit de mobilibus. Quod patet tum ex prælegato Domorum scripto M. Bonauenturæ eius Primogenito, cui statim subiecit, & legatum mobilium; tum etiam ex legato habitationis ipsarum Domuum relicto M. Sigismundo alteri filio, in quo etiam legauit vsum mobilium in eis existentium; ex cuius quidem connexitate, & vniformitate dispositionis datur intelligi idem Testator sensisse de mobilibus, quod voluit de domibus *Text. in l.* 3. §. *iudicio contrario ff. de contr. act. tutel. l. proinde ff. ad l. aquil. l. cũ actum ff. de reg. gest. c. translata de constit. & c. praterea de offic. deleg. & c. si quis prabendas* 1. *qu.* 3. *Crauett. cons.* 275. *n.* 5. *Gratian. discept. c.* 851. *n.* 21 *Cassan. in cathal. glor. mun. p.* 4. *considerat.* 32. *vers. sed ratione connexitatis Rot. par.* 6. *rec. decis.* 15. *n.* 3. *Peregr. de de fideic. art.* 45. *n.* 4.

Secunda coniectura oritur ex eo,
49 quod Testator in suis Codicibus semper copulauerit cum ipsis domibus, vtensilia, & mobilia in illis extantia; qui vsus loquendi coniunctiuus in testatore, & copulatiuus prædictorum plurimum etiam attendi debet pro exclusione eorum separationis in dictã suprema eius dispositione ad *l. si seruus plurium* §. *fin. ff. de leg.* 1. *Menoch. cons.* 148. *n.* 14. *libr.* 4. *Decian. cons.* 41 *nu.* 105. *Rot. par.* 4. *recen. tom.* 2. *decis.* 254. *nu.* 24. *& coram Ludouis. decis.* 495. *n.* 8. *& decis.* 544. *n.* 30.

Maxime quod apparere dicitur de voluntate Testatoris quoad vniformẽ oneris adiectionem tam mobilibus, quam domibus, quando in alio loco vniformem scripturam de eis fecit ad tradita per *Surd. de alim. tit.* 2. *q.* 1. *nu.* 16., quem refert, & sequitur *Rot. coram Dunoz. decis.* 82. *n.* 17.

Tertia coniectura inducitur ex af-
50 fectione testatoris erga dicta mobilia non solum ob eorum eximium valorem, sed etiam propter ornamentum, & splendorem, quem illorum medio seruandum, & augendum prænouerat in eius familia ex primogenitura vt supra instituta, vt ad effectum inducendi fideicommissum, eiusq; onus optimè argumentatur ex huiusmodi præsumptione *Rot. coram Buratt. decis.* 168. *n.* 13. *Pen. decis.* 645. *& par.* 4. *recen. decis.* 646. *n.* 8. *tom.* 1., *& in Rom. census, seu Saluiani* 27. *Martij* 1648. *&* 25. *Maij* 1657. *coram Eminentiss. D. Cerro, & in Rom. fideicom.* 23. *Februarij* 1660. *coram Reuerendissimo Taia.*

Octauo demum prædictis omnibus
51 optimi Iuris fundamentis in argumẽtum allatis, quod onus domibus iniunctum protendatur etiam ad mobilia, alia non inutilis ancillatur consideratio ex lectura ipsius dispositionis deprompta. Ex ea quippe videmus, quod Testator facto legato habitationis domorum, & vsus mobilium ad

fauo-

fauorem Mag. Sigismundi per annos duodecim grauauit M. Bonauenturā ad soluendum transactis annis duodecim eidem M. Sigismundo scuta sexdecim millia auri Italiæ in auro in casum, & conditionem, quod scuta duodecim millia similis monetæ requisitus intra duos menses non persoluisset. Voluit deinde, quod eodem pretio scutorum 16000. soluto vltimo hæredi sui primogeniti liceret altero primogenito omnia prædicta bona vindicare ad habendum cum ijsdemmet vinculis, & obligationibus, & sic successiuè in infinitum iuxta ordinē, & gradum præscriptum. Quo fit, vt pretium inuariabiliter à testatore prædefinitum habitationi dictarum domorum, & vsui dictorum mobilium ad primogenitos vt supra transiturorum sensibiliter ostendat ipsa quoque supradicta mobilia venisse sub onere, & obligatione dictæ primogenituræ, vt in simili ad interpretandum, quid venerit in venditione, arguunt ex pretio veluti ex vrgentissima, & efficacissima coniectura, & quam per se satis esse dicunt *Surd. cons. 13. n. 36. & 37. & cons. 376. n. 12. Crauett. cons. 310. nu. 3. Mantic. de tacic. & ambig. lib. 4. tit. 9. n. 8. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 73. num. 1. & per tot. lib. pr. Gratian. discept. 703. n. 10. & seqq., Capyc. latr. decis. 37. n. 8. Rot. coram Gregor. decis. 126. n. 9. vbi Beltram., coram Seraph. decis. 932. n. 13., & in recent. decis. 299. num. 2. par. 5. & in Rom. situs corā Roias 25. Maij 1644. §. in omuem euentum*, quæ inter eius impressas est decis. ....

Quod verò ad aliam attinet inspe-
52 ctionem circa prætensam impensarū refectionem multa non indiget discussione. Cum enim textus *in l. impensæ ff. de verb. signific.* diuidat huiusmodi impensas in tres species nimirū in necessarias, vtiles, & voluptuarias, *vt latè Menoch. de recuper. possess. rem. 13. n. 50. & seqq. Nigr. de except. cap. 8. §. 30. à n. 1. per seqq. Marescott. var. resol. cap. 110. n. 1. & seqq. lib. 2. & passim notant Doctores*, sanè ex quo impensum fuit in constructionem ędificij super antiquum solum, seù plateam Domus Ciuitatis, & in eiusdem maiorem amplitudinem, apertissimè liquet, nos nō versari in consideratione expensarum primæ speciei, nempè necessariarum, & sine quibus res aut
53 perijsset, aut deterior effecta fuisset *l. 1. ff. de impen. dicta l. impensæ ff. de verb. signific. Paul. de Castr. in l. ex duobus sub n. 2. ff. de neg. gest. Peregr. cons. 76. n. 1. lib. 4. & de fideicom. art. 50. num. 1.*

Dubium potius esse potest, num huiusmodi expensæ dicendæ sint vtiles, an verò voluptuariæ? Et verius est incōcreto nostri casus esse voluptuarias, si effectus pensemus; quis enim vtiliter impensum arbitrabitur id; vnde res melior non consistit, redditus non augetur, nec dominus fit locupletior?
54 Certè si quis in ampla Domo ædificet, quod necessarium eidem non est, & quæ sine tali ædificio magnificam præseferebat habitationem, occuperq; occasione similis ædificij situm, & superficiem, in qua construi poterat domus locabilis, & magni redditus, non est dicendus vtiliter impendisse, sed gratia suæ delectationis; & quamuis dici possit domum inde effectam fuisse meliorem, & maioris valoris, ex

quo

quo tamen non erat destinata ad venditionem in ea vtiliter impensum non videtur; maximè quãdo diligens quisque Paterfamilias id facturus nõ fuisset, vt in puncto elegantissime ratiocinantes inferunt *Paul. de Castro in l. ex duobus ff. de neg. gest. Curt. iun. cons. 165. n. 14. vers. præterea Peregr. de fideic. art. 50. n. 44. vers. idem si augerent*. Quo casu de impensis nulla fit repetitio saltem per æstimationem,
55 sed tantum per abrasionem, & subductionem eorum, quæ absq; rei detrimento tolli possunt *l. in fundo §. censuimus vbi Bart. n. 10. ff. de rei vendic. & l. pro voluptuarijs ff. de impens. in reb. dotal. fac. Marescot. var. resol. cap. 111. n. 1. & 2. Menoch. dicto rem. 15. n. 556. Peregr. dicto art. 50. n. 54.*

Sed ponamus in abstracto, quod hæ vtiles sint appellandæ; adhuc in nostra facti specie dubitari potest, num sint reficiendæ, necne?

Etsi enim expendens in re onere fideicommissi grauata repetit vtiles expensas ab hærede in fideicommisso succedente vt per *Tex. in dicta l. domos hæreditarias ff. de leg. 1. tenent Rolan. cons. 28. Corn. cons. 180. n. 4. lib. 4. Bellon. cons. 65. n. 12. Marescot. var. resol. cap. 110. n. 7. lib. 2. & Peregr. dicto art. 50. n. 53.*

Hoc tamen accipiendum est de au-
56 gmento extrinseco, & de melioramẽto maioratui, seu primogenituræ, taliter adiecto, quod per se subsistere possit; quoniam hoc non videtur superadditum, vt sequeretur naturam primogenituræ, & esset paratum in commodiorem vsum, & fruitionem omnium successiuè ad eam vocatorũ; sed vt liberè staret, atque independenter in bonis vltimi possessoris, vt doctissime tradit *Molin. de primogen. Hyspan lib. 1. cap. 26. sub num. 3. & seqq.*

Secus est si melioramentum sit ma-
57 ioratui, vel primogenituræ intrinsecum ita, vt per se stare nequeat, cuiusmodi est seruitus maioratui acquisita, ac ædificium extructum in solo ipsius maioratus; quia tunc spectabit ad maioratum, vel ad primogenituram, eiusque sequetur naturam; vt quod præsumatur factum in gratiam ipsius.

Vnde erit, vt nec expensi æstimatio repetatur, quemadmodum fusè ibi firmat *Molin. sub nu. 15. vers. sed mea sententia*; Nec vim facit, quod ab hærede fideicommissario repeti
58 possit æstimatio ædificij etiam non facta fructuum compensatione, vt tradunt præcitati DD.; quia id bene procedit in simplici fideicommissario, qui rem liberam debet possidere; non autem in eo, qui rem non debet possidere liberam, sed primogenituræ subiectam, & post eum alteri, atque alteri perpetuo cessibilẽ; de hoc enim non loquitur *text. in d. l. domos*, nec sentiunt *præcitati Doctores* cum iustitiæ ratio, ac æquitatis exigat successorem in primogenitura non teneri ad æstimationem prædictarum impensarum, vt quod factæ fuerint in commune bonum ipsius primogenituræ, & ne in repetitione detur processus in infinitum, inter successiue vocatos, vt ibidem aptissimè ratiocinatur *Molin.* plane volens *sub num. 16. vers. illud autem* hoc in casu dari abrasionem, & subductionem eorum, quę sine rei præiudicio abduci possunt

ad

ad *text. in l. fundi ff. de rei vindicat.*

In suppositione demum, quod ex-
55 pensæ sint repetendæ, certissimi Iuris est melioramentorum æstimationẽ faciendam esse tempore relaxationis rei melioratæ non autem tempore meliorationis, spectante augmento pretij, vel diminutione ad meliorantem vsq; in diem reconsignationis *l. domos ff. de leg. 1. vbi Bart. & Ang. nu. 1. & 2. Rolan. cons. 28. n. 13. & 14. lib. 1. Ruin. cons. 38. colum. vlt. Menoch. de recuperan. rem. 15. n. 557. & de arbitr. iud. cas. 258. n. 51. Thesaur. Pedemon. decis. 251. n. 2.*, & alij quorum plenissimum cathalogum enumerans sequitur *Nigr. de except. c. 8. §. 30. à nu. 3. per seqq. Add. Peregr. de fideic. art. 50. nu. 72. Rot. coram Seraph. decis. 898. num. 2.*

Quinimmo in repetendo pretio
60 melioramentorum semper attẽdi debet, quod minus est, vt si plus impensum sit, quam melioratum, considerandum dumtaxat sit, quid fuerit melioratum: Et vice versa attendendum solum sit, quid fuit impensum quando melioratum plus fuit, quam expensum; eaque est ratio, quia nihil amplius deuenit ad eum in quem transit res meliorata *Abb. in c. 1. de restit. in integr. Alciat. cons. 186. nu. 7. Bursatt. cons. 151. n. 4.*, & alij quos abbunde refert, & sectatur *Nigr. de except. c. 8 §. 29. num. 3. & seqq.* quibus subdo *Rot. coram Seraph. decis. 898. n. 1. & decis. 1051. num. 1.*

Ex quibus igitur, &c.

Iacobus Philippus Massola I.C.

LAVS, & GLORIA D. O. M.


SAC. ROT.

OPVSCVLVM
DE
AVGMENTO
MONETÆ;

OPVSCVLVM
DE
AVGMENTO MONETÆ,
Æqua manu ponderato, & breui discusso.

AVTHORE

D. ABB. IACOBO PHILIPPO MASSOLA
IANVENSI I. V. D.



ARGVMENTVM.

INuehitur contra auri execrabilem cupidinem. Monetæ deriuatio, eiusque origo, & formalitates explicantur. Absoluuntur nonnullæ Quæstiones ex frequentioribus, & difficilioribus, quæ super augmento Monetæ quotidiè instituuntur.



DE Augmento Monetæ scribere meditanti, quæ mihi à Forensibus Quæstionibus non inexperto, & vacuo sæpe disceptanda fuerunt, illud vnum vehementer expeto, antequam manum operi admouceã, liceat oculos aperire lachrymis, & ora singultibus, execrando calamitates, & flagitia, quibus exitiabilis Cupido, inuidiosaq; animo-
1 rum Circe, auro, argentoq; personata, vt olim Babylonia meretrix, aurato in
2 poculo *miscens aconita venenis* Tyrannicis suis præstigijs inficit, euertit,
3 extinguit Humanæ Reipublicæ felicitatem. Eo vsque deuenimus, Idolatræ miseri, vt aurum, perditam mundi labem, splendidam luem, vitiosam hirudinem habeamus in amoribus, in oculis, in corde, amatores vnicè luti, posthabito rerum Diuinarum studio, & opũ sempiternarũ cultu, Plutum vel
4 ipsum quærimus apud Plutonem. Aurum nostrorum summa votorum est, Auro inhiamus; aurum sitimus: auro, vt aura vescimur: aurum cupimus, deperimus: auro ardemus, vrimur, conflagramus immoderata libidine, quæ nos transuersùm agit, & agitat, copia magis inopes, quam inopia, Midæ, seù Tantali fabulosiores, & mise-

miserabiliores exemplo; Ac si in auro,
5 communi omnium calculo bona cō-
stituta sint omnia; inquit enim Ly-
ricorum vates *Horat. Epist.* 1.

*Scilicet vxorem cum dote, fidem-
que, & amicos*

*Et genus, & formam Regina pe-
cunia donat*; *omnis enim res*

*Virtus, Fama, Decus, Diuina,
Humanaq; pulchris,*

*Diuitijs parent; quas qui construxe-
rit, ille*

*Clarus erit, fortis, iustus, sapiens,
etiam Rex, & quidquid volet &c.*

Cui sanè non immeritò seculi sui
censor accinebat *Ouid. Fast.* 1.

*In pretio pretium nunc est; dat cen-
sus honores,*

Census amicitias; pauper vbiq; iacet.

Idemq; alibi non parùm ironicè,

*Aurea nunc verè sunt secula; pluri-
mus auro creuit honos &c.*

*Et Alanus de conquest. Nat. num-
mus vincit, nummus regnat, nummus
imperat vniuersis.* Hāc enim verò mū-
di dementati stultitiam, pecuniæq; co-
ronatæ Furiæ regnatricē tyrannidem
6 perspexit Deus *apud Ecclesiasta cap.*
10. enuncians illud, *pecuniæ obediunt
omnia*. En, in quam miseram, &
abiectam seruitutem redigitur animo-
rum libertas? Flexanima res est pe-
cunia, illecebrosa, suauis, magnetica;
sed insidiosa, fascinatrix, perfida: quæ
mendaci splendore vnà oculos simul
perstringit, & mentem.
7 Verum, vt paulò mitius loquamur,
& rem, de qua agimus intra limites
suos consideremus, inficiari non pos-
sumus plures esse vtilitates, & cōmo-
da, quæ in vniuersam Rempublicam
ex vsu nummorum, & pecuniarum
exundant, si non modò ad commer-
cia populorum, ad fœdera Gentium
dissitarum, ad artium perpetuitatem,
ad exercitia virtutum &c., sed præ-
cipuè ad antiquorum Iurisperitorum,
de ijs scribētium sensum aduertamus,
l. si ita 42. *ff. de Fideiuss. l. vinum ff.
si cert. pet. l. datio possessionis §. si per
venditorem ff. de act. empt. l. quoties*
59. *ff. de verb. obligat.*. Ex quibus
8 eruitur pecuniam esse substantiā vni-
uersalem rerum omnium, in quam
omnia humano commercio conuer-
tantur, *l. 2. C. de constit. pecun.*. Et
9 res omnes possidere censetur, quisquis
tenet pecuniam, *l. pecuniæ appella-
tione l. pecuniæ verbo, & l. pecuniæ
nomin. ff. de verb. signific. Bald. in d.*
10 *l. 2. n.* 4. Firmitatem etiam, & Rei-
publicæ perpetuum munimentum pe-
cuniam nuncuparunt *Aemul. l.* 8., &
11 *Plutar. in Cleom.* Nec defuerunt ex
ijs, qui Poetico magis, quam Philo-
sophico more loquuti, aurum quidem
dixerint igniculum solis, eiusq; semen
in terram effusum, reliqua verò pre-
tiosiora metalla siderum guttas, &
lachrymas: Idæas Platonis nonnulli,
ex quibus humanus animus quidquid
boni, pulchri, iucundi, & vtilis au-
spicetur, sibi facilè comparare possit.
12 Quæ, quamuis nimia superstitione
elata, & altiùs supra meritum euecta
auaritiam potiùs damnent, quam præ-
stantiam metallorum exornent; mo-
deratè tamen, & sobriè, & sapienter
dicta videbuntur, & non aliena à Pris-
corum modestia, si nostri æui exagge-
rationibus, delirijs, & blasphemijs
componantur. Maius hac ætate ne-
fas irreligioso corde, & ore concipitur.
Deus immortalis, omnipotens; Bo-

norum

13 norum omnium Author, Largitorq;, thesaurus indeficiens, vena puri boni, cuius diuitiæ inæstimabiles, cuius bonitas infinita, cuius magnitudo interminabilis, inexhauribilis, incomprehensibilis (infandum!) postponitur hodieq; à sordidissimis homuncionibus pecuniolæ, rubricatæ terræ frustulo, fuliginosi Barathri excremento! ita quod ijs sine iniuria exprobrari possit, quod Gentibus de coctilibus, seu conflatilibus Dijs in Epinicio Israelitico dicitur, *Simulacra Gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum*. Hanc informantem esse animam auari
14 hominis, aut assistentem, eiusque spiraculum cordis facili negotio conijcit, qui nouit illud, *anima magis est, vbi amat, quam vbi animat*; & manifestiùs ex eo Christi Domini effato deducitur, *vbi thesaurus tuus, ibi & cor tuum*. Hanc etiam, quis
15 crederet? ausi sunt inuerecundi, & impij Sãctissimæ nostræ Religionis Prophanatores appellare Numen in terris potentissimũ, ex quo, per quod, & in quo sls. omnia patrentur nequissima.

At æquos, & Religiosos attollere paulisper iuuat animos, exclamando cum Poeta *Aeneid. 6.*

O tempora! ò mores!

Heu pietas! heu prisca fides! &c.

Et iterum *ibid. 3. Quid non mortalia*
16 *pectora cogis*

Auri sacra fames!

Nam quot, & quæ piacula, flagitia, sacrilegia, quot, & quas fraudes,
17 præuaricationes, oppressiones, iniquitates non instillat mortalium animis nequissima auri Cupido! Dixit ea semel, & horrendiora fateretur vniuersorum criminum rea, si vt aliquis ingenioso cõmento exposuit in opusculo italicè scripto, & inscripto *la dobla impiccata*, verè ad torturam appenderetur.

Neq; hic mihi mens est contra diuitias inuehi; vt qui Stoicorum numquam probauerim disciplinam, optimèq; nouerim easdem Diuinæ Bene-
18 ficentiæ donum esse temporale, quo, qui ita fruitur, vt opes suas augeri cupiat thesauro pietatis, Cassiodori iudicio, nedum felix censendus est in terris, sed & Beatus; & de huiusmodi fideli diuite, & Religioso mercatore dici potest, quod de Principe Publicanorum scripsit *D. Petrus Grisol.* ibi
19 *quæstum non perdidit, sed mutauit*: & cum eo admiratus *S. Gregor. Nazianz.* exclamat *Epist. 21. ò præclaram negotiationem! qualia contemnentes, qualia accipimus*, & *D. Hieronymus* nobiles alloquens *Epist. 8. ad*
20 *Demetrium*, inquit *vestri Generis est, habere, & calcare Diuitias*; Dico tamen, & verè sentio cum D. Ambros. *hom. lib. 8. in Luc.* quod *Diuitiæ, vt sunt adiumenta bonis, ita sunt impedi-*
21 *mẽta improbis*; & respiciẽs ad malũ vsũ *Ouid.* cecinit *effodiuntur opes irritamẽta malorum*: ad bonum verò vsum intuens *D. Aug. in Psalm. 51. inquit, in Diuite non pecunia, sed auaritia*
22 *damnatur*: Et idem *in Psalm. 121.* consilium præbet, quod *vbi est fundamentum super ædificare debemus; si autem in Cælo est, ad Cælum ædifice-*
23 *mus*; monetque *Sidon. Apollin. Episc.* quod *inter opes quaslibet positi, quæ bona stultis falsò vocantur, si quid agi-*
24 *mus nostrum, si quid habemus alienum est*. Intonatque Spirit. Sanc. per os *Psaltis Psalm. 61. Diuitiæ si affluant,*

25 *nolite cor apponere*; quia vt doctissimè
scripsit *S. Io: Chrisost.* aureum elo-
quentiæ lumen *hom. 40. in Epist. ad*
26 *Cor. aurũ mutat homines in Dæmones*
& rursus *super Matth. hom. 21. Diuitiæ*
27 *molles reddunt homines* & *Hom. 86.*
in Ioan. pecuniarum amator ipsam
naturam ignorat, & *ad Populum An-*
28 *tioch. Hom. 68. Pecuniarum cura,*
29 *animæ morbus est* & *Hom. 65. in Mat-*
th. Pecunia causa moeroris est & ad sen-
30 sum cecinit *Lyricus*

Crescentem sequitur cura Pecu-
niam.

Et *S. Greg. Pap. Hom. 15. in Euãg.*
Luc. cap. 8. Diuitias spinis comparans,
inquit *quis enim mihi vmquam crede-*
31 *ret, si spinas diuitias interpretari vo-*
luissem? maximè cum illæ pungant,
istæ delectent; & tamen spinæ sunt;
quia cogitationum suarum punctioni-
bus mentem lacerant: & cum vsque ad
peccatũ pertrahunt quasi inflicto vul-
nere cruentant. Quas benè hoc in loco
alio Euangelista testante nequaquam
Dominus Diuitias, sed fallaces Diui-
tias appellauit. Et ibidem prosequen-
32 do subdit *Fallaces enim sunt, quæ no-*
biscum diù permanere non possunt: fal-
laces sunt, quæ mentis nostræ inopiam
non expellunt: solæ autem Diuitiæ ve-
33 *ræ sunt, quæ nos diuites virtutibus fa-*
ciunt; Regius verò Propheta somnia,
34 & Cantilenas vocauit mũdanas opes,
dum *Psalm. 75.* dixit *Dormierunt som-*
num suum: & nihil inuenerunt om-
nes viri diuitiarum in manibus suis:
& *Apostolus pr. ad Timoth. 6.* pro-
nunciat alta voce, quod *qui volunt*
35 *Diuites fieri incidunt in tentationem,*
& in laqueum Diaboli. Diuitiæ nam-
que iudicio *D. Ambros. in Psalm. 90.*
serm. 4. Laquei Diaboli sunt, vt etiã
36 Iudas mercator pessimus testatum re-
liquit; auri enim execrabilem cupidi-
tatem, quam in Sacri Collegij frauda-
ta pecunia, quam in loculis sibi quæ-
sitis, quam in Innocentissimo, & Pre-
tiosissimo Redemptoris nostri Sangui-
ne iniquissimè venumdato extinguere
re voluit; impleuit in laqueo, quo
suspensus crepuit medius, & *diffusa*
sunt omnia viscera eius.

Animaduertendum etiam, quod
humanus animus in omnibus, quæ
desiderata consequitur quiescit, læta-
tur, finem ponit, & satiatur, quia vt
37 bene dicitur *amoris, quo res prosequi-*
mur finis est satietas: At in Diuitijs
cumulandis nullus terminus, nulla
38 satietas. Quisquis ijs inhiat tabido
amore corroditur, numquam quiescit,
39 *Desideriorum vir* semper est. Cecinit
enim *Iuu. Sat. 14.*

Crescit amor nummi, quantùm ipsa
pecunia crescit.

Et Lyric. Epist. lib. 1.

40 *Semper Auarus eget.*

Et *Tullius* Romanę Princeps elo-
41 quẽtiæ, *Tã deest Auaro quod habet, quã*
quod nõ habet. Ità est. De auaro nõ mi-
nùs, quam de igne dici potest *Illud*
quartũ insaturabile quod nunquã dicit,
42 *sufficit*, vt dicitur *prouerb. 30.* Quoniã,
& de auaro etiam scribitur *Ecclesiast.*
43 *cap. 5.* quod *Auarus nõ implebitur pe-*
cunia. O pessimum malorum auaritia!
quæ postquam Pauperum exuxit san-
44 guinem; quem etiam in magnificis,
& pretiosis vestibus gerit, vt sentit
Hier. 2. 34. ibi *malis suis inuentus est*
sanguis pauperum & postquam panem
suum *comedit in tenebris, in curis mul-*
tis, & in ærumna, atque tristitia, vt di-

citur

-citur *Ecclesiast. cap.* 5. tandem se suo in auro illaqueat, splendore obcecat diuitijs præfocat.

Auaritiam sui sæculi perstrinxit
45 aculeato calamo *Horat. tum lib.* 3. *Ode* 24. ibi

Intactis opulentior, &c.

Tum lib. 2. ode. 2. Hydropisiæ comparans

Crescit indulgens sibi dirus Hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis, &c.

46 Et contra aurum *Plin. lib.* 33. *cap.* 1 quem refert, & sequitur *Bud. in annot. ad l. 1. ff. de contrah. empt. in princ.*

Minitatur etiam Deus, multis qui-
47 dem in locis Sacræ Scripturæ, sed signanter *Isa. cap.* 5. ibi *væ qui coniungitis Domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci:* & *Ecclesiasticus capit.* 10. definit quod *auaro nihil est scelestius. Quid*
48 *superbis Terra; & cinis? Nihil est iniquius, quam amare pecuniam. Hic enim, & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua proiecit intima sua.*

49 A Mythologis comparatur auarus vrso, dum ore pleno formicas incautè eius linguam, quem putabant mortuum vellicantes absorbet; ipse etenim vt dicitur *psalm. 9. num. 30. Insidiatur, vt rapiat pauperem, rapere pauperem, dum attrahit eum* idcirco, & eius similiter iniqua ars *iusta deluditur arte:*
50 quoniam, vt habet *S. Aug. hom.* 48. *ex* 50. *Rapit ei Fiscus, quod non capit Christus*, & eius momento temporis effluunt facultates, eiusq; illicò cessat intumescentia, & fastigium; dicitur
51 enim *psalmorum* 36. *Vidi impium superexaltatum &c. & transiui: & ecce non erat.*

Nec eius, iustissimo Dei iudicio
52 protenduntur rapinæ ad nepotes, imò nec ad filium, cum scriptum sit Ecclesiast. cap. 5. *Generauit filium, qui in summa egestate erit*, & *Iob.* 20. *Diuitias, quas deuorauit euomet; & de ventre illius extrahet eas Deus.* Nequaquam ad hos diuites extollendæ sunt voces, non gratulandum, non plan-
53 dendū, non inuidendū: quia *Ocyus aura* ex alto diuitiarum in imum decidūt miseriarum. *An tu*, inquit *Eusebius Emiss. hom. de S. Epiph. hunc potentem, & felicem vocas, qui in suam mortem fortis est? Cui prouentuum fallax vmbra præsentium, æternorum congregat causas malorum? quis beatam dixerit in sui iugulum dexteram? quis laudet velocem, ad ardua præcipitia festinantem? quis eius miretur ascensum, quem de summo prospicis esse casurum? An illum felicem vocas, qui gemmato, atque aurato sibi poculo venena miscet?*

Cum igitur pecunia expetenda non
54 sit, nisi ad officia charitatis implenda, & quæri debeat, vt Diuinæ Gloriæ obiectum, vt nostræ salutis instrumentum, vt Dei donum, atque beneficium, & vt pignus nostræ Prædestinationis, vt innuit *D. Augustinus in suis medit.* ibi *si ista terrena diligitis, vt subiecta diligite, vt munera amici, vt beneficia Domini, vt arrham sponsi*, meritò eum hodie omnis ætas, omnisque conditio deliret in auro, &
55 vix inueniri possit, qui sanctorum puerorum imitaturus fidem, & constantiam ad Babylonensem Fornacem statuam aureā Nabucdonosoris adorare recuset; contra hanc animorum insaniam, peruersitatem, libidinem, contra hanc mundi pestem, auri di-

co, insatiabilem cupiditatem inuehendum est, & maledicendum, quæ
56 & si glebarum vilium, excrementiq; terræ, vt loquitur Plinius, vilissimiq; pulueris, qualis est pecunia ad sensum Chrysost. *hom. 24. in epist. ad Cor.* desiderium accendat, amorem tamen Cęlestium bonorum extinguit in corde, ac sensim in Idolorum seruitu-
57 tem pertrahit animæ libertatem. Caueamus ab huiusmodi falsis illecebris, nedum mente, sed etiam lingua, ne radices in animos immittant, quarum sola vmbra fascinare potest mentem, & animam perdere; oblataq; desuper fandi opportunitate, ita recta in Deũ cogitatione loquamur de Monetis, ea-
58 rumq; augmento, bonitate, ac valore, vt in ipsum omnia referantur, veluti in auctorem, à quo *omne datum optimum, & omne donum pefectum*, & in causam, cuius effectus ab eius æterna sapientia, potentia, & bonitate promanant; vbi verò in Reipublicæ, & priuatorum vtilitatem statuendæ sunt iustitiæ lances, meminerimus ex D. Leone Papa serm. 1. de Ieiun. *hominem ideò ad Imaginem Dei conditum, vt imitator esset sui autoris.*
59 Agendum itaque ab homine, etiam hac in re, more penè Diuino, & quemadmodum ipse Deus omnipotens, vt
60 dicitur Sapient. c. 11. *omnia disposuit in numero, pondere, & mensura*, ibique exponit glos. *omnia secundum veritatem, & iudicium, & iustitiam fa-*
61 *cit*; Ita, & qui de hac materia sermonem, vel leges sunt instituturi, loqui,
62 & statuere quantum in eis est studeāt, vt omnia secundum veritatem, iudicium, & iustitiam procedant.

Qua in re incredibile est quantam iustitiam, quantamque solertiam Ro-
63 manum Imperium in omni sua ditione adhibuerit. Commemorat Plin. lib. 33. c. 9. quod in vrbe constituto ædificio magnificentissimo moneta-
64 rum fabricæ apud Iunonis Templum, Magistratuq; Triumuirali creato, quē Funditorum appellabant, de mandato Gratidiani amplissimum gymnasium apertum fuerit, in quo Iuuentus longo tempore prius exerceretur, addiscens experimentorum modum, legesq; probandi æs, aurum, & argentum, quàm ad opus publicæ Fusuræ manus admoueret, ne professorũ imbecillitate monetæ bonitas confunderetur, vel adulteraretur, & fides publica in damnum Populorum fraudaretur.

Habent Dei Optimi Maximi beneficio nostri AEui inclyti Principes
65 non quid addiscant, sed quid hac etiā de re vel ipsos prudentissimos Romanos edoceant; quos equidem postulare non audeo; sed pro eorum clementia, & iustitia erga Populos exorare confidam, quatenus indefesso vigilantiæ oculo prospicere non desistant nummorum officijs, & negocijs, quæ in dies tot commutationibus, alterationibusq; monetarum orbem implicant difficultatibus, & Domos Populorũ
66 implent miserijs. *Oportet* inquit Philosophus lib. 5. Ethic c. 5. *aliquo vno mensurari cuncta*; igitur æternus immutabilis, constans, vt ita dicam, sit in sui valore, & precio Nummus hic vnus, à quo cęteræ species æternam, & inuariabilem protrahant mensuram, & regulam. Fręnetur contrahentium
67 auaritia, quorum aliqui, vt merces proprias vendant, curæ non habent, si

in

in pretium monetæ in dies auctæ numerentur, alij vt minùs Statuto tempore reddant quam acceperunt in mutuo, curant, & solicitant monetarum augmentum. Proscribatur moneta bonitatis imperfectæ, & ponderis inæqualis; aliàs si cum bona, & iusti ponderis concurrat; vnum ex duobus accidere necesse est, aut bonam pretio augeri, aut distrahi.

Prohibeantur etiā numismata aliena, specie diuersa à proprijs; quoniam cum hæc definitum non habeant cursum, & valorem, Populorum astu, & auaritia augentur. Denique in negotijs, contractibus, & solutionibus monetæ suppositariæ vsus sit minor, quā fieri potest; qui enim cambijs studenti, & commodè illam girare possunt, nòn curant an illam excipiant maiori pretio, quam valeat moneta Realis. Quibus occurrens, & prouidens Pruden-
68 tissimus Princeps lætabitur in sui iustitia, in populorum vtilitate, & in proprij Imperij pace, & incolumitate, pro qua Sacro Pietatis Ritu in argumentum gratitudinis easdem supplicationes, & vota ad Deum incessanter effundere pergent Populi, quæ
69 prophana methodo pro Romano Imperio obtulit Lyricus, dum cecinit.

Phœbe, syluarumq; potens Diana
Lucidum Cœli Deus, ò colendi
Semper & culti, date quæ precamur
Tempore Sacro.

Quod si hoc pacto in seruis suis deprecabitur Deus, futurum fore sperandum est, quod idem benignissimus
70 annuat, maioraque statuat beneficia pro vniuscuiusq; Principis æterno Imperio, quam quę pro eodem Romano auspicabatur Poeta æneid. 1.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sine fine dedi. &c.

PRæmitto itaque primò pro notitia terminorū presentis materię numisma in sui significationem tria sortitum
71 fuisse à Latinis propria nomina, pecuniam scilicet, nummum, & monetam, quæ tamen cum idem connotent, & significent, rectè censentur sy-
72 nonima; Pecunia enim denominationem accepit à pecude, siue pecudum nota, quia in prima mundi ætate, qui
73 pecudibus abundabant dicebantur habere maxima pecúlia, & consequenter
74 magnas diuitias; sicque Abraham, & Lot eius frater *Genesis cap. 13.* dicuntur fuisse valdè diuites in possessione auri, & argenti, quia illis fuerunt greges ouium, armenta, & tabernacula: & de potentissimo Iob *cap. 1.* memorans Sacra Scriptura, quod fuit possessio septem millium ouium, infert quod erat vir magnus inter omnes orientales. Quibus ad litteram ancillantur *tex. in c. totum 1. q. 3. & Ouid. fastor.* ibi:

Aut pecus, aut latam diues habebat humum.
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

Et *Columella lib. 6. de re rustica in præf.* ibi *antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima; propterquod*
75 *nomina quoque pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecude:* & Festus exponens verbum *peculatus*, inquit, *idest*
76 *furtum publicum dici cœpit à pecude, tunc cum Romani præter pecudes nihil*
77 *habebant:* Imò, & materiam, quæ pro numismate primò fuit signata, oui-

ouilem fuisse, testatū reliquerunt *Plin. lib.* 15. *c.* 2. *& lib.* 33. *c.* 3. *& Isidor. lib.* 10. *c.* 10.; sed refert etiā aliorū authoritate *Io. de Aquil. de pot. & vs. mon. c.* 3. calculum ouinum vsu fuisse receptum ad tempora vsque, quibus regnare cœpit Numa, qui primò intro-
78 duxit calculum ferreum, & æneum;
79 Nomen vero nummi ab ipso Numa
80 Rege ortum habuisse, & prædicti, & plerique alij autumant, ad exemplum magni illius Ducis Troiani, qui apud
81 Poetam *AEneid. lib.* 3. oppidum in Thracia suo de nomine appellauit; ibi *Aeneadasque meo nomen de nomine fingo*; sed verius est nummum sumpsisse
82 vocabulum à Græco verbo *nomòs*, quod Latinè sonat idem, ac lex, vt quia à lege Principum, & à consensu populorum valorem acceperit, & pretium, vt testatur *Philosoph. lib.* 1. *politic. c.* 6. ibi *Nummus non natura*,
83 *sed lege cōsistit, siquidem ipsi Principes, ipsa Respublica, denique ipsa lex nummum constituit, à qua pretium, & valorem certum habuit; cuiusque libera est potestas nummos semel percussos certa ratione inutiles reddere*, quem sequitur **Bud. in annot. ad l.** 1. **de contrah. empt. vers. de iure enim commerciario.** Monetæ demum nomine ideò vocita-
84 tum fuit numisma, quia secundùm sensum **Isid. lib.** 15. **c.** 17. **Coras. lib.** 3. ***Miscell. c.*** 13. ***n.*** 3. ***& Matt. Hostien. lib.*** 1. ***de re num. c.*** 4. ***Rain. Budell. lib.*** 1. ***c.*** 1. ***n.*** 3. ***Brun. de mon. p.*** 9. ***nu.*** 2. ***& Corazzar. de augum. mon. art.*** 1. ***nu.*** 3. monet signi, signorumque impressione, vel authoris, vel pretij, vel alterius rei: ne qua fraus in metallo committatur, vel respectu qualitatis, vel quantitatis, vel etiam ipsius formæ.

Præmitto secundò monetam, vt appellat materiam diuidi in ordinariā,
85 & extraordinariam; ordinaria consistit in auro, argento, & ære; quia ex his metallis ordinarius est vsus cudendi
86 di laminas apud omnes nationes: extraordinaria dicitur omnis alia, ex qua cudi monetam contingat, præterquā ex auro, argento, & ære; vt verò dicit formam, pretium, & valorem, di-
87 uiditur in corpoream, physicam, realem, & actualem; & in imaginariam, supposititiam, & virtualem.
Prima consistit in laminis, seu cal-
88 culis materialiter, & actualiter cusis, & signatis, cuiusmodi sunt *petia ab octo regalibus*, *Ducatoni*, *Plastre Genuenses*, *Florentinæ*, *& Romanæ*, *Dupla aurea*, *Testoni*, *& sexcenta alia huic similia*. Secunda consistit in intelligētia contrahentium, & in eorum imaginatione, suppositione, & mentali appretiatione, cuiusmodi sunt *libræ solidorum Genuensium*, *& libræ Gallicarum, floreni in Germania, libræ starlinorum in Anglia, & aliæ species assimiles*, quæ & si aliquando actu fuerint in commercio, hodie tamen non sunt nisi per imaginationem, & suppositionem, cuius vigore, & aliarum specierum referunt valorem, & ad illas referuntur. Quæ quidem diuisio coincidit cum illa alia distinguente mone-
89 tam in vsualem, & non vsualem, supponendo pro vsuali eam, quæ verè, & realiter vsu recipitur, & quotidiano commercio subijcitur; & pro non vsuali eam, quæ si verè fuit in cōmercio, hodie tamen actu non est, sed fingitur, & mente subauditur adhuc durare in iisdem terminis qualitatis, & quantitatis pretij, in quibus reperiebatur

tur tum, cum in vsu erat, ita quod partes ad suum totum inuariabiliter correspondeant, scilicet, ad libram Genuensem solidi viginti, quibus constabat, & ad solidum denarij duodecim.

Præmitto tertiò valorem monetæ
90 duplicem communiter adsignari, intrinsecum vnum, qui in quantitate, & illius æstimatione, alterum extrinsecum, qui in substantia, & bonitate materiæ consistit *l. 1. ff. de contrah. empt. Corazzar. de augum. mon. art. 3. num. 16.*

Præmitto vltimò bonitatem, & substantiam monetæ subdiuidi in in-
91 trinsecam, & extrinsecam. Intrinseca, quæ & materialis dici potest à re, cui insidet, & à substantia, qua constat, consistit in ipsa materia, & forma auri, argentique, nitidi, puri, & nulla commixtione confusi, vel adulterati, quæq; etiam secundum concursum prędictarum circumstantiarum appellari potest
92 qualitas *l. 1. ff. de contrah. empt. vt tenet Bud. in annot. add. l. 1. vers. verū quod in principio*: licet deinde huiusmodi bonitas in humanis commercijs attendi magis debeat, secundum vsum,
93 & æstimationem publicam, quam secundum ipsius materiæ valorem, & præstantiam: cum de hac priuatis hominibus iudicare non liceat, *facit tex. in l. fin. cum ibi not. C. de vet. num. pot. lib. 11.* Inquit enim *Couar. de vet. coll. num. c. 7. n. 2.* ponderans Philosophi verba *lib. 5. Ethic c. 5. & lib. 1. Politic. c. 6. Nam si non à natura ipsa, sed à Principe numismata vim, & potestatem accipiunt: ab ipsoque legem*
94 *reuocante inutilia effici possunt, profecto nō tanti æstimatur materia ipsa auri, vel argenti, quanti nummus ipse: enim, si tanti æstimaretur natura ipsa, non lege pretium, & vim nummus haberet*: quæ etiam differentia inter pu-
95 ram materiam, seu massam auri, & materiam ipsam cusam, & characterem præseferentem habetur *in l. 1. §. vltimo & in l. Titiæ ff. de aur. & arg. leg.* vbi I. C. respondet satisfieri legato, si pōdera auri præstentur, vel auri pretium
96 soluatur; per dictionem enim, *vel*, quæ est disiunctiua, & vnum distinguit, & separat ab alio, Barbos. *de appellat. verb. appellat.* 207. *n.* 5. Intelligit I. C. discriminari massam auri ab ipso nummo in hoc, quod in prima exploranda est bonitas ligæ, & sic ar-
97 bitrandus valor, & statuendum pretium; in secundo verò, quod ex publico charactere prædicta bonitas supponatur potius, quam inquiratur, cum iam ex publica æstimatione retulerit bonitatis, & pretij iudicium.

Bonitas verò extrinseca, in quo posita sit facile ab omnibus cognosci potest; data enim cognitione vnius, vel ex correlatiuis, vel ex contrarijs alterum fit manifestum *l. qui accusare*
98 *ff. de accusat. instit. in princ. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris §. furtorum instit. de obligat. ex delicto.* Et breuiter dicimus Bonitatem monetæ extrinsecam nihil aliud esse, quam valorem, quem Princeps, vel vsus
99 publicus in quolibet signato nummo ad rationem pretij, & ponderis prædefiniuit. Vt enim auro, vel alio metallo potestas valendi conceditur, iam non aurum, sed nummus dicitur; quia moneta percussa est, & efformata *l.*
100 *qui falsam ff. ad l. Cornel. de fals.* Vbi verò valendi potestate caret nummus, iam non dicitur nummus, sed pecu-

pecunia, idest talis massa, seù materia *l. eleganter* §. *qui reprobos ff. de pignorat. act.*

Et propterea ad effectum, vt mo-
101 neta extrinsecè bona sit, necesse est quod vnumquodque numisma in sua specie habeat proportionatum pōdus, characterem, publicamq; , & legitimam æstimationē, sine quibus actuari non potest. His ità præmissis.

QVæro primò, nùm debitor librarum, scutorum, florenorum, aut alterius monetæ similis ima-
1 ginariæ teneatur ad augmentum monetæ contingens à die contracti debiti ad diem solutionis; exempli gratia. De tempore contracti debiti dupla aurea expendebatur libris nouem, nunc verò expenditur lib. 17. 6., vtrùm debitor librarum debeat soluere, valutata dupla libris nouem secundùm cursum communem tempore dispositionis, an potius in libr. 17. 6. secundùm valorem modò currentem. Quæstio hæc sanè perdifficilis, acriterque hinc, inde inter DD. agitata, definita remanet in Dominio Serenissimæ Reipublicæ
2 per legem anni 1637., qua decisum habemus augmentum omninò deberi secundùm formam ibidem præscriptam. In terminis verò iuris communis DD. affirmatiuam sententiam se-
3 quuti mouentur pluribus rationibus, & fundamentis; quæ omnia recensere difficile æquè, & otiosum foret; præcipuam tamen vim in eo constituunt, quod augmentum scutorum aureorū, siue argēteorum ex eo procedit, quod monetæ minutæ valor, ex quibus solidi, & ex solidis libræ conflantur, valdè imminutus sit, taliter, vt sicuti olim ad æquandum valorem duplæ nouem libræ sufficiebant, è contra hodiè propter dictarum monetarum deteriorationem lib. 17. 6. necessariæ sint; quo fit vt ad effectum, vt creditori integrè satisfiat solui debeat vel ipsa moneta antiqua, si reperiatur, vel noua secundùm valorem antiquæ, vt docet *Bart. quem sequuntur DD. communiter in l. Paulus n.7. ff. de solut., cum alijs plenè per Surd. conf.* 151. *n.*69. vbi *multos adducit præcipuè Alex. & Socin. atte-
4 stantes hanc esse magis communem, & verissimam sententiam, & cons.* 392. *n.*14. *& cons.*454. *n.*7. *Rot. decis.*159. *n.*1. *&* 2. *par. pr. recen. Greg. decis.* 42.
5 *n.* 6. *&* ibi *Add. nu.* 7. vbi, *quod Rot. perpetuò seruat hanc sententiam.* Quarè cum hodie ad æquandum valorem duplæ nouem libræ ex monetis ærosis currentibus minimè sufficiant, debitor tenetur soluere lib. 17. 6. quæ secundum communem æstimationem conflant verum & iustum valorem duplę, & ita augmentum deberi contendunt.

Verùm ex mea sententia quæstio præsens plus facti, quam iuris habet;
6 quandoquidem, vt in terminis propositi exempli immoremur, ideo aut duplæ valor ascendit ad lib. 17. 6. quia moneta ærosa facta est deterior, & tunc omni iure debetur per Iura supra allegata: aut verò auctus fuit, vel propter auri penuriam, vel quià negotiorum vsus inuehit id genus augmenti, vel ex alia simili causa, vt perpendit *Thes. de augm. mon. par.* 1. *n.*26. *& seq.* & tunc augmentum monetæ minimè debetur, vt tenent *Thes. vbi suprà n.* 56. *Menoch. cons.*49. *n.* 9. *Surd. cons.* 335. *n.*8. *& seq. Crauet. cons.* 836. *n.* 1. *lib.* 5. *Gabr. tit. de solut. concl.* 2.

Mart.

Mart. de iur. cens. cap. 5. num. 70.

Quodq; autem in hoc nostro casu augmentum Aurei nō procedat à mo-
7 netæ minutæ deterioratione, sed ab alia quauis causa ex eo liquet, quia in dies dupla, & aliæ monetæ aureæ, & argenteæ crescunt, & tamen moneta ærosa semper eadem est, ergo augmentum monetarum ex hoc capite mini-
8 mè procedit. Insuper libra conficitur ex 20. solidis, solidi ex den. 12. qui adeò viles, & exigui sunt, vt minimū
9 recipere possint augmentum, sicut minimum patiuntur detrimentum; quod latissimè comprobat *Corazar. de augmento moneta art. 5. & in eius tract. per tot.*

QVæro secundò in suppositione quod Titius soluere debeat libras mille, quas sibi creditas fassus est
1 in tot solidis, aut cabalotis, aut in alijs similibus monetis minutis, vtrū adæquatio istarum monetarum minutarū facienda sit habita ratione, vel ad valorem ipsarum, vel ad scutum argenteū, vel ad aureum; Nam inter hæc maximum inest discrimen, & illatio longè diuersa; quia si facienda est relatio ad valorem monetarum minutarum, de quibus loquitur contractus, cedet in vtilitatem Titij debitoris, cum huiusmodi monetæ vel in nihilo, vel paucissimè fuerint immutatæ, quin imò idem valeant tempore solutionis, quod valebant tempore obligationis; si verò ad scutum argenteum, vertetur vtilitati Caij creditoris, & magis, si ad scutum aureum; Cum istud plus
2 quam argenteum incrementum habuerit. Qua in re, ne longas nectamus lites cum DD., qui multa fusè & confusè etiam deducunt, & nihil ex eis ad propositum concludunt, existimarem eadem æquitate fore hunc articulum decidendum, qua Senatus Pedemōtanus aliam quæstionem huic consimilem expediuit. Ipse namquè consultus, in qua specie monetarum soluendum esset debitum constitutum
3 in monetis minutis, puta in florenis, in solidis, in ærusculis, seù denariolis, respondit pro tertia parte faciendam esse solutionem in scutis argenteis, pro alia tertia in scutis aureis, & pro reliqua in ijsdem monetis minutis; modò deteriorationem à die contractus vsq; ad diem solutionis passæ non fuerint. Fiat eodem modo adæquatio in nostra hypothesi, & adhibito temperamento huiusmodi proportionis ancillabitur æquitati.

QVæro tertiò quid iuris statuendum sit, vbi acciderit monetę mutatio? Peregr. *cons. 13. à n. 3. vsq; ad*
1 *fin. lib. 3.* tenet, quod mutatio bonitatis intrinsecæ monetæ nō obsit quo minùs in eadem specie, & quantitate facienda sit solutio, exemplificans in libris Ianuensibus, quæ, & si priùs calcularentur solidis 23. & hodie dumtaxat 20., nihilominus restituendæ veniunt in eadem quantitate, seu in certa specie, constante eamdem librarum quantitatem, nulla habita consideratione quod monetæ sint diminutæ in bonitate intrinseca, & auctæ in bonitate extrinseca. Sed quod attendi debeat tempus solutionis, non autem tempus contractus, quando variatur va-
2 lor extrincecus placuit, vtpotè verius Rotæ, & quidem passim in eius Decisionibus, sed signanter *decis. 5. n. 4.*

coram Pen. vet. Impress. modò
in moneta vel eadem, vel supposi-
3 ta, & subrogata duret prima bonitas
intrinseca; eratq; ratio quia non debet
considerari mutatio bonitatis extrinse-
cę, quæ consistit in pretio, cum istud,
vel crescat, vel decrescat, semper ce-
4 dere debeat in commodum, vel in-
commodum creditoris. Quod anteà
probauerat Bald. *in l. cum quid in pr.
& 2. lect. circ. fin. ff. si cert. pet.* vbi
sustinet quod aucto valore extrinseco
monetæ certæ speciei v. g. aureorum
facienda sit restitutio in aureis de mo-
neta antiqua, aut de alia noua pro æsti-
matione antiquæ, tempore solutionis.
Ego verò reprobata in hac parte Pe-
regr. sententia, quem tamen in alijs
summè veneror, prædictisq; annuens
5 arbitror non esse recedendum à distin-
ctione, quam tradit Bart. *in d. l. Pau-
lus n. 6. ff. de solut.* & communiter lo-
quuntur DD.; Posito enim ex præ-
missis, quod duplex sit monetæ valor,
vnus extrinsecus, qui in quantitate,
& illius æstimatione consistit, & alius
intrinsecus, qui in substantia, & boni-
tate materiæ radicatur *l. 1. ff. de con-
trah. empt. Corazzar. de augm. mon.
art. 32. n. 16.*; si contingat bonitatem
intrinsecam mutari, vt si moneta fiat
minoris ponderis; & tunc ne vnus ex
cōtrahentibus damnū percipiat, attēdē-
dū est tēpus obligationis; si verò mu-
tatio sequatur in bonitate extrinseca,
& valor monetæ augeatur, vel dimi-
nuatur, vt si scutū argēteū quod tēpo-
re contractus valebat librarū quatuor
ascēderit ad valorē septē, vel decreue-
rit, & redactum fuerit ad libras tres; in
dato casu inspiciendū erit tēpus solu-
tionis, vt præter *Bart. loco cit. Aret.
cons. 11. n. 3. Gabr. de solut. concl. 1. &
& 2.* latè firmauit *Rot. coram S. M.
Greg. d. decis. 42. vbi Add. nu. 7. & p.
1. rec. decis. 597. per tot.*

Nec innuere desino, quod subdi-
6 stingui posset cum alijs allata diuisio
concludendo, deteriorationem ita de-
mùm cedere damno debitoris, si ipse
sit in mora soluendi, ideòq; attenden-
dum esse valorem monetæ de tempo-
re obligationis; At vbi excludi potest
mora, semper attendi debet tempus
solutionis in calculando monetæ valo-
rem; Ita distinguit Petrus Ferrarien.
*in sua prax. Form. resp. in act. hypothec.
gloss. super verbo relaxandum num. 2.
vers. de secundo autem*, latè etiam
Gabr. comm. conclus. tit. de solut., &
libert. conclus. 3. vbi plures refert.

QVæro quartò illatiuè ex prædictis,
nùm in casu retractus rei vendi-
1 tę in certa specie monetę inspi-
ci, & attendi debeat valor monetæ,
qui vigebat tempore factæ venditio-
nis: an verò tempore, quo consangui-
neus, vel vicinus vult retrahere; mul-
toties enim accidit ex interuallo tem-
poris, quod intercedit à tempore ven-
ditionis ad tempus retractus, monetā
in valore augeri pariter, & diminui;
quò circà dubitari iustè potest, an qui
retahit debeat soluere pretium ven-
ditionis constituendo, & regulando
monetæ valorem, vel habito respectu
ad tempus, quo facta est venditio, vel
ad tempus vltimum, quo fit retractus:
& non videtur posse dubitari, quando
pecunia deterior facta sit, decidendum
esse casum cum auctoritate *dicta l.
Paulus ff. de solut.* quasi debeat retra-
hens soluere in eadem specie monetæ

secun-

ſecundùm valorem tempore venditionis, & in hanc partem inclinaſſe videntur *Bart. in d.l. Paulus nu. 6. Spe-*
2 *cul. de oblig. & ſol. §. nunc aliqua verſic. vlt. Bald. in l. acceptam 17. q. C. de vſur. & in l. vlt. in princ. col. 1. verſ. item quæro quid ſi aurei C. comm. de leg.*; Rc tamen aptiùs conſiderata cum diſtinctione huiuſmodi quæſtio à me di-
3 rimitur; Nam, ſi ſpecies monetę, ſub qua fuit conſtitutum pretium venditionis eſt facta deterior in bonitate intrinſeca, quia, ſcilicèt eius materia, ex qua conflatur deterjor ſit, conſtetq; ex auro, vel argento non adeò puro, vel ritè conflato, idq; procedat ex publico Decreto, tunc ſolutio fieri debet in moneta temporis contractus, non autem temporis ſolutionis, etiamſi nulla mora præceſſerit, vel ſaltem debet ſolui illius æſtimatio de tempore contractus: ſecus verò, ſi deterioratio contingeret ex valore, ſeù ęſtimatione communi, non autem in bonitate intrinſeca. Et hanc diſtinctionem firmat *poſt Bart. in dicta l. Paulus nu. 6. Corn. conſ. 109. in princ. lib. 4.* vbi di-
4 cit hanc eſſe cõmunem omnium ſententiam, quem ſequuntur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. n. 27. & Pract. Papien. in dicta forma reſp. lib. in act. hypothec. gloſ. ſuper verbo relaxandum n. 2. verſic. in quo caſu diſtinguitur.*

QVæro quintò in qua moneta facienda ſit ſolutio, ſequuta muta-
1 tione? Reſpondeo, quod cum hoc quæſitum coincidat cum præcedenti, erit cum eadem diſtinctione abſoluendum; aut enim moneta contractus exiſtit, & reperitur in vſu tempore ſolutionis, & non eſt mutata bonitas intrinſeca, & tunc ſoluendum eſt in eadem ſpecie monetæ conuentæ ſecundùm valorem exiſtentem tempo-
2 re ſolutionis, vt ſæpiſſimè voluit *Rot. & præſertim in Rom. octo Zeccarum 20. Iunij 1597. coram Cardinali Lancelloto quæ inter impreſ. poſt Cenc. de Cenſ. in antiq. edit. eſt deciſ. 217. n. 1. & ſeqq. & in Cremonen. Penſionis 21. Iunij 1599. coram Cardinali Mellino in Foroliuien. cenſus 11. Februarij 1602. coram S.M. Ludouiſio, in Aſſien. Penſionis 24. Ianuarij 1607. coram Sacrato, in Mantuana Penſionis 12. Iunij 1617. coram Dunoz. in Rom. dotis 9. Decembris 1613. coram Cocc. & in Placent. Vicariæ 10. Ianuarij 1620. coram Remboldo, quæ fuit confirmata 17. Iunij anno eodem, & fuit dictum in Rec. p. 4. T. 2. deciſ. 42. n. 1. & p. 8. deciſ. 6. n. 2.*; Aut fuit mutata bonitas intrinſeca monetę contractus;
3 & in hoc caſu ſolui debet de moneta currenti tempore ſolutionis, præuia æſtimatione valoris monetę, quę in contractu interceſſit *Rot. d. deciſ. 217. n. 1. & deciſ. 218. nu. 1. & deciſ. 221. n. 5. poſt eumdem Cenc. de cenſ.*

QVæro ſextò quid ſi moneta conuenta, vel non extet, vel rariſſimè
1 inueniatur? Reſpondeo quòd debitor faciet ſatis ſuo creditori, ſi ſoluat in moneta æquiualenti facta æſtimatione, vt *de ducato auri de Cameræ,*
2 ex opinione ferè omnium antiquorũ & Recẽtiorum dixiſſe *Socin. Iun. conſ. 101. in princ. lib. 3.* refert cum alijs ſectando *Rot. in Acherunt. fructuum*

6 vel donantis, vel aliorum donantium
in eamdem cauſam Barbat. in c. iudi-
cante de teſtam. Bald. nouell. de dote
p.6. priuil.73. cum alijs per Tiraquel.
de priuil. pie cauſæ priuil. 25. ſic ex
7 qualitate monetæ, in qua extare expri-
primitur redditus dotis interpretatur
qualitas monetæ capitalis ipſius dotis
Barboſ.in Sum. Apoſtolic. deciſ.collect.
553.num.10.

Vndè quemadmodum in dubio
cauſæ, in quam fuerit ſolutum in eam
8 videtur ceſſiſſe ſolutio, cuius quantita-
ti congruit quantitas ſoluta Aym.conſ.
149.nu.5. Menoch.de præſumpt.lib.3.
præſumpt.139.n.18.& Rot. apud Se-
raph.deciſ.600.n.4.& deciſ.643.n.5.
& p.4.t.3.rec. deciſ.507. num.4. cum
alijs in Piſauren.pecuniaria 29. Aprilis
1661.§.nam debet coram R.P.D.Prio-
lo; Ita etiam ex congruentijs obſeruan-
tiæ ſubſequutæ argui poterit ad certi-
9 tudinem ſpeciei; ſemper enim tenen-
da eſt obſeruantia interpretatiua, etiam
10 quod alius intellectus videretur verior
l. ſi de interpret. ff. de ll. Abb. in c.cum
dilectus n. 7. de conſuetudine Viuian.
de iure patron.lib.4. c.1. nu 64. Socin.
conſ.145.n.2. lib.1. Honded. conſ.92.
n.30.lib.1. Rot. coram Eminentiſs. D.
meo Otthobono deciſ.165.n.19. & 20.
coram Buratt.deciſ.944.num.6. coram
Ludouiſ.deciſ.184.n.8.& p.2.diuerſ.
deciſ.356.n.6.& in rec.p.2.deciſ.608
nu.5.& 6. & p.7.deciſ.14. nu.4. cum
alijs relatis in Barchinonen. alimento-
rum coram Dunoz. 31. Maij 1655. §.
quæ omnia, & in Barbaſtren. decima-
rum 7. Maij 1660. coram Alberg. §.
indè tollitur, quæ inter hic impreſſ. eſt
deciſ.37. n.4. & ratio potiſſima ea eſt,
quia talis intelligitur fuiſſe moneta
11 promiſſa, qualis in ſolutionibus fuit
ſine contradictione præſtita l. Iulianus
§. proinde ff. ad Macedon. l. ſi certis
annis C. de pactis c. olim cauſam; & ibi
gloſ. extr. de cenſ. Grat. conſ.12. nu.16.
lib.1. Surd. conſ.335. nu.26. Menoch.
conſ.49.n.20.lib.1. Corn. conſ.181. n.
73. lib.2. Barboſ. in collect. ad dictum
C. olim cauſam nu.2. Brun. in tract. de
augm. mon. quæſt.12. Tondut. Sanleg.
quæſt. & reſolut. ciuil. p.1.c.6.nu.6. &
ſeqq. & n.35. vbi quod per lapſum 40
annorum inducatur præſcriptio etiam
contra Eccleſiam.

Immo tanta eſt vis huiuſmodi ob-
ſeruantiæ, vt dato etiam quod obliga-
tio monetæ expreſſæ attendi deberet
in maiori quantitate ad tempus ſolu-
12 tionis, nihilominus tamen dicendum
erit quod concurrente in contrarium
longæua obſeruantia fuerit remiſſum
ius percipiendi maiorem ſummam.
13 Tex. eſt in l. aduerſus C. de vſur. &
in terminis cenſus per ſolam obſeruan-
tiam annorum 27. dixit Rot. in Rom.
cenſus 13. Iunij 1663. coram R.P.D.
Priolo referens Leotar. de vſur. quæſt.
92.n.24.& Capyc. latr. deciſ.27.nu.8.
lib. 1. Sed Doctrina Rotæ quoad ob-
ſeruantiam per annos 27. non ſemper
eſt tenenda, ſed ſolùm quando dubia
14 eſt ſpecies monetæ; quia tunc ſufficit
obſeruantia modici temporis, vt con-
ſuluerunt Gabr. conſ.164.n.8. lib.1. &
Surd. conſ.335. n.28. lib.3. Vbi verò
moneta erat expreſſa, & certa non re-
ceditur à ſpecie certa, niſi per obſer-
uantiam 40. annorum in contrarium,
15 ſi agitur contra Eccleſiam, ſi verò cõ-
tra alios per obſeruantiam annorum
30. Purpurat. in l. cum quid nu.73. ff.
ſi cert. pet. Curt. iun. conſ.24.n.7. verſ.
ſed

sed quod fortius Bald.cons.finali lib.1. caque est ratio, quia tunc ob lapsum
16 dictorum temporum talis insurgit iuris præsumptio, vt habeat vim contractus, conuentionis, & veritatis *Surd. dicto cons.335.n.29.*

Nec in contrarium argumentũ trahi
17 queunt tradita per eamdem, *Rot. coram Eminentiss. D. meo Card. Celso in Romana societ.officij 26.Iunij 1652 §. minus facit*, quia debent intelligi de tacito recessu à pactis respicientibus substantiam primi contractus, non autem modum soluendi, pro cuius interpretatione in dubio vltrò sufficere huiusmodi obseruantiam definit ibidem *Rot.allegans Cagnol. in l. lecta n.147. vers.ad tertium ff.si cert.pet.Seraph.decis.599. nu.6. & plures alios, & inter hic impressas decis.93.nu.8.*

Verum tamen est, quod istiusmo-
18 di obseruantia regulariter debet esse proxima *Rot. in rec.p.7.decis.105.nu. 9. & 10. & in Astoricen.seù nullius iurisdictionis 19.Iunij 1654.coram R. P.D.Cerro §. minusuè allegari potest*,
19 licèt quandoque suffragetur etiam remota, vt tenuit *eadem Rot. in dicta*
20 *Barbastren. decimarum*, debetq; probari in casu specifico *Alex. cons.6. per tot. lib. 5. Castren. cons. 340. circ. fin. vers.superest lib.2.Rolan.cons.80. nu. 10.& seqq.lib.1.Rot.decis.264. n.28. p.6.rec.* nec non debet esse continuata,
21 & successiua, ita vt corruat, & inefficax euadat quoties docetur, quod se-
22 mel in contrarium fuerit seruatum *Rot.p.4. rec. decis.455. num.9.* & per
23 actum difformem omninò excludatur *eadem Rot. in Cæsar Aug. Cathedralitatis coram R. P. D. Cerro 10.Decembris 1660.*

QVæro decimò, an attendendus sit quoad speciem monetę locus destinatæ solutionis; an verò lo-
1 cus celebratæ dispositionis, seù contractæ obligationis? quia nonnunquam inter hunc, & illum magnum inest discrimen; Puta, donasti Genuæ mihi centum scuta, quæ mihi soluenda mãdasti Romæ, vel ex redditibus locorum montium, quæ illic habebas, vel ex alijs pecunijs illuc ex tuo patrimonio prouidendis; certum est quod scutum Romanum maioris est valoris, quam scutum Genuæ, vt sic acceptũ, & sine adiuncto; & propterea ex superiùs firmatis *in 7. quæsito* videtur in
2 dubio procedere donatio de scutis Genuensibus, vt quæ minoris valeant, & conueniant loco contractus, vel factæ dispositionis, & de quibus videris intellexisse per ea, quæ tradit *Bart. in l.*
3 *nummus n.1.vers.item dicitur de leg.3. & in l.semper in stipulationibus ff. de reg.iur.& in terminis huiusmodi donationis, & legati Socin. cons.247.nu.5. vers. non obstat lib. 2.* maximè cum æquè etiam sit probabile, quod ignoraueris in vrbe scutum maioris esse
4 valoris, quam sit in Ciuitate Genuæ *c.1.de constit.in 6. l. cunctos populos de Summ.Trinit.& fide Cathol.quam sequitur Socin.dicto cons.247. dicto n.5. vers.præterea cum agamus.*

Nihilominus tamen respondeo, quod à prædictis recedere possumus,
5 quoties verosimilis nobis oritur coniectura, quod donans, vel promittens de moneta intellexerit, quæ vsui est in loco destinatæ solutionis; quia prædicta procedunt non extantibus coniecturis in contrarium; at vbi hæ concur-

co, insatiabilem cupiditatem inuehendum est, & maledicendum, quæ
56 & si glebarum vilium, excrementiq; terræ, vt loquitur Plinius, vilissimiq; pulueris, qualis est pecunia ad sensum Chrysost. *hom. 24. in epist. ad Cor.* desiderium accendat, amorem tamen Cęlestium bonorum extinguit in corde, ac sensim in Idolorum seruitu-
57 tem pertrahit animæ libertatem. Caueamus ab huiusmodi falsis illecebris, nedum mente, sed etiam lingua, ne radices in animos immittant, quarum sola vmbra fascinare potest mentem, & animam perdere; oblataq; desuper fandi opportunitate, ita recta in Deū cogitatione loquamur de Monetis, ea-
58 rumq; augmento, bonitate, ac valore, vt in ipsum omnia referantur, veluti in auctorem, à quo *omne datum optimum, & omne donum pefectum*, & in causam, cuius effectus ab eius æterna sapientia, potentia, & bonitate promanant; vbi verò in Reipublicæ, & priuatorum vtilitatem statuendæ sunt iustitiæ lances, meminerimus ex D. Leone Papa serm. 1. de Ieiun. *hominem ideò ad Imaginem Dei conditum, vt imitator esset sui authoris:*
59 Agendum itaque ab homine, etiam hac in re, more penè Diuino, & quemadmodum ipse Deus omnipotens, vt
60 dicitur Sapient. c. 11. *omnia disposuit in numero, pondere, & mensura*, ibique exponit glos. *omnia secundum veritatem, & iudicium, & iustitiam fa-*
61 *cit*; Ita, & qui de hac materia sermonem, vel leges sunt instituturi, loqui,
62 & statuere quantum in eis est studeāt, vt omnia secundum veritatem, iudicium, & iustitiam procedant.

Qua in re incredibile est quantam iustitiam, quantamque solertiam Ro-
63 manum Imperium in omni sua ditione adhibuerit. Commemorat Plin. lib. 33. c. 9. quod in vrbe constituto ædificio magnificentissimo moneta-
64 rum fabricæ apud Iunonis Templum, Magistratuq; Triumuirali creato, quē Funditorum appellabant, de mandato Gratidiani amplissimum gymnasium apertum fuerit, in quo Iuuentus longo tempore priùs exerceretur, addiscens experimentorum modum, legesq; probandi æs, aurum, & argentum, quàm ad opus publicæ Iusuræ manus admoueret, ne professorū imbecillitate monetæ bonitas confunderetur, vel adulteraretur, & fides publica in damnum Populorum fraudaretur.

Habent Dei Optimi Maximi beneficio nostri AEui inclyti Principes
65 non quid addiscant, sed quid hac etiā de re vel ipsos prudentissimos Romanos edoceant; quos equidem postulare non audeo; sed pro eorum clementia, & iustitia erga Populos exorare confidam, quatenus indefesso vigilantiæ oculo prospicere non desistant nummorum officijs, & negocijs, quæ in dies tot commutationibus, alterationibusq; monetarum orbem implicant dificultatibus, & Domos Populorū
66 implent miserijs. *Oportet* inquit Philosophus lib. 5. Ethic c. 5. *aliquo vno mensurari cuncta*; igitur æternus immutabilis, constans, vt ita dicam, sit in sui valore, & precio Nummus hic vnus, à quo cęteræ species æternam, & inuariabilem protrahant mensuram, & regulam. Frenetur contrahentium
67 auaritia, quorum aliqui, vt merces proprias vendant, curæ non habent, si

in

in pretium monetæ in dies auctæ numerentur, alij vt minùs Statuto tempore reddant quam acceperunt in mutuo, curant, & solicitant monetarum augmentum. Proscribatur moneta bonitatis imperfectæ, & ponderis inæqualis; aliàs si cum bona, & iusti ponderis concurrat, vnum ex duobus accidere necesse est, aut bonam pretio augeri, aut distrahi.

Prohibeantur etiã numismata aliena, specie diuersa à proprijs; quoniam cum hæc definitum non habeant cursum, & valorem, Populorum astu, & auaritia augentur. Denique in negotijs, contractibus, & solutionibus monetæ suppositariæ vsus sit minor, quã fieri potest; qui enim cambijs student, & commodè illam girare possunt, nõ curant an illam excipiant maiori pretio, quam valeat moneta Realis. Quibus occurrens, & prouidens Pruden-
68 tissimus Princeps lætabitur in sui iustitia, in populorum vtilitate, & in proprij Imperij pace, & incolumitate, pro qua Sacro Pietatis Ritu in argumentum gratitudinis easdem supplicationes, & vota ad Deum incessanter effundere pergent Populi, quæ
69 prophana methodo pro Romano Imperio obtulit Lyricus, dum cecinit.

Phœbe, sylvarumq; potens Diana
Lucidum Cæli Deus, ò colendi
Semper & culti, date quę precamur
Tempore Sacro.

Quod si hoc pacto in seruis suis deprecabitur Deus, futurum fore sperandum est, quod idem benignissimus
70 annuat, maioraque statuat beneficia pro vniuscuiusq; Principis æterno Imperio, quam quę pro eodem Romano auspicabatur Poeta æneid. 1.

His ego nec metas rerum, nec tempora pono:
Imperium sinè fine dedi &c.

PRæmitto itaque primò pro notitia terminorũ presentis materię monismam in sui significationem tria sortitum
71 fuisse à Latinis propria nomina, pecuniam scilicet, nummum, & monetam, quæ tamen cum idem connotent, & significent rectè censentur sy-
72 nonima; Pecunia enim denominationem accepit à pecude, siue pecudum nota, quia in prima mundi ætate, qui
73 pecudibus abundabant dicebantur habere maxima peculia, & consequenter
74 magnas diuitias: sicque Abraham, & Lot eius frater *Genesis cap. 13.* dicuntur fuisse valdè diuites in possessione auri, & argenti, quia illis fuerunt greges ouium, armenta, & tabernacula: & de potentissimo Iob *cap. 1.* memorans Sacra Scriptura, quod fuit possessio septem millium ouium, infert quod erat vir magnus inter omnes orientales. Quibus ad litteram ancillantur *tex. in c. totum 1. q. 3. & Ouid. fastor.* ibi:

Aut pecus, aut latam diues habebat humum,
Hinc etiam locuples, hinc ipsa pecunia dicta est.

Et *Columella lib. 6. de re rustica in pref.* ibi *antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima; propterquod*
75 *nomina quoque pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecude*: & Festus exponens verbum *peculatus*, inquit, *idest*
76 *furtum publicum dici cæpit a pecude, tunc cum Romani præter pecudes nihil*
77 *habebant*: Imò, & materiam, quæ pro numismate primò fuit signata,

oui-

ouilem fuisse, testatū reliquerunt *Plin.*
lib. 15. *c.* 2. *& lib.* 33. *c.* 3. *& Isidor. lib.*
10. *c.* 10.; sed refert etiā aliorū autho-
ritate *Io. de Aquil. de pot. & vs. mon.*
c. 3. calculum ouinum in vsu fuisse rece-
ptum ad tempora vsque, quibus re-
gnare cœpit Numa, qui primò intro-
78 duxit calculum ferreum, & aneum;
79 Nomen vero nummi ab ipso Numa
80 Rege ortum habuisse, & prædicti, &
plerique alij autumant, ad exemplum
magni illius Ducis Troiani, qui apud
81 Poetam *AEneid. lib.* 3. oppidum in
Thracia suo de nomine appellauit; ibi
Aeneadasque meo nomen de nomine
fingo; sed verius est nummum sum-
82 psisse vocabulum à Græco verbo *no-*
mòs, quod Latinè sonat idem, ac lex,
vt qui à lege Principum, & à consen-
su populorum valorem acceperit, &
pretium, vt testatur *Philosoph. lib.* 11
politic. c. 6. ibi *Nummus non natura,*
83 *sed lege cōsistit, siquidem ipsi Principes,*
ipsa Respublica, denique ipsa lex num-
mum constituit, à qua pretium, & va-
lorem certum habuit; cuiusque libera est
potestas nummos semel percussos certa
ratione inutiles reddere, quem sequi-
tur ***Bud. in annot. ad l.*** 1. ***de contrah.***
empt. vers. de iure enim commerciario.
Monetæ demum nomine ideò vocita-
84 tum fuit numisma, quia secundùm
sensum *Isid. lib.* 15. *c.* 17. *Coras. lib.* 3.
Miscell. c. 13. *n.* 3. *& Matt. Hostiens.*
lib. 1. *de re num. c.* 4. *Rain. Budell. lib.*
1. *c.* 1. *n.* 3. *Brun. de mon. p.* 9. *nu.* 2. *&*
Corazzar. de augum. mon. art. 1. *nu.* 3.
monet signi, signorumque impressio-
ne, vel authoris, vel pretij, vel alte-
rius rei: ne qua fraus in metallo com-
mittatur, vel respectu qualitatis, vel
quantitatis, vel etiam ipsius formæ.

Præmitto secundò monetam, vt
appellat materiam diuidi in ordinariā,
85 & extraordinariam; ordinaria consi-
stit in auro, argento, & ære; quia ex
his metallis ordinarius est vsus cuden-
86 di laminas apud omnes nationes: ex-
traordinaria dicitur omnis alia, ex qua
cudi monetam contingat, præterquā
ex auro, argento, & ære; vt verò di-
cit formam, pretium, & valorem, di-
87 uiditur in corpoream, physicam, rea-
lem, & actualem; & in imaginariam,
suppositiam, & virtualem.

Prima consistit in laminis, seu cal-
88 culis materialiter, & actualiter cusis,
& signatis, cuiusmodi sunt *petia ab*
octo regalibus, Ducatoni, Plastre, Ge-
nuenses, Florentinæ, & Romanæ, Du-
pla aurea, Testoni, & sexcenta alia his
similia. Secunda consistit in intelligē-
tia contrahentium, & in eorum ima-
ginatione, suppositione, & mentali
appretiatione, cuiusmodi sunt *libre*
solidorum Genuensium, & libre Gal-
liarum, floreni in Germania, libre star-
linorum in Anglia, & aliæ species assi-
miles, quæ & si aliquando actu fuerint
in commercio, hodie tamen non sunt
nisi per imaginationem, & suppositio-
nem, cuius vigore, & aliarum specie-
rum referunt valorem, & ad illas ref-
feruntur. Quæ quidem diuisio coin-
cidit cum illa alia distinguente mone-
89 tam in vsualem, & non vsualem, sup-
ponendo pro vsuali eam, quæ ve-
rè, & realiter vsu recipitur, & quoti-
diano commercio subijcitur; & pro
non vsuali eam, quæ si verè fuit in cō-
mercio, hodie tamen actu non est, sed
fingitur, & mente subanditur adhuc
durare in iisdem terminis qualitatis, &
quantitatis pretij, in quibus reperieba-
tur

tur tum,cum in vsu erat, ita quod partes ad suum totum inuariabiliter correspondeant, scilicet, ad libram Genuensem solidi viginti, quibus constabat, & ad solidum denarij duodecim.

Præmitto tertiò valorem monetæ
90 duplicem communiter adsignari, intrinsecum vnum, qui in quantitate,& illius æstimatione, alterum extrinsecum, qui in substantia, & bonitate materiæ consistit *l. 1. ff. de contrah. empt. Corazzar. de augum.mon. art. 3. num. 16.*

Præmitto vltimò bonitatem, & substantiam monetæ subdiuidi in in-
91 trinsecam, & extrinsecam. Intrinseca, quæ & materialis dici potest à re, cui insidet,& à substantia, qua constat, consistit in ipsa materia, & forma auri, argentique, nitidi, puri, & nulla commixtione confusi,vel adulterati,quæq; etiam secundum concursum prędictarum circumstantiarum appellari potest
92 qualitas *l. 1. ff. de contrah. empt. vt tenet Bud. in annot. add. l. 1. vers. verū quod in principio*: licet deinde huiusmodi bonitas in humanis commercijs attendi magis debeat, secundum vsum,
93 & æstimationem publicam, quam secundum ipsius materiæ valorem, & præstantiam: cum de hac priuatis hominibus iudicare non liceat, *facit tex. in l. fin. cum ibi not. C. de vet. num. pot. lib. 11.*; Inquit enim *Couar. de vet. coll. num. c. 7. n. 2.* ponderans Philosophi verba *lib. 5. Ethic c. 5. & lib. 1. Politic. c. 6. Nam si non à natura ipsa, sed à Principe numismata vim, & potestatem accipiunt: ab ipsoque legem*
94 *reuocante inutilia effici possunt, profectò nō tanti æstimatur materia ipsa auri, vel argenti, quanti nummus ipse: enim, si tanti æstimaretur natura ipsa, non lege pretium, & vim nummus haberet*: quæ etiam differentia inter pu-
95 ram materiam, seu massam auri,& materiam ipsam cusam, & characterem præseferentem habetur *in l. 1. §. vltimo & in l. Titiæ ff. de aur, & arg. leg.* vbi I. C. respondet satisfieri legato, si pōdera auri præstentur, vel auri pretium
96 soluatur; per dictionem enim, *vel*, quæ est disiunctiua, & vnum distinguit, & separat ab alio, Barbos. *de appellat. verb. appellat. 207. n. 5.* Intelligit I. C. discriminari massam auri ab ipso nummo in hoc, quod in prima exploranda est bonitas ligæ, & sic ar-
97 bitrandus valor, & statuendum pretium; in secundo verò, quod ex publico charactere prædicta bonitas supponatur potius, quam inquiratur, cum iam ex publica æstimatione retulerit bonitatis, & pretij iudicium.

Bonitas verò extrinseca, in quo posita sit facile ab omnibus cognosci potest; data enim cognitione vnius, vel ex correlatiuis, vel ex contrarijs alterum fit manifestum *l. qui accusare*
98 *ff. de accusat. instit. in princ. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris §. furtorum instit. de oblig. ex delicto.* Et breuiter dicimus Bonitatem monetæ extrinsecam nihil aliud esse, quam valorem, quem Princeps, vel vsus
99 publicus in quolibet signato nummo ad rationem pretij, & ponderis prædefiniuit. Vt enim auro, vel alio metallo potestas valendi conceditur, iam non aurum, sed nummus dicitur; quia moneta percussa est, & efformata *l.*
100 *qui falsam ff. ad l. Cornel. de fals.* Vbi verò valendi potestate caret nummus, iam non dicitur nummus, sed pecu-

pecunia, idest talis massa, seù materia *l. eleganter* §. *qui reprobos ff. de pignorat. act.*

Et propterea ad effectum, vt mo-
101 neta extrinsecè bona sit, necesse est quod vnumquodque numisma in sua specie habeat proportionatum pōdus, characterem, publicamq; , & legitimam æstimationē, sine quibus actuari non potest. His ità præmissis.

QVæro primò, nùm debitor librarum, scutorum, florenorum, aut alterius monetæ similis ima-
1 ginariæ teneatur ad augmentum monetæ contingens à die contracti debiti ad diem solutionis; exempli gratia. De tempore contracti debiti dupla aurea expendebatur libris nouem, nunc verò expenditur lib. 17. 6., vtrùm debitor librarum debeat soluere, valutata dupla libris nouem secundùm cursum communem tempore dispositionis, an potius in libr. 17. 6. secundùm valorem modò currentem. Quæstio hæc sanè perdifficilis, acriterque hinc, inde inter DD. agitata, definita remanet in Dominio Serenissimæ Reipublicæ
2 per legem anni 1637., qua decisum habemus augmentum omninò deberi secundùm formam ibidem præscriptam. In terminis verò iuris communis DD. affirmatiuam sententiam se-
3 quuti mouentur pluribus rationibus, & fundamentis; quæ omnia recensere difficile æquè, & otiosum foret; præcipuam tamen vim in eo constituunt, quod augmentum scutorum aureorū, siue argēteorum ex eo procedit, quod monetæ minutæ valor, ex quibus solidi, & ex solidis libræ conflantur valdè imminutus sit, taliter, vt sicuti olim ad æquandum valorem duplæ nouem libræ sufficiebant, è contra hodiè propter dictarum monetarum deteriorationem lib. 17. 6. necessariæ sint; quo fit vt ad effectum, vt creditori integrè satisfiat solui debeat vel ipsa moneta antiqua, si reperiatur, vel noua secundùm valorem antiquæ, vt docet *Bart. quem sequuntur DD. communiter in l. Paulus n. 7. ff. de solut., cum alijs plenè per Surd. cons. 151. n. 69.* vbi *multos adducit præcipuè Alex. & Socin. attestantes hanc esse magis communem, &*
4 *verissimam sententiam, & cons. 392. n. 14. & cons. 454. n. 7. Rot. decis. 159. n. 1. & 2. par. pr. recen. Greg. decis. 42.*
5 *n. 6. &* ibi *Add. nu. 7.* vbi, *quod Rot. perpetuò seruat hanc sententiam.* Quarè cum hodie ad æquandum valorem duplæ nouem libræ ex monetis ærosis currentibus minimè sufficiant, debitor tenetur soluere lib. 17. 6. quæ secundum communem æstimationem conflant verum & iustum valorem duplę, & ita augmentum deberi contendunt.

Verùm ex mea sententia quæstio præsens plus facti, quam iuris habet;
6 quandoquidem, vt in terminis propositi exempli immoremur, ideo aut duplæ valor ascendit ad lib. 17. 6. quia moneta ærosa facta est deterior, & tunc omni iure debetur per Iura supra allegata: aut verò auctus fuit, vel propter auri penuriam, vel quia negotiorum vsus inuehit id genus augmenti, vel ex alia simili causa, vt perpendit *Thes. de augm. mon. par. 1. n. 26. & seq.* & tunc augmentum monetæ minimè debetur, vt tenent *Thes. vbi suprà n. 56. Menoch. cons. 49. n. 9. Surd. cons. 335. n. 8. & seq. Crauet. cons. 836. n. 1. lib. 5. Gabr. tit. de solut. concl. 2.*

Mart.

Mart. de iur. cens. cap. 5. num. 70.

Quodq; autem in hoc nostro casu augmentum Aurei nõ procedat à mo-
7 netæ minutæ deterioratione, sed ab alia quauis causa ex eo liquet, quia in dies dupla, & aliæ monetæ aureæ, & argenteæ crescunt, & tamen moneta ærosa semper eadem est, ergo augmentum monetarum ex hoc capite mini-
8 mè procedit. Insuper libra conficitur ex 20. solidis, solidi ex den. 12. qui adeò viles, & exigui sunt, vt minimũ
9 recipere possint augmentum, sicut minimum patiuntur detrimentum; quod latissimè comprobat *Couazar. de augmento moneta art. 5. & in eius tract. per tot.*

QVæro secundò in suppositione quod Titius soluere debeat libras mille, quas sibi creditas fassus est
1 in tot solidis, aut cabalotis, aut in alijs similibus monetis minutis, vtrũ adæquatio istarum monetarum minutarũ facienda sit habita ratione, vel ad valorem ipsarum, vel ad scutum argenteũ, vel ad aureum; Nam inter hæc maximum inest discrimen, & illatio longè diuersa; quia si facienda est relatio ad valorem monetarum minutarum, de quibus loquitur contractus, cedet in vtilitatem Titij debitoris, cum huiusmodi monetæ vel in nihilo, vel paucissimè fuerint immutatæ, quin imò idem valeant tempore solutionis, quod valebant tempore obligationis; si verò ad scutum argenteum, vertetur vtilitati Caij creditoris, & magis, si ad scutum aureum; Cum istud plus
2 quam argenteum incrementum habuerit. Qua in re, ne longas nectamus lites cum DD., qui multa fusè & confusè etiam deducunt, & nihil ex eis ad propositum concludunt, existimarem eadem æquitate fore hunc articulum decidendum, qua Senatus Pedemõtanus aliam quæstionem huic consimilem expediuit. Ipse namquè consultus, in qua specie monetarum soluendum esset debitum constitutum
3 in monetis minutis, puta in florenis, in solidis, in ærusculis, seù denariolis, respondit pro tertia parte faciendam esse solutionem in scutis argenteis, pro alia tertia in scutis aureis, & pro reliqua in ijsdem monetis minutis; modò deteriorationem à die contractus vsq; ad diem solutionis passæ non fuerint. Fiat eodem modo adæquatio in nostra hypothesi, & adhibito temperamento huiusmodi proportionis ancillabitur æquitati.

QVæro tertiò quid iuris statuendum sit, vbi acciderit monetę mutatio? Peregr. *cons. 13. à n. 3. vsq; ad*
1 *fin. lib.* 3. tenet, quod mutatio bonitatis intrinsecæ monetæ nõ obsit quo minùs in eadem specie, & quantitate facienda sit solutio, exemplificans in libris Ianuensibus, quæ, & si priùs calcularentur solidis 23. & hodie dumtaxat 20., nihilominus restituendæ veniunt in eadem quantitate, seu in certa specie, constante eamdem librarum quantitatem, nulla habita consideratione quod monetæ sint diminutæ in bonitate intrinseca, & auctæ in bonitate extrinseca. Sed quod attendi debeat tempus solutionis, non autem tempus contractus, quando variatur va-
2 lor extrincecus placuit, vtpotè verius Rotæ, & quidem passim in eius Decisionibus, sed signanter *decis. 5. n.4.*

coram Pen. vet. Impresſ. modò in moneta vel eadem, vel ſuppoſi-
3 ta, & ſubrogata duret prima bonitas intrinſeca; eratq; ratio quia non debet conſiderari mutatio bonitatis extrinſecç, quæ conſiſtit in pretio, cum iſtud, vel creſcat, vel decreſcat, ſemper ce-
4 dere debeat in commodum, vel incommodum creditoris. Quod anteà probauerat Bald. *in l. cum quid in pr. & 2. lect. circ. fin. ff. ſi cert. pet.* vbi ſuſtinet quod aucto valore extrinſeco monetæ certæ ſpeciei v. g. aureorum facienda ſit reſtitutio in aureis de moneta antiqua, aut de alia noua pro æſtimatione antiquæ, tempore ſolutionis. Ego verò reprobata in hac parte Peregr. ſententia, quem tamen in alijs ſummè veneror, prædictiſq; annuens
5 arbitror non eſſe recedendum à diſtinctione, quam tradit Bart. *in d. l. Paulus n. 6. ff. de ſolut.* & communiter loquuntur DD.; Poſito enim ex præmiſſis, quod duplex ſit monetæ valor, vnus extrinſecus, qui in quantitate, & illius æſtimatione conſiſtit, & alius intrinſecus, qui in ſubſtantia, & bonitate materiæ radicatur *l. 1. ff. de contrah. empt. Corazzar. de augm. mon. art. 32. n. 16.*; ſi contingat bonitatem intrinſecam mutari, vt ſi moneta fiat minoris ponderis; & tunc ne vnus ex cõtrahentibus damnũ percipiat, attẽdẽdũ eſt tẽpus obligationis; ſi verò mutatio ſequatur in bonitate extrinſeca, & valor monetæ augeatur, vel diminuatur, vt ſi ſcutũ argẽteũ quod tẽpore contractus valebat librarũ quatuor aſcẽderit ad valorẽ ſeptẽ, vel decreuerit, & redactum fuerit ad libras tres; in dato caſu inſpiciendũ erit tẽpus ſolutionis, vt præter *Bart. loco cit. Aret. conſ. 11. n. 3. Gabr. de ſolut. concl. 1. & 2.* latè firmauit *Rot. coram S. M. Greg. d. deciſ. 42. vbi Add. nu. 7. & p. 1. rec. deciſ. 597. per tot.*

6 Nec innuere deſino, quod ſubdiſtingui poſſet cum alijs allata diuiſio concludendo, deteriorationem ita demùm cedere damno debitoris, ſi ipſe ſit in mora ſoluendi, ideòq; attendendum eſſe valorem monetæ de tempore obligationis; At vbi excludi poteſt mora, ſemper attendi debet tempus ſolutionis in calculando monetæ valorem; Ita diſtinguit Petrus Ferrarien. *in ſua prax. Form. reſp. in act. hypothec. gloſſ. ſuper verbo relaxandum num. 2. verſ. de ſecundo autem*, latè etiam *Gabr. comm. concluſ. tit. de ſolut.*, & *libert. concluſ. 3. vbi plures refert.*

QVæro quartò illatiuè ex prædictis, nùm in caſu retractus rei vendi-
1 tę in certa ſpecie monetę inſpici, & attendi debeat valor monetæ, qui vigebat tempore factæ venditionis: an verò tempore, quo conſanguineus, vel vicinus vult retrahere; multoties enim accidit ex interuallo temporis, quod intercedit à tempore venditionis ad tempus retractus, monetã in valore augeri pariter, & diminui; quò circà dubitari iuſtè poteſt, an qui retahit debeat ſoluere pretium venditionis conſtituendo, & regulando monetæ valorem, vel habito reſpectu ad tempus, quo facta eſt venditio, vel ad tempus vltimum, quo fit retractus: & non videtur poſſe dubitari, quando pecunia deterior facta ſit, decidendum eſſe caſum cum auctoritate *dicta l. Paulus ff. de ſolut.* quaſi debeat retrahens ſoluere in eadem ſpecie monetæ

ſecun-

secundùm valorem tempore venditionis, & in hanc partem inclinasse videntur *Bart. in d.l. Paulus nu. 6. Specul. de oblig. & sol. §. nunc aliqua versic. vlt. Bald. in l. acceptam 17. q. C. de vsur. & in l. vlt. in princ. col. 1. vers. item quæro quid si aurei C. comm. de leg.*; Re tamen aptiùs considerata cum distinctione huiusmodi quæstio à me dirimitur; Nam, si species monetę, sub qua fuit constitutum pretium venditionis est facta deterior in bonitate intrinseca, quia, scilicèt eius materia, ex qua conflatur deterior sit, constetq; ex auro, vel argento non adeò puro, vel ritè conflato, idq; procedat ex publico Decreto, tunc solutio fieri debet in moneta temporis contractus, non autem temporis solutionis, etiamsi nulla mora præcesserit, vel saltem debet solui illius æstimatio de tempore contractus: secus verò, si deterioratio contingeret ex valore, seù ęstimatione communi, non autem in bonitate intrinseca. Et hanc distinctionem firmat *post Bart. in dicta l. Paulus nu. 6. Corn. cons. 109. in princ. lib. 4.* vbi dicit hanc esse cōmunem omnium sententiam, quem sequuntur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 18. n. 27. & Pract. Papien. in dicta forma, resp. lib. in act. hypothec. glos. super verbo relaxandum n. 2. versic. in quo casu distinguitur.*

2

3

4

1 QVæro quintò in qua moneta facienda sit solutio, sequuta mutatione? Respondeo, quod cum hoc quæsitum coincidat cum præcedenti, erit cum eadem distinctione absoluendum; aut enim moneta contractus existit, & reperitur in vsu tempore solutionis, & non est mutata bonitas intrinseca, & tunc soluendum est in eadem specie monetæ conuentæ secundùm valorem existentem tempore solutionis, vt sæpissimè voluit *Rot. & præsertim in Rom. octo Zeccarum 20. Iunij 1597. coram Cardinali Lancelloto quæ inter impress. post Cenc. de Cens. in antiq. edit. est decis. 217. n. 1. & seqq. & in Cremonen. Pensionis 21. Iunij 1599. coram Cardinali Mellino in Foroliuien. census 11. Februarij 1602. coram S.M. Ludouisio, in Assien. Pensionis 24. Ianuarij 1607. coram Sacrato, in Mantuana Pensionis 12. Iunij 1617. coram Dunoz. in Rom. dotis 9. Decembris 1613. coram Cocc. & in Placent. Vicariæ 10. Ianuarij 1620. coram Remboldo, quæ fuit confirmata 17. Iunij anno eodem, & fuit dictum in Rec. p. 4. T. 2. decis. 42. n. 1. & p. 8. decis. 6. n. 2.*; Aut fuit mutata bonitas intrinseca monetę contractus; & in hoc casu solui debet de moneta currenti tempore solutionis, præuia æstimatione valoris monetę, quę in contractu intercessit *Rot. d. decis. 217. n. 1. & decis. 218. nu. 1. & decis. 221. n. 5. post eumdem Cenc. de cens.*

2

3

1 QVæro sextò quid si moneta conuenta, vel non extet, vel rarissimè inueniatur? Respondeo quòd debitor faciet satis suo creditori, si soluat in moneta æquiualenti facta æstimatione, vt *de ducato auri de Camera*, ex opinione ferè omnium antiquorū, & Recētiorum dixisse *Socin. Iun. cons. 101. in princ. lib. 3.* refert cum alijs sectando *Rot. in Acherunt. fructuum*

2

28. *Aprilis* 1600. *coram Lancellot. impress. p.* 4. *diuers. decis.* 889. *& in dicta Assisien. pensionis* 24. *Ianuarij, quæ est decis.* 135. *p.* 3. *Rec. n.* 2. *&* 4. *& fuit etiam dictum in præcitata dec.* 5. *n.* 3. *coram Pen.*, deficiente enim
3 antiqua pecunia facienda est solutio in moneta æquiualenti, & quæ est in vsu *c. olim causam &c, fin. de cens. Peregr. dicto cons.* 13. *n.* 4. *lib.* 3. *Add. ad dictā decis.* 42. *coram Ludouis. n.* 8.

QVæro septimò, an debeatur augmentum post celebrationē contractus accessum monetæ, cuius valor fuit in contractu expressus, vtrùm, inquam hæc adiectio valoris ita
1 perpetuam faciat monetæ æstimationem, vt damnum, vel lucrum inde contingens ex variatione monetæ cedat damno, vel vtilitati vendentis, vel ementis? & facere videtur primò, quia iste contractus regulandus esset æquè, ac si de valore monetæ nulla mentio facta fuisset, tamquam videlicet ex-
2 pressio eius, quod tacitè inerat, nihil immutet dispositionem Iuris *l. non recta C. de fideiuss. & l. aliquando ff. de cond. & demon.* & propterea regulari debeat solutio perindè, ac si valor monetæ adiectus non esset. Pro alia verò parte considerabatur, quod iste va-
3 lor adiectus ita reddebat ex mente contrahentium æstimationem monetę perpetuam, vt omne augmentum, & decrementum exindè contingens cederet commodo, & periculo ipsius debitoris, ne ad plus teneretur, quam ad illam speciem monetę, vt notauit *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 28.

Nobis verò pro maturiori respon-
4 sione ex mente DD. videtur distinguendum; Si enim moneta fuerit imaginaria, tunc standum est valori expresso, & quidquam aliud peti nequit, etiamsi exindè incrementum perceperit *Surd. cons.* 220. *lib.* 2. *&* 403. *lib.* 3.

Si autem moneta in obligatione deducta verè sit realis, & in rerum natu-
5 ra extet, vel extiterit; & tunc non deberi augmentum, sed prestandum dumtaxàt fore valorem expressum videtur etiam per ea, que tradunt *Bald. cons.* 213. *n.* 2. *vers. & prædicta vera lib.* 5. *Gabr. de solut. conclus.* 2. *n.* 11. *& seqq. Boer. decis.* 327. *nu.* 10. *&* 13. *in fin. vers. tamen maior pars DD. Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 26. *Thesaur. in tract. de augm. monetæ p.* 1. *n.* 72. *in* 13. *concl. Escobar. in tractatu de Ratioc. & comput. comput.* 25. *n.* 11 *& Couarru. ex gratia vidēdus in tract. de veteri collat. numism. c.* 7. §. *vnico n.* 4. *in* 7. *concl.* vbi, inquit, quod si inter partes fuit conuentum de soluēdis centum nummis aureis castellanis cum expressione valoris, *scilicet* 485. *marapet.* pro singulo aureo castellano, non est respiciendum ad incrementū, aut decrementum, quod inde contigerit nummo aureo; cum attendi solùm debeat valor in obligatione expressus. Sed tuta non est istorum doctrina, nisi quatenus loqui fortasse intelligantur
6 vel in terminis monetę imaginarię, vt nos vltrò in hoc casu concedimus, vel quando expressio valoris quidquā aliud non significaret, quàm precisam taxationem à partibus conuentam, vt tenet *Aret. cons.* 84. *vers. venio igitur* vbi de mente *Bart.*, *& Bald.* concordat huiusmodi adiectionem valoris

mo-

monetæ inducere firmitatem talis mo-
netæ quoad ipsos contrahentes, vt ea
alterationi extrinsecæ non subiaceat,
sed omne augmentum, & decremen-
tum tendat ad commodum, vel ad
damnum debitoris, vt supra dictum
est, & ad hæc conferunt etiam nota-
ta *per pract. Papien. loco citato num.* 3.
alioqui reprobanda est, & sequenda
Doctrina Rotæ, quæ non obstante
7 expressione valoris addita certæ mo-
netæ deberi augmentum sæpè, ac sæ-
pius definiuit, & signanter *in Cremo-
nen. pensionis* 15. *Iunij* 1598. *coram
Orano, quæ est decis.* 219. *inter Impress.
apud Cenc. de cens. in vet. edit. cum
alijs allegat. p.* 4. *t.* 1. *rec. decis.* 430. *n.* 2.

QVæro octauò, de qua specie mone-
tæ facienda sit solutio, vbi certa
moneta conuenta reperitur in
diuerso genere, seù in duplici differen-
1 tia? Destinata enim fuit solutio v. g. in
scutis, seù in Ducatis auri de Cameræ;
sed cum scutorum, & huiusmodi Du-
catorum duæ existant species, quarum
vna minoris, altera maioris est valoris,
in qua specie soluere de iure tenebitur
debitor? Dicas quod semper reducen-
da erit solutio ad speciem minoris va-
2 loris *l. si ita sit scriptum, & l. apud Iu-
lianum §. Seio ff. de leg.* 1. *l. nummis ff.
de leg.* 3. *c. ex parte de cens. Antonell. de
tempore legali lib.* 1. *cap.* 42. *n.* 25. *Rot.
post Cenc. de cens. in vet. impress. decis.*
221. *nu.* 1. *& plenè apud Merlin. de-
cis.* 97. *nu.* 11. videantur *Larrea decis.
Granaten. disput.* 22. *nu.* 6. *& Salgad.
in eius labyr. credit. p.* 2. *c.* 8. *nu.* 88. &
8 ratio est: quia in obscuris regula iuris
est quod sequamur id, quod est mini-
mum *l. semper in obscuris, & l. sem-
per in dubijs ff. de reg. iur. c. in obscu-
ris eod. tit. in* 6.

Quemadmodum etiam in obscuris
potior est causa debitoris, eiq; fauen-
dum est *l. Titia §. vero ff. de auro, &
argen. leg. Rot. decis.* 398. *p.* 9. *t.* 2. *rec.*

Et obscuritas conuentionis ei de-
bet nocere, cui facultas erat illam cla-
4 riùs aperiendi *l. quidquid adstringen-
dæ ff. de verb. oblig. l. veteribus ff. de
pact.*

Sicuti etiam oratio dubia, & obs-
5 cura contra proferentem interpretatur
in contractibus *d. l. quidquid adstrin-
gendæ de verb. oblig. l. veteribus ff. de
pact.*

QVæro nonò, quid iuris vbi mone-
ta non æquiuoca tantum est, sed
dubia omnino, & incerta? Res-
1 pondeo quod tali casu indulgendum
itidem erit fauori debitoris, quoties
cōuentionis veritas determinari aliun-
dè non poterit; secus verò vbi obscu-
ritati, & incertitudini famulentur con-
2 iecturæ, quę in dubijs veritatem inda-
gant, & manifestant *c.* 1. *de Treg. &
Pac. Rot. p.* 5. *rec. decis.* 21. *nu.* 28. *& in
Rom. fideicom. de Mutis* 1648. *§. quæ
autem*. Sic in dubio sequimur, quod
3 est verisimile *l. in obscuris* 113. *ff. de
reg. iur.* Sic etiam in dubio quantitatis
legatæ, & attenditur ad personam le-
4 gatarij, & ad causam, in quam factum
fuit legatum *l. si cui ff. de alim. & cib.
leg. l. stichus ff. de leg.* 3. *Decian. in l.
semper in obscuris n.* 3. *vers.* 5. *fallit de
reg. iur. l. si seruus plurium §. vlt. ff. de
leg.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 1 *præs.*
28. *nu.* 1. *& præs.* 106. *nu.* 1. *lib.* 4. Sic
5 inspicitur solitum, itaut in dubio do-
natio sit interpretanda iuxta solitum,

vel

6 vel donantis, vel aliorum donantium in eamdem causam *Barbat. in c. iudicante de testam. Bald. nouell. de dote p.6. priuil.73. cum alijs per Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuil.* 25. sic ex
7 qualitate monetæ, in qua extare exprimitur redditus dotis interpretatur qualitas monetæ capitalis ipsius dotis *Barbos.in Sum. Apostolic. decis.collect.* 553. *num.* 10.

Vndè quemadmodum in dubio causæ, in quam fuerit solutum in eam
8 videtur cessisse solutio, cuius quantitati congruit quantitas soluta *Aym.cons.* 149.*nu.*5. *Menoch.de præsumpt.lib.*3. *præsumpt.*139.*n.*18.*& Rot. apud Seraph.decis.*600.*n.*4.*& decis.*643.*n.*5. *& p.*4.*t.*3.*rec. decis.*507. *num.*4. *cum alijs in Pisauren.pecuniaria* 29. *Aprilis* 1661.§.*nam debet coram R.P.D.Priolo;* Ita etiam ex congruentijs obseruantiæ subsequutæ argui poterit ad certi-
9 tudinem speciei; semper enim tenenda est obseruantia interpretatiua, etiam
10 quod alius intellectus videretur verior *l. si de interpret. ff. de ll. Abb. in c. cum dilectus n.* 7. *de consuetudine Viuian. de iure patron.lib.*4.*c.*1.*nu* 64. *Socin. cons.*145.*n.*2. *lib.*1. *Honded. cons.*92. *n.*30.*lib.*1. *Rot. coram Eminentiss. D. meo Otthobono decis.*165.*n.*19. *&* 20. *coram Buratt.decis.*944.*num.*6. *coram Ludouis.decis.*184.*n.*8. *& p.*2. *diuers. decis.*356.*n.*6.*& in rec.p.*2.*decis.*608 *nu.*5.*&* 6. *& p.*7.*decis.*14. *nu.*4. *cum alijs relatis in Barchinonen. alimentorum coram Dunoz.* 31. *Maij* 1655. §. *quæ omnia, & in Barbastren. decimarum* 7. *Maij* 1660. *coram Alberg.* §. *indè tollitur, quæ inter hic impress. est decis.*37. *n.*4. & ratio potissima ea est, quia talis intelligitur fuisse moneta
11 promissa, qualis in solutionibus fuit sine contradictione præstita *l. Iulianus* §. *proinde ff. ad Macedon. l. si certis annis C. de pactis c. olim causam, & ibi gloss. extr. de cens. Grat. cons.*12. *nu.*16. *lib.*1. *Surd.cons.*335. *nu.*26. *Menoch. cons.*49.*n.*20.*lib.*1. *Corn. cons.*181. *n.* 73. *lib.*2. *Barbos. in collect. ad dictum C. olim causam nu.*2. *Brun.in tract. de augm.mon. quæst.*12. *Tondut. Sanleg. quæst.& resolut.ciuil.p.*1.*c.*6.*nu.*6. *& seqq.& n.*35. vbi quod per lapsum 40 annorum inducatur præscriptio etiam contra Ecclesiam.

Immo tanta est vis huiusmodi obseruantiæ, vt dato etiam quod obligatio monetæ expressæ attendi deberet in maiori quantitate ad tempus solu-
12 tionis, nihilominus tamen dicendum erit quod concurrente in contrarium longæua obseruantia fuerit remissum ius percipiendi maiorem summam.
13 *Tex. est in l. aduersus C. de vsur. & in terminis census per solam obseruantiam annorum* 27. *dixit Rot. in Rom. census* 13. *Iunij* 1663. *coram R.P.D. Priolo referens Leotar. de vsur. quæst.* 92.*n.*24.*& Capyc.latr.decis.*27.*nu.*8. *lib.* 1. Sed Doctrina Rotæ quoad obseruantiam per annos 27. non semper est tenenda, sed solùm quando dubia
14 est species monetæ; quia tunc sufficit obseruantia modici temporis, vt consuluerunt *Gabr.cons.*164.*n.*8.*lib.*1.*& Surd.cons.*335. *n.*28. *lib.*3. Vbi verò moneta erat expressa, & certa non receditur à specie certa, nisi per obseruantiam 40. annorum in contrarium,
15 si agitur contra Ecclesiam, si verò côtra alios per obseruantiam annorum 30. *Purpurat. in l. cum quid nu.*73. *ff. si cert. pet. Curt.iun.cons.*24.*n.*7. *vers.*

sed

sed quod fortius Bald.cons. finali lib. 1. eaque est ratio, quia tunc ob lapsum
16 dictorum temporum talis insurgit iuris præsumptio, vt habeat vim contractus, conuentionis, & veritatis *Surd. dicto cons. 335. n. 29.*

Nec in contrarium argumentũ trahi
17 queunt tradita per eamdem, *Rot. coram Eminentiss. D. meo Card. Celso in Romana societ. officij 26. Iunij 1652 §. minus facit*, quia debent intelligi de tacito recessu à pactis respicientibus substantiam primi contractus, non autem modum soluendi, pro cuius interpretatione in dubio vltrò sufficere huiusmodi obseruantiam definit ibidem *Rot. allegans Cagnol. in l. lecta n. 147. vers. ad tertium ff. si cert. pet. Seraph. decis. 599. nu. 6. & plures alios, & inter hic impressas decis. 93. nu. 8.*

Verum tamen est, quod istiusmo-
18 di obseruantia regulariter debet esse proxima *Rot. in rec. p. 7. decis. 105. nu. 9. & 10. & in Astoricen. seù nullius iurisdictionis 19. Iunij 1654. coram R. P. D. Cerro §. minusuè allegari potest*,
19 licèt quandoque suffragetur etiam remota, vt tenuit *eadem Rot. in dicta*
20 *Barbastren. decimarum*, debetq; probari in casu specifico *Alex. cons. 6. per tot. lib. 5. Castren. cons. 340. circ. fin. vers. superest lib. 2. Rolan. cons. 80. nu. 10. & seqq. lib. 1. Rot. decis. 264. n. 28. p. 6. rec.* nec non debet esse continuata,
21 & successiua, ita vt corruat, & inefficax euadat quoties docetur, quod se-
22 mel in contrarium fuerit seruatum *Rot. p. 4. rec. decis. 455. num. 9.* & per
23 actum difformem omninò excludatur *eadem Rot. in Cæsar Aug. Cathedralitatis coram* R. P. D. Cerro 10. *Decembris* 1660.

QVæro decimò, an attendendus sit quoad speciem monetę locus destinatæ solutionis; an verò lo-
1 cus celebratæ dispositionis, seù contractæ obligationis? quia nonnunquam inter hunc, & illum magnum inest discrimen; Puta, donasti Genuæ mihi centum scuta, quæ mihi soluenda mãdasti Romæ, vel ex redditibus locorum montium, quæ illic habebas, vel ex alijs pecunijs illuc ex tuo patrimonio prouidendis; certum est quod scutum Romanum maioris est valoris, quam scutum Genuæ, vt sic acceptũ, & sine adiuncto; & propterea ex superiùs firmatis *in 7. quæsito* videtur in
2 dubio procedere donatio de scutis Genuensibus, vt quæ minoris valeant, & conueniant loco contractus, vel factæ dispositionis, & de quibus videris intellexisse per ea, quæ tradit *Bart. in l.*
3 *nummus n. 1. vers. item dicitur de leg. 3. & in l. semper in stipulationibus ff. de reg. iur. & in terminis huiusmodi donationis, & legati Socin. cons. 247. nu. 5. vers. non obstat lib. 2.* maximè cum æquè etiam sit probabile, quod ignoraueris in vrbe scutum maioris esse
4 valoris, quam sit in Ciuitate Genuæ *c. 1. de constit. in 6. l. cunctos populos C. de Summ. Trinit. & fide Cathol. quam sequitur Socin. dicto cons. 247. dicto n. 5. vers. præterea cum agamus.*

Nihilominus tamen respondeo, quod à prædictis recedere possumus,
5 quoties verosimilis nobis oritur coniectura, quod donans, vel promittens de moneta intellexerit, quæ vsui est in loco destinatæ solutionis; quia prædicta procedunt non extantibus coniecturis in contrarium; at vbi hæ concur-

currunt, & aliud suadent, quàm sit iuris præsumptio, recedendum est à regula, & firmiter tenendum, quod attendi debeat illa moneta, quæ currit in loco destinatæ solutionis, vt apertissimè disponit *tex. in l. vinum*, vbi *Iaf. n. 1, & DD. passim ff. si cert. pert. & in l. quod legatur 38. vers. nisi si adiectum fuerit ff. de iudic. Oldrad. cons. 168. n. 1 Alex. cons. 19. nu. 16. lib. 6.* quia con-
6 currentibus coniecturis intelligendum est illud fuisse donatum, seù relictum, quod maius est, & magis gratificatur Donatario, seù Legatario, vt in his præcisis terminis cōsuluit *Corn. cons. 244. nu. 19. vers. concurrit alia coniectura lib. 2.*

QVæro vndecimò, quid si instrumento simpliciter conuentum sit de pretio, nec fuerit expressum
1 genus monetæ, & contrahentes sint forenses in loco, in quo contrahunt? quomodo regulari debet istud pretiū, & in quo genere monetæ? an scilicet attendi debeat moneta loci cōtractus, an verò Patriæ ipsorum contrahentiū? Apertè, & breuiter dico prò responsione, quod pretium constitutum intelligitur in ea specie monetæ, quæ frequentius solet contrectari in loco contractus, & in eadem moneta facienda est solutio ex *Tex. in l. Imperator in fin. & l. si seruus plurium ff. de leg. 1.* con-
2 tractus enim secundùm morem Regionis, in qua celebrati sunt regulari debent *Mysing. cent. 4. obseru. 15.*

QVæro duodecimo, quid si promissio sit in certa specie monetæ, cuius valor decreuit non ex dete-
1 rioratione materiæ, vel formæ, sed ob Principis voluntatem? solutio fiet ne in dicta specie monetæ secundùm va-
2 lorem temporis contractus, an verò iuxta valorem temporis solutionis? eam deberi tempore promissionis inducebat consideratio, quod si eadem species monetæ reperitur, & non fuerit variata in eius bonitate intrinseca, sed solus valor immutatus, attendi debeat tempus promissionis, non solutionis, vt tenuit *Bald. in l. cum quidem in fin. vers. si verò extat ff. si cert. pet. cum alijs quos refert Gabr. de solut. & liberat. concl. 3. n. 2.* At contrarium di-
3 cendum nobis esse suadent ponderationes relatæ per *Gabr. dicta conclus. 3. n. 1.* vbi *infinitis cumulatis* tenet monetam deberi inspecto valore currenti tempore solutionis, non verò promissionis, ea potissimùm ratione, quia ex accidenti valor mutatur, dum ipsa moneta eadem est in bonitate intrinseca, nec eius materia, siue forma immutata est, sed solo Principis Imperio valor,
4 & æstimatio decreuit; quo casu sufficit, si debitor soluat in eadem specie monetæ tempore solutionis, & in hoc concordat *Bart. in l. si quis argentum in princ. col. fin. vers. consului C. de donat. & in l. cum quid col. fin. vers. si vero adhuc existat ff. si cert. pet.* quæ
5 tamen intellige, nisi aliter conuentum sit, nempè vt debeatur pretium, siue summa debita in tot scutis aureis valutatis ad certam æstimationem, vt supra fuit firmatum, & limitando regulam aduertit *Gabr. dicta conclus. 3. n. 8.*

QVæro decimotertio, quid iuris in præsenti hypothesi, quę frequens est, & quotidiana? emisti anno 1660. prædium libris quatuor mille, qua-

quarum tres mille quingentas numerasti venditori, & pro alijs quingentis, complemento dictarũ librarum 4000. promisisti eumdem cõseruare indemnem à Titio, creditore totidem ex cau-
1 sa census. Dubium est in qua nam specie monetæ tenearis soluere Titio dictas libras quingentas, an iuxta valorem temporis venditi census, an verò temporis factæ emptionis? Quęstio hęc cum habeat eadem difficultatis inuolucra, quæ tetigimus *in primo quæsito* pari responsione de iure soluenda
2 esset; quia si augmentum non debetur contra debitorem census, minùs debetur contra tertium eiusdem census expromissorem; sed hæc magna quæstio
3 fuit olim inter *Menoch.cons.49.n.23. lib.1.* ex vna, & *Natt.cons.664.lib.4.* ex altera, & ad hæc vsq; tempora maximè agitata, & controuersa reperitur apud DD. vt videre est penes *Gigan. de pens. quæst. 98. & Gabr. de solut. conclus. 1. & 2. & alios, de huiusmodi materia pertractantes*; hic propterea non inculcatur, sed remittitur ad ea, quæ summo calamo scripsimus in prima quæstione. Immo reassumendo interpretationem in terminis etiam sententiæ illorum, qui defendunt deberi augmentum contingens libris, florenis, scutis, vel alijs similibus monetis imaginarijs; Respondeo, quod iure communi inspecto nemini dubiũ esse potest, quod in præmisso casu tenearis soluere libras quingẽtas in mo-
4 neta conuenienti temporis factæ emptionis, non verò in moneta currenti tempore impositi census, quia etiam quòad monetas, sicuti quòad alia debet in contractibus attendi census secundùm tempus, quo dispositio for-
5 matur, & contractus celebratur, vt post *tex. in c. cum Canonicis de censib. & in c. vlt. de Decimis, & in l. cum quid ff. si cert. pet.* dixerunt *Brun. de augm. & diminut. conclus. 1. num. 1. Gabr. cõs. 164. n. 4. lib. 1. Couarru. vet. numism. collat. cap. 7. §. vnico num. 2.* Ideòq; ea semper manet præsumptio, quod partes in solutionibus huiusmodi voluerint attendere ad illas dumtaxàt monetas, quæ currebant tem-
6 pore, quo ipsi contraxerunt, & obligationibus se se subijcere, vt *præter prædictos DD.* latè scripsit *Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. à num. 166. per seqq. C. de reuoc. donat.*; Multò magis prædicta carent difficultate in Serenissimo Genuensi Dominio, considerata l. desuper condita anno 1637.
7 §. *che quando*, per quam expressè disponitur, quod vbi in contractibus mẽtio simplicitèr fit de libris absque alia qualitate adiuncta, intelligatur procedere dispositio de moneta currente in Ciuitate, & solutio fiat iuxta valorem currentem tẽpore contractæ obligationis. Qua propter cum tu promiseris, & te obligaueris pro libris quingentis simplicitèr, non videris ad
8 plus obligatus, quam ad libras qualitatis, & valoris conuenientis cursui temporis contractus.

Quod etiam patet ad sensum; nam aliàs non emisses prædium libris 4. m. pro vt expressè fuit conuentum, sed longè maiori summa, quod dicere esset absurdum.

Nec vim facit, quod venditor sit obligatus in moneta currenti tempore acquisiti census; quia pro suprapluri tenebitur ipse supplere, & si nolebat ad hoc teneri debebat id specificare: &

in hoc caſu potuiſſet iſtud ſupraplus deduci ex pretio, & tanto minùs ſolui venditori.

9 Quemadmodum nec aduerſari videtur, quod cogi nequeat cenſuarius ad acceptandam ſolutionem capitalis cenſus in pluribus portionibus *ad l. Tutor* §. *Lucius ff. de vſur. Angel.in l. exceptam n.2.& in l.vſuras n. 4. C. de vſur.Couarru.pract.quæſt.c.29.n.2. verſ.certum,& lib.3.reſol.c.18.n.4.*

10 Quia ſi nolit recipere hoc modo, poteſt vel in actione perſonali conuenire debitorem ſuum principalem pro integra ſumma, vel in actione reali poſſeſſorem prædij, quatenus ſit cenſui obnoxium; vt habetur *ex latè traditis per Cenc. de cenſ.quæſt.98. n.62. & alibi paſſim.*

Quæro decimoquarto, conuento in contractu emphyteotico Canone in ſcutis 18. auri in auro, calculatoque ſingulo ſcuto ad rationem librarum quatuor Genuæ, vtrùm aucto ſcuto aureo in maiorem quantita-

1 tem, quam fuerit expreſſum debeantur ſcuta aurea, ſeù eorum valor tempore ſolutionis decurrens, an potiùs libræ 72. Genuæ conflatæ ex ſupradictis ſcutis 18. iuxta quantitatem expreſſam. Dubium ſæpè, ac ſæpius contigit, & hodie controuertitur inter Illuſtriſs.& Reuerendiſs.D.Epiſcopum Brugnaten. ex vna, concedentem in emphyteuſim, ac Illuſtriſs. D. Marchionem Mulatij,accipientem ex altera. Eius verò Reſolutio pendet ab indagatione, an expreſſio, ſeù appretiatio ſcuti aurei, facta in libris quatuor

2 Genuæ ſtet demonſtratiuè, an verò taxatiuè; quia ſi primum, ſolui debet in moneta ſpecifica, & præſtari debet augmentum, ſi in alia ſoluatur; ſi ſecundum, conuentio obſeruanda eſt, itaut augmentum, quod ſpecies monetæ habuerit non debeatur, ſed præſtandus ſit valor ſecundùm æſtimationem in contractu factam. Nùm autem verba illa (*calculato ſingulo ſcuto ad rationem librarum quatuor*, ſtent ta-

3 xatiuè, an verò demonſtratiuè, diſputant inter ſe DD. inter quos *Boer. deciſ.327.n.3.* defendit ſtare demonſtratiuè *per l.nũmis ff. de leg.3.& l. Paulus vbi Bart. & DD. ff. de ſolut.* cui ſubſcribunt *Cephal.conſ.31. nu.6. & 12. lib.1. Barbat. conſ.19. lib.4. Menoch.conſ.952.n.15.& ſeq.lib.10.Alciat.conſ.155.& conſ.156.Surd.conſ. 368.n.13.verſ. non etiam monet lib.3. Ciriac.controu.388. nu.14. Rot.deciſ. 135.p.3.& deciſ.398. nu.10.& ſeq. p.9.T.2.rec.*

4 At contra *Boer. in dicta deciſ.327.* inſurgit *Bertazol. de clauſ. clauſ. 30. gloſ.9.num.12.* planè volens prædicta verba ſtare debere taxatiuè *per l. æſtimatio ff.ſolut. matrim.* ſequutus etiam famoſum *Bald. conſ. 213. incipiens Punctu quæſtionis lib. 5.* quod etiam ſequẽtes idem poſt alios dixere *Brun. in dicto tract. de augm. monetæ p. 18. limit.8.à nu.1. per ſeqq. tom.12.Curt. Sen. de monet.quæſt.3.n.14. tom. eodẽ.*

5 Mihi verò abſtrahendo à communi reſponſione,quæ vult Bald.& alios, vt ſupra citatos eſſe intelligendos, vbi clarè colligitur,quod per illa verba voluerint contrahentes taxare,& æſtimare monetam expreſſam, vt dixerunt *Surd.conſ.225. n.6. lib. 2. & Cephal. dicto conſ. 31.nu.7.* Magis arridet reſponſio, quod huiuſmodi æſtimatio,

aut

aut demonstratio non solùm desumi debeat ex coniecturata mente contrahentium, sed vel etiam ex eo, an scilicet, expressio librarum facta tempore
6 concessionis æquaret nec ne valorem scuti aurei; quia si æquabat, optimum, & concludentissimum habemus argumentum, quod expressio librarum stet demonstratiuè; Si verò non æquabat, sed scutum minoris, aut maioris valebat, & tunc expressio prædicta sonare debet in taxationem, itaut nullnm augmentum sortiri queat moneta in præiudicium conductoris. Ita *Cyriac. dicta controu. 387. nu. 13. vers. & omnium optimè Thesaur. in tract. de augm. mon. p. 2. limit. 3. n. 56. relat. per Rot. dicta decis. 398. p. 9. t. 2. rec.*

Quod verò in supradicto casu libræ quatuor Genuæ æquarent scutum aureum Genuæ anno 1585. die prima Iunij, quo per acta Philippi Zanetti Notarij Pontremulensis facta fuit cõcessio, nemini dubium esse potest ex eo, quod scutum aureum per Decre-
7 tum desuper sancitum in Serenis. Republica Genuensi anno 1602. die 8. Iunij non valeret, nisi libras quatuor cum dimidia. Minoris debebat valere dicto anno 1585.: cum in dies aug-
8 mentum susceperit, & in hunc vsque diem ad libras octo, & solidos sexdecim peruenerit.

QVæro 15. in quanam moneta facienda sit solutio in exequutionē legis, vel Statuti? An attendi
1 debeat moneta de tempore dispositionis ipsius legis; an verò de tempore solutionis? Respondeo articulum hunc
2 esse valdè controuersum, & celebres pro vtraque parte habere Propugnatores; nam plerique DD. volunt attendendum esse valorem monetæ de tempore conditæ legis, inter quos post *glos. in c. conquerente in ver. duos solidos ff. de offic. ordin.* stant præcipuè *Salicet. in l. finali vers. sed dubitari potest C. si cert. pet. Bald. cons. vlt. & penult. vers. sed hoc non obstante lib. 1. & Abb. cons. 56. incipiente, quod solutio lib. 2.*

3 Alij verò, & signantèr *Specul. tit. de oblig. & solut. §. nunc aliqua circ. fin. vers. pone in Statuto, Corn. cons. 171. n. 71. vers. nec solutio lib. 2. Gabr. dicto tit. de solut. & liber. conclus. 5.* asserunt inspiciēdum esse cursum monetæ de tempore, quo legi, vel Statuto fit contrauentio, aut ea, vel illud impletur, & propterea volunt cùm in ciuilibus, tùm in pœnalibus esse attendendam monetam tempore solutionis vt exemplificat idem *Specul.* vbi supra *num. 9.* non verò vsum eiusdem de tempore sancitæ legis, vel conditi Statuti, ea ratione: quia lex, & Statu-
4 tum dant formam actui futuro iuxta circumstantias futuras, non autem eũdem determinant secundùm præteritas; & consequenter mutata moneta debent intelligi secundùm præsentem,
5 non veterem monetam *l. penult. in fin. C. qui admitti l. 2. C. de constit. pecun.* maximè quia lex, & Statutum
6 clara non essent, & per consequens exequibilia, si attendenda esset moneta secundùm tempus impositæ legis; quia probandus esset concluderet valor monetæ de eo tempore. Quod sa-
7 nè perdifficile euaderet, præsertim in antiquis. Mihi verò, etsi veriorem prima, & cõmuniorem arbitrer hanc secundam sententiam, vt potè huius-

 modi

modi disputationi attemperatissima accedere videtur distinctio, quam l. tè tradit *Surd.conf.454.n.24.verf.3.r ſ-*
8 *pondetur lib.4.* Aut enim in sui natiuitate habuit lex, vel Statutum quem obligaret: aut non habuit. Si primum; attendendus est valor tempore factæ legis, quia per huiusmodi obligationē habuit qui consentiret, & cum ipsa lege contraheret: itaut in hoc casu idem
9 iudicium ferendum sit de lege, ac de ipso positiuo contractu ad tradita *per Bald.in l.3.num.5. C.commun.de leg. Add. ad Pract. Papien. in sæpè citata gloſ. ver. relaxandum*; si secundum: cum deficiat consensus, & de lege con-
10 sequenter loqui nequeamus, ac de contractu, attendi debet valor de tempore, quo impletur lex, vel eiusdem vrget dispositio, & sic tempus solutionis. Contrarium tamen esset, quando moneta in Statuto exprimeretur,
11 quoad solemnitatem adhibendam, vel circa formalitatem puta, quia data esset iurisdictio in causis vsque ad talem summam; tunc enim semper intelligi deberet de moneta in valore tempore promulgati Statuti. Ita singulariter notat *Gabr.dicta concluſ.5.n.2.*
12 Quid verò in sententia? Dic, quod vbi fit mentio de moneta in sententia, vel Decreto Iudicis, attenditur semper tempus conditæ sententiæ, non verò exequutionis eiusdem *Gabr. loco vt supra citato concluſ. 6.*

QVero decimosexto, & vltimo, quid iuris statuendum sit in vna facti specie, quæ sequitur, vt infra? Vendidit nunc q. Angelus Corsus, Siluestro Corso, & socijs quædam bona stabilia descripta in instrumento recepto à nunc q. Petro Paulo Cerruto Notario anno 1631. die 27. Aprilis pretio librarum 2025. pro quibus, scilicet, duabus mille dicti emptores (verba sunt formalia dicti instrumenti, *conseruare promiserunt dictum venditorem, eiusque bona, & hæredes à D. Francisco Taliacarne cum annuo perpetuo censu librarum centum quadraginta ab hodie in venturum decurrendo super dictis libr. 2000. dimidia librarum quatuor mille capitalis census perpetui librarum ducentum octuaginta venditi per q. Matthaum, & Vincentium Corsum patrem dicti Angeli q. D. Andreæ Massolæ vigore instrumenti recepti per q. D. Dominicum Cornice Notarium ad quod &c.* Rursus Dominicus Corsus anno 1632. die 16. Iunij in actis supradicti Cerruti vendidit dicto Siluestro bona stabilia pretio librarum 2125. ad quarum cōputum, & infra solutionem inter cætera promisit emptor conseruare venditorem, eiusque hæredes indemnes à M. Francisco Taliacarne pro libris mille ex illa (verba sunt instrumenti) *maiori summa capitalis census perpetui venditi insolidum per dictos q. Vincentium, & Matthaum q. D. Andreæ Massolæ vigore instrumenti confecti à q. Dominico Cornice Notario anno, & die vt in eo, cum annuo, & perpetuo redditu librarum 70. decurrendo ab hodie in antea, & vsque ad extinctionem, & solutionem dictarum librarum mille.* Tenebiturnè dictus emptor ad
1 augmentum monetæ super portionibus soluere promissis habito respectu ad tempus susceptæ obligationis, an
2 verò ad tempus venditi census? Dicas dictum emptorem de iure remanere obli-

obligatum ad omne augmẽtum, quod monetæ contigit à die constituti census; vsq; ad diem extinctionis eiusdem.

Quia promissio indemnitatis cum prægnantissimis verbis sit concepta, & respiciat proportionabiliter sortem census, & redditus videtur pari quantitatis proportione obligare promittentem in omnem causam, & sic ne
3 dùm in sortem redditus, & augmentum, sed etiam in vsuras debitas censuario in casum retardatæ solutionis,
4 & in omnibus, & per omnia iuxta sensum *l. quarto ff. loc.* & sic vna causa venit in consequentiam alterius, vt do-
5 ctissimè arguit *Bart. in l. pater n. 1. ff. de dot. praleg. quem sequuntur Bald. in l. cùm tibi n. 2. C. de euict. & in l. si pro ea num. 13. vers. interdum reus C. mand. Socin. consf. 70. lib. 3. Alex. cons. 72. nu. 14. lib. 4. Ruin. cons. 187. nu. 2. lib. 1. Caualcan. decis. 9. nu. 20. Barz. decis. Bonon. 24. n. 5. & 6. & decis. 34.*
6 *n. 2. Rot. in rec. p. 3. decis. 327. n. 1.* vbi *promissor indemnitatis tenetur ad omne etiam interesse, in quo esset diminuta stipulatoris conditio.*

Accedit, quod cum huiusmodi pro-
7 missio indemnitatis re vera nihil aliud sit, quam strictissima accollatio eiusdẽ census, inde sequitur transire in accollantem omnes, & quascumque accollati debiti obligationes perindè, ac si
8 principaliter deberet, & primordium obligationis in eo inchoasset *gloss. fin. in l. 1. C. de his, qui in prior. credit. loc. succed. Pau. de Castr. in l. modestinus n. 4. & 5. ff. de solut. Rot. coram S. M. Greg. decis. 386. num. 2. Caualer. decis. 568. n. 2. Merlin. decis. 543. nu. 2. & seqq. & in rec. p. 4. t. 2. decis. 12. nu. 1.*

Euidentissima insuper ratio suffragatur; quia si fortè moneta census quoquo pacto fuisset diminuta, certissimum sanè est, quod eo casu obliga-
9 tio dicti Siluestri emptoris restrictionem pariter, & diminutionem habere quoque debuisset, cum ipse semper teneretur ad onera dicti census, siue grauia, siue leuia temporis ministerio euaderent; igitur idem statuendum est,
10 vbi moneta incremẽtum recepit, quia
11 contrariorum eadem est disciplina *l. qui accusare ff. de accusat. §. 1. instit. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris §. furtorum de obligat. ex delic.*

Et quemadmodum si fortuito casu in aliqua parte fundus censualis perijs-
12 set, beneficium diminutionis redditus, ad quam tenetur censuarius, cessisset in vtilitatem dicti Siluestri; sic etiam dicendum est, quod pari ratione dictus emptor subesse debeat augmento, quod tẽpus in dies inuexit, & adiecit monetæ.

Rursus si beneplacito Principis fru-
13 ctus censuum redigi contigisset ad minorem redditum, vt accidere potest ex ipsius Principis potestate, & non semel ac iterum, sed pluries contigit in Summi Pontificis Ditione, indubitati iuris est, quod obligatio dicti emptoris, qui pro quota tenebatur, videlicet, pro certa, & determinata quantitate, ad minorem etiam summam de-
14 buisset restringi; non debet ergo mirum videri, & inexpectatum, si modò in sui præiudicium subiacere habet huiusmodi monetæ augmento, quia qui
15 ex incerto rei euentu suam vult conditionem reddere meliorem, stare etiam tenetur effectui contrario; incertitudo enim sæpè numero facit de illicito li-
16 citum *Mars. in rubr. C. de fideiuss. nu.*

109.*& seqq.* cum subrogatus ad com-
17 moda, ad incommoda etiam substitutus videatur, vt in his ferè terminis dixit *Giurb.decis.53. num.10. in fin.*

Huiusmodi verò rationes, & sexcentæ aliæ, quæ in confirmationem adduci possent adeò vrgent, vt nedum ardua, sed nimis animosa videri debeat prætensio in contrarium; Etenim quis neget emptorem promisisse erga venditorem conseruationem indemnitatis prò libris mille in vna, & in alia prò dimidia dicti census, vbi hoc ipsissimum instrumenta desuper confecta loquantur? Ponderanda namque sunt verba illa *dimidia librarum 4. m. capitalis census perpetui librarum* 280. nec non, & alia antecedentia *cum annuo, & perpetuo censu librarum centum quadraginta*, quoniam hæc important præcisam accollationem obligationis conseruā-
18 di omni anno à redditu dictarum librarum centum quadraginta.

Quod sanè non verificaretur, si pars pretij cederet in augmentū monetæ, sicuti etiam clarissimi iuris est sub conseruatione indemnitatis veni-
19 re augmentum monetæ, & omne id, quod est accessorium; Cum hoc pro indubitato testentur iura præcitata, & concludat etiam energia, vis, & efficacia ipsius verbi, videlicèt *indemnem* quod compositum ex dictione,
20 *In*, quæ reddit vniuersalem terminum cui copulatur, comprehendit omne, & quodcumque damnum, vt ex *Coch. apud Barbos. Dict. In.* Non obstat quod in vno ex Instrumentis non legatur in indiuiduo promissio indemnitatis, vt hactenùs fuit suppositum; quia stat responsio, quod obligatus ad capitale, & ad interesse, dicitur expressè obligatus ad releuationem indemnitatis, cum in
21 effectu expressa indemnitatis promissio nihil ampliùs operari potuisset, vt *post Bart.in l.quæro n.4.& seq.ff. loc.*, *& alios quos refert* dixit *Rot. in rec. p.4.T.1.decis.145.n.5.*

Neq; vim facit quod pretium stabilium emptorum à dicto Siluestro, & Socijs fuerit solùm in vna emptione librarum 2000., & in alia librarum mille monetæ Genuæ currentis tempore emptionum, & ob id argui nequeat voluisse emptorē teneri ad solutionem librarum 3000. capitalis dicti census in moneta, quæ vsui esset tempore impositi census, quià hoc pacto ad plus se obligauisset, quàm importaret pretium bonorum emptorum; Quod non est probabile, cum de augmento nullo modo fuerit actū. Respondetur enim, quod immo necessariò dicendum est emptorem voluisse etiam teneri ad augmentum; quia cum promiserit se releuaturum indemnem venditorem ab obligatione dimidiæ dicti census, loquendo de indemnitate Angelo promissa, per consequens in dicta promissione indemnitatis à censu, debet venire indemnitas ab augmento, cum in ne-
22 cessarium antecedens augmentū monetę includatur in censu; alioquin pactum nunquam obseruaretur, & venditor manuteneretur indemnis.

Præterea licet in facto prædicta obiectio intrare nequeat, cùm stabilia, vt supra vendita tanti sint valoris, vt in ingenti quantitate excedant prætium expressum; nihilominùs tamen, dato etiam citrà veritatis pręiudicium,

quod

quod pretium venditionum exæquaretur valori bonorum, non propterea dici potest, quod emptor in plus se obligauerit; cum enim accollatio census, de quo sermo est effectum habuerit, vt diximus, anno 1631. & 1632. quo tempore non attendebatur monetæ augmentum, quod solùm initiū
23 cepit in Serenifs. Dominio Genuen. à lege desuper condita anno 1637., non subsistit, quod asserebatur de obligatione emptoris in plus, quam esset pretium bonorum: quia si tunc voluisset censum extinguere, firmum est, quod ad nullum augmentum potuisset compelli. Vnde sibi imputet,
24 si suę prospicere neglexit vtilitati *l. si quis domum §. idem quærit ff. loc. Mātic. de tacit. lib. 3. tit. 1. n. 26. l. si idem §. fin. ff. de iurisd. omn. Iud.*

Addo vlteriùs, quod in casu, in quo militaret obiectum remanerent prædicta adhuc inconcussa, & nihil aliud adstrui posset, quam rescissio contractus, ex capite læsionis vltrà dimidiam,
25 quæ tamen in his terminis non intraret quandoquidem ad hunc effectum attendendum foret tempus cōtractus, inter quod, & illud constitutionis census aut nullam, aut insensibilem passa est moneta differentiam.

Vltimò non omitto quod hæc sicuti nullum relinquunt ambigendi locum ex sententia desuper emanata in Curia Leuanti, quæ dicto Siluestro denegauit petitam repetitionē dicti augmenti, adeout hodie prætendi nequeat, sed tenenda sit sententia pro veritate, vt quæ ius faciat tam circa rem principalem, quam circa appendices, & accessoria *ad l. ingenuum ff. de stat. hom. l. res iudicata ff. de Reg. iur. l. & ex di-*
26 *uerso §. 1. de rei vindic. Peregr. cons. 17. nu. 12. lib. 3.*

Ita nihil habent affinitatis cum ijs, quæ deduximus in XIII. quęsito; quia illa ab his distant toto Cœlo, vt consideranti patebit.

Laus Deo, Vni, Trinoq; Domino.

FINIS.



INDEX

Rerum notabilium, quæ in præcedenti breui Opuſculo continentur.

uitiæ

mora

FINIS.

CENTVRIA
SAC. ROT. ROM.
DECISIONVM

ILLVSTRISSIMO, ET REVERENDISSIMO D.D.

ABBATI ANDREAE SANCTACRVCIO

ABBAS IACOBVS PHILIPPVS MASSOLA

FELICITATEM.



Vamquam ingenitæ nobilitatis Tuæ indoles, à primis Romæ Parentibus traducta, dignaque Principe disciplina Te satis ad omnem virtutem erudiant *Prænobilis Adolescens*; patiere tamen, ab his vsque regionibus Tibi, tam viriliter præcurrenti sin minùs stimulos, acclamationes saltem, & gratulationes deferri. Neque enim tanta est locorum distinctio, vt quem Roma par gloriæ Tuæ Theatrum rapit aspectui, animo satis memori furetur obliuio. Et mihi quidem de rebus Tuis maximè studioso pro votis fuit, quod de Philosophica Tua concertatione, statim sub ipsum penè Philosophiæ vestibulum, ętate nec dum trilustri suscepta, egregièque perducta nuncium accepi. Noueram Te in humanioribus ad delicias vsque Musarum effloruisse tanta ingenij felicitate, vt exindè ad nobiliora quæque studia facilè percipienda iam tùm, & factus, & natus esse videreris. In soluta verò oratione quis ea Te ætate facilior? quis compositior? Quis comptior, atq; elegantior legebatur in Schola?

Vereor

Vereor equidem ne me, quæ Tua est ingenuitas, hoc auribus Tuis, aut ætati dare putes, atque hæc magis, quia in Te esse cuperem, quam quod ita sit, hæc ad Te scribere. Sed Virgines Musas amasti, candorem eloquentiæ moribus addidisti. Hinc Angelicus ille decor tuus, quo magis quam nomine *Sanctissimum Andream Corsinum* Materno Tibi sanguine coniunctissimum exprimis, amorem erga Te, venerationemque non humanam conciliat. Atque hic est animorum magnes, quo trahor vltro in obsequium virtutis Tuæ. TRISMEGISTVM meum Eminentiss. Patruo dicatum volui: Opus non impar nomine Mecœnati suo, si minùs dignum tanto Patrono. CENTVRIA adiecta Sac. Rot. Rom. Decisionum pro consummatione non exigui operis, & recordatione meritorum Tuorum Tuo signata nomine prodit, Tuumque implorat auspicium; cuius si tenuis videri possit labor, non tenuis sanè gloria, si præclaris operum Tuorum monumentis, quę spondet pręcox ingenij Tui felicitas qualecunque attulerit incitamentum. Vale Gentis Tuæ decus, & *Magnæ Spes altera Romæ*.



CEN-

CENTVRIA
SAC. ROT. ROM. DECISIONVM

Recentiorum, & nondum alibi editarum,

Quas recollectas, & opulento quidem rerum Indice dotatas

In Comites sibi adsciuit, & Testes

TRISMEGISTVS LEGALIS

ARGVMENTIS, ET SVMMARIIS

IN SINGVLAS QVASQVE SPLENDIDE ETIAM CONSTRVCTIS

AVTHORE

ABB. IACOBO PHILIPPO MASSOLA I.V.D.



R.P.D. GHISLERIO.

Romana, seu Ianuensis quarti dotalis

Lunæ 27. Aprilis 1643.

ARGVMENTVM.

COnstitutio S. M. Sixti Quinti moderatoria dotium non comprehe dit contractus matrimoniales celebratos extra ditionem Ecclesiasticam, & cum Exteris ibidem habitantibus, & dotem constituentibus.

SVMMARIVM.

1 *Ex ipsamet constitutione S. M. Sixti Quinti conuincitur eam solummodò restringi ad dotes in Vrbe constitutas.*

2 *Constitutio noua restringitur ad terminos antiqua de eadem materia loquentis.*

3 *Dictio* similibus remedijs *denotat similitudinem respectu facti, modi, & qualitatum, absque vlla disformitate.*

4 *Ex Constitutione Innocentij IX. declaratur Constitutio Sixti Quinti.*

5 *Declaratur Doctrina* Bart. in l.cunctos populos C.de Sum. Trinit. & Fide Cathol. *& num. 10.*

6 *Intentio verborum, non autem cortex inspici debet.*

7 *Constitutionem Sixti Quinti non inhabilitare simpliciter, & absolutè subditos ad dandam, & recipiendam dotem, sed tantum disponere circa dotes dandas, & recipiendas, comprobatur.*

8 *Statuentes censentur disposuisse super illis, quos sub eorum Dominio habent, & in eorum territorio, & non super forensibus extra eorum ditionem permanentibus, etiamsi de forensibus expressam mentionem faciant.*

9 *Mentio forensium in Statuto primat statuentes voluisse tantum disponere de contrahentibus in territorio, & non inhabilitare personas absolutè.*

11 *Habens diuersa domicilia, & originis, & habitationis eodem tempore, in quolibet loco existens subijcitur legibus particularibus loci contractus.*

12 *Replicans tenetur probare fundamentum suæ intentionis ratio, num. 13.*

14 *Limitatur non procedere, quando replicans habet intentionem fundatam.*

15 *Excipiens tenetur plenè, & concludenter probare suam exceptionem, & omnes qualitates requisitas ad hoc, vt exceptio habeat locum.*

16 *Ampliatur hoc præcipuè procedere, cum sumus in Statuto Correctorio.*

17 *Accessorium separari non potest à suo principali, & de necessitate, illius naturam sequi debet.*

18 *Pars regulatur à toto integrali, in quo continetur.*

19 *Cessante Statuto attenditur dispositio Iuris Communis.*

20 *Domicilium mariti attenditur quoad restitutionem dotis, & lucrorum: locus verò contractus quoad Constitutionem dotis.*

21 *Intellectus* ad Giurb. ad consuetud. Messan. c. 1. glos. 1. n. 45.

22 *Ex promulgatione Statuti Vrbis fuit reuocata præcedens taxatio S. M. Pij Quinti.*

23 *Intellectus ad Constitutionem Sixti Quinti, & n. 26.*

24 *Duo actus correlatiui non indicantur, nisi vtroque considerato.*
25 *Statutum prohibens recipere aliquid etiam à sponte dantibus vltra taxam, quomodo sit intelligendum.*
27 *Dictio* purche *est restrictiua.*
28 *Constitutionis Pontificiæ derogatio quando præsumatur.*
29 *Beneplacitum Apostolicum, omnesq; aliæ solemnitates requisitæ pro validitate contractus in quibus casibus præsumantur, & num. 31.*
30 *Decretum irritans oppositum in constitutione Pontificia quomodo sit intelligendum.*
32 *Beneplacitum Apostolicum facilimè concipitur contra Const. taxatiuam dotium.*
33 *Lapsus temporis vltra 30. annos cum obseruantia quid inducat.*
34 *Præsumptio Beneplaciti Apostolici est præsumptio Iuris.*
35 *Præsumptio Iuris æquipollet plenæ probationi: quomodò operatur, quidam probationem.*
36 *Fundans se in negatiua tenetur eam probare, & n. 37.*
38 *Diligentia in registris Datariæ, & Secretariæ Breuium quid operentur.*
39 *Et an sufficiant probanda negatiua, & num. 40. vbi ratio cur non sufficiant.*
41 *Chirographum an registretur in libris Datariæ, & Secretariæ.*
42 *Ex quibus rationibus dispensatio Constitutionis Sixti V. per chirographum concedi potuerit, & num. 46. 47.*
43 *Appellatione motus proprij, manu Papæ signati venit etiam chirographum.*
44 *Solitum particulare præualet cuicumque solito generali.*
45 *Quæ chirographa soleant signari manu Sanctissimi.*
48 *Allegatio impossibilitatis probationis negatiuæ non releuat ab onere probandi negatiuam.*
49 *Responsio ad quasdam decisiones.*
50 *Intellectus* Felin. in c. illud num. 7.
51 *Possibile non attenditur, quod est insolitum.*
52 *Ad probandum stylum quid requiratur, & 53.*
53 *Declaratur Constitutio Summi Pontificis super præseruatione Iurium Sedis Apostolicæ.*
54 *Dictio* præcipuè *cætera non excludit.*
55 *Diligentiæ suffragatur quando nullus locus in quo asseruari solent gratiæ Apostolicæ remanet non perquisitus.*

DECISIO I.



Oncessa Marchioni Andreæ Iustiniano noua audientia contra tres decisiones firmantes quartum dotale deberi D. Eugeniæ Spinulæ ad rationem suæ dotis scutorum 22000. auri in auro stamparum, admisso, Marchionem Vincentium habuisse domicilii in Vrbe de tempore initi matrimonij cum dicta D. Eugenia: iterum pro parte dicti Marchionis Andreæ opponebatur, Constitutionem S.M Sixti V. moderatoriam dotium comprehendere casum, quando Ciues, & Incolæ dotem recipiunt à muliere forensi extra Statum Ecclesiasticum, & sic casum, de quo agitur, non obstante lapsu 30. annorum, qui facit præsumere beneplacitum Apostolicum, eo quia cesset ista præsumptio ex diligentijs factis in libris; vbi registrari solent similes derogationes, vt fuit dictum [in alia Romana quarti dotalis 17. Junij 1641. coram bo. me. Pirouano.]

His tamen non obstantibus, adhuc DD. censuerunt, standum in decisis; Nam quod dicta Constitutio S. M. Sixti V. comprehendat casum, de quo agitur, cessat ex facto, quia dicta constitutio non comprehendit cōtractus matrimoniales celebratos extra ditionem Ecclesiasticam, & cum
exteris ibidem habitantibus, & dotem constituen-
1 tibus, cum manifestè legatur restricta ad dotes,
quæ in Vrbe constituuntur vt colligitur. Primò
ex prohemio constitutionis in principio, *Ibi* (cum
in vnaquaque rectè instituta Ciuitate soleat sum-
ptibus Ciuium moderatio aliqua adhiberi, præ-
cipuè hoc ipsum obseruandum est in hac Alma
Vrbe. Secundò *ex rubrica Reformationis*, *Ibi*
(Delle doti, & altre spese da osseruarsi in quest'Al-
ma Città di Roma da ciascuna persona.) Tertiò
quia Sixtus V. fatetur se edere huiusmodi consti-
tutionem ad exemplum similis constitutionis edi-
tæ à prædecessore suo S. M Pio V., *ibi* (Huius-
modi prædecessorum exemplo sibi cordi fuisse
similibus remedijs vti.) Vnde cum constitutio
relata S.M. Pij Quinti 39. clarè limitata sit ad do-
tes mulieribus in ipsa Vrbe constituendas, vt le-
gitur in illius principio, ita pariter constitutio
Sixti V. referens constitutionem Pij, censeri de-
2 bet restricta ad dotes in Vrbe constituendas, &
constitutio noua restringitur ad terminos antiquæ
de eadem materia loquentis, *Roman. cons 345.*
n. 20. Surd. cons 177. n. 33. Gonzal. super regul. 8.
7. prohem. nu. 74. Rot. Bononien. decis. 54. nu. 22.
3 Præsertim cum illa dictio *similibus remedijs* de-
notet similitudinem cum pragmatica Pij respectu
facti, modi, & qualitatum absq; vlla difformitate,
Gratian. diction. 244., Mandell. cons 71. num. 9.
Rota decis. 327. n. 1. p. 1. & decis 36. n. 12. par. 5.
recent.. Canaler. decis 162. n. 2.
4 Quartò id totum apertius declaratur ex altera
constitutione Innocentij IX. tom. 2. in ordine
la 2., quæ benè declarat constitutionem Sixti lo-
qui tantummodò de dotibus in Vrbe constituen-
dis, *Ibi* (De ijs, qui in Vrbe cum ampliori dote
matrimonia contrahunt.) Et disponit pro gra-
tia derogationis nolle solui vllam compositio-
nem; ex hoc autem manifestè dignoscitur, præ-
cedentem Constitutionem Sixti loqui tantùm de
dotibus in vrbe constituendis, de quibus loquitur
sequens Constitutio Innocentij, ex allegatis in vl-
tima decisione §. quod clarius *Gabr. cons. 11. nu.*
21. lib. 1. Rota in Valentina iuris sedendi 12. Iunij
1634. coram bo. me. Merlino.
5 Hinc non aduersatur doctrina *Bart. in l. cunctos*
populos C. de Summ. Trinit. & fid. Catholic. *nu. 32.*
vers Aut Statutum est prohibitiuum in personam;
volentis Statuta, quæ principaliter diriguntur in
personas, ligare subditos etiam in alieno Territo-
rio contrahentes; locum enim habere non potest,
vbi statuentes expressè declararunt, se nolle com-
prehendere subditos extra territorium cōtrahen-
tes, sed legem solùm imponere contractibus in
loco Statuti celebrandis, & propterea cum consti-
tutio principaliter disponat de rebus, non potest
applicari prædict. doctrina Bartoli, quæ procedit
solùm, quando absolutè, & simpliciter inhabili-
tatur persona, secus quando simpliciter non In-
habilitatur. *Socin. Iun. cons. 25. num. 12. ad fin.*
vers nam ad primum lib 3 Rimin. Iun. cons 437.
n. 38. post med. vers. Quia prædicti, & num. 47.
Cephal cons. 309. a n. 47. ad 60. & nu. 75. & 76.
6 *lib 3. Surd. cons. 257. n. 15.* Ad quem effectum non
cortex verborum, an sint directa in personam, vel
contractum, sed intentio inspici debet, vt tradunt
Ruin. cons. 201. nu. 8. ante fin. vers. & ideo, & si

verba

verba lib. 1. *Rimin. Inn. dict. cons.* 437. *num.* 12.
Alder. Mascard. de Statut. interpret. conclus. 6. *n.*
26. *& 27. Rota coram bo. mem. Buratto decis.* 27.
7 *num.* 5. *& in recent. decis.* 238. *nn.* 6. *& 7. p.* 6.
Sixtum autem non inhabilitasse simpliciter, &
absolutè subditos ad dandam, & recipiendam do-
tem, sed tantùm disposuisse circa dotes dandas, &
recipiendas in Vrbe fuit latè comprobatum supra,
vt in simili Statuto considerat *Nauarr. cons.* 4. *n.*
13. *tit. de constit.* & facit, quod notat *Palaez de*
maior. par. pr. qu. 38. *n.* 121. *vers. & circa istam.*
Vbi dicit, quod lex prohibens arrhas in Hispania
vltrà decimam partem bonorum mariti, non com-
prehendit exterum promittentem arrhas extra Re-
gnum, licèt in Regno petantur; Statuentes enim
8 censentur disposuisse super illis, quos sub eorum
dominio habent, & in eorum territorio, & non
super forensibus extrà eorum ditionem permanen-
tibus, etiamsi de forensibus expressam mentio-
nem faciant, vt tradunt *Corn cons.* 194. *num.* 3.
lib. 4. *Socin. Iun. cons.* 49. *n.* 27. *lib.* 1. *Menoch.*
9 *cons.* 74. *n.* 1. *& seqq.* Imò ex mentione forensium
apparet, voluisse disponere tantummodò de con-
trahentibus in Territorio, & non inhabilitasse per-
sonas absolutè, vt dixit *Rota in Romana prætensæ*
donationis coram Cerano impress. per Pic. post Statut.
Vrb. decis. 4. *n.* 5. *& 6.*
10 Vltra quod bo. me. Marchio Vincentius con-
traxit Genuæ, vnde trahebat originem antiquam,
& ideò quoad contractum ibi celebratum attendi
debent Statuta eiusdem loci, & ius ibi vigens, non
autem Statuta Vrbis, quia allegata doctrina Bart.
procedit, quando ciuis inhabilitatus contrahit in
alijs locis tanquam aduena, & subiectus, secus au-
tem quando subijcitur legibus Statuti loci contra-
ctus, quia non est nouum, quem diuersa habere
11 domicilia, & originis, & habitationis eodem tem-
pore, itaut in quolibet loco existens subijciatur le-
gibus particularibus loci contractus. *Salicet. in di-*
cta l. 1. *n.* 11. *vers. Et hoc satis puto* C. *de Summ.*
Trinit., *Alex. cons* 155. *sub n.* 4. *lib.* 7. *Ias cons.*
8. *sub num.* 11. *lib.* 3. *Gabr. de statut. conclus.* 8.
sub n. 11. *Cephal. cons.* 414. *n.* 77. *vers. ad hæc*,
Lancellott. Gall. ad cons. Alex. præfat. 8. *nn.* 16.
& seqq.
Neq; subsistit, quod non constet contractum
doris, de qua agitur, fuisse factum extra territo-
rium, & proinde dici non possit non comprehen-
sus à constitutione, & tamen D. Eugenia, quæ
agit, & allegat, Instrumentum dotale fuisse cele-
bratum Ianuæ pro excludenda constitutione pro-
12 hibente excessiuas dotes, etiamsi asserat per viam
replicationis, tenetur tamen probare fundamen-
tum suæ intentionis, *ad tradita per Rot. coram*
S. M. Greg XV. decis. 535. *sub n.* 15. *&* 17. Vbi
13 quod replicatio sapit naturam actionis, & secun-
dùm eam regulatur. *Alex. in l. fin. nu.* 25. *vers.*
sed, *Azo*, *& alij C. de æden. &* ibi *Curt. Iun. sub*
n. 14. *Paris. cons* 95. *n.* 36. *lib.* 1. *cum ibi allegatis*;
14 Quia quousq; non docet de contrario, D. Euge-
nia habet intentionem fundatam in Instrumento
traditionis dotis, & promissæ restitutionis, cele-
brato Genuæ, etiamsi non ostendatur Instrumen-
tum promissionis dotis; cum sit certum, matri-
monia posse fieri sine hac promissione, & dotem
posse incipere à traditione, prout incepisse in hoc
casu probat tam dict. Instrumentum promissæ re-
stitutionis, quam ipsamet restitutio dotis facta à
Marchione Andrea, itaut non applicentur prædi-
cta; nam D. Eugenia petit dotem traditam Ge-
nuę, & ita fundat suam intentionem: Marchio
Andreas excipit de constitutione Sixti, quæ, vt
15 dictum fuit, restricta est ad dotes in Vrbe consti-
tutas, & ideò tenetur plenè, & concludenter pro-
bare suam exceptionem, & omnes qualitates re-
quisitas, ad hoc vt constitutio intret, *Surd. cons.*
45. *n.* 14. *cons.* 248. *n.* 19. *& decis.* 276. *n.* 2. *Rota*
apud Mant. decis. 258. *n.* 6. *in rec. decis.* 402. *n.* 4.
in fin. par. 2. *& decis.* 116. *n.* 6. *par.* 5. licèt sit reus
excipiens de Bulla *Rot. decis.* 219. *n.* 11. *&* 12. *p.*
16 5. *rec.*, & præsertim cum versemur in Statuto
correctorio, quia debent plenè, & concludentèr
probari, nec sufficiunt præsumptiones *Cratett.*
cons pro genero, *n.* 125. *Surd. cons* 130. *n.* 1. *post med.*
Bursatt. cons. 307. *n.* 38. *Rot. decis.* 469. *n.* 2. *p* 3. *rec.*
Nec obstat æquiuocum per Informantes prò
Marchione Andrea denuò repetitum, quod dum
mulier forensis, quæ contraxit matrimonium cum
Ciue Romano, seu Incola, vult vti beneficio Sta-
tuti Vrbis de lucro dotis, tenetur etiam pati præ-
17 iudicium Constitutionis moderatoriæ dotis, quia
primum vti accessorium separari ab altero non
potest, & de necessitate illius naturam sequi de-
bet, *ex tradit. per Aym. cons.* 632. *nn.* 2. Eo enim
ipso, quod per Constitutionem est limitata, seu
diminuta dos, de necessitate sequitur, quod etiã
illius pars limitata, seu diminuta remaneat, cum
18 pars reguletur à toto integrali, in quo contine-
tur *l. quæ de tota ff. de rei vendic. l. si alij ff. de v-*
sufr. leg., *Bald. cons.* 153. *in princ. lib.* 1. *Calder.*
cons. 10. *post med. vers. ad secundam de feud.* adeo-
ut in præsenti casu, vel sit attendendum Statutum,
quod asserebant, limitatum ad quartam partem
dotis scut. 5500. iuxtà Constitutionem prædictam,
19 vel saltem dispositio Iuris Communis, quæ ces-
sante Statuto attenditur §. *pr. Instit. de Iur nat. gent.*
20 *& ciuil. cum simil.* Quia placuit responsio fir-
mata in vltima *decis.* §. *non obstat.* nempè quoad
restitutionem dotis, & lucrorum attendi domiciliũ
mariti, & quoad Constitutionem dotis attendi
locum contractus, vt vltrà *Ant. Fab. & alios ibi*
allegat. benè etiam distinguunt *Fælin. in cap.* 1.
n. 23. *& 24. de sponsal.*, *Cassan. cons.* 7. *nu.* 3. *&* 4.
Iac. Gall. cons. 1. *n.* 35. *in fin. &* 36. *Molphes. in*
consuet. Neapol. tit. de bon. quæst. 12. *n.* 14. & re-
probato Bald., *Afflict. decis.* 226. *n.* 5. *vers.* 3. *pro*
21 *hac parte*, *& trib. seqq.* & ibi *Hieron. de Mart. in*
addit., *Giurb.* verò in contrarium allegatus *ad*
consuetud. Messan. cap. 1. *glos.* 1. *n.* 65. intelligen-
dus est secundùm Doctores, quos citat, qui lo-
quuntur in restitutione, & lucro doris, nec aliter
esset contra communem attendendus; Et ideò in
casu nostro, quoad Constitutionem dotis attendi-
tur Statutum Ianuen. non limitans ad aliquã sum-
mam; At quoad quartum attenditur Statutum
Vrbis, quod ex sui origine aptum natum est ad
quamcumq; dotem comprehendendam, cum tunc
22 non esset taxata ad aliquam quantitatem, imò ex
promulgatione eiusdem fuit reuocata præcedens
taxatio S. M. Pij V. vt dixit *Rota coram S. M. Gre-*
gor. XV. decis. 267. *per tot. in Romana Casalis A-*
guzzani 27. *Iunij* 1640. *coram R. P. D. meo Royas*

§. nec extat, & decis 741. num. 4. p. 1. recent.
Nec releuat, Constitutionem probibere etiam
23 receptionem dotium, quia intelligitur correspe-
ctiuè, quatenus datio sit prohibita, & contra
Constitutionem, nempè, factam ab vxore in Vr-
be, siue extera, siue incola, svel à Ciue extera in
fraudem Statuti, secus autem quando datio est
24 facta à persona non prohibita, quia duo actus
correlatiui non iudicantur, nisi vtroque conside-
rato. *Surd. decis. 308. n. 15. in fin. & 15.* Et ideò
25 in simili de Statuto prohibente recipere aliquid
etiam à sponte dantibus vltrà taxam, quod intel-
ligatur, quando recipiunt à personis ordinarijs ta-
xæ subiectis, secus verò si à magnatibus, vel alijs,
quos non est verisimile fuisse comprehensos, &
contemplatos à statuentibus, dum taxam ordina-
runt, declarant *Rodriq. in summar. p. 2. cap. 2. n. 1. vers possint etiam recipere. Claus Reg. lib. 12. cap. 25. n. 18. vers. secundus casus. P. Lugo de Iust. & Iur. tom. 2. disput. 41. sect. 2. num. 19. vers. quarsò addunt.*
Neq; repugnat, quod Pragmatica dicat esse cō-
prehensos forenses, dummodo vnus ex contrahen-
26 tibus sit Ciuis, aut Incola Vrbis, quia non inde
tollitur, Bullam disponere solum de dotibus in
vrbe constituendis, vt suprà, neque ex his verbis
ampliatur, sed restringitur dispositio Bullæ, nam
vltrà qualitatem Constitutionis dotis in Vrbe ab
extera etiam ibidem habitante, & contrahente,
requiritur etiam altera qualitas, vt alter ex con-
trahentibus sit Romanus originarius, Ciuis, aut
Incola; noluit enim illas prohibere, quando duo
forenses etiam in Vrbe dotes constituerent exces-
siuas, & sic restringitur, non ampliatur dispositio
Bullæ, vt patet ex ipsis verbis (siano compresi
forastieri, purche vno delli contrahenti sia Roma-
27 no originario; ouero fatto Cittadino, ò pure In-
cola di Roma) Quia dictio (purche) est restri-
ctiua, *Sim. de Præt cons. 61. n. 37. Rot. decis. 247. num. 26. part. 5. recent.*
28 Præterea, quatenus dicta Constitutio Sixti V.
haberet locum in præsenti, præsumeretur obtenta
illius derogatio ob lapsum 30. annorum, & vltra,
cum obseruantia inconcussa subsequuta, vt fuit fir-
matum in decisionibus in hac causa factis, nam
29 stante lapsu temporis præsumitur interuenisse be-
neplacitum Apostolicum, omnesque alias sole-
mnitates requisitas pro validitate contractus *ad glos. in c. peruenit, & ibi Io: de Imol. n. 10. & 12. de empt. & vend. Gozadin. cons. 73. n. 20. & 21.*
qui testatur de communi *Curt. Iun. cons 100. nu. 21. & cons. 213. nu. 97. lib. 3.* non obstante decre-
to irritanti in dicta Constitutione apposito, quia
30 non dicitur, dictam Constitutionem fuisse abro-
gatam, vel non vsu receptam, seu ex lapsu tem-
poris eius obseruantiam esse præscriptam, quo ca-
su procederet obiectum, vt fuit ponderatum (in
Maioricen. Indultorum 11. Aprilis, & 27. Iunij
1639. coram bo. me. Merlino,) sed tantùm præ-
tenditur ex lapsu 30. annorum præsumi interue-
31 nisse beneplacitum Apostolicum, prout præsu-
mitur in alienatione rei Ecclesiæ, *Seraphin. decis. 671. n. 1. Rot decis. 179. n. 1. p. 2. diuers. decis. 169. n. 4. p. 1. rec. & decis. 694. n. 5. p. 1.* & tamen in extra-
uag. ambitiosæ de reb. Eccles. non alienan. adest
decretum irritans, & pęna excommunicationis,
32 vt in §. si quis autem. Quod eò facilius est in pro-
posito dicendum, cum contra hanc Constitutio-
nem taxatiuam dotium facillime beneplacitum A-
postolicum concedatur, vt dixit (Rota in Roma-
na Dotationis 26. Iunij 1637. coram bo. me. Buc-
cabella)
His positis, cum D. Eugenia habeat intentio-
nem fundatam in lapsu temporis vltra 30. annos,
33 qui iuncta obseruantia, inducit præsumptionem
nedùm beneplaciti Apostolici, vt fuit dictum in
alienatione rerum Ecclesiæ, sed etiam derogatio-
nis, dispensationis, & alterius cuiuscumque titu-
li necessarij, *Isern. in cap. 1. §. Illud il primo n. 66. de prohibit. alien. per Frider. Schrader. de feud. par. 9. cap. 6. n. 55. Vasq. contron illustr. lib. 2. c. 65. n. 1. & cap. 84. n. 25. & seqq.* Vbi latè materiam
34 ampliat, & exornat, & hæc sit præsumptio Iuris
Vasquez dicto cap. 84. num. 83. cum Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. nu. 73. vers. ceterum cum alijs alle-
35 *gatis in præcedenti decis. §. Præterea.* Quæ æqui-
pollet plenæ probationi, quinimò operatur liqui-
dissimam probationem, *ad tradita per Cyriac. contron. 204. n. 43. ex text. in l. licèt Impetrator ff. de leg. 1. l. Tutor, cum ibi not. ff. de peric. tutor. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 36. n. 3. Aym.*
36 *cons. 156. n. 15.* Marchio Andreas allegans, de-
rogationem non fuisse obtentam, tenetur æquè
plenè concludenter probare hanc negatiuam *l. siue possidetis C. de probat. l. quintus mutius ff. de donat. inter vir. & vxor. cap. fin. §. sanè,* & ibi *glos. verb. probationem de Iur. iur. cap. 2. de restitut. spoliat. Innoc. in c. cum in iure n. 4. vers. si dices de offic. de leg. cum alijs pluribus allegatis à* Pacian. *de probat. 1. 8. n. 1. lib. 1. & à Lotter. de re benef. lib. 2. q. 48.*
37 *n. 288.* Ita vt nō sufficiant probationes negatiuæ,
quæ admitti solent, quando non militat contraria
præsumptio Iuris pro Aduersario, prout erat ca-
sus decisionis in dicta Romana quarti dotalis corā
bo me Pirouano; sed requirantur pleniores, &
rigorosiores, *Larr. decis. Granat. 48. n. 54. in fin. post Farinac. de testib. q. 63. n. 239. Garz. de nobilit. §. 1. glos 2. nu. 38. & glos. 12. nu. 52. & ante hos Abb. in cap. Quia verisimile in 2. notabil. de præsumpt.* vbi, quod requiritur, quod tales probatio-
nes sint pleniores, & clariores solitis, & ordina-
38 rijs probationibus; Non itaque suffragantur di-
ligentiæ in registris Datariæ, & Secretariæ Bre-
uium, etiam quod regulariter, vbi non concurrit
contraria præsumptio Iuris, releuarent, in quibus
terminis procedit *decis. Caputaqu. 45. n. 2. & 3. p. 3., quam posteriores sequuntur,* sed vt negatiua
39 probetur, oportet perquirere etiam alios libros, in
quibus talis derogatio potuit registrari, *Ruin. cons. 35. nu. 19. lib. 1. Seraph. decis. 1307. n. 3. Rot. in*
40 *rec. decis 149. nu. 5. & 6. p. 5.* Nam possibilitas
ista excludit necessitatem probationis ex aliquorū
librorum reuolutione resultantem, vt in terminis
probationis negatiuæ, firmauit *Rot. decis. 88. sub n. 6. part. 4. rec decis 216. n. 13. p. 6. & decis. 27. n. 70. & 72. p. 7.* Quæ decisiones eò fortius pro-
cedunt, quando pro actore concurrit præsumptio
Iuris, quod etiam admittit *decis. 287 nu. 4. coram S. M. Gregor. XV.* quando aliundè potuit haberi
dispensatio, prout haberi potuit in casu nostro per
41 Chirographum, quod non registratur in libris Da-
tariæ, & Secretariæ Breuium, sed in libris Cameræ.
Vnde

Vnde semper verum est dicere, probationem
negatiuæ non concludere, cum perquisitio facta
in actis Notariorum Cameræ sit imperfecta, ex
quo ante annum 1600. deficiunt aliqui libri, & in
altero folia, in quibus potest esse, quod huius-
modi derogatio per Chirographum obtenta regi-
strata fuerit, vt in decisione, quæ reuidetur in §.
vltimo.

42 Quod autem expediri potuerit per Chirogra-
phum, probatur tum ex ipsa Constitutione Sixti,
de qua agitur, in qua Pontifex excipit derogatio-
nes concessas per supplicationem, vel alium mo-
tum proprium manu Papæ signatum, Ibi (per
supplicationem, aut alium motum proprium, no-
stra, seu Romani Pontificis pro tempore existen-
tis, manu signatum, derogatio fuit concessa, &c.)
Sed certum est, quod præter supplicationes tunc
non signabantur manu Papæ, nisi chirographa,
ergo de illis loquitur Sixtus. Et appellatione mo-
43 tus proprij manu Papæ signati, venit etiam Chi-
rographum, quod eò facilius impetrare potuit
Marchio Vincentius, qui contraxit matrimonium
de tempore Sixti, & tunc habuit fratrem Thesau-
rarium Generalem Papæ postea Cardinalem, alias-
44 que gratias per Chirographum impetrauit, vnde
solitum hoc particulare in dicto Marchione obti-
nendi gratias per Chirographum præualet cui-
cumque solito generali in contrarium, *Bald. in l.
si ceteris annis sub nu. 11. vers. credo autem C. de
pact.*, *Anchar. cons. 255. n. 3. ad fin. vers. sua, &
specialis. Et nu. 4. Fab. de Ann. cons. 2. nu. 4. in
fin. nu. 10. & plurib. seqq.* vbi in fine dicit, ita fuis-
se iudicatum *lib. 1.*, *Bertazol. claus. 4. glos 36. in
fin. Mascard. de probat. conclus. 1249. nu. 11. Rot.
45 decis. 169. nu. 9. p. 5. rec.* Et Chirographa siue
concernant interesse Cameræ, siue priuatorum so-
lent signari manu Sanctissimi, & registrari in Ca-
mera, vt est notum, & ostensum fuit pro parte
46 D. Eugeniæ; Tum ex diligentijs factis in his ter-
minis in libris Cameræ, tàm in alia causa Roma-
na Quarti dotalis coram bo. me. Pirouano, quàm
47 in hac ipsa à Marchione Andrea, qui propterea
cum iudicialiter institerit pro deputatione Nota-
riorum Cameræ ad effectum faciendi dictam per-
quisitionem, & successiuè ipsorum relationes in
actis reproduxerit, agnouit hanc possibilitatem
registrationis in Camera, vt in similibus terminis
agnitionis partis deducit (Rota in Romana, seu
Ianuen. Locorum Montium 28. Iunij 1641. coram
Reuerendiss. D. meo Decano in fin.) quam gra-
tis in præsenti negat, postquam ex libris Cameræ
non potuit intentionem suam probare. Et alle-
48 gare, quod sibi sit impossibilis probatio negatiuæ
per libros Cameræ, non releuat ab onere proban-
di negatiuam, *Gemin.*, *Butr.*, *Abb.*, *Bald.*, *&
alij, quos refert, & sequitur Pacian. vbi supra lib.
1. cap. 51. nu. 31. Lotter. de re benef. lib. 2. dict. q.
48. num. 289.*

49 Similiter de probatione negatiuæ contra posses-
sorem triennalem, pro quo adest præsumptio Iu-
ris, non facit in contrarium, quia tam in casu
decis. 5. Cassad. super regul. quam *Caputaq. decis.
45. nu. 3. in fin.* (quam in nullius Cantoriæ 13. Ia-
nuarij 1603. coram Litta,) diligentiæ leguntur
factæ etiam in libris Cameræ, & signanter *decis.
Cassad. ante nu. 5.* ex diligentijs in Cancellaria, &
Camera deducit omnia possibilia facta fuisse, &
quatenus num. 6. ait; non attendi possibile, &
contingens, loquitur de possibili insolito, & sus-
50 pecto; vt patet ex lectura; *Felin. verò in c. Illud
nu. 7. in fin. de fid. Instrum.* Requirit diligentias
51 in locis, vbi expeditiones registrantur. Et quod
dicitur, non attendi possibile, sed solitum, intel-
ligendum est de possibili insolito, vt benè distin-
guendo declarat *Bart. in l. si maior n. 1. C. de legit.
hæred*, *Alberic. in l. ex his sub num. 5. & 6. ff. de
legib.*

52 Non obstant attestationes Officialium, & Ex-
peditorum, quod istæ derogationes soleant expe-
diri tantummodò per Datariam, & Secretariam
Breuium, cum non percutiant tempus Sixti V.,
& tempus anni 1590, quo fuit matrimonium cõ-
tractum, prout requiritur *Rot. decis. 381. num 8.*
vbi dicit rationem, quia stylus solet variari *par. 3.
recent. decis 29. nu. 73. p. 7.* & in stylo expediendi
gratias Apostolicas vno, vel alio modo, tradunt
in specie *Felin. in c. Rodulphus nu 22. post med.
vers. vbi autem de rescript. Ferrett. cons 11. nu. 10.
& cons. 48. num. 19. Mandos. ad regul. Cancell. 33.
quæst. 8. nu. 4. in fin.* Cassad. *decis. 7. n. 4. de re-
script.*. & docet etiam experientia in ipsomet Mar-
chione Vincentio, qui easdem gratias à duobus
summis Pontificibus obtinuit per Breue, & à duo-
53 bus alijs impetrauit per Chirographum Propterea
cum nos versemur in ordinarijs Iudicij, seu in de-
cisorijs, qualia dicuntur omnia ea, quæ respiciunt
probationem facti, vel non facti *Carol. de Grass.
de effect. Cleric effect. 2. n. 140.* vbi allegat concor-
dantes, non sufficit fides extraiudicialis expedito-
rum ad probandum stylum, sed requiritur iudi-
cialis probatio, parte tamen opponente, prout
in casu illo expressè opposuit, *ex allegatis in Ro-
mana societatis Officij pr. Februarij 1623. coram
bo. me. Merlino*, præsertim propter præsumptio-
nes contrarias suprà deductas, quæ circumstantiæ
omninò deficiebant in illa causa Romana Quarti
Dotalis coram bo. m. Pirouano.

Nec applicatur constitutio Sanctissimi Domini
53 Nostri super preseruatione Iurium Sedis Aposto-
licę edita de anno 1621., in qua Sanctissimus D N.
ad tollendum hanc possibilitatem declarat, & de-
cernit, registra Apostolica semper fideliter custo-
dita fuisse *Ibi* (Ideò sit in Registris Apostolicis,
quę fideliter custodiuntur). Quia procedit in con-
cernentibus interesse Sedis Apostolica, & aliarum
Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum vt
in principio, Ideò non applicatur huic casui, in
quo agitur de re merè prophana, & concernente
præiudicium priuatorum, & constitutio non di-
cit, quin faciendæ sint diligentiæ in Camera, cum
vtatur sequentibus verbis (Præcipuè per litteras
Apostolicas, siuè sub plumbo, siue in forma Bre-
uis sub Annulo Piscatoris &c.) Vndè non ex-
cludit Chirographa, quæ in Camera registrantur,
54 cum dictio *præcipuè* cætera non excludat, *Barbos.
dict. 274. n. 2.* & iam Rota pluriès firmauit requi-
ri diligentias in Camera, & in specie *decis 45 n. 2.
55 & 3. p. 3. coram Caputaq.* & in alijs suprà allega-
tis. Et ita cum ad hoc vt diligentiæ suffragentur,
requiratur, quod nullus locus, in quo asseruari
solent

solent gratiæ Apostolicæ, remaneat non perquisitus, vt voluit *Rot.corā San. mem. Greg. XV. dec. 287. n. 1.* eò quia tunc cessat præsumptio dispensationis, vt dixit *Rota coram Capntaq. d. decis 45. n. 4. p. 3.* propterea fuit conclusum, diligentias non suffragari Marchioni Andreæ.

Et ex his placuit Dominis confirmare decisiones in hac causa factas, vtraq; &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Tullen. Matrimonij.

Lunæ 9. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

POsitiones an, & quando sint reijciendæ?

SVMMARIVM.

1 *Positio, cui reus tenetur respondere cum iuramento potest produci post conclusum in causa, & publicatas testium depositiones. num. 1.*

2 *Lim. quando vtraque pars suas fecit probationes super articulis de directo contrarijs. num. 2.*

3 *Periurij occasio est euitanda. num. 3.*

DECISIO II.

IN PARTICVLA.

IN hoc grauissimo, &c.

His pro validitate matrimonij firmatis decisum fuit positiones exaduerso exhibitas non esse admittendas, eisq; D. Ducissam Nicoleam non teneri respondere, quia esto quod etiam post conclusum
1 in causa, & publicatas Testium depositiones possint produci *Specul. tit. de posit. § 4. n. 2. Peregr. decis Patauin. 126. nu. 9. Thes decis. 93. per tot. Fontanel. decis 25. n. 4* Id tamen non procedit quando vtraque pars super articulis de directo contrarijs suas fecit probationes, vt in nostro ca-
2 su, in quo cum vir matrimonium controuersum vi, & metu contractum, mulier verò spontè, & liberè initum iuramento articulauerint, ista modo cogi non debet positionibus respondere ea ratione, quia si metum vt ponitur, quemadmodum verisimile est negaret hoc ei esset superfluum, cum illum hic non currere aliunde ex Testibus, & alijs documentis probauerit, si verò fateretur esset sibi ipsi contraria, & incideret in periurium, quod est euitandū iuxta *glosr. communiter receptam in auth.*
3 *principales §. Quod obseruari verb. existimet vers. nec ad eā C. de iure iuran. propter calumn. Lanfrāch. de Orlan. in cap. quoniam n. 14. verb. responsiones in fin. de prob. Nenix. consi. 7. n. 6. Mascard. de probat. concl. 1177. n. 65. Scacc. de iudic. lib. 2. c. 7. n. 278. Rebuf. ad constit. Galliæ tom. 3. tit. de respons. verb. credidit art. 6. glos. vnica nu. 4. Osasch. decis. Pedem. 10. n. 7. & 8. Surd. decis. 17. num. 5. ibiq; Add. num. 3. & seqq.*



R.P.D. VEROSPIO.

Romana Cambij.

Lunæ 18. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

PRæsentia in loco ex quibus probetur? Cuiusnam consensus inter consanguineos contrahentis sit adhibendus?

SVMMARIVM.

1 *Præsentia in loco infertur ex iurisdictione eodem tempore administrata in eodem loco. num. 1.*

2 *Præsentia in loco infertur etiam ex interessentia in Choro, licet post diem contractus sequuta. num. 2.*

3 *Præsentia probatur ex vnico teste concurrentibus adminiculis. num. 3.*

4 *Impedimentum accidentale non præstat inhabilitatem debentis præstare consensum. num. 4.*

5 *Contractus stipulatio debet differri in sequentem diem si proximiores eo temporis aliquo breui impedimento remanent innodati, non autem remotiores ad consensum adhibendi. num. 5.*

DECISIO III.

IN PARTICVLA.

PRO Cambio in scut. mille &c.

Quod autem hi potuerint interesse contractui comprobat existentia ipsorum tunc temporis in Vrbe, & quidē R.P.D. Cincij ex iurisdictione eadem die contractus adstipulati 15. Februarij 1648. per ipsū vti locūtenentē D. Cardinalis Vicarij, exercita comprobatur, quæ præsentiam ipsius omninò
1 præsefert, vt dixit *Felin. in cap. tenor n. 3. Fallen. 2. de re iudic. Ruin. consi 154. n. 11. lib. 5. Menoch. de præsumpt. 19 nu. 6. & in his terminis respondit Rot. coram Greg. decis 484. per tot.*

Existentia verò Columnæ ex ipsius dispositione conuincitur, quod in mense Februarij nunquā ab Vrbe discesserit tum ex eiusdem interuentu in Choro Basilicæ Lateranensis sub sequenti die
2 post celebratum immediatè contractum; tum denique ex depositione alterius testis de certa scientia attestantis eumdēmet Canonicū toto tempore mensis Februarij Romæ degisse, qui licet vnicus
3 adminiculis tamen superius ponderatis perspectis sufficientem probationis gradum constitueret, vt in proximis terminis responsum fuit in *Romana testium 22. Martij 1656. coram R.P.D. meo Cerro in §. identitas.*

Hinc postquam proximiores in gradu assensū po-
4 terant naturaliter præstare in contractu, accidentalis eorumdem habilitas sine carentia impedimenti non debuerat à Mario comprobari, quinimò licet eadem die contractus aliquo impedimento detenti forent, non tamen remotiores in gradu poterant adhiberi, sed stipulatio ex quo impedimentum longo temporis cursu durare non poterat in sequentem omninò diem debuerat differri, vt recedendo à decisione contraria responsum fuit, *in decis. 713. per tot. p. 2. rec. & in Rom. Cessionis de Comitibus 23. Iunij 1642. in §. quod potuerint coram Reuer. D. meo Decano, & notant Add. ad decis. Greg. decis. 406. n. 19. vers. aduertendum tamen est, &c.*

R.P.D.

R. P. D. CELSO.

Reatina reintegrationis Fideicommissorum:

Veneris 8. Iuny 1657.

ARGVMENTVM.

HÆres grauatus, qui alienat bona fideicommisso subiecta tenetur de iure ad pretij restitutionem, & reintegrationem fideicommissi, siuè scienter, siuè ignoranter alienatio sequuta fuerit;

SVMMARIVM.

1 *Probatur prima pars Argumenti.*
2 *Probatur, & secunda.*
3 *Fily primi gradus probiberi possunt a Trebellianica iuxtà opinionem Rotæ, à qua non est recedendum propter illius auctoritatem.*
4 *Probibitio legitimæ valet cum solita cautela, quod recusantibus hæredibus testamentum, & prohibitionem acceptare, censeantur instituti in sola legitima.*
5 *Prætensio legitimæ cessat quando adest acceptatio, & approbatio generalis testamenti, & oneris in illo iniuncti, cum clausulis amplissimis.*
6 *Legitimæ detractionem nequaquam prætendere potest qui factus maior ratificauit acceptationem testamenti factam in minori ætate.*
7 *Identitas bonorum alienatorum probatur ex combinatione cum bonis contentis in instrumento diuisionis factæ inter fratres.*
8 *Confessio præiudicat confitenti.*
9 *Et probat contra hæredes, & habentes causam à confitente.*
10 *Via executiua competit quotiescumque adest obligatio Cameralis.*
Rota potest executiuè procedere, sicut procederet A.C.
11 *Instrumenta possunt exhiberi quo ad illam tantum partem, quæ facit ad causam.*
12 *Agens ex persona propria vti vocatus ad fideicommissa, & sic independenter ab eo, qui bona fideicommisso subiecta alienauit potest instare pro reintegratione.*

DECISIO IIII.

CVm Pompeius de Vecchiarellis grauatus fideicommisso, tam Bartholomæi Aui, quam Vincentij Patris, plura alienauerit bona eiusdem Fideicommissis supposita, Dubitaui, An, & pro qua rata pro illorum reintegratione esset relaxandum mandatum, & Domini pro nunc sine præiudicio maioris summæ relaxandum esse censuerunt in scu. 7224 & baioc. 57 6. ½, quia pro eadem summa constat, ipsum alienasse bona consistentia in corporibus 28., vt latius habetur in fol. particulari exhibito in Rota, & per Instrumenta publica, aliaq; iura in actis producta in omnibus iustificata cum espressione, & specificatione temporum, Notariorum, nec non personarum, quibus fuerunt vendita. De iure enim hæres grauatus, qui alienat bona fideicommissaria, tenetur ad pretij restitutionẽ, & reintegrationẽ fideicommissi siuè scienter, siuè ignoranter alienatio sequu-
1 ta fuerit, prout in primo casu, quando alienauit scienter, est *Tex. in l. quidam 25. §. fin. ff. ad Senat. Consult. Trebell.* & tradit *Cagnol. in l. qui dolo n. 4. ff. de reg. iur. Parif. cons. 5. n. 26. lib. 2. Menoch. de adipisc. remed. po. n. 65.* Peregr. *de Fideic. art. 45. n. 15.* vbi ait esse in facultate fideicommissarij agere pro restitutione pretij, vel pro recuperatione bonorum alienatorum, quod repetit *art. 46. n. 26.* Et in secundo casu, quando igno-
2 ranter *l. fin. §. vlt.* Ibiq; *Bart., Castr., & alij ff. de leg. 2. Ioseph. Ludouic. commun. opin. conclus. 14. illat. 91. vers. Declara 2., Peto. de fideic. qu. 3. n. 37. Fusar.* qui plures cumulat, *de substit. quæst. 556. n. 22., & qu. 558. n. 1. & 2.* & de communi testatur *Alex. cons. 3. n. 3. lib. 3. Bursatt. cons. 13. n. 75. lib. 1.* Gabr. *cons. 44. num. 9. & 22. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 779. n. 3.* Crass *§. Fideicomm. qu. 56. n. 4., Osasch. decis. Pedemont. 73. nu. 1. & seqq.* Et de vtroq; *Cyriac.* alios referens *contron. 5. nu. 22. & seqq.* & firmauit *Rota coram Merlino decis. 831. n. 1. & 2. decis. 844. eodem nu. 1. & in Renon. successionis 4. Maij 1645. coram bo. me. Bichio, & 18. Martij 1652. coram me.*

Et frustra opponitur, alienationes prædictas debere imputari in legitimam, & Trebellianicam; Nam Bartholomæus Testator prohibuit expressè illatum detractionem, iussitq; hæredibus approbationem huiusmodi dispositionis, quam postea reiterauit Vincentius per relationem ad Testa-
3 mẽtum prædictum. Certum est autem Trebellianicam prohiberi posse, etiam filijs primi gradus iuxtà opinionem Rotæ, à qua non esse recedendum propter illius auctoritatem firmat *Marzar. de fideicom. quæst. 49. Maresc. var. resol. lib. 1. c. 100. nu. 10. Molin. de primog. lib. 1. cap. 17. nu. 12. & seqq.* & firmatum fuit *coram S. M. Greg. decis. 421. n. 10.* ibiq; *Add. n. 16. in Cæsenaten. bonorum 27. Martij 1648. coram bo. me. Penting. in Romana fideicom. 8. Iunij eiusdem anni coram bo. me. Arguelles, & coram Eminentiss. Card. Ottbob. decis. 36. num. 3.*

4 Legitima verò prohibita fuit cum solita cautela, quod recusantibus hæredibus Testamentum, & prohibitionem acceptare, censerentur instituti in sola legitima, quam cautelam tradit *Soccin. Iun. cons. 122. n. 8. & seqq. lib. 1. Dec. cons. 687. n. 2.* & approbat *Pot. decis. 206. n. 4. decis. 479. n. 8. & decis. 653. nu. 13. part. 1. rec. coram Merlin. decis. 642. num. 5. & in Fanen. bonorum 19. Iunij 1648. coram bo. me. Arguellus.*

Cumq; postea Pompeius vna cum alijs fratribus per Instrumentum publicũ de anno 1602. & 1608. promiserit adimplere omnia dd. Testamentis contenta, & quod tota hæreditas integrè conseruaretur in familia, vsque ad minimum quadrantem, supponendo ijsdem fideicommissis legitimam, nec non prælegata, ac omnia, & singula bona, cessat penitus prætensio huiusmodi, quia concurrit non solùm acceptatio, & approbatio generalis Testamenti, & oneris in illo iniuncti cum clausulis amplissimis, quam sufficere firmauit *Rot. in Romana fideicom. de Centis 26. Nouembris 1639. & 16. Maij 1642. coram Reuerendiss. Compostellano cum alijs per adden. ad S. M. Greg. decis. 489. n. 27. vers. & vt filius, & per Grat. cap. 983. nu. 2. & seqq.* Sed etiam specifica, & indiuidualis respectu ipsius legitimæ, vt disponit *Text. in l. si quando 35. §.* Et generaliter *C. de inoff. testam.* & voluit *Rot. decis. 342. n. 9. part. 5. rec. & coram Eminentiss. Ottbob. decis. 100. n. 5. & per tot. & decis. 110. n. 1.*

Non obstat, quod de tempore acceptationis

secutæ,

secutę, nempè de anno 1602. Pompeius esset mi-
nor; nam vltra quod acceptatio erat vtilis, & ne-
cessaria eidem Pompeio ad effectum consequendi
pinguem hæreditatem, & apparet facta coram Iu-
6 dice adhuc cessar difficultas, quia factus maior de
anno 1608. Testamentum auitum, & paternum
de nouo approbauit, & acceptauit, supponendo
illis legitimam, nec non prelegata, &c. adeout de-
tractio huiusmodi nullo modo prætendi possit
contra formā prædictæ acceptationis *ad Text. in
l. vnica C. si maior factus rat. hab. Rot. coram S. M.
Greg. decis. 186. n. 4.* & in terminis dixit *Rot. dict.
decis 110. per totam, & præsertim num. 16. coram
Eminentiss. Card. Otthob.*
7 De identitate verò bonorum alienatorum nullo
modo dubitari potest, quia illa colligitur ex com-
binatione cum bonis contentis in Instrumento
diuisionis factæ à Pompeio, & fratribus; vt dicit
Rot. *decis. 88. n. 12. p. 7. rec. coram Merlin. decis.
548. n. 17. cum alijs pluribus in Fanen. bonorum 19.
Iunij 1648. coram bo. me. Arguelles.*
Et cum idem Pompeius in dicta diuisione de
anno 1615 fassus fuerit non solum bona diuisa esse
supposita fideicommissis, sed etiam alia empta post
patris obitum in dicta diuisione descripta, tanquā
8 acquisita ex pecunijs hæreditarijs talis confessio,
& declaratio sicuti præiudicant ipsi Pompeio; vt
notat *Marzar. de fideicom. quæst. 58. Peregr. eodem
tract. art. 44 n. 5. Rot. coram Merlin. decis. 262. n.
9 1. & decis. 294. in princ.* Ita etiam probat contra
hæredes, & habentes ab eo causam, *ad Text. in l.
cum à matre C. de rei vendic., Rot. coram Burat.
decis 229. n. 10., & seqq. & in Romana fideicom.
8. Iunij 1648., & in dicta Fanen. bonorum 16. Iu-
nij eiusdem anni coram bo. me. Arguelles.*
10 Minus dubitari potest, quod pro illorum rein-
tegratione competat via executiua, & mādatum re-
laxari valeat, nam stante obligatione Camerali,
res transit sine difficultate, *Cephal. cons 439. nu.
16. Thesaur. decis. 26. n. 12. Rot. in rec. dec 258.
n. 1. part. 6. & in Romana Domorum de Incorona-
tis 18. Martij 1650. coram Reuerendiss. D. meo De-
cano*; Et cum per commissionem particularem
fuerint mihi communicatæ facultates A. C. eodē
modo potest Rota executiuè procedere, sicuti pro-
cederet idem A. C. *Rot. decis. 413. sub n. 10. p. 1.
rec. Buratt. decis. 752. in fin.*, & fuit dictum *in
Aesina pecuniaria 17. Febr. 1648. coram bo. me.
Peuting.*
Quod Instrumenta diuisionum, & alia iura fue-
rint mutilatè in Rota producta, nullo modo sub-
sistit in facto, nam Instrumenta sunt integra, &
per compulsum in actis exhibita, quamuis ad effu-
11 giendas expensas, & tollendā prolixitatem fuerit
repetita illa tantùm pars, quæ facit ad causam, pro-
ut fieri posse tradit *Vestr. in prax. lib. 7. cap. 1. de
product. Iur. n. 6.* & admittit *Rot. dict. decis. 139.
n. 6. & seqq p. 4. tom. 2. rec. & decis. 304. num. 21.
part. 5. & coram S. M. Greg. decis 432. n. 7. cum
alijs per Add. ad eumdem decis 238. num. 15. vers.
limitatur secundò.*
Quod R. P. D. Odoardus de Vecchiarellis R.
C. A. Generalis Auditor, nec non illius fratres
hodie agentes sint etiam pro medietate hæredes
beneficiati Pompeij, & sic pro dicta rata debeant
concurrere ad reintegranda fideicommissa, ab eis-
12 dem non controuertitur; Et cum veniant ex per-
sona propria independenter à dicto Pompeio, vti
vocati ad eadem fideicommissa, possunt instare
pro reintegratione, non obstante quod alienatio
facta fuerit per ipsum Pompeium, *Natt. cons 470.
n. 13. Rot. diuers decis. 110. per tot. par. 2. et corā
Merlin. decis. 716 n. 12. et coram Eminentiss. Ot-
thob. decis. 180. n. 12. et seqq. et decis. 270. à n. 11.*
Vnde cum fideicommissa sint literalia, & iam
per sententiam Rotalem canonizata coram R. P.
D. meo Verospio ad fauorem eorumdem respon-
derunt DD. pro mandati relaxatione contra bona
hæreditaria Pompeij vtraq; parte informante, &c.

R. P. D. MELTIO.

Bononiensis Iuris Patronatus.

Mercurij 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

CEssantibus rationibus, ex quibus Sacrum Concilium Tridentinum præsumit vsurpationem Iuris patronatus, non est necessaria rigorosa probatio ad probandum ius patronatus sancita per dictum Concilium, sed sufficit ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Sacrum Concilium Tridentinum ex duabus rationibus præsumit vsurpationem Iuris Patronatus in personis, seu Communitatibus, vel Vniuersitatibus, scilicet, ob potentiam personarum, vel ob inuerisimilitudinem.*
2 *Inuerisimilitudo præsefert quamdam falsi imaginem.*
3 *Præsumptio paupertatis tollit quamcumque præsumptionem potentiæ.*
4 *Ius Patronatus prætensum ab hominibus Communitatis, vt singulis plerumque præsumitur ex vsurpatione potius quæsitum, vnde plenior, & exactior probatio requiritur ad docendum verum titulum.*
5 *In vniuersitate prætendente ius patronatus, prout est corpus, & persona ficta habens bona propria, cessat ratio inuerisimilitudinis: quo casu ad probandum ius patronatus requiritur solùm ordinaria probatio.*
6 *Inuerisimilitudinem circa ius patronatus excludunt inscriptiones, & insignia vniuersitatis posita in Ecclesia.*
7 *Inscriptiones solum permutuntur quando nihil continent, quod à veritate sit alienum.*
8 *Ex præsentationibus factis ab vniuersitate spatio 150. annorum, & effectum sortitis per spatium 50. resultat rigorosa probatio ad ius patronatus.*
9 *Quandò præsentationes continuatæ, & effectuatæ nullum præseferunt principium acquisitionis dicitur constare de immemorabili, saltem ex indirecta probatione, quæ sufficit.*
10 *Præsentationes citrà vltimos annos 50. habent vim immemorabilis quotiescumque non constat de initio contrario, vel aliqua collatio in contrarium non ostenditur.*
11 *Præsentationes effectum sortitæ mediantibus institutionibus confirmant Ius quæsitum.*
12 *Probatio immemorabilis debet fieri per testes, non autem per scripturas.*
13 *Limitatur, quando fit per scripturas antiquissimas nullū præseferentes principium, quia tunc illa dicitur probatio per indirectum immemorabilis.*
14 *Sententia in contumaciam non præiudicat ex clausula in literis Apostolicis contenta* quatenus Ecclesia non esset de Iure patronatus alicuius.
15 *Sententia est nulla ex defectu citationis, quæ præcedere debet nominatim ipsam sententiam.*

16 Ci-

16 *Citatio ad sententiam debet esse adeò specifica, & expressis verbis concepta, ut nec virtualis comprehensio illius, nec æquipollentia verba admittantur.*

17 *Prouisiones Apostolicæ nunquam nocent Patronis, neque mutant statum beneficij iuris patronatus.*

18 *Limitatur, nisi Papa haberet notitiam iuris patronatus, & vellet nihilominus mutare statum beneficij, quia eius prouisio noceret.*

19 *Sententia ordinarij non potest immutare statum beneficij, quem Papa præseruauit.*

20 *Per sententiam ordinarij Patronus non excluditur à probationibus faciendis, cum Iudici non innotuit ius patronatus.*

21 *Sententia à qua non fuit appellatum censetur approbata, & confirmata.*

22 *Immemorabilis nunquam interrumpi solet ex actibus dubijs, atque incertis, & qui ineffectuati, atque suppressi extiterunt.*

23 *Enunciatiuæ antiquissimæ habent vim famæ.*

24 *Et valdè adminiculant probationem iuris patronatus.*

25 *Antiquæ enunciatiuæ quotiescumque habent annexam quasi possessionem præsentandi per longum tempus probant ius patronatus etiam contra tertium.*

26 *Sententijs ordinariorum Canonizatorijs iuris patronatus est maximè deferendum: quia non solent de facili canonizare patronatum, cum hoc tendat in eorum præiudicium.*

DECISIO V.

VAcauit de anno 1649. per mortem Dominici Palmerini Ecclesia Parochialis S. Michaelis loci Capugnani, quam prætendens Communitas dicti loci esse de Iurepatronatus ipsius, ad illam præsentauit Ioannem Palmerinum, cuius præsentationis occasione, orta lite inter Homines, & Communitatem eiusdem loci Capugnani ex vna, & mensã Archiepiscopalem Ciuitatis Bononiæ ex altera super dicto patronatu, illa discussa fuit in Rota Bononiensi, quæ suam protulit sententiam ad fauorem Hominum dictæ Communitatis, per quam fuit declaratum constare de Iurepatronatus; Introductaq; deinde huiusmodi causa in Rota in gradu appellationis ad instantiam mensæ Archiepiscopalis coram R. P. D. meo Celso, emanauit sententia primæ confirmatoria; qua nondum contenta dicta mensa Archiepiscopalia obtinuit, illam de nouo committi R.P.D. meo Verospio, à quo promulgata fuit sententia duarum præcedentium reuocatoria.

Commissa mihi demum in alia instantia, dubitaui, an vltima sententia sit confirmanda, vel infirmanda, & proposito hodie dubio, DD respon-
1 derunt eam esse infirmandam, quia licet *Sac. Concilium Tridentinum sess. 25. de reformat. cap. 9.* ex duabus rationibus præsumat vsurpationem Iurispatronatus in personis, seù in Communitatibus, vel Vniuersitatibus, videlicet ob potentiam personarum, vel ob inuerisimilitudinem, quod multarum familiarum, seù hominum concursus pro constructione, ac dotatione Patronatus conuenerit, vt aduertit *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 13. num. 35. & sequen. cum alijs in decis. R. P. D. mei Ve-*
2 *rospij in hac causa edita allegatis in princ.* cum inuerisimilitudo præseferat quamdam falsi imaginem vt monet *Bald. in l. p. num 16. C. de seru. fugit. Franc. Becc. consf. 62. nu. 72. & seq.* Tamen in hoc casu cessare visa fuit quæcumq; vsurpationis præsumptio, nam illa deducta ex potentia non potest applicari Communitati Capugnani, quæ est parua vniuersitas composita ex paucis hominibus, nullam habens iurisdictionem in loco Beneficij, vt firmauit decisio pariter in hac causa emanata *coram R. P. D. meo Celso prima Iulij 1654. sub §. quæ*
3 *præsumptio*, cui propterea Archiepiscopus Bononiensis Prælatus tàm magnæ existimationis, absq; vllo timore quandocumq; se opponere potuisset, maximè in Ciuitate Bononiæ, in qua semper residet Cardinalia Legatus, nemini denegans Iustitiam, quod, vt tollat quamcumq; præsumptionem obiectæ potentiæ contra ciues, firmauit *Rota decis. 282. sub n. 25. par. 7 recent.*

Minusq; intrare potest altera præsumptio vsurpationis desumpta ex inuerisimilitudine, quæ cadit etiam in paruis Vniuersitatibus, non obstante, quod illæ quacumq; iurisdictione careant, vt firmatum fuit *in dicta decis. R. P. D. mei Verospij in*
4 *princ.* quia hic non tractatur de Iurepatronatus, quod prætendatur ab hominibus dictæ Communitatis Capugnani, vti singulis, eo quia ipsi de singulorum proprio contribuisse præsupponant in fundatione, & dotatione Ecclesiæ, quo sanè casu id ius plerumque ex vsurpatione potius quæsitum præsumi solet, vndè plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requirit, vt per *Vi-*
5 *uian. de Iurepatr. lib. 11. cap. 59. num. 7.* Sed agitur de Vniuersitate, prout est corpus, & persona ficta repræsentans solum populum, quæ habet bona propria cum quibus potuit fundare, & dotare Ecclesiam, sicuti pro ea fecit plures impensas, & inter alias construendo Campanile, reaptando Tribunam, & extruendo in altera Ecclesia vnam Cappellam, & hæc omnia ex ære publico ipsius Communitatis citra aliquam contributionem singulorum; & quia hic prorsus cessare videtur ratio, in qua fundatur asserta inuerisimilitudo, ideò ad probandum hoc Iuspatronatus requiritur solùm ordinaria probatio, non autem illa rigorosa sancita per *Concil. d. sess 24. de reformat. cap. 9. Add. ad Burat. decis. 551. nu. 16* & dixit *Rota in Cracouien. Parochialis 24. Ianuarij 1628. coram bo. me. Merlin.* & firmatum etiam fuit *in prima decis. edita ad fauorem Communitatis coram R. P. D. meo Celso*, & ratio est satis euidens, quia cessante potentia, & inuerisimilitudine, est solùm quærendum, vt probetur factum, quod potest probari verè, vel præsumptionibus, vt in omnibus personis, & Vniuersitatibus, in quibus cessat dicta ratio potentiæ, & inuerisimilitudinis.

6 Ad hanc etiam inuerisimilitudinem tollendam valdè faciunt insignia Communitatis, posita in Tribuna dictæ Ecclesiæ, & similiter inscriptio posita in eadem Tribuna sub his verbis (Commune Capugnani opus hoc ære proprio fieri curauit.) *Rot. in rec. decis. 482. num. 4. p. 1. & decis. 172. n. 5. p. 3. coram Caualer. decis. 378. num. 1. & coram*
7 *Coccin. decis. 230. nu. 1.* Inscriptiones enim tunc solùm permittuntur, quando nihil cõtinent, quod à veritate sit alienum. *Rot. coram Merlin. decis. 456. num. 51. & in Bononien. Iurispatronatus 16. Ianuarij 1608. coram Sacrato, quæ est decisio 171. p. 3. rec. confirmata 27. Iunij 1608. coram eodem, & est decisio 191. eadem p. 3.*

At, esto etiam, quod fieri deberet illa rigorosa pro-

probatio in hoc casu, quæ requiritur per Concil.
Trid. in omnibus personis suspectis de vsurpatio-
ne, hæc optimè resultat ex præsentationibus fa-
ctis per eamdem Communitatem Capugnani, &
effectuatis per spatium 200. & amplius annorum,
nempè ab anno 1413. vsq; ad annum 1649. de quo
temporem lis cæpta fuit, & sic per annos 236. cum
8 tamen etiam in terminis Concil. sufficiant anni
150. sub quibus includitur secundum requisitum
dicti Concilij de continuatis præsentationibus ef-
fectum sortitis spatio 50. annorum, dum de his do-
cetur per publica instrumenta, & quia dictæ con-
9 tinuatæ, & effectuatæ præsentationes nullum præ-
seferunt principium acquisitionis, dicitur consta-
re de Immemorabili, saltem ex indirecta proba-
tione, quæ sufficit, vt in his terminis fuit latè re-
solutum *in Bononien. Archipresbyteratus 23. Mar-
tij 1648. coram Eminentiss. D. Card. Corrado §.*
10 *neq; præstitit obstat*. Et ratio est, quia præsenta-
tiones effectum sortitæ in vltimis 50. annis satis-
faciunt, vt iam dixi, vni ex requisitis per Concil.
in d. cap. 9. sess. 25. de reform. aliæ verò habent
vim immemorabilis, quotiescumque non constat
de initio contrario, vel aliqua collatio in contra-
rium non ostenditur, *Paris. de consid. quæst. 28.
num. 259. vers. & alias dubitatum fuit, & n. 260.
Garz. de benef. p. 5. cap. 9. nu. 107. & n. 109. Rot.
div. decis. 577. per tot. p. 4. & coram Seraph. decis.
1141. nu. 1. & sequen. & nu. 9. & 10. Achill decis.
4. de Iurepatronatus*, vt latè fuit etiam firmatum
*in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. coram
Eminentiss.* D. *Card.* Corrado, *& in Lucana Iuris-
patronatus* 10. Iannarij 1645. *coram Eminentiss.
Terracinen.*

Non obstant multæ exceptiones datæ ex parte
mensæ Archiepiscopalis præsentationibus factis à
11 Communitate Capugnani ad Ecclesiam contro-
uersam, quia cum dictæ præsentationes habuerint
effectum suum, mediantibus institutionibus, istæ
confirmarunt ius quæsitum ex dict. præsentatio-
nibus, quibuscumq; non obstantibus *Modern. Pi-
san. de Iurepatr. lib. 6. cap. 10. nu. 31.*

12 Pront etiam non refragatur, quod in hoc casu
immemorabilis probari debeat per Testes cum re-
quisitis *glos. in cap. 1. de præscript. in 6. sub verb.
memoria*, non autem per scripturas, vt *Rota firma-
uit coram* Greg. *XV. decis. 52. nu. 4. & decis. 126.*
13 *nu. 20. p. 5. rec.* Quia licèt regulariter huiusmodi
probatio fieri soleat per Testes, non tamen exclu-
ditur, quin fieri possit etiam ex scripturis antiquis-
simis, nullum præseferentibus principium, cum
illa dicatur probatio per indirectum immemora-
bilis ex supra allegatis, quibus addi potest *Ricc. in
prax. iurispatr. resol. 70. per tot. & resol. 121. Mo-
dern. Pisan. de Iurepatr. lib. 11. cap. 5. nu. 44. &
seqq. Rot. coram Buratt decis. 435. num. 9.*

Sed re vera accedunt etiam pro immemorabili
depositiones Testiũ formiter Examinatorum cũ re-
quisitis *dicta glos. in cap. p. de præscript. in 6.* & licèt
contra illos in decisione R. P. D. mei Verospij sub
§. Quæ sanè probatio &c obijciatur, eos non con-
cludere talem immemorabilem, dum inter alias
præsentationes commemorãt illam Lactantij Zan-
nini sequutam sub die 3. Maij 1580. qui licet à
Communitate illam acceperit, possessionem tamen
huius Ecclesiæ nullatenus fuit consequutus, sed
eam, tanquam liberæ collationis successiuè reti-
nuit, & ex hoc præsupponitur resultare exclusio-
nem probationis immemorabilis, cum iste actus
liberæ collationis repugnet, ac sit omnino con-
trarius immemorabili

Huiusmodi tamen obiectum minimè subsistere
Dominis visum fuit, quia licet dictus Lactantius
Zanninus fuerit prouisus de anno 1582. de huius-
modi Parochiali Ecclesia, tamquam de libera à Se-
de Apostolica, nihilominus põderatum fuit, quod
Papa in suis litteris non confert, sed in illis con-
tinet tantummodò mandatum de conferẽdo, quod
fuit directum Vicario Imolæ sub hac conditione,
& præseruatiua (Quatenus hæc Ecclesia Parochia-
lis non esset de Iurepatronatus;) At dict. Vicarius
non contulit ex quo verificata fuerit dicta clausu-
la, sed pronunciauit in contumaciam, quia co-
tam ipso Communitas Capugnani non docuit de
suo Iurepatronatus, & iam ipse Lactantius Zanni-
nus reperiebatur in possessione dictæ Parochialis vi-
gore consensus reportati à Communitate; dum
illa ei resignata fuit à Martino Zannino de anno
14 1580. vt *in summario Communitatis nu.* 1. Vndè
apparet per dict. sententiam non fuisse illatum ali-
quod præiudicium Communitati, nam Papa præ-
seruauit ius cuiuslibet, quatenus Ecclesia esset de
Iurepatronatus alicuius, ex latè deductis *in d.
Mediolanen. Prioratus* 14. Martij *1646. coram Emi-
nentiss. D. Card. Corrado, & in Bononien. Archi-
presbyteratus* 23. Martij 1648. *coram eod.*

15 Eoq; minus dicta sententia afficit Communita-
tem, cum nulla sit ex defectu citationis, quæ præ-
cedere debebat nominatim ipsam sententiam, vt
declarat *Text. in Clem. sæpè, & ibi glos. de verb.
signif. Afflict. decis.* 182. *nu. 3. Capic. decis. 1. n. 35.*
Rot. *decis.* 17 *de reiudic. in nou. Mantic. decis.* 291
16 Imò debebat esse adeò specifica, & expressis ver-
bis ad sententiam concepta, vt nec virtualis com-
præhensio illius, nec æquipollentia verba admit-
tantur, Rom. *cons.* 369. *num.* 8. Rot. *coram Sanct.
mem. Greg. XV. decis.* 209. *nu. 4. vbi Add. nu. 7.
& coram* Card *Caual. decis.* 376. *nu. 1. & in rec.
decis. 486. nu. 7. p. 2.*

17 Omittendum neq; est, quod prouisiones Apo-
stolicæ nunquam nocent Patronis, neque mutant
Statum Beneficij Iurispatronatus, Ita pluries te-
nuit Rot. *prout refert* Ricc. *in prax. rer. for. Eccle-
siast. decis.* 289. *p.* 3. *Cassad. decis. 6. nu. 5. de Iu-
repatronatus, Seraph. decis 799. num. 3. & decis.
1367. nu. 4.* & fuit resolutum *in dicta Lucana Iu-
rispatronatus* 29. Iannarij 1644. *coram Reuerendiss.
Terracinen. sub §. non obstant, & in dicta Medio-
lanen.* Prioratus *§. Præsentationes vero, coram Emi-*
18 *nentiss. D.* Card. Corrado; quod tamen procedit,
nisi Papa haberet notitiam Iurispatronatus, & vel-
let nihilominus mutare statum Beneficij, nam tunc
eius prouisio noceret, nec non mutaret statum ta-
lis beneficij, ad tradita *per Seraph. decis.* 1301.
nu. 2. cum igitur pateat ex præsentis, quod Papa
nedùm noluit immutare statum beneficij, sed po-
tius præseruauit Iuspatronatus, multò minus po-
19 tuit illum mutare sententia ordinarij Imolendum,
seù eius Vicarij, *Cassad. decis 7. nu. 2. de Iurepatr.
Mar. Antonin. var. resol. lib. 3. resol.* 113 *cas.* 20.
Rot. *post Vivian. de Iurepatr. decis.* 29 *& decis.*
301. *vtrobiq; nu.* 9. maximè cum illa prolata non

fuerit

fuerit iuxta formam litterarum Apostolicarum,
scilicet, citatis Patronis, aut Communitate Capu-
gnani ex suprascriptis.

Insuper valdè ante tempus, quo lata fuit huius-
modi sententia ad fauorem Lactantij Zannini, ille
reperiebatur in possessione huius Ecclesiæ, quam
acquisiuit vsq; de anno 1580. ex consensu præstito
ab hominibus Capugnani resignationi ad eius fa-
uorem factæ de controuersa Ecclesia à Martino
Zannino, & dicta sententia emanauit de anno
20 1587. & cum Iudici non innotuerit Iuspatrona-
tus, non ideò exclusa fuit Communitas Capugna
ni Patrona à probationibus faciendis *Rot. decis. 19.
n. 18. inter impress post Viuian. de Iurepatronatus*,
quas cum postea fecerit sequuta vacatione huius
Beneficij per obitum dicti Lactantij coram Ordi-
nario Bonon. ad illud successiuè præsentauit Do-
minicum Palmerinum, qui institutus fuit, data
prius sententia super pertinentia Iurispatronatus,
ad fauorem hominum dictæ Communitatis Capu-
21 gnani, à qua per mensam Archiepiscopalem Bo-
noniæ, cum non appareat fuisse appellatum, cen-
setur facto proprio illam approbasse, atque confir-
masse *ex latè congestis per Rotam in Romana loco-
rum Montium 3. Iunij 1650. coram me.* Quaprop-
ter ex præfata sententia Vicarij Imolæ, elisa non
22 fuerunt dicta Testium, neq; interrupta remansit
immemorabilis, quæ nunquam interrumpi solet
ex actibus dubijs, atq; incertis, & qui ineffectuati,
ac suppressi prorsus extiterunt *Rot. in dicta Bono-
nien. Archipresbiteratus 23. Martij 1646. §. Quia
præter coram Eminentiss. D. Card. Corrado.*

23 Demùm corroboratur bonum Ius Communita-
tis circa huiusmodi Iuspatronatus ex pluribus enũ-
ciatiuis antiquissimis emanatis ab Ordinarijs Bo-
noniæ occasione visitationum per eos factarum, vt
In sommario Communitatis nu. 10. quę habent
vim famæ, *Rot in Gerunden. Beneficij* 20. *Iunij*
24 1597. *coram Orano, Put. decis.* 209 *lib* 2. & vt
illæ valdè adminiculentur probationem Iurispa-
tronatus firmauit *Rot. coram Eminentiss. D. Card.*
25 *Otthob. decis.* 234. *nu.* 19. & quotiescumque dictę
antiquæ enunciatiuæ habent annexam etiam quasi
possessionem præsentandi per longum tempus, vt
in isto casu, probant Iuspatronatus etiam contra
tertium *Rot penes Achill. de Grass. decis 7. nu. 1.
de Iurepatr. in rec. decis. 13. n. 1. decis. 211. nu. 1.
in fin. & decis. 312. n. 6. p. 1. & coram Buratt. de-
cis 172. nu. 22. & sequen.* vbi *Add num. 33. vers.
Quando verò.* Non desunt etiam sententiæ Ordi-
nariorum Canonizatoriæ talis Iurispatronatus, &
signanter illa data occasione institutionis Domi-
nici Palmerini, quibus valdè est deferendum, ea ra-
tione, quia ipsi sunt optimè informati de qualita-
26 tibus beneficiorum, quæ vnusquisq; eorum habet
in sua Diocesi, & quia non solent de facili Cano-
nisare Patronatum, cum hoc tendat in eorum præ-
iudicium. *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 13. nu.
143. & 152 Mant. decis 350. nu. 3. & 4. Buratt.
decis. 142. n. 12. Rot. decis. 413. n. 1. p. 1. rec.* Et
dictum fuit *in Bononien. Iurispatronatus de Butri-
garijs 16. Martij 1643. coram bo. me. Bichio, & in
dicta Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646. §. 3.
duæ sententiæ. coram Eminentiss. D. Card Corrado.*

Et ita resolutum fuit, vtraq; parte acertimè in-
formante &c.

R. P. D. CERRO DECANO,

Bononien Iuris Patronatus,

Lunæ 13. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

PRobatio quod ius patronatus sit ex fundatione, vel dotatione debet esse plena, & concludens ex clausula, in gratia concepta per ablatiuum absolutum.

SVMMARIVM.

1 *Clausula per ablatiuum absolutum concepta, gratiam reddit conditionalem, & proinde concludentem, ac præcisam iustificationem exposcit.*

2 *Possessio centenaria, vel quadragenaria cum fama sufficit, quando sumus in personis, in quibus non intrat præsumptio vsurpationis.*

3 *Amplia, vt sufficiat etiam ad effectum iustificandi ius patronatus ex dotatione, & fundatione.*

4 *De iure pertinere ius patronatus dicitur ex fundatione, vel dotatione.*

5 *Dictio taxatiua* dumtaxat *omnem alium titulum excludit.*

6 *Consensus tacitus praiudicat.*

7 *Productio gratiæ iudicialiter in partibus simpliciter facta; inducit acceptationem, & approbationem enunciatorum in gratia.*

8 *Clausula* per compulsum *addita in vlterioribus productionibus eiusdem gratiæ non remouet consensum resultantem ex antecedente productione in partibus simpliciter facta.*

9 *Prouisiones Apostolicæ circa beneficium, effectum sortita licet regulariter non immutent statum beneficij, illum tamen declarant, & ostendunt qualis fuerit de præterito.*

10 *Simplex enunciatiua nullius est releuantiæ; & præsertim quando principaliter contigit dubitari de enunciate nulla prorsus concludenti Iustitia fulcitur. & nu.* 11.

12 *Inuerisimile est, quod pauperes leprosi, qui prorsus mendici sunt controuersum ius patronatus dotare, & fundare potuerint.*

13 *Clausula in gratia concepta, & quæ facit conditionem debet concludenter probari, quando de possibili potest esse contrarium.*

DECISIO VI.

CVM Pauperes Leprosi Hospitalis Sancti Lazari
extrà Mœnia Bononiæ donauerint anno 1605.
Io: Antonio Petramelario pro se, suisque filijs, &
descendentibus ius præsentandi Rectorem dicti
Hospitalis, & pro huiusmodi donationis confirma-
tione idem Petramelarius supplicauerit san. mem.
Gregorium XV., demandauit ipse anno 1621. Vi-
cario Episcopi Bononien., vt præfatam donatio-
nem Apostolica auctoritate approbaret, verificato
tamen priùs quod dictum Iuspatronatus, seù præ-
sentandi ex fundatione, vel dotatione existeret; Ve-
rum quia Rector tunc temporis Hospitalis ab eo-
dem Pontifice obtinuerat committi causam in
Rota præuia auocatione à Vicario, Ideò dubium
proposui; An constet de Iurepatronatus, hodiè
1 negatiuè resolutum. Quia dicta clausula per abla-
tiuum absolutum concepta, ibi, (Verificato priùs,
quod dictum Iuspatronatus præsentandi ex fun-
datione, vel dotatione existeret,) Gratiam reddit
conditionalem, ac proindè præcisam, & conclu-

dentem iustificationem exposcit, vt in terminis
dixit Rota coram Buratt. decis. 178. nu. 1. repetita
in recent. decis. 276. nn. 2. par. 4. coram Durano de-
cis. 87. nu. 18. & 19. in Pistorien. seù nullius bene-
ficij 8. Decembris 1634. coram bon. memor. Duno-
zetto in recent. decision. 569. nu. 29. 30. & 31. part.
5. in Lucana Beneficij 16. Iunij 1651. coram me §.
corruit etiam, & in Aquilana Cappellaniæ 26. Maij
1656. corã R. P. D. meo Priolo §. Nullitas possessionis.
Non obstat centenaria quasi possessio præsen-
tandi educta ex præsentationibus relatis in Sum.
Petramelarij nu. 2. cum seqq.
Licet enim versemur in personis, in quibus non
intrare præsumptionem vsurpationis declarauit de
anno 1617. Sacr. Congregatio Eminentissimorum
DD. Cardinalium S. Concilij Tridentini interpre-
2 tum dicto Sum. nu. 1. & propterea sufficiat cente-
naria, vel quadragenaria cum fama iuxta cons. Fe-
deric. de Senis 234. nu. 3. vers. hic ad propositum sæ-
pius à Rota comprobatum, & signanter in decisioni-
bus allegatis in Aretina Plebaniæ 16. Februarij
1654. coram me §. Præmisso enim, Etiam ad effe-
3 ctum iustificandi Iuspatronatus ex dotatione, &
fundatione, vt respondit Rota coram Card. Puteo
decis. 199. nu. 1. vers. sed si essemus lib. 1. in corr.
decis. 234. sub nu. 10. vers. & propterea lib. 3. p. 3.
diuers. in recent. decis. 312. num. 4. part. 1. Comi-
tul. decis. 60. n. 11. Card. Caualer. decis. 547. n. 1.
& Buratt. decis. 172. n. 1. & decis. 875. n. 1. & 2.
Præsertim cum in dictis præsentationibus enun-
cietur ad Pauperes leprosos electionem, & præ-
4 sentationem Rectoris pertinere de iure, & ex con-
suetudine, de iure autem Iuspatronatus pertinere
dicitur ex fundatione, vel dotatione iuxta decis. 7.
Acchill. n. 2. de Iurepatr. Comitul. dicta decis. 60. n. 14.
Nihilominus quicquid sit, an adducta centena-
ria legitimè completa iustificetur ex scripturis dd.
præsentationum ad id exhibitis. Ex sequentibus
existimarunt Domini titulum fundationis, vel do-
tationis valdè turbidum reddi. Et primo ex quo
Clemens VII. fel. rec. anno 1526. eligendo in Re-
ctorem Hieronymum de Aposa explicitè asseruit
Iuspatronatus ex consuetudine dumtaxat existere
5 Sum. D. Marchionis Vetiæ num. 1. Huiusmodi
enim dictio taxatiua dumtaxat omnem alium ti-
tulum prorsus excludit Bart. in l. vnic. nu. 1. ff. si
quis ius dicent. non obtemper. Card. in Clem. 1. vers.
Nos igitur de Summa Trinit. & fid. Cathol. Rota
apud Pacific. de Saluian. decis. 58. nu. 4. in Toleta-
na Canonicatus Pænitentiariæ 4. Maij 1644. §.
Idq; non solum, & in Romana fideicommissi de Ma-
ximis 11. Ianuarij 1749. §. Quia præter quod co-
6 ram me. Quæ quidem Summi Pontificis assertio
Pauperibus, & Petramelario videtur obstare, siue
gratia dictæ electionis effectum habuit, & electus
admissus fuit ab ipsismet Pauperibus, exindè enim
tacitus eorumdem consensus in ipsorum præiudi-
cium elicitur, vt in similibus terminis respondit
Rota apud Verall. decis. 81. num. 4. par. 3. siuè
7 etiam quia à dicto Petramelario iudicialiter in
partibus simpliciter producta fuit; Vndè omnia
ibi enunciata ab ipso acceptata, & approbata cen-
sentur cap. Venerabilis, vbi scribentes de except. cap.
cum olim de Cens. Aym. cons. 134. nu. 8. cum con-
cordantibus allegatis in Leodien. successionis 1. Iulij
8 1654. coram me §. vltimo. Quamuis in vlteriori-
bus productionibus deindè factis in Curia addita
fuerit clausula per compulsum, quia exindè non
remouetur consensus resultans ex antecedenti pro-
ductione in partibus simplicitèr facta, Buratt. de-
cis. 551. nu. 1. & 2.
Secundo ex quo assertæ præsentationes iuxta
prætensionem ipsiusmet Petramelarij incipiunt ab
anno 1359. & vltima emanauit anno 1562. abindè
verò citrà nulla vlterior datur præsentatio à dictis
Pauperibus peracta, sed vsque nunc à Sede Apo-
stolica Rectores electi, & deputati fuerunt; Cum
autem Sacrum Concilium Tridentinum, quod
post vltimam præsentationem anno 1462. factam
publicatum fuit, sess. 25. cap. 9. de reformat. ex-
pressè abrogauerit quodcunque Iuspatronatus ex
priuilegio, Constitutione, & consuetudine etiam
immemorabili competens, indè satis apertè con-
uincitur, quod Iuspatronatus à Pauperibus præ-
tensum, & ab eis vsque tunc possessum ex sola
consuetudine ad illos pertinebat, & quod proindè
ipsimet Pauperes agnouerint omne ipsorum ius
tanquam in sola consuetudine verè consistens à
Sac. Concilio remansisse sublatum, quod etiam de-
9 monstrant subsequentes prouisiones Apostolicæ
effectum sortitæ, quæ licet regulariter non immu-
tent statum beneficij, illum tamen declarant, &
ostendunt qualis fuerit de præterito, San. mem.
Greg. decis. 482. num. 1. Card. Caualer. decis. 252.
nu. 3. in recent. decis. 315. num. 1. par. 3. Merlin.
decis. 521. nn. 4. & 5. & in Spoletana Iurispatro-
natus 24. Nouembris 1655. coram me §. vltimo:
10 Simplex autem enunciatiua Ordinarij de anno
1606. quod de Iurepatronatus Pauperum legitimè,
& secundum formam traditam à Concilio consta-
ret d. Sum. Petramelarij nu. 11. in fine tanquam
vnica, nullius est releuantiæ, Aret. in cap. cum caus.
11 nu. 22. in fine de probat. Buratt. decis. 178. n. 13.
præsertim dùm hodie, quo principaliter contingit
dubitari de enunciato, nullo prorsus concludenti
iustificatione fulcitur Felin. in cap. per tuas nu. 12.
de probat. Rot. decis. 552. nu. 13. par. 8. recent.
Tertiò demum, quia inuerisimile admodum est
12 quod Pauperes leprosi, qui prorsus mendici sunt,
controuersum Iuspatronatus dotare, & fundare
potuerint, vt in similibus terminis ponderauit Rota
apud Crescent. decis. 1. alias 13. nu. 2. de Iurepatr.
in recent. decis. 23. sub num. 5. par. 2. apud Viuian.
de Iurepatron. decis. 28. nu. 1. & in Lucana Iuris-
patronatus 1645. §. nàm respectu, & 3. Decembris
1646. §. Ratio cum duob. seqq. coram Reuerendiss.
D. Terracinen.
Dùm itaque ex prælatis saltem per possibile
educi valet, quod controuersum Iuspatronatus nõ
13 sit ex fundatione, vel dotatione, sed ex sola con-
suetudine, indè resultat quod ex hac solum possi-
bilitate probatio pro Petramelario deducta non sit
plena, & concludens, vt ex prædicta clausula de
necessitate requiritur, ex notatis per Castrens. in l.
si per aliam §. Docere nu. 4. ff. ne quis eum, qui in
ius vocat est vi eximat Dec. cons. 37. num. 9. circa
med. Rot. decis. 216. nu. 13. par. 6. recent. & aliis
allegat. in Asten. Coadiutoriæ 14. Februarij 1653.
coram R. P. D. meo Celso §. probatio verò.
Quapropter Domini existimarunt, ad effectum
de quo agitur non constare de Iurepatronatus
vtraque &c.

I I. D.

R. P. D. CELSO.

Mediolanensis Beneficiorum.

Lunæ 10. Februarij 1659.

ARGVMENTVM.

VNio minimè subsistens non impedit gratiam impetrationis beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Vnio beneficiorum non datur de iure nisi præcisa exigat necessitas, vel euidens vtilitas.*
2 *Corruit vnio si facta fuit ex falsa causa, vel minus subsistenti.*
3 *Ex Conc. Trid. fieri debet ad fauorem Cathedralium, & Parochialium habentium tenues redditus.*
4 *Ex eod. Conc. facultas vniendi restringitur ad præbendas existentes in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus.*
5 *Vniones de beneficijs liberis cum reseruatione Iurispatronatus ad fauorem Vnientis & suorum, irritantur ex eod. Conc.*
6 *Beneficia vacant vt prius data nullitate Vnionis.*
7 *Concessio Vnionis pro Ecclesijs inceptis non extenditur ad incipiendas.*
8 *Indultum cum clausula (Dummodo in eo contenta sint licita &c.) valet prout de iure.*
9 *Dispositio indulti regulari debet à Proœmio veluti à causa finali.*
10 *Vnica determinatio respiciens plura determinabilia eadem pariformiter determinat.*
11 *Vnio sine causa stare nequit. Et circa causam non statur assertioni Ordinarij 12.*
13 *Possessio, quæ deducitur cum titulo nullo, nullius momenti est.*
14 *Vnio nulla, nullam transfert possessionem.*
15 *Testes ad perpetuam rei memoriam producti, si adminiculo fulciantur probant, maximè vbi probationes leuiores sufficiunt.*
16 *Nobilitas probatur ex attestationibus.*
17 *Referendarij V. S. vt eliguntur, creantur etiam nobiles.*
18 *Nobilitatis qualitas quando stet potius demonstratiuè, quam dispositiuè.*
19 *Exequutio litterarum Apostolicarum non retardatur per Vnionem.*

DECISIO VII.

PErpensis rationibus hinc indè latè deductis, Domini pro confirmatione secundæ decisionis responderunt, quia Gratia impetrationis Beneficiorum obtenta à R. P. D. Furriano apparet in omnibus iustificata, & consequenter venit exequenda non obstante repetita exceptione Vnionis, quia illa non potest sustineri, neque de iure, neque ex dispositione S. Concilij, nec etiam vigore indulti.

Siquidem de iure pro vnionis validitate requiritur causa præcisæ necessitatis, vel euidentis vtili-
1 tatis iuxta textum *in cap. exposuisti de præben. & notat Oldrad. cons. 261. n. 1. & seq. Garz. de benef. part. 12. cap. 2. num. 108. Paris. consil. 36. num. 8. lib. 4. Rota coram Caualer. decis. 439. nu. 2. & in recent. decis. 294. & 318. eodem nu. par. 5.*

Sed in casu præsenti deficit necessitas, & vtilitas huiusmodi, quia vnio facta fuit pro Ecclesia ædificanda, & fabrica illius perficienda, Imò pro substentatione Sacerdotum ibidem adscribendorum, qui numquam fuerunt adscripti, ac propterea corruit vnio tamquam facta ex falsa causa, vel
2 minus subsistenti iuxta *cons. Zobarellæ 96. per tot. Pelin. cons. 35. n. 11.* & latè prosequitur *Dec. cons. 232. aliàs 233. num. 3.* Ricc. *decis. Curiæ Neapolit. 198. nu. 13. par 4. Rot. diuers. decis 133. num. 3. part 2. & in recent. d. decis. 294. nu. 6. par. 5.* & firmatum fuit *in Compostellana Parochialis* 10. *Ianuarij 1625. in fine coram bo. mem. Manzan.*

3 Minus substineri valet ex dispositione Concilij Tridentini, *nam in c. 13 sess. 24. de reform.* datur tantùm facultas Ordinarijs faciendi Vniones fauore Cathedralium, & Parochialium habentium tenues redditus, vt patet ex illius lectura, & firma-
4 uit *Rota eadem decis. 294. nu. 3. part. 5. rec. Et in cap. 15.* facultas restringitur ad præbendas existentes in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vt notat *Aloys. Ricc. d. decis. 198. nu. 10. part. 4.* Imo *sess 25. cap. 9. §. Insuper de reformat.* Irritantur vniones de beneficijs liberis cum reseruatione Iu-
5 rispatronatus, præsertim ad fauorem vnientis, & suorum. *Can. Apostolicos, ibique glosa, verb. construxisse 12. quæst. 2. Abb. in cap. ad audientiam il primo n. 12. de Eccles. ædific.* quem sequitur *Rocch. de Iurepatr. in verbo Ecclesiam fundauit nu. 8. & in verbo dotauit num. 26. Lother. de re benef. lib. 1. quæst. 28. nu. 47.* Rota *in recent. decis. 239 sub nu. 6. vers. eò magis par 1. repetita in par. 2. decis. 288. & in decis. 658. nu. 5. eadem part. 1.*

Vndè non vrget obiectum, quod saltem per vnionem huiusmodi remanserit consumpta vacatio beneficij controuersi, siquidem attenta nullitate illius ob resistentiam SS. Canonum, & Concilij vacatio nullo modo potest dici consumpta, sed beneficia vacant vti prius, ac si numquam fuissent vnita, vt notant relati per *Lother. de re benefic. lib.*
6 *3. quæst. 8. nu. 85. & seqq. Rota coram Verallo decis. 345. num. 1. & 5. part. 3. coram Seraph. decis. 1309. nu. 2. & in Nazzarena, seù Montis Viridis Beneficij 15. Decembris 1645. coram* R. P. D. *Vecospio.*

Nec demum sustineri valet in vim Indulti reportati à Sa. mem. Vrbano VIII. quia loquitur de Ecclesijs, & operibus pijs inceptis à D. Carolo, & nondum ad perfectionem redactis, vt patet ex verbis eiusdem Indulti ponderatis in vltima decisione; & ideò non potest extendi ad Ecclesias erigendas de nouo, pro quibus cessante Indulto, vnio
7 sustineri non valet, vt probat *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 193. & seq. & dixit Rota in Corduben. Prestimoniorum 7. Februarij 1601. coram Litta, & decis. 835. nu. 5. par. 4. diuers. cum alijs adductis per Add. ad sa. me. Gregor. decis 258. n. 10.*

Maximè cum idem Indultum habeat clausulam dummodò in eo contenta sint licita, & honesta, & decretis Sacri Concilij Tridentini minimè contraria, quæ expressè demonstrat, Papam noluisse concedere facultatem vniendi pro Ecclesijs ædificandis, & reseruandi Iuspatronatus pro se, & suis, quia hæc habent resistentiam Iuris, & repugnant
8 dispositioni eiusdem Concilij, prout in similibus super dicta clausula ponderat *Eugen. consil. 99. nu. 37. vers. non obstat, & num. seqq. lib. 2. Rota coram Buratto decis. 798. nu. 5. in recent. decis 21. sub nu. 3. in Bononien. Hæreditatis 28. Iunij 1652. & in Bononien. successionis de Zanis 9. Decembris* 1654.

1654. coram bo. me. Bichio.

Et manis est responsio, quod ad formam Con-
cilij Cardinalis non indigeret indulto, nam vltra,
quod illud suffragatur etiam in alijs, sufficit in om-
nem casum, quod sa. me. Vrbanus Octauus con-
tra disposita in eodem Concilio noluerit quicquã
concedere non obstante petitione facta, & memo-
riali ipsi porrecto. Et verba illa, (& aliàs iuxta fa-
cultates prædicto Carolo Cardinali concessa in
omnibus, & per omnia perinde, ac si tibi speciali-
ter concessæ fuissent &c.) intelligenda veniunt de
fabricis inceptis à Diuo Carolo iuxta expressio-
nem factam in prohœmio à quo tanquam à causa
finali restringitur, & regulatur tota dispositio iux-
9 ta notata per *Abbat. cons. 114. nu. 4. & seq. lib. 2.*
Rota decis. 569. num. 5. & 6. par 2. recent. & co-
ram Eminentiss. Otthobono decis. 229. n. 15. & 16.

Nec subsistere, aut releuare visa sunt ea, quæ
alias fuerunt deducta, & nunc repetuntur de no-
uo. Primum etenim quod Iuspatronatus reser-
uatum à Cardinali respiciat tantummodò Mona-
sterium donatum Patribus, non autem Ecclesiam,
cui facta est vnio, cessat ex eo, quia donatio, seù
concessio loquitur de Monasterio cum Ecclesia, ac
redditibus suis, & sic cum beneficijs vnitis; ideòq;
10 æqualiter omnia respicit, & determinat *ad tex. in*
l. iam hoc iure, ff. de vulg. & Pupill. l. quamuis C.
de Impub. & alijs subst. Rota coram sa. me. Greg.
decis. 85. nu. 19. & in recent. decis. 75. nu. 7. par. 2.
& decis. 407. nu. 8. par. 3.

Alterum quod vnio, & concessio non sint con-
temporaneæ, sed vnio longè concessionem præces-
serit tollitur pariter, quia fundamentum nullitatis
vnionis non pendet à contemporaneitate, sed ab
eo, quia facta fuit contra formam Canonum, &
Concilij Trident. & pro substentatione Sacerdo-
tum adscribendorum, qui numquam fuerunt ad-
11 scripti; Vndè remansit sine causa, quæ omninò
requiritur ex notatis per *Rebuff. in prax. tit. de*
Vnion. nu. 38. Rota decis. 294. num. 6. part. 5. Et
12 circa quam non statur assertioni Ordinarij *Paris.*
cons. 36. num. 11. lib. 4. Rot. in Naruien. vnionis
prima Iulij 1643. coram bon. me. Bichio, & coram
Eminentiss. Otthobono decis. 6. nn. 12. & 13.

Tertium demum desumptum ex regula de An-
nali, nec etiam videtur vrgere, nam dum Patres
exhibuerunt titulum vnionis, qui apparet ipso iu-
re nullus, nulla quoque, & irrita remanet quæcum-
que possessio illius vigore capta ob decretum irri-
13 tans in Concilio adiectum, vt tradit *Paris. de resig.*
gnat. lib. 3. quæst. 5. nu. 70. Rot. *coram Seraph. de-*
cis. 983. nu. 4. Et dum vnio non apparet effectua-
ta per adscriptionem Sacerdotum sæcularium ante
prouisionem R. P. *D. Turriani intrat regul. 13.*
Cancellariæ reuocatoria huiusmodi vnionum.

Præsertim, quia idem R. P. D. Turrianus ex-
pediuit ad partes gratiosam subrogationem in Iu-
ribus, & possessione, tàm Nicelli, quàm Rampo-
ni, adeòut beneficia semper fuerint plena, nec vn-
quam vacasse dicantur, & consequenter vnio, quę
non fuit in rerum natura non potuit operari effe-
14 ctum translationis possessionis, quæ Patribus suf-
fragetur, vt iuuentur *regula de Annali, vt respon-*
dendo ad decis. 14. Cassad. dixit Rot. decis. 835. nu.
& 2. par. 4. diuers.

Cętera quæ alias fuerunt admissa tamquam suf-
ficienter iustificata benè tolluntur ex prima deci-
sione hujus causæ, nam valor per non excessum
probatur ex depositione trium Testium, qui licet
15 sint examinati ad perpetuam rei memoriam, ad-
miniculantur tamen ex attestatione Iurata Can-
cellarij Episcopalis, nam ad istum effectum, le-
uiores etiam probationes sufficiunt, *Cæs. de Graff.*
decis. 3. nu. 7. de probat. Canalev. decis. 596. nu. 1.
cum pluribus, in Cæsenaten. Canonicatus 1. Iulij
1651. coram Eminentiss. Corrado.

16 Quod idem R. P. D. Turrianus sit nobilis Me-
diolanensis, vltra attestationes ab eo datas *in sum.*
nu. 3. constat eo ipso, quod vti talis reperitur de-
scriptus in numero Referendariorum V. Signa-
turę iuxta *Constit. Pauli III. in Bullario nouo tom.*
17 1. *in ordine 23. vbi in §. 1.* Referendarij creantur
nobiles, & datur illis facultas, quod in quibusuis
concessionibus, & litteris tàm gratiam, quàm iu-
stitiam concernentibus, vti tales nominari, & ha-
beri valeant; & tamen huiusmodi qualitas videtur
potius stare demonstratiuè, quàm dispositiuè, cum
ex illa non fuerit motus Pontifex ad conceden. at-
18 que ideò etiamsi non esset iustificata gratiam non
vitiat iuxta *decis. 4. n. 5. de rescript. in antiq. Coc-*
cin. decis. 236. nu. 3. & in recent. decis. 258. *nn.* 10.
& 11. *par. 7.*

Vnde attentis prædictis, & quod agitur de exe-
quutione litterarum Apostolicarum, quę non re-
tardatur per exceptionem vnionis, requirentis al-
19 tiorem indaginem Rot. *coram Duran. decis.* 430.
nu. 12. & in Ciuitaten. *Beneficij 26. Martij* 1632.
& 4. Martij 1633. coram Molman. Censuerunt
Domini persistendum in decisis informante vtra-
que parte &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Tiburtina Donationis.

Ven. 6. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

MVlier ex causa dotis legitimè obligatur absque solemnitatibus Statuti quando causa dotis præcipua esset finalis, secùs è contra; & quomodo cognoscatur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à muliere sine interuentu consanguineorum, & solemnitatibus Statuti substineri non potest.*

2 *Donatio à muliere facta in fraudem solemnium Statuti, & in damnum filiorum reuocatur vt fraudolenta.*

3 *Mulier ex causa dotis potest se legitime obligare sine solemnitatibus.*

4 *Mulier non potest se obligare legitime, sine solemnitatibus Statuti si dotis causa non sit præcipua, & finalis.*

5 *Stante clausula (pro hæredibus quibuscumque) non potest donatio dici ob causam matrimonij.*

6 *Donatio non dicitur ob causam dotis, sed pura, quando dos non est causa finalis, sed impulsiua tantum.*

7 *Donationis facta ex causa consanguinitatis, meritorum, & affectionis, etiam non sequuto matrimonio licet sit circumscripta dotis causa, dos non dicitur causa finalis.*

8 *Vtrum sufficiat verificatio vnius causæ ad substinendam donationem in qua plures causæ concurrunt?*

9 *Quid si causæ essent alternatiuè exposita, & quælibet per se*

se finalis, & sufficiens ad mouendum donantem?
20 *Donatio facta ex capite paupertatis etiam sinè solemnitatibus substinetur.*
21 *Ad substinendam donationem sine solemnitatibus non attenditur paupertas in ordine ad Statum personæ, sed præcisè, & absolutè. Et talis ob quam Pater nullo modo possit filias dotare.*
22 *Donationis causa non dicitur paupertas, si ea non exprimitur.*
23 *Donatio nulla respectu solemnitatum non reualidatur ex causa malæ affectionis matris aduersus filiam; maximè si causæ graues, & proportionatæ non extent nn. 14.*
25 *In donationibus à muliere in fraudem solemnitatum Statutorum factis nihil operatur iuramentum.*

DECISIO VIII.

PRæualuerunt apud DD. rationes, & fundamenta
secundæ decisionis; Donatio enim facta fuit sine
1 interuentu consanguineorum, & solemnitatibus
Statuti, & proinde nullatenus substineri potest,
in puncto Mandell. Alb. cons. 70. nn. 1. & per tot. Menoch. cons. 819. *num* 4. Carpan. *ad Stat. Mediolan. cap.* 324. *nn.* 27. *& sequen. p. p. Rot. coram Pen. decis.* 239. *num.* 6. *Secund. Impress. Lugdun.* Caualer. *decis.* 257. *nn.* 2. *&* 5. præcipuè cum emanauerit à fæmina notissimæ leuitatis, ratione cuius Iudex aliàs noluit in eius contractu decretum interponere, quæ ad Patriam in domum donatarij deducta fuit, & ad eiurandum inducta se consanguineos non habere, continetq; læsionem, & pacta insolita non reuocant donationem, etiam ex capite ingratitudinis, paupertatis &c. ex quibus arguitur in fraudem Statuti, & damnum filiæ, donationem fuisse maliaartibus catortam, quod eadem
2 Delia in suo Testamento donationem reuocando,
præuia absolutione à iuramento, confessa est, & declarauit, vt in similibus terminis respondet Corn. *cons.* 109. *sub nn.* 32 *vers. Quod in domo Donatarũ lib* 1. *Decian. cons.* 32. *a nu.* 13. *& seqq. lib.* 3. *Cyriac. controu.* 10 *nn* 82. *& seqq.* & alijs relatis, responsum fuit *in Auenion Bonorum* 7. *Maij* 1657. *coram R. P. D. meo Priolo* §. *fin.*
3 Non obstat, quod ex causa dotis possit mulier
legitimè se obligare sine solemnitatibus, vt respondent plures relati *per Modern. Carpan. controu.*
4 *for. cap.* 124. *num.* 3. *& per tot* Placuit enim Do-
miniæ responsio, quod in præsenti dos puellarum non fuit causa donationis præcipua, & finalis, sine qua Delia ad actum donationis nõ deuenisset; nam etiam non sequutis nuptijs vult donationẽ substineri, vna præmoriente alteram substituit, & vltimæ dat facultatem disponendi liberè in quoscumq; etiam ad extraneos, *Natt. cons.* 509. *num.* 10. vbi causa finalis mouet donantem ex toto, aliter non donaturum, *Cranett. cons.* 142. *num* 9. *Gabr. cons.* 57. *sub nn.* 11. *vers. Nihil igitur, & seq. lib.* 2 *Becc. cons.* 20. *nu.* 10. *Monter. decis. Aragon.* 10. *sub nn.*
5 34. vbi quod stante clausula pro hæredibus qui-
buscumq; donatio non potest dici ob causam matrimonij, *Rot. coram Merlin. decis.* 392. *num.* 6. & vlterius ex testibus hodie datis in eorum *summario nn.* 5 constat, quod Delia à principio non habebat firmam intentionem donandi pro dote, sed tractabat de creando censu vitalitio cum Sebastiano eorum Patre, cuius personam principaliter respiciebat, vt deponit *nonus iux.* 32. ibi, *Che volena fare vn censo vitalitio col Sig.* Gio: *Battista Sebastiani &c.* & super 22. *precisamente hauena intentione verso il Sig. Gio: Battista suo Cugino.* & decimus iuxta 25. *volena ch'io trattassi col Sig. Gio: Battista Sebastiani, al quale volena far donatione*
6 *di* 800. *scudi &c.* quando autem dos non est causa
finalis, sed impulsiua tantùm, aliæ causæ concurrunt, & sine illa emanasset, donatio dicitur pura, *Becc. dicto cons.* 20. *nn.* 9. Cancer. *var. resol. lib. p. cap.* 8. *num.* 96. *vers. Neque mirum, Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gl. p. nn.* 14. & solemnitates requiruntur, vt *post* Castrens. obseruat *Surd. cons.* 361. *sub nn* 19. *&* 23. *vers. Demum non aduersatur, Gionagn. cons.* 83. *sub n.* 46. *et seqq. lib. p.* Cyriac. *controu.* 295. *sub nn. item* 46. *& seq et Surd sequitur et Modern. Eugub. controu. for.* 266. *num* 41. *et* 42.

Neq; applicantur *decisiones* 201. 210. *et* 232. *coram Card Seraph.* Quia in casu ibi discusso Pater donauerat filiæ pro dote, quæ erat causa verè finalis, & sine qua donatio facta non fuisset; at in præsenti circumscripta etiam causa dotis, donasset Delia, vt dictum est, quæ mota fuit ex causa consanguinitatis, meritorum, & affectionis, voluitq;
7 etiam non sequuto matrimonio, donatarios bona
donata consequi, vt per *Gionagn. dicto cons.* 83 *sub*
8 *nn* 49. prout dici nequit, quod ad substinendam
donationem, vnius causæ verificatio sufficiat; Illa enim non impugnatur hodie ex defectu causæ, sed solemnitatum, & de causis disseritur solummodò ad effectum cognoscendi, an fuerint tales, quæ donantem possent eximere ab obligatione Statuti; Quæstio autem de sufficientia vnius causæ procedit, vbi agitur ad nullitatem actus, ex eo quod inter causas Iudici expressas, vna vel sit in totum falsa, vel alia pro parte insubsistens, quo etiam capite præualuit opinio, quod propter indiuiduitatem decreti, & voluntatem se obligantis, falsitas vnius causæ, vel in parte alterius totum vitiat contractum, vt *post alios* tradit Gratian *disc.* 69. *num.* 31. *& seqq. Rot. in Vrbinaten. Prædij* 23. *Martij* 1653. *coram bo. me. Bichio* §. *non obstat consensus* 1. *Maij* 1658. *coram R. P. D. meo Beuilaqua* §. *Prout quoque, & in Narnien. Census* 26. *Iunij eiusdem anni coram me in princ.* Quid-
9 quid respondendum esset, quandò causæ fuissent
alternatiuè expositæ, & quælibet per se finalis, & sufficiens fuisset ad mouendum donantẽ, vt distinguit Rota *in Romana Domuncularum* 10. *Februarij* 1648. *coram bo. me. Dunoz.* §. *fin.*, *et in* Romana *locorum Montium* 19. Iunij 1651. *coram* Reuerendiss. *D. meo Papien.* §. *neq; obstat in fin.*
10 Rursus quoad paupertatem, ex cuius priuilegio
contenditur substinẽdam esse sine solemnitatibus donationem, visum est illam non probari, sed potius contrarium ex datis in præterito *summario felicis nn.* 6. Et vlterius testes non reddunt sufficientem causam scientiæ, cum ad hunc effectum non attendatur paupertas respectiuè, & in ordine ad
11 Statum personæ, sed præcisè, & absolutè, & talis
esse debet, ob quam Pater nullo modo potest filias dotare. *Rot. decis.* 48. *nu.* 3. *et seqq. part.* 2. *diuers.* Atq; etiam quia si probaretur, non indè sufficeret, ex quo, nulla facta illius expressione, præsu-
12 mitur, Deliam ex alijs causis in donatione expres-
sis motam fuisse, vel potius ex coniunctione sanguinis,

guimis ; quàm ex paupertate Sebastiani , vt *præter relatas* tradit *Menoch. præsumpt.* 115. *nu.* 9. *lib.* 4. *Rot. in Æsina bonorum* 31. *Martij* 1659. *coram R. P. D. meo Verospio* § *nec vrget* .

13 Neq; vis aliqua fieri potest in eo, quod Delia malè affecta esset erga Felicem eius filiam , tum quia ex hoc non reualidatur donatio sine solemnitatibus facta ; Tum etiam quia Testes id depo-
14 nentes causas graues, & proportionatas non referunt, quę amori, pietatiq; maternæ pręualeant, vt requiritur ad tollendam fraudis suspicionem ex prædictis resultantem *l non est enim* 4. *ff de inoff. test. Lancell. Gall cons* 18. *nu.* 21. *Rot. decis* 72. *sub nu.* 12. *p.* 8. *rec. & alijs adductis in Romana successionis* 7. *Maij* 1649. *coram Eminentiss. D. Card. Corrado sub* §. *Illa verò odij* .

Postremò non repugnat , quod in donatione adesset Iuramentum , quia cum ad publicam vtilitatem, & obuiandum fraudibus, quibus mulierum, & minorum imbecillitas obnoxia est, à Statuto vi, & metu extortum censeatur , & concurrat confirmatio Apostolica certum est, quod nil operetur,
15 post alios *Honded. cons.* 5. *sub nu.* 40. *vers. Ad vltimum de Iuramento Rot. coram Pen. decis.* 239. *nu.* 3. *vers. nec iuramentum secund. impress. Lugd. Caualer. d. decis* 275. *sub nu.* 2. *vers. Vndè Iuramentum Duran. decis.* 18. *nu.* 2. *& in Romana fructuum census* 12. *Decembris* 1650. *coram Reuerendiss. D. meo Papien.* §. *nec potuit* .

Ex quibus responsum fuit , standum esse in decisis 31. Ianuarij 1659. coram me, vtraq; &c.

R. P. D. BOVRLEMONT,

Romana Saluiani ,

Mercurij 19. *Ianuarij* 1660.

ARGVMENTVM.

EX Saluiano probatis ejus extremis danda est immissio .

SVMMARIVM.

1 *Obligatio facta in carceribus ad fauorem carcerantis non valet* .
2 *Iudex criminalis non potest se ingerere in negotio ciuili , maximè si reus sit a criminalitate absoluendus* .
3 *Procurans dolosè quem inducere ad agendum , iustè potest incarcerari, & exindè validè se obligare* .
4 *Inuerisimilis est confessio falsi criminis* .
5 *Confessio ob inuerisimilitudinem probat in ijs etiam casibus, in quibus alias non probaretur* .
6 *Tam contra confitentem, quam contra habentem ab eo causam* .
7 *Extenditur conclusio ad confessionem factam in iudicio criminali, præsertim inter easdem partes* .
8 *Confessio sine dolo impugnari non potest* .
9 *Confessio contra confitentem manifestam probationem inducit* .

DECISIO IX.

DOmini, persistendo in decisis diebus 12. Ianuarij 1646 & 26. Februarij 1649. coram bo: me: Arguelles, in cuius locum subrogatus fui à Reuerendiss. D. meo Decano , dixerunt , iterum dandam esse DD. de Taurinis immissionem ex Saluiano in domum detentam à Reuerendiss. D. Zeccadoro eis hypothecatam ab anno 1650. vti creditoribus q. Michaelis Angeli Zeccadori fratris , & hæredis q. Francisci, cum inconcussa, & firma prędictarum decisionum fundamenta remaneant , & creditum, & hypotheca DD. de Taurinis abundè probata remaneant. pręcipuè in supradicta *decisione* 12. *Ianuarij* § *Hypoteca cum seqq.* & integrè satisfactum fuerit obiectis à dicto *R. P. D. Zeccadoro factis* .

Quod enim Michael Angelus nullo modo dilapidauerit hereditatem Francisci, nec dolosè intro-
1 duxerit DD. de Conuentinis ad petendum debitum iam solutum, quodq; insuper inualida fuerit illius obligatio, vti facta in Carceribus , & ad fauorem Carcerantis *per Text. in l. qui in carcerem* 22. *ff. de eo, quod met. carc. & Rot. decis.* 26. *nu.* 5. *& seqq.*
2 *p.* 6. *rec.* præsertim in executionem decreti Iudicis nulliter, & iniustè procedentis præstitam, cum Iudex Criminalis non possit se ingerere in negotio ciuili, maximè si reus veniet à criminalitate absoluendus *Crescent. decis.* 5. *de Iudic.* & firmat *Farinacc. in sua prax. quæst.* 1. *n.* 65.

Nequaquam DD. subsistere visum fuit , satis
3 enim euidenter resultat suppositionem Conuentinorũ ad agẽdum fuisse ab eodem Michaële Angelo dolosè procuratam, & ob id ipsum iustè fuisse carceratum , valideque exindè se obligasse , vt benè conuincit *secunda dictarum decisionum* §. *non obstat, cum trib. seqq.* & latè probatur ex deductis in *Eugubina refectionis damnorum* 4. *Iunij* 1640. *coram R. P. D. Carillo* .

Nam cum Michael Angelus pro contentis in quærela bis fuerit carceratus prima vice de anno 1628. & liberatus cum cautione, secunda verò de anno 1630; quando præstitit obligationem de sol-
4 uendo de proprio, est penitus inuerisimile voluisse in sui pręiudicium fateri crimen falsum , vt benè notat *in l. fin. in princ. C. arbitr. tut.* ob quam ve-
5 risimilitudinem confessio probat , & in ijs etiam casibus, in quibus alias non probaret *Tiraquell. in l. si vnquam glos. donatione largitus nu.* 100. *C. de reuoc. donat. Surd. decis.* 325. *nu* 5. *&* 6. *Rot. de-*
6 *cis.* 209. *nu.* 7. *p* 6. *rec.* tàm contra confitentem , quàm contra habentem ab eo causam *l. cum à matre C. de rei vendic. Mascard. de probat. conclus.* 778. *num.* 26. & faciunt adducta *per Fusar. quæst.* 618. *num.* 34. *&* 35. Rot. *decis.* 6. *num.* 3. *p.* 6. *rec.*
7 licèt talis confessio facta fuerit in iudicio criminali, pręsertim inter easdem partes, vt pręter adducta in antecedenti decisione huius causæ *in* § *nihilominus in fin.* notat etiam *Bart. in l.* 2. §. 1. *nu.* 5. *ff. vi bonorum rapt.* cui adhęret *Florian in l. seruus* § *si dolo col. fin. vers. è contra autem ff ad l. Aquil. Salicet. in l. si quis ad se fundum num.* 15. C. *ad l. Iul. de vi public. Rutr. in o. causam col.* 3. *& Abb. ibi nu.* 6. *de test. Ruin. cons.* 4. *num* 5. *&* 6. *vol* 4.
8 *Rot. decis* 69 *num.* 6. *p.* 6. *rec.* adeout contra propriam confessionem Michael Angelus sine dolo venire non potuisset *Bellam. cons.* 30. *nu.* 9. *& alij allegati per Mascard. de probat. conclus.* 531. *n.* 174.
9 quæ vti omnibus coniecturis, & pręsumptionibus potentior , manifestam contra confitentem probationem inducit *l. cum se C. de transact. Rot. decis.* 37. *n.* 12. *& decis.* 62. *n* 2. *& decis.* 128. *n.* 10. *p.* 6. *rec.*

Ex his standum esse in decisis , vtraq; parte informante, resolutum fuit &c.

R.P.

R. P. D. PRIOLO.

Perusina Fideicommissi,

Lunæ 26. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

SVbstitutio adiecta in Fideicommisso sub conditione si sine filijs, an & quando expiret conditione caducata non solum quoad primum gradum substitutionis, sed etiam quoad reliquos.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta in casum mortis instituti sine filijs expirat dato prædecessu substituti etiam ad fauorem alterius substituti.*

2 *Verba prolata per ablatiuum absolutum resoluuntur in conditionem.*

3 *Ordo succedendi ex quibus verbis importetur.*

4 *Ordinis præposteratio reddit conditionalem substitutionem omninò inefficacem.*

5 *Substitutione prima caducata, caducatur & alia quando vtraque pendet ab eadem conditione.*

6 *Verba exclusiua substituti in casum deficientiæ conditionis restringunt dispositionem ad casum expressum, & omnes alios excludunt.*

7 *Nuda voluntas Testatoris attenditur in eius conditionibus voluntarijs, non autem inuestigatur ratio eiusdem motiua.*

8 *Extensio in huiusmodi conditionibus non admittitur à casu expresso ad casum omissum.*

9 *Conditio apposita in præcedenti substitutione an ex vi vulgaris contenta in compendiosa attendatur in sequenti.*

10 *Conditio necessario ex natura præsumitur voluntariè adiecta.*

11 *Clausula (in casu prædicto) apposita in secunda substitutione repetit conditiones, & qualitates expressas in præcedenti dispositione.*

12 *Substitutio facta post mortem, præfert compendiosam.*

13 *In compendiosa continetur vulgaris, quæ non expirat per aditionem primi hæredis itaut caducato primo gradu sequens gradus in eius locum subintret.*

14 *Declara vt prædicta procedant in compendiosa simpliciter concepta absque conditione.*

15 *Compendiosa non continet vulgarem quando alicui fit substitutio sub conditione, quod prius purificetur antecedens substitutio.*

16 *Conditio apposita præcedenti substitutioni debet impleri in sequenti substitutione etiamsi prima fuerit caducata substitutio.*

17 *Substitutio facta sub conditione si hæres decesserit sine filijs, statim expirat hærede moriente cum filijs.*

18 *Dispositio conditionalis euanescit statim, ac conditio resolutiua semel fuerit impleta.*

19 *Et sufficit quod per momentum temporis impleatur quidquid inde euenerit.*

20 *Caducato primo gradu substitutionis sequens gradus nunquam admittitur, nisi purificata conditione, quæ fuit adiecta eidem gradui caducato.*

21 *Substitutum fuisse vocatum in vsufructu causali, & non in solo formali ex quibus verbis dignoscatur.*

22 *Vocatio in vsufructu causali arguitur etiam ex prohibitione alienationis, & distractionis quocumque modo faciendæ.*

23 *Pro causa Pia fit vtique extensio relicti de persona ad personam, sed non extensio conditionis de casu ad casum.*

DECISIO X.

BAlthassar instituit in eiusdem hæreditate Pompilium fratrem, eiusq; filios, & descendentes in infinitum, & decedente Pompilio sine filijs, superuiuente Iuliano altero fratre substituit eumdem Iulianum, post verò obitum illius, vocauit Hospitale B. M. Misericordiæ. Vita functo Testatore è viuis excessit Iulianus, deindè Pompilius relicto Alexandro filio, per cuius mortem sine filijs, prætendens Hospitale fuisse purificatum fideicommissum ad sui fauorem dato dubio, an constaret de tali fideicommisso DD. negatiuè responderunt.

Quia ponderatis verbis testamenti, Hospitale
substitutum fuit casu, quo Iulianus superuiueret
Pompilio hæredi, & agnosceret fideicommissum. ad
1 quod vocabatur deficiente Pompilio sine filijs mas-
culis, legitimis, & naturalibus, eiusque linea mas-
culina, vnde cum Iulianus prædecesserit Pompilio
primo loco vocato, ob illius prædecessum expira-
uit substitutio ad fauorem Hospitalis *ad text. in l. ex facto ff. si Quis autem vers aut igitur ff. ad Trebell & in l filiusfamilias § cum quis rogatus ff de legat. pr l. Lucius Titius la secunda §. Idem quæro ff. de hæred. instit. l Iubemus § sin autem C. ad Trebell. Peregr. cons. 52. nu. 5 lib. 1. Rot. in rec decis 519 nu. 1 & 2 p. p decis 272 nu. 13. p. 6. & in Bonon fideicommissi de Pinchiaris 28. Martij præter ti coram me.*

Nam illa verba, deficiente Pompilio sine filijs
masculis legitimis, & naturalibus, eiusque linea
masculina superuiuente Iuliano. tanquam prolata
2 per ablatiuum absolutum resoluuntur in conditio-
nalem *l. à Testatore ff de condit. demonstrat* & tra-
dunt *Bart. & alij in l. prima eosdem tit. l. si debitor*
§ p ff. quib. mod pign. vel hypotec. solu Ciriac. contr.
forens. cap. 424. n. 1. & Surd. decis. 268. nu. 10. &
3 important ordinem succedendi, vt ita demum de-
beat admitti Hospitale, si Iulianus superuixerit
Pompilio, & agnouerit fideicommissum *Bald. in*
Auth. matri, & Auiæ C. *quando mul. tut. offic.*
fung Roland. cons 30 nu. 14. lib. 4. Becc. cons 39.
nu. 18. & seqq. Surd cons 372 nu. 69. & 70. Ci-
4 *riac. d. cap 424 nu 9.* qui cum fuerit præpostera-
tus, ex prædecessu Iuliani viuente Pompilio con-
ditionalis remansit totaliter inefficax, ac nullius
momenti *ad Text in l. vnica §. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc tollen. l. Qui hæredi §. Plausius, & l. Mæuius ff de cond. & demonstr. Decian cons. 77. nu 3. lib. 4. Rot. in Bonon. prætensi fideicommissi 7. Iunij 1647. coram Reuerendiss. Terracinen.* & notat *Paris cons 8 nu. 22. lib. 4. Honded cons. 49 nu. 65. lib. 2. Altograd. cons. 45. à nu. p. vsque ad octanum lib. p. nu. 1.*

Nec obstat, quod verba prædicta sint apposita
vocationi Iuliani, non autem substitutioni ad fauo-
rem Hospitalis, quia cum Hospitale non possit
succedere antequam Iulianus capiat fideicommis-
sum, & Iulianus capere non possit fideicommis-
sum nisi superuiuat Pompilio vtraque substitutio
facta censetur sub eadem conditione superuiuen-
5 tiæ *l. Titius ff de condit. Instit. Bart. & alij in l.*
1. ff eod. tit. & id. Bart. in l. in repetendis col. 2.
6 *vers. pone quod testator ff de legat. 3. Menoch. de*

præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 180. nu. 21. Rot. decis 490. nn. 1. p. 4. diuers. & decis. 248. num. 2. p. 6. rec.

Clarior autem redditur hic intellectus ex verbis
adiectis in substitutione Hospitalis, ibi [ad quod
in casu prædicto noluit hæreditatem peruenire,]
6 quæ dispositionem ad euentum fideicommissi, &
superuiuentiæ Iuliani restringunt, & omnes alios
casus excludunt *ad not. per Peregr. de fideicommissis
art. 29. sub n. 15. & cons. 36. n. 27. lib. 3. Cyriac.
cap. 281. n. 67. Menoch. cons. 263. nn. 64. vers. 7.
& ult. Rot. decis. 267. n. 2. p. 2 rec. decis. 320 nn.
6. p. 3. rec. cum alijs in supra citata Bonon. de fidei-
commissi de Pinchiaris 23 Martij præteriti coram
me. §. Idemque comprobant.*

7 In his enim conditionibus voluntarijs attendi-
tur nudum factum, non autem est inuestiganda ra-
tio motiua Testatoris, quare magis disposuerit in
vno casu, quam in alio *Bart. in l. Gallus §. & quid
si tantum num. 2. & 3. de liber. & Posth. Menoch.
cons. 263. n. 34. & n. 53. Peregr. cons. 55. n. 3. lib.
2. & Cyriac. ad d. cap. 281. nu. 68.* Adeò vt nec
etiam ex identitate rationis admittatur extensio
8 de expresso ad casum omissum *Menoc. de præsum-
pt. lib. 4 præsumpt. 65. n. 33. Honded cons. 48. n.
58. vers præsertim lib. 2.* Peregr. *cons. 38. nn. 28.
prope fine m lib. 3. et in d. Bononien. fideic. de Pin-
chiaris. § neque ex identitate ronis coram me.*

Nec ex eo quod huiusmodi cōditio superuiuen-
tiæ tacitè inerat in substitutione Iuliani, qui non
poterat succedere, si non superuiuebat, præsu-
9 mendum est Hospitale fuisse vocatum simpliciter
post obitum ipsis Iuliani, quo casu ex vi vulgaris.
Contentę in compendiosa non attenditur condi-
tio apposita in præcedenti substitutione, quæ re-
mansit caducata. *Aymon. cons. 283. n. 1. vers. sed
casu, Gabr. cons. 117. n. 18. lib. 1. Rot. decis. 9.
de Testam. in antiq., et in rec. decis. 201. nu. 12.
cum seqq. p.* 8.

Siquidem vltra quod ex hoc ipso, quod taliter
10 conditio necessariò erat exitura præsumitur vo-
luntariè adiecta, & apposita, vt aduertit *Ruin.
cons 110. n. 9. lib. 3. Soccin. Sen. cons 140. nu. 9.
Fusar. de substit. q. 33. n. 5.* cum alijs adductis *per
Altograd. cons. 46. n. 11.* Testator non substituit
Hospitale simpliciter post obitum Iuliani, sed
vltrò adiecit in casu prędicto; quę clausula facit
sequentem substitutionem conditionalem, perin-
de ac si dictum fuerit, & si Iulianus superuixerit
Pompilio, & fideicomissum agnouerit, post eius
obitum Hospitale substituo, cum sit repetitiua
11 conditionis, & qualitatum præcedentis dispoſi-
tionis *ex not. per Paris cons 21. n. 37. lib. 3. Ruin.
cons. 55. n. 4 lib. 3 Hond. cons 49. nu. 30., et 31.,
lib. 2. Surd. cons. 546 n. 9. Decian. cons. 17. nu. 10.
et cons 51. n. 5. lib pr. Natt. cons. 204. n. 10., et
seqq. Rot. decis. 149. n. 7. p. 2. recent.*

Proindè non releuat, quod substitutio facta post
12 mortem præseferat compendiosam, vt notat.
Bart., & communiter DD. *in l. Contur. n. 9. ff.
de vulg. & pupill.* quodque in compendiosa con-
13 tineatur vulgaris, quæ non expirat per aditio-
nem primi hæredis, itaut caducato primo gradu,
sequēs gradus in eius locum subintret iux. Doctri-
nam eiusdem *Bart. in l. quamdiu 88. n. 10. vers.
respondetur ff. de acq. hæred. Trentacinq. de subst.
cap. 2. n. 2.* Peregr. *de fideicommisso art. 15. nu. 14.
Surd. cons 347. n. 16. & decis. 37. nu 9. cum seqq.
Rot. coram Seraph. decis. 145. nn. 3. & seqq. & in
rec. decis 222. n. 7. p. 5.*

14 Quia prędicta militant in compendiosa simpli-
ter concepta absque conditione, vt in his terminis
præcitati DD. loquuntur, secus autem quando sub-
stitutio alicui fit per fideicommissum sub condi-
tione, quod prius purificetur antecedens substitu-
15 tio, tunc enim compendiosa non continet vulga-
rem *l. post aditam, & l. precibus in princ.* C. *de Im-
puber. & alij 5. substitut. Honded. cons. 49. nn. 37.
lib. 2. Alex. cons. p. n. 9. lib. p.* Corn. *cons. 199. nu.
10. & seqq. lib. 2.* Roland. *cons. 57. n. 55. cum duob.
seqq. lib 3 Fusar. cons 26. sub n. 26.* Sed ad hoc,
vt sequens gradus subintret in locum gradus
caducati attenditur, & debet impleri conditio ap-
16 posita antecedenti substitutioni, quæ non cadu-
catur, licèt gradus antecedens caducetur, & ita
communiter distinguunt DD. & comprobat *Pregr.
d. cons 36. à n. 25. lib. 3. Bursat. cons. 97. n. 7. Fu-
sar. de substitut. quæst 460. n. 4. Gratian. discept.
for. cap. 747. n. 22 Mastrill. decis. 266. n. 30. cum
seqq. Zers. d. Aragonen. 50. nu. 20.* Rot. *decis. 230.
n. 1. p. 2 diuers coram Durano decis. 339 n. 74. &
seqq. & in sæpè citata Bonon fideicommissi de Pin-
chiaris 28. Martij præteriti coram me.*

Demum cessat quælibet dubitatio ex eo, quod
substitutio Iuliani cui postea substitutū fuit Hospi-
tale facta fuit sub conditione si Pompilius decesse-
rit sine filijs, quæ expirauit per mortem illius cum
17 filijs *iuxt. vulg. cons Oldrad.* sufficit enim condi-
tionem resolutiuam semel impletam fuisse, vt dis-
18 positio conditionalis euanescat *l quidam in Te-
stamento etiam rogo ff. de fideic. libertat. l si quis
hæredem* C. *de Instit. Rot. decis 46. nn. 23. p 5. rec.*
Immo sufficit, quod per momentum temporis im-
19 pleatur quidquid postea euenerit *l. si quis hæredem
C. de instit. & substit. l hæredibus in princ. ff. ad
Trebell. l cum vxori ff. quando dies l.* Gallus *§. po-
stumus ff. de lib. & posth.* ibiq; notat *Honded. cons.
78. n. 16. Altogr cons 54. n. 100. & cons. 60. nu. 2.
& 4. Rot. in sæpè citata Bononien. fideicommissi de
Pinchiaris §. nihil referente coram me.*

20 Et consequenter etiam ex hoc capite euanuit
substitutio ad fauorem Hospitalis; nam caducato
primo gradu sequens gradus nunquam admittitur,
nisi purificata conditione, quæ fuit adiecta eidem
gradui caducato ex supradictis, & plenè deductis
per *Rot. decis. 486. nn. 8. & 9. p. 1. rec. & in Ane-
nionen. fideicomm. 22. Aprilis, supradictis anni S.
imò, coram R P. D. meo* Celso.

Neq; contrariam Testatoris voluntatem arguunt
sequentia verba ibi (Volendo, & ordinando, che
detto Giuliano sia meramente Patrone dell' vsu-
frutto della mia heredità,) ex quibus inferebatur
quod persona Iuliani non fuit habita in considera-
tione ad excludendum Hospitale, nisi in solo vsu-
fructu, & commoditate, nam substitutio incipit à
21 bonis proprietate, ibi (nella sua heredità, e beni
sostituisce li figlioli di detto Pompilio, e mancan-
do detto Pompilio senza figlioli sostituisce detto
Giuliano) Vndè apparet Iulianum non fuisse vo-
catum in solo vsufructu formali à proprietate di-
stincto, sed in vsufructu causali, vt in ipsa
proprietate *per tex. in l. fin. ff. de vsufr. earum
rerum*

rerum quæ vsu Consumun. l. Donationes l. 2. §. speciei ff. de donat. Peregr. cons. 52. nu. 21. lib. 1. Gionognon. cons. 63. nu. 1. & 56. Rot. dec. 24. nu. 9. coram Buratt.

Omnemque difficultatem submouet prohibitio
alienationis, ibi [Prohibendo à detto Giuliano
l'alienatione, e distrattione in qualsiuoglia modo]
22 que cum non possit verificari nisi in bonis, & de
bonis operatur, vt substitutio facta censeatur etiam
in proprietate *Bald. in l. Proculus ff de vsufructu*
cum alijs quos adducit *Surd. cons. 572. n. 8. & 41.*
Gionagnon. cons 63. nu. 11. 70. & 102. Rot. decis.
138. n. 4. & 460 n. 2. p. 4. diuers. & decis. 24 nu.
11. coram Buratto.

Nec prædictis aduersatur priuilegium piæ cau-
22 sæ, quia fauore piæ causæ permittitur quidem ex-
tensio relicti de persona ad personam, sed non ad-
mittitur extensio conditionis de casu ad casum, vt
distinguendo tradit *Menoch. cons. 379. n 4 & 42*
Grat. dicto cap. 747 n. 17. Peregr. de fideic art. 15.
n. 32 & dixit Rot decis 711. nu 1. p. 1 diuers.

Et ita vtraq; parte informante decisum.

R. P. D. VEROSPIO.

Æsina Bonorum:

Lunæ 26. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

AD pares gradu pro virili hæreditas delata censetur.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus rationibus testamentum non sustineatur* in vim cap. cum esses de testamentis.

2 *DD. opinio circa dispositionem* cap. cum esses de testamentis *tanti: a auctoritate* Guidopapæ *reprobatur, ac redditur ratio num. 3.*

4 *Ratio textus dicti capituli* cum esses, *quodque in ore duorum, vel trium fiat omne verbum, militat tam in testamento sani, quam in mortis articulo constituti.*

5 *Dispositio* cap. relatum il primo de testamentis *non admittitur.*

6 *Ratio; quia in concursu, ac in dubio præsumptio consanguinitatis, nec non naturalis affectionis debet omnino præferri.*

7 *Testes idonei, atque legitimi pro testamenti comprobatione requiruntur.*

8 *Testis, cuius fides iam est diminuta non dicitur idoneus.*

DECISIO XI.

IN hæreditate Semproniæ Georginæ bonum ius Hieronymum æquè, ac Hippolitum etiam manutentionis respectu fouere Rota decreuerat coram me sub die 31. Martij præteriti, quod iterum hodie reproposito dubio, in decisis DD. persistere. Cum enim vterq; in pari consanguinitatis gradu Semproniam attingat, hæreditas ipsius iisdem pro virili delata censetur *iuxta text. in §. si verò Auth. de hæred. ab intest. venient.*

Non obstante, quod Hieronymo dumtaxat Sem-
proniæ fauea: Testamentaria dispositio; Talis si-
quidem Testamenti factio *in vim c. cum esses de te-*
1 *stam.* substineri non valet; Vel quia Pater Paci-
ficus, vti Confessarius de eo rogatus confessionem
tunc temporis Semproniæ non excipiebat, vt tradit *Corn. cons. 261. nu. 31. vers. Tamen interuenit lib. 4. Magdalen de nu. Test. requisit. in Testam. p. 2. cap. 8. n. 5. cum alijs recensitis in decis. præterita in §. nec Hieronymo*, Vel quia eiusdem Patris fides, cui text. dispositio inhæret, vt notat *Abb. ibid. in repetit. n. 12. Imol. nu. 11. Rot. in Firmana Codicillorum 13. Nouēbris 1643. in § 3. responsio coram Reuerendiss. Terracin.* notabilitèr læsa dignoscitur ex Antoniæ in testem adscriptæ depositione, se testamenti confectioni interfuisse negantis.

Aliqui prætetea ex DD. auctoritati Guidopapæ
2 denuò inhærebant, asserentis nimirum *quæst. 543.*
n. 10. & 11. dispositionem *c. cum esses*, locum dum-
taxat in Testatore ægrotante obtinere, non au-
tem in sano, quam sententiam sequuntur etiam
Cened. ad decretal. collect. 159. n 7. vers Ex qui-
bus primo sequitur Barbos in collect. ad idem c. cum
esses, de testam. n. 8. Cab. B. cons 151. n. 15. lib. 1.

Hæc tamen opinio à cæteris DD. reiecta, ac
3 improbata fuit, nam verba textus ibi, *in extrema*
fecerint voluntate, in quibus Guidopap. vires con-
stituit ad vltimam vitæ periodum nullatenus re-
feruntur, sed dumtaxat apposita censentur ad de-
signandum, quod vltima dispositio in Testatori-
bus spectari debeat, nulla prorsus habita ratione,
an eadem ab ægrotante, vel sano processerit, vt in
terminis tradunt *Io: Andr. & Zabarell. in rubr. de*
test. n. 6. Hostien. in relat. c. cum esses nu. p. &
cum his pertransfeunt, licèt hunc Textum non
deducant *Autharan in eadem rubr. n. 2. Butr. n. 3.*
4 *in fin. Imol n. 1.* Ratio verò Textus dispositioni
Diuinæ legis innititur, quod scilicet in ore duo-
rum, vel trium verbum omne consistat, quæ sanè
ratio in Testamento sani, ac in mortis articulo
constituti æquè procedit, vt *not. Bart in l. 4 p nu.*
74. & 75. C. de Sacrosanct. Eccles quem sequitur
Castr. in cons. 101. n. 2. ad med. p. 2. Frag de Re-
public. tom. 3 lib 4 disput. 7. nu 139. ad med. fol.
mihi 215 Modern. Roman. de testam. quæst. 35.
n. 50 cum seqq. & hanc opinionem, vti veriorem
sacrum hoc Tribunal seruan. esse decreuit.

Neq; poterit hæc vltima voluntas ex dispositio-
5 ne *c. relatum il primo de Testam.* substineri duo-
rum Testium interessentiam absque Parochi præ-
sentia requirentis in dispositionibus ad piam cau-
sam subsecutis; siquidem institutio Hieronymi
sub expressione fratris patruelis à Testatrice con-
cepta priuilegio piæ causæ ex adiecta ibidem ratio-
ne paupertatis potiri non valet, cum in concursu,
6 ac in dubio præsumptio consanguinitatis, nec non
naturalis affectionis debeat omninò referri *iuxta*
Text. in c. requisiuisti 15. de testam. vbi *Abb. nu.*
823. & 824. Barbat. n. 21. Dec. cons. 120 n. 3. &
4. Caph. cons 216. n. 17 cum seqq. cum alijs iuri-
bus in præteritis decisione relatis *in § nec urget.*

Animaduertebant denique DD. Testes idoneos,
7 atq; legitimos pro huiusmodi Testamenti com-
probatione exoptari, vt aduertit *Capr. in 262. nu.*
12. Paris. cons. 24. n. 13. & 14. lib. 3 Card. Mantic.
de coniect. vlt. vol. lib. 6. tit. 3. n 6. Inter quos Pa-
ter Pacificus recenseri nō poterit, postquam ipsius
integritas ex depositione Antoniæ eiusdem et Patris
confessione munita, diminuta remansit, vt in præ-
terita decisione fuit ponderatum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Neapolitana Hæreditatis.

Veneris 30. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

NOn dicitur contrauenisse voluntati Testatoris, qui non est in dolo, sed habet legitimam excusationem.

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis non incurritur absque dolo.*
2 *Immo sufficit qualibet causa etiam iniusta.*
3 *Non implementum, & contrauentio quamuis consistat in negatiua debet probari per probationes concludentes.*
4 *Maximè concurrentibus causis excusationis.*
5 *Sententia aduersùs inobseruantiam excludit dolosum non non implementum.*
6 *Super bonis alienari prohibitis non licet transigere ea dimittendo.*
7 *Non dicitur alienare, qui cum non possideat, transigit vt possideat, sed dicitur acquirere.*
8 *Per prohibitionem alienationis quamuis amplam non censetur exclusa alienatio necessaria.*
9 *Reseruatio iuris agendi facta in sententia intelligitur prout de iure.*
10 *Pœna priuationis apposita in vna parte testamenti non trahitur ad aliam.*
11 *Maximè stante clausula,* e non altrimente, *quæ operatur exclusionem in ceteris.*
12 *In connexis quis non potest acceptare pro parte tantùm.*
13 *Voluntas Testatoris pro lege habetur.*

DECISIO XII.

NOBILIS Mulier Fœlix Maria Vrsina Ducissa Grauinæ heredes vniuersales sibi scripsit Domum, & Patres S. Mariæ in Porticu Burgi Chiaie Ciuitatis Neapolis Congregationis Matris Dei cum onere erigendi in dicto loco Chiaiæ statim sequuto eius obitu Domum Nouitiatus formati pro viginti Nouitijs iuxta Constitutiones Religionis, addita amplissima prohibitione alienandi, & in casu non implementi, seu contrauentionis succedere voluit in sua hereditate Domum, & Patres Ministrantes Infirmis pariter Ciuitatis Neapolis, vt latiùs *Summario impresso Patrum S. Mariæ in Porticu num. 1. & 2.*

Verùm quia Patres Ministrantes Infirmis supponentes factum esse locum ipsorum vocationi ob multas contrauentiones longa serie in facto deductas, quæ tamen reducuntur ad tres magis considerabiles, & caeterarum ferè complexiuas, nempè quod Patres B. Mariæ erigi non curauerint Nouitiatum iuxta præceptum, & etiam voluntatem Testatricis, & duas alienationes fecerint transigendo cum Duce Ferdinando Vrsino de Bisignano, & cum Octauio Bianco, petebant immissionem, quam Rota censuit non esse concedendam, quia non probatur defectus implementi, nec contrauentio, & quod magis est,
1 non iustificatur dolus, nec malitia, sine quibus nunquam incurritur pœna priuationis. *Dec. cons. 273. n. 2 vers. & primò non est, Honded. cons. 58. n. 35. lib. 1 Menoch cons. 214. n. 42. & cons. 728. num. 15. Rot. decis. 429. n. 3. par. 4. diuers. coram Merlin. decis. 491. num. 1. & coram Eminentiss. D. Card. Otthobono decis. 110. n. 13.* Et quælibet causa etiam iniusta sufficit, vt huiusmodi pœna euitetur, *Eugen cons. 53 n. 36. lib. 2. Gabr. cons. 90 n. 26. & seqq. lib. 2. Honded. d. cons. 58. n. 37. cum seqq. lib. 1. Marcobrun. cons. 35. num. 45.*
2 *Menoch. cons. 903. nu. 11. san. mem. Gregor. decis. 388. n. 4 Buratt. decis. 182. n. 25. cum alijs allegatis in Bononien. fideicomm. de Rubei 23. Maij 1644. coram Eminentiss. D. Card. Corrado §. Primò quia plures.*

Non probatur inquam defectus implementi circa erectionem Nouitiatus, quia asserta confessio Patrum B. Mariæ, & relatio Architecti ad hunc effectum relatæ *in Summar. Actorum nu. 13. & 14.* non iustificant plenè, & concludenter (vt opus est in hac facti specie) negatiuam erectionis, quinimmò ex dicta confessione contrarium potiùs educitur, dum dicitur, ibi, *Si è ancora incaricato all'esponente, che esso debba fare la spesa della sudetta fabrica, la quale già incominciata non si è potuto finire per non esserci stato sufficiente denaro à sodisfare li pesi hereditarij in conformità del disposto nel Testamento, &c. dicto Summario impresso n. 17.* Hinc enim vel huiusmodi confessio retorquetur, vel saltèm nulla ex ea elici potest iustificatio, quæ prosit Actoribus, qui de iure tenentur iustificare
3 non implementum, & contrauentionem, quamuis in negatiua consistat, per probationes plenas, & necessariò concludentes, aliàs audiri non debent, *Bart. cons. 137. n. 3. in fine vers. super quarto lib. 1. Cyriac. controu. 289. n. 16. & seqq. Card. Seraph. decis. 889. n. 1. & 2. ac per totam, Rota in Calaguritana Capellæ de Alberite 14. Decembris 1592. coram Gypsio apud Marches de Commissi. par. 1. fol. 122. n 1. & sub n. 4. vers. Quoniam aduertendum est.*

Concurrentibus præsertim causis excusationis, quæ
4 optimè resultant, tum ob lites statim subortas in adipiscenda possessione *dicto Summario impresso n. 4. & 5.* tum ex satis noto populari tumultu Ciuitatis Neapolis de anno 1648, tum etiam ob subsequutam Constitutionem Innocentij Decimi prohibentem Nouitiorum receptionem, ob cuius resistentiam pluries fuit institum pro licentia apud dictum Pontificem, seu penes Sacram Congregationem ab eodem desuper deputatam, quæ illam concessit anno 1651. pro admittendis ad professionem sex Nouitijs ante constitutionem receptis, & pro recipiendis ad habitum alijs tribus dumtaxat, prout recepti fuerunt; Renouatisque precibus apud Sanctissimum Dominum Nostrum Alexandrum VII. etiam in plena Signatura Gratiæ placuit Sanctitati Suæ priùs concedere Patribus dilationem pluriès deindè prorogatam ad adimplendum Testatricis voluntatem, & vltimo loco anno 1658. licentiam impartiri recipiendi decem Nouitios, qui illicò fuerunt recepti *dicto Summar. impresso n. 19. & 20.* Indè enim dum Patres B. Mariæ omnes possibiles diligentias adhibuerunt, prætendi nequit, quod dolosè, & malitiosè non impleuerint, prout necessarium est ad incurrendam pœnam priuationis, atque ab ea excusantur,

dum

dum non solùm non concurrit causæ iniustitia,
quæ sufficit, sed probabiles, & iustæ excusationis
rationes afferuntur *ex iuribus suprà allegatis*.
Accedente etiam sententia absolutoria lata anno
1652. ad ipsorum fauorem in Tribunali Reu. Fa-
bricæ S. Petri Neapolis aduersùs prætensam inob-
5 seruantiam post præceptum soluendi eidem Fabri-
cæ scuta 5070. *dicto Summar. impresso nu. 9* quæ
propterea certe excludit dolosum, & malitiosum
non implementum; Et quamuis in ea moneantur
Patres, vt in futurum adimpleant, huiusmodi ta-
men monitio non supponit de præterito incursam
fuisse culpam, de qua hodie principaliter agitur,
sed dumtaxat respicit tempus futurum in verbis
expressum, quo inspecto Patres omnia ex parte
sua impleuerunt.
Minusuè iustificatur contrauentio, ex quo Pa-
tres S. Mariæ anno 1650. præuia Transactione re-
6 laxauerint Duci Ferdinando Vrsino creditum hæ-
reditarium scutorum 18. mil. Quamuis enim su-
per bonis alienari prohibitis non licet transigere
ea dimittendo *ad text. in l. non solum C. de præd. & aliis reb. minor.* hoc tamen procedit, quando pro-
7 hibitus alienare possidet omnia bona hæreditaria
prohibentis, tunc enim si per transactionem ali-
qua dimittit, verè alienat, & prohibitioni, ac præ-
cepto Testatoris contrauenire videtur. At secus
est, quoties omnia bona hæreditaria, seù illorum
maiorem partem non possidet, sed ab alijs occu-
pantur, & prætensiones per occupantem deductæ
saltem reddunt dubium, perplexum, & euentuale
ius ipsum hæreditarium; hoc enim casu si transi-
gendo aliqua dimittit, & maiorem partem pro
hæreditate recuperat, dicitur acquirere, non au-
tem alienare, nec distrahere, vtileq; negotium pro
hæreditate gerere. *Cæsal. cons. 375. n. 30. cum seqq. Surd. cons. 451 n. 25. Fusar. de substit. quæst. 708. n. 10. & 12. Rota coram Merlino decis. 767. nu. 11. & 12.*
Hic autem est casus noster, quia maior pars sub-
stantiæ hæreditatia impediebatur à Duce Ferdi-
nando mediante sequestro apposito 1. *Februarij* 1647. *dicto Summ. impress. dicto n. 4. & 5.* cuius
possessio à Patribus non potuit vnquam obtineri,
nisi post Transactionem; Ille verò vnà cum Con-
sanguineis prætendebat subiecta esse fideicommis-
so, & Consuetudini Neapolitanæ tam bona hære-
ditaria, quàm donata, & hoc iure ea vindicare in-
tendebat; Vnde nisi ad Transactionem Patres de-
uenissent, sed per sententiam Iudicis finem litis
expectassent, siue contraria, siue fauorabilis foret,
vndique adfuissent angustiæ, nam primo casu se-
quuta declaratione pro fideicommisso, & præfata
Consuetudine, bona spectabant ad Ducem, &
Consanguineos, nihil verò, vel quid minimum
consequi poterant Patres vti hæreditarium Du-
cissæ; & bona donata, pro quorum manutentione
ipsa obligauerat hæreditaria, dimittere coacti fuis-
sent; Secundo vero casu, quatenus fuisset declara-
tum non extare fideicommissum, sed bona esse li-
bera, excludebantur quidem Dux, & Consangui-
nei, sed aperiebatur via Creditoribus Ducis Mi-
chaelis Antonij Vrsini (in cuius hæreditate con-
trouersa bona fuerant, & post cuius mortem ad
Ducissam peruenerant) qui prætendendo credita
ascendentia ad Ducatos 150. mil. & vltra, omnia
bona donata, & hæreditaria, vel saltem maiorem
illorum partem occupassent; Vnde vtiliùs, & pru-
dentiùs fieri non potuit, quàm non expectato li-
tis fine ad Transactionem deuenire, ex qua dimis-
so tantùm credito, seù censu scutorum 18. mil.
(idque sub pluribus obligationibus, conditioni-
bus, & pactis etiam resolutiuis fauore Patrum, &
hæreditatis,) ipsi consequuti fuerunt hæreditatem,
& bona omnia etiam cum iuribus fideicommissi à
Duce Ferdinando cessis tam proprio, quàm con-
sanguineorum nomine, *dicto Summ. impresso nu. 6.*
quibus mediantibus aduersùs præfatos Creditores
Michaelis Antonij validè hæreditatem tueri pos-
sunt; Ideoque quatenùs etiam præfata dimissio
8 aliquam præseferret alienationem; attamen tan-
quam alienatio nedum vtilis hæreditati, sed etiam
necessaria nullatenus censetur prohibita, quamuis
prohibitio sit ampla, *Soc. Iun. cons. 28 n. 5. & seq. lib. 2. Alb. cons. 97. n. 13. cum seqq. Hond. d. cons. 58 n. 33. lib. 1. Crot. cons. 65. n. 15. & seq. lib. 1. Molin. de primog. hispan. lib. 4. cap. 9. n. 25. vers. quod si ea transactio, Fusar. de substit. quæst. 718. num. 59. & 71.*
Minùs etiam obstat alia transactio facta cum
Octauio Blanco super censu ducatorum 5600. per
ipsum proprio nomine empto; Quia in ea nil
prorsùs Patres alienarunt, sed acquisiuerunt ratam
sortis principalis dicti Census scutorum 1600. &
alios ducatos mille pro fructibus decursis; nullo
enim modo iudicialitèr huiusmodi quantitatem
9 Patres consequi potuissent, cum obstaret prohibi-
tio Testatricis, & non haberent iustificationem,
quod census fuerit emptus pecunijs ad Ducissam
spectantibus: Nec momenti est sententia A. C. re-
seruans iura Patribus agendi contra Octauiũ pro
recuperatione pretij dicti Census, quia intelligitur
prout de iure, quatenus scilicet id iustificare pos-
sent, ac respectiuè agere, & non aliàs. Et sic nec
refert promissio facta in Transactione de non mo-
lestando Octauium pro vlteriori illius restitutio-
ne; nam remanet inutilis, dum re vera eum legiti-
mè molestare nequeunt.
Prætensio autem, quòd ex forma Testamenti
Ducissæ non potuerint Patres cum eo litigare, nõ
facit ad rem pro obtinenda immissione; quia in
casu contrario nulla fuit adiecta pœna priuationis,
quæ apposita in vna parte testamenti, non trahitur
ad aliam. *Dec. dicto cons. 273. nu. 3. Marcobrun. dicto cons. 36. n. 75. ad finem cum seqq. Eugen. di-*
10 *cto consil. 52. nu. 12. & seq. lib. 2. Surd. cons. 559. n. 6.* Et Actores non sunt substituti in hoc casu,
sed in alijs, ibi, *di alienatione, vendita, distrattione, obligatione, o applicatione*, cum clausula, *e non al-
trimente, ne in altro modo &c.* quæ operatur, vt
substitutio in alijs casibus dicatur denegata, vt in
simili Card. Seraph. decis. 838. n. 7. & 8.
Et ita vtraque &c.

Neapolitana Hæreditatis.

Veneris 25. Iunij 1660.

PRætextu quod Patres B. Mariæ in Porticu Nea-
polis non curauerint erigi Nouitiatum iuxta
præceptum, & enixam voluntatem Nobilis Mu-
lieris Fœlicis Mariæ Vrsinæ Ducissæ Grauinæ Te-
statri-

ſtatricis, quodque duas fecerint alienationes, tranſigendo cum Duce Ferdinando Vrſino de Biſignano, & cum Octauio Blanco, Patres Miniſtrantes Infirmis eiuſdem Ciuitatis ſupponentes exindè factum eſſe locum ipſorum vocationi, iudicialiter contra eos petierunt immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum dictæ Ducíſſæ, ſed Rota *die 30 Ianuarij præteriti*, vtraque Parte informante, exiſtimauit immiſſionem non eſſe concedendã ex rationibus in deciſione deductis, ex quibus pro illius confirmatione hodie reſponſum fuit.

Et reſpectu erectionis Nouitiatus non refert, quod Patres B. Mariæ *à die 2. Februarij* 1647 per totum menſem Auguſti 1651. ex bonis hæreditarijs exegerint ſcuta 30514 quæ non poterant in aliam cauſam conuerti antequàm Domus Nouitiatus erigeretur.

Quoniam ex calculo ab iiſdem Partibus exhibito in Tribunali Fabricæ S. Petri Neapolis, ex quo deſumitur confeſſio dictæ exactionis, apparet etiã dictas pecunias ab eis rogatas fuiſſe partim in expenſis funeralium, litium, æris alieni hæreditarij, fructuum cenſuum paſſiuorum per totum dictum menſem Auguſti, legatorum pro vnica vice, & aliorum annuorum, ac pro bono gubernio hæreditatis, *Sum. n. 1.* quę omnia erant præferenda erectioni Nouitiatus, vt ex Teſtamento impreſſo *pag. 3. lit. M. N & R ac pag. 14. lit. T. 3. & Z. 3.* & partim in fabrica ipſius Nouitiatus, alimentis Nouitiorum, ac in emptione mobilium, & ſupellectilium pro eo neceſſariorum; ita vt pro adęquatione dictæ quantitatis ſcutorum 30514. non ſuperfuerint in cauſa de tempore dari computi, niſi ſcuta 116. *vt in d. Sum. d. num. 1.* Dùm enim Patres Miniſtrantes Infirmis dicto calculo vtuntur ad eliciendam confeſſionem Patrum B. Mariæ circa exactionem, tenentur etiam illum acceptare reſpectu
11 exitus earumdem pecuniarum exactionibus contrapoſiti, & connexam cauſam habentis, licèt diuerſo tempore peracti, dum præſumptionem iuris non habet contra ſe, *iuxta Theor. Bart. in l. Aurelius 9. Idem quæſijt nu. 1. & 2. ff. de liberat. legat. Cyn. in l. vnic. quæſt. 13 C. de confeſſ. Menoch. de arbitr. lib. 2 centur. 1. caſ. 93. nu. 19. cum ſeqq. Surd. deciſ. 238. nu. 4. cum ſeqq. & ſignanter num. 10 & 11.*

Reſpectu verò alienationum, aliarumque contrauentionum, quæ in idem recidunt, placuerunt reſponſiones deciſionis, quæ omninò ſubſiſtunt; ac ſignanter quo ad Tranſactionem cum Vrſino non ſubſiſtit, quòd ſola mobilia eſſent ſub ſequeſtro, quia verius eſt Patres nullam potuiſſe aſſequi poſſeſſionem bonorum hæreditariorum Neapolis ante dictam Tranſactionem, poſtquam, & non prius ab eis obtentum fuit præambulum,
12 & diſſequeſtrum, *Summar. impreſſo Patrum B. Mariæ præteritæ poſitionis nu. 5. 14. 15.*

Non obſtat, quod iidem Patres impugnauerint legatum mobilium, & annuorum ſcutorum biſcentum pro perſona nominanda, quodq; non impleuerint mandatum Teſtatricis circa declarationes Congregationis generalis exhibendas quolibet triennio cum ſcutis ſex monetæ Patri Generali Miniſtrantium Infirmis in Vrbe, dum non fuerunt factæ diſtinctim, & per capita ſeparata, ſed per verba generalia.

Primum enim obiectum facili reſponſione remouetur, quia ſcilicet in eo caſu nulla adeſt vocatio Collitigantium, nec pœna priuationis, quæ expreſſa in vno, non trahitur ad alium caſum *ex authoritatibus relatis in deciſione §. fin.*

Secundum verò tollitur animaduertendo, quòd Teſtatrix pro diſtincta rationis redditione elegit tanquam in Iudicem, & Arbitrum Congregationem Generalem, quæ conſtituitur ex Vocalibus omnium Domorum vniuerſæ Religionis B. Mariæ, & coram ipſa voluit, quòd Adminiſtratores hæreditatis redderent diſtinctam, & ſpecificam rationem, qua reddita, conſtitoq; de punctuali obſeruantia, ab eadem Generali Congregatione fieri debet declaratio, quòd in præcedenti Triennio voluntati Teſtatricis plenè paritum fuerit, illaque exhiberi Patri Generali Miniſtrantium Infirmis, qui ab hæredibus quidquam prætendere non poſſunt, nec petere librorum, aut computorum viſionem, *vt ex d. Teſtamento pag. 12. lit. P. 3. & pag. 13. lit. R. 7.* Quapropter indubium redditur, generalem ſufficere declarationem, pro vt facta fuit, ex qua plenè ſatisfactum dicitur Teſtatricis mandato ad formam eius teſtamentariæ diſpoſi-
13 tionis, quę pro lege reſpectu ſuæ hæreditatis ſeruanda eſt. *§. Diſponat Teſtator. Auth. de Nupt.*

Et ita altera tantum &c.

Sacra Rota eſt in Voto Patribus Miniſtrantibus Infirmis Neapolis non eſſe dandam immiſſionem hac die 4. Auguſti 1660.

R. P. D. TAIA.

Firmana Fideicommiſſi.

Vener. 30. Ianuarij 1660.

ARGVMENTVM.

Legatum vſusfructus ſi à corpore rei incipit an importet proprietatem? Et quid quando bona relinquuntur ad vſufructuandum? Deque coniecturis pro interpretatione voluntatis in materia. Ex fideicommiſſo vniuerſali, quod integrum reſtitui debet ex ordinatione Teſtatoris nec legitima, nec Trebellianica detrahitur.

SVMMARIVM.

1 *Vltimi Codicilli ſunt attendendi.*
2 *Quando legatur vſusfructus incipiendo à re tunc dicitur etiam legata proprietas.*
3 *Legatum bonorum ad vſufructuandum non dicitur legatum proprietatis, ſed vſusfructus tantum licet à bonis incipiat.*
4 *Dictio* (donec vixerit,) (& quoad viuet) *importat legatum vſusfructus non autem proprietatis.*
5 *Remiſſio fideiuſſionis in legato, legatum vſusfructus importat.*
6 *Quando res legatur ad vitam, hæreditarium ius magis, quam perſona hæredis conſideratur, & ſic res debet reuerti ad illam perſonam, in qua dictum ius conſiſtit.*
7 *Facta in Codicillis perindè habentur, ac ſi facta eſſent in Teſtamento.*
8 *Codicilli ſunt pars Teſtamenti.*
9 *Codicilli, & Teſtamentum vna, & eadem cenſentur diſpoſitio.*

10 *In*

10 *In Fideicommisso transuersali legitima non debetur, nec debetur Trebellianica quando hæreditas debet integra, & sine diminutione restitui.*

11 *Pro modica legatorum quantitate fundus magni redditus, & valoris alienari non licet.*

DECISIO XIII.

TER ad fauorem Stephani, & fratrum de Natinguerra, decisum fuit, constare de Fideicommisso Petri Simonis, & Petri Dominici eius filij 22. Maij, & 28. Iunij 1658. & 9. Maij 1659. Vndè hodiè proposito Dubio, An ex Fideicommisso Petri Dominici Iisdem pro nunc sit danda immissio in prędium nuncupatum Campo d'Arca; Dandam esse Domini responderunt; Quia existentia, & purificatio Fideicommissi ex decisionibus tunc editis iuxta inueteratum stylum Sacrę Rotę supponendis plenè comprobantur; Identitas verò prędij controuersi, quę ab altera parte non reuocatur in dubium, satis superq; iustificata remanet ex illius descriptione cum suis confinibus facta à Testatore in Codicillis ex Inuentario, & possessione ab eius heredibus grauatis confecto, & respectiuè adepta, & demum ex libro Catasti Ciuitatis Nouę *Summ. Actor. n. 1. 2. 3. & 4.* quibus propterea concurrentibus, Immissio denegari non potest, vt fuit decisum *coram bo. me. Card. Otthob. decis. 242. n. 5. & 6.*

Non obstat, quod Petrus Dominicus in Testamento huiusmodi prędium perlegauerit Fräcisco Geraldino, & deinde in Codicillis anni 1586. & 1589. illud reliquerit Dianę Vxori.

Quoniam de prelegato relicto in Testamento nullatenus agendum est, cum à Testatore in dd. subsequentibus Codicillis expressè fuerit reuocatum; Codicilli autem conditi anno 1586 ita disponunt, ibi. Quod omnia, & singula predicta bona in ijsdem perlegatis nunc reuocatis expressa habeat, & habere debeat D. Diana de Pellicanis de Macerata Vxor sua dilecta, cui illa reliquit, & legauit vsufruenda donec vixerit, absq; eo quod teneatur aliquam prestare fideiussionē de bona prędicta nō deteriorando. Mortua autem prędicta D. Diana Vxore sua, & sic finito dicto vsufructu, voluit idem Codicillator, eadem omnia, & singula bona, sic et ad vsufructuandū relicta statim recadere in Antonium filium supradicti Brandimartis; Sed in vltimis anni 1589. Petrus Dominicus vult, & declarat, quod possessionis Columbarij &c. *Campo d'Arca &c.* sit vsufructuaria D. Diana Vxor prędicti Petri Dominici quoad vixet, & post obitum ipsius D. Dianæ incontinenti recadat hæredibus supradicti Petri Dominici, Vnde quia non controuertitur obitus Dianę, sequitur necessariò, vt ad formam vltimorum Codicillorum, qui sunt at-

1 tendendi *l. filio 31. §. Matri ff. de adim. legat. l. quidam 14. sub init. ff. de Iur. Codicill. Instit. de adept. legat. ab init.* Prędiū controuersum omninò Actoribus debeatur, qui ex antecedentibus decisionibus heredes sunt fideicommissarij Petri Dominici Testatoris.

Nec obstat, quod ex priorū Codicillorum verbis suprascriptis dicantur bona sic ad vsufruen. relicta,

2 & incipiendo à re proprietas dicatur legata, non non obstante adiectione vsusfructus, ad *Casanat. cons. 32. n. 4. & seqq. Castell. de vsufr. cap. 30. n. 4. & seqq. post Barr. & alios.*

Quia contrarium videtur, in primis etiam ex prima-

3 ria formula legauit bona vsufruenda *ad l. 1. sub init. ff. commod l. mater 35. ff. de Iur. dot. rubr. ff. de loc. publ. fruend. Gell. Noct. Attic. l. 7. cap. 15.*

4 & propter tempus adiectum, *donec vixerit*, in prioribus ipsis Codicillis, & repetitum quoq; in posterioribus, *quoad viuet*, *Castill. d. cap. 30. n. 13. & sub nu. 51. Barr. de success. lib. 9. tit. 24. de legat. vsufr. sub n. 3., Rot. decis. 119. n. 2. p. 8. rec.* & propter modum, *absq; eo quod teneatur aliquam*

5 *prestare fideiussionem, Menoch. præsumpt. 134. sub n. 16. lib. 4. Castill. d. cap. 30. sub n. 25. Barri. d. l. sub dict. n. 3.*; Et ad declarationem Codicillatoris, *sic finito dicto vsufructu*, secundum quę videntur legenda, & prolata verba sequentia *Bona sic ad vsufruen. relicta*, & clarius ex posterioribus Codicillis attendendis, & eorum verbis sit vsufructuaria Diana, & abundè addito; *Quoad viuet*.

Deindè quia nequiegari posset legatum Dianę, etiam si proprietatem contineret, nihilominus esse temporale, donec vixerit, in prioribus Codicillis, & quoad viuet, in posterioribus, & quod ex prioribus debebat recadere in Antonium ex posterioribus debuisse recadere hęredibus Petri Dominici.

6 Neq; primis dumtaxat hęredibus, nam cum res alicui legatur ad vitam magis hæreditarium Ius, quàm heredis persona consideratur, ac idcircò res reuerti debet ad illam personam, in qua consistit Ius hęreditarium, & sic ad alios successiuè substitutos *ad l. vnl. C. de leg., Peregr. de Fideic. art. 32. n. 76. & 78. & cons. 52. n. 4. 5. & 9. lib. 2. Bertaz. cons. ciuil. 83. n. 61. & seqq. Castill. contr. 56. n. 32. & 60. lib. 4. Rot. Senen. apud Mart. Medic. decis. 4. n. 16. ad 21. Rot. coram Mantic. decis. 19. n. 3. & seqq.*

Certius quia Testator non solùm voluit in vltimis Codicillis, quod eius Testamentum valeret eum eodem fideicommisso in Testamento Patris condito, sed etiam in suo expressè vocauerat substitutos non solum ad bona relicta in vniuersali Institutione, sed etiam ad prelegata relicta primis hęredibus Institutis *Summar. Reor. nu. 3.* Hinc

7 enim cum facta in Codicillis perindè habeantur, ac si facta essent in Testamento *l. 2. §. Codicillos.*

8 *ff de Iur Codicill.*, & Codicilli pro parte Testamenti habeantur, obseruationemq; & legem Iuris Indè traditam seruent, *l. quidam 14. sub init. ff. eod.*, & Codicillus, vna, & eadem censeatur dis-

9 positio, & vsu, & eodem tempore videatur facta, cum vtriusq; effectus conferatur in tempus mortis, & vnum quidem suppleatur, & declaretur per aliud *Card. Mantic. deconiect. lib. 6. tit. 4. nu. 8., Peregr. de Fideic. art. 16. n. 49.* Indè sequitur, quod aut nominatio heredum facta in Codicillis post obitum Dianæ intelligenda est etiam de alijs successiuè substitutis propter temporale legatum ex prędictis, & Actores habent intentum; Aut restringenda est ad primos hæredes, vt pretendunt rei conuenti, & eùm Actores dictis heredibus in alia parte Testamenti expressè substituti sint etiā in prelegatis saltem vigore huius substitutionis prędium controuersum eis omninò debetur.

Non obstant asserte detractiones, nam de legitima non

non est agendum, quia agitur de Fideicommisso
10 transuersali Testatoris; Trebellianica verò censetur prohibita, dum voluit Testator hęreditatem restitui *Intieramente, e senza diminutione alcuna*, vt dixit *Rota decis. 74 n. 1 p. 8. rec.*

Nec refert assertio prędij controuersi alienati pro soluendis alijs legatis ab eodem Testatore relictis, quia Instrumentum assertę alienationis non apparet in forma probanti, nec fuit in actis legitimè productum, vt opus est, & pro modica dd. lega-
11 torum quantitate non licuit alienare fundum magni redditus, & valoris *Odd. de Fideic. per alien. probib. q. 32. n. 26. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 5. n. 5. Fusar. de substit. q. 541. n. 12.* Id quod etiam valuisset pro quocumq; alio modico debito, quod neq; ad Testatorem, neq; ad hęreditatem pertinere etiam docebatur.

Et ita vtraq; &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Calatitana pensionum.

Lune 16. February 1660.

ARGVMENVVM.

PEtenti, Decretam manutentionem in quasi possessione exigendi pensiones, non est denegandum mandatum pro summa, quam pensionarius agnouit.

SVMMARIVM.

1 *Solutio pensionario facta sufficit contra quemcumq; successorem pro consequenda manutentione in quasi possessione exigendi pensiones.*

2 *Mandatum in Iudicio manutentionis relaxari debet, pro summa, quam pensionarius agnouit.*

3 *Solutio in parte facta non sufficit in Iudicio manutentionis pro obtinenda integra quantitate pensionum.*

4 *Limitatur conclusio, vt non procedat, quando ex animo soluentis liquet totam summam pensionario deberi.*

5 *Ratio limitationis est, quia quasi possessio ab animo, ac patientia ipsius pensionary debet regulari.*

6 *Exigens pensiones nil potest exigere vltra summam, pro qua mandatum obtinuit in manutentionis Iudicio.*

DECISIO XIV.

FRancisco Busquetto sub die 10. Maij 1658 coram me manutentio decreta fuit in quasi possessione exigendi pensiones super Canonicatu per Georgium Martinum possesso; Hodiè verò super decisionis viribus repropositò dubio, Dñi in decisis persistendo, mandatum pro singulis annis in scutis dumtaxat 1015. fore relaxandum decreuere; Cuius resolutionis ratio respectu primę partis ea fuit, quod Francisci quasi possessio ex bini termini solutione, sibi à Dominico Martinez antecedenter Canonicatus possessore peracta, iustificationem legitimam assumit, quę contra Georgium
1 successorem pro consequenda manutentione sufficiens reputatur, vt tradit *Guidopap. q. 629. n. 1. cum seqq. Gratian. discept. forens. cap. 921. n. 5. & 6. Rot. coram bo. me. Coccino decis. 31. num. 5. & decis. 125. n. 3 et decis. 508. n. pr. par. 2. rec. coram Gregor. decis. 275 n. 2.*

Mandati verò relaxatio contra Georgium in scutis
2 1015. exindè sancita fuit, quod Dominicus in subsecutis solutionibus pro hac eadem summa dumtaxat debitum agnouisse conuincitur, ad quarum proindè normam debet manutentio relaxari, vt aduertit *Castrens. in cons. 130. n. 2 lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 426. n. 3 cum seqq. Rot. decis. 547. n. 8. par. pr. rec.*

Hinc non vrget, quod subsecuta in parte solutio ad
3 manutentionis effectum pro integra quantitate pensionum obtinenda suffragetur, vt notat *Bald. in l. pr. C. de emanc. libert. Rot. coram Caualer. decis. 329 n. 3. et 4. coram Vrgellen. decis. 324. n. 2, et*
4 *3. cum alijs in præterita decis. relatis*; Siquidem pręfata conclusio posset admitti quoties soluentis animus non innotesceret debitum agnoscendi pro quantitate solummodò scutor. 1015., secus verò dum ex solutionibus, nec non ex transactionis Instrumento inter Franciscum cum eodemet Dominico adstipulatę, contrarium omninò resultat, vt distinguendo casum vtrumq; dixit, *Rota in dicta decis. 547. n. 8. par. pr. rec.*, *Gratian. discept. forens. cap. 426 n. 3. et 4.*, & ea videtur esse ratio,
5 quod quasi possessio ab animo, ac patientia ipsius debet regulari, contra quem quæsita pręsumitur, vt notat *Bald in l. si aquam 2. nn. 2. C. de seruit. et aqu. Felin. in c. de quarta col. penult. propè fin. de præscrit. Alex. cons. 16. n. 13. lib. 5. Afflict. dec. 67. n. 1. Rot. coram Cæsar. de Grass. decis. 7. nu. 9. de Testib.*

Et licèt transactionis Instrumentum pensiones has
6 in scutis septingentis auri de Camera reseruatas, ad scuta 1015 reducentis, Georgio prodesse non valeat, vt fuit in preterita decisione deductum, consequi tamen Franciscus non poterit ex manutentionis iure residuum pensionum, dum eiusdem respectu, possessione dignoscitur destitutus, itaut in iudicio petitorio iura sua debeat experiri.

Et ita vtraq; &c.

R.P.D. BEVILAQVA.

Tiburtina Castrorum.

Luna 16. February 1660.

ARGVMENTVM.

IMmissio ex *l. fin. C. de edic. diu. Adrian. tollen.* quando sit concedenda, & quę exceptiones illam retardent, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex* l. fin. C. de adic. Diu. Adrian. tollen. *debetur non solum hæredi scripto: sed etiam hæredi hæredis.*

2 *Possessio defuncti est primum requisitum necessarium pro dicta immissione.*

3 *Confessio auctoris circa possessionem nocet successori, & probatur per testes, & num. 4.*

5 *Additio facta in protocollo manu eiusdem Notarij, & ad maiorem declarationem non vitiat testamentum, & quare.*

6 *Cassatura*

6 *Ca̅ncellatura verbi superflui similiter non vitiat.*
7 *Hærede instituto in re certa an competat remedium* dictæ l.
fin. & *num. 9.*
8 *Hæres in re certa nullo dato cohære efficitur hæres vni-*
uersalis.
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit im-*
missionem ex dicta l. *fin.* & *num. 12.*
11 *Detentio simplex defuncti etiam iure pignoris sufficit ad*
dandam immissionem ex dicta l. fin. *absque eo, quod pro-*
betur dominium.

DECISIO XV.

REassumpta hodie ad instantiam Excellentiss. D.
Ducis Bracciani disputatione dubij sub die pri-
ma Februarij 1608. per Cardinalem Marquemon-
tium tunc Sacræ Rotæ Auditorem propositi, &
non resoluti super immissione petita à bo. me.
Duce Virginio in vim Testamenti bo. me. Ioan-
nis Baptistæ Vrsini in Castris Cantalupi, & Bor-
dellæ, de quibus agitur, DD. dandam esse dixe-
runt super duabus ex tribus partibus illorum, quia
constito iam decisionibus deindè coram eodem
Cardinali, & me sub die 31. Martij præteriti ema-
natis de recognitione eiusdem Testamenti, & de
possessione, & identitate bonorum quemadmodum
eidem Duci Virginio hæredi ibi scripto debebatur
1 immissio *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vbi
glos. & Bart. num. 3. Peregrin. de fideicom. artic.
48. per tot. Rota coram S. M. Greg. XV. decis.
206. num. p. Duran. decis. 179 num. 5. decis. 180.
n. 1. & in recens. decis. 637. num. 1. par. 4. tom. 3.
& alibi passim, Ita pariter competit Moderno D.
Duci hæredi illius, idem *Bart. in l. fin. n. 11. Bald.*
n. 35. vers. Idem in hærede hæredis, & in cons. 186.
n. 7. lib. p. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n.
236. Rot. decis. 116. n. p. p. 3. rec. & decis. 79. n. 4.
inter impress. Eminentiss. Card. Otthob.

Possessio autem bo. me. Io: Baptistæ Testatoris
Istorum Castrorum pro duabus ex tribus partibus
de tempore obitus, quod est alterum dictæ legis
2 requisitum, *Duran. decis. 321. & 358. n. 2. & de-*
cis. 682. n. 1. p. 2. rec. probata extat, tum quia bo.
me. Catharina auctrix partis collitigantis secuto
Io: Baptistæ obitu prætendens illi ab intestato
succedere Procuratorē cōstituit ad capiendā eius
nomine possessionem dd. Castrorum, prout ille
actualiter illam appræhendit, cum subsecuta Vas-
3 salorum recognitione D. Catharinæ, & eius suc-
successorum in Dominum, ex quibus resultat
possessio Ioannis Baptistæ *Rot. decis. 51. n. 6. apud*
Modern. de manut., Tum ex Testibus de ea opti-
4 mè deponentibus, *Rot. coram Ant. v. decis. 12. nu.*
3. Duran. decis. 118. nu. 1. Card. Caualer. decis.
629. n. 5., & in rec. decis. 135. nu. 1. & 2. par. 1.
& decis. 131. n. 2. par. 2. & decis. 539. n. 2. par. 4.

Nec ad tollendam fidem dicti Testamenti ob-
stant superadditio nominis Virginij Ducis hære-
dis in narratiua, & cancellatio institutionis eius-
dem in dispositiua; Nam quoad additionem no-
minis Ducis Virginij suprà, & post illa verba, &
eumdem Illustrissimum, & Excellentissimum D.
Ducem ex depositionibus Testium patet fuisse
scriptam manu Tarquinij de Pretis Notarij, qui
fuit de eo rogatus, & ex inspectione colligitur
5 fuisse superadditum nomen ad maiorem declara-
tionem, eò quia verba *eumdem Illustriss., & Ex-*
cellentissimum, satis exprimebant personam D.
Ducis Virginij superius nominatam; Ideòq; non
vitiat Testamentum, sed fides est ei adhibenda,
Bald. in rubr. n. 2. C. de fid. Instrum., & in l. no-
stram 30. C. de Testam., Alex. cons. 59. vers. non
obstat lib. 2., Rota apud bo. me. Coccin. decis. 467.
num. 2. & seq., & decis. 276. n. 3. par. 2. & decis.
122. nu. 28. p. 4. tom. 2., decis. 126. num. 17. p. r.
7. rec. Caualer. decis. 122. num. 6., & decis. 379. n.
6. & 7. post Cenc. de cens., præsumitur enim talis
inter lineatura, & superadditio facta de volunta-
te Testatoris, *Bertazol. consil. ciuil. 14. num. 10.*
Rota decis. 367. num. 1. post 2. vol. cons. Farin. &
decis. 698. nu. 11. par. 4. tom. ... rec. & in Vrbi-
natcn. prædiū 13. Maij 1658. sub §. nec alias coram
me; Cassatura autem instituit eumdem Ducē Vir-
ginium in proprijs ipsius Testatoris, & maternis
bonis manu eiusdem Notarij facta, nihil etiam
6 officit, quia cum ipse fuisset institutus in supe-
riori parte Testamenti, potuit deleri ista genera-
lis substitutio, tamquam superflua, quæ nec tol-
lit sensum aliorum verborum, quæ clara sunt,
Alex. cons. 14. num. 10. lib. 6., Rot. decis. 276.
num. 4. & decis. 454. in fin. par. 2. rec.

Non obstat, quod Dux Virginius in nulla par-
te Testamenti legatur scriptus vniuersalis hæres,
sed in re certa, nempè in controuersis Castris,
7 quare non potest Ipsi, neque hæredi competere
edictum l. fin. vt admonent *Alex. in l. quoties n. 7.*
C. de hæred. Instit., *Menoch. de adipisc. remed. 4.*
8 *n. 145.* Nam cum nullus alius cohæres datus fue-
rit, ipse detracta mentione rei certæ, debet con-
sequi totam substantiam, *ad Text. express. in l. co-*
hæredi 4. § vid. ff. de vulgar. & pupill. substit. l.
1. § si ex fundo, & ibi glos. in verb. instit. in l. quo-
ties 9. § si duo l. si vlterius 10. & ibi glos. magna, & l.
decē falso 35. §. ita igitur ff. de hæred. instit. Cyriac.
controu. 43. n. 23. & 26. & controu. 221. nu. 11. &
12. & controu. 498. n. 24. Buratt. decis. 257. nu. 4.
9 *Seraphin. decis. 584. n. 6.* & pro ipsa re certa, alijs-
que omnibus bonis competit huiusmodi hæredi
dictę l. final. remed. *Cros. in §. institutio quæst. 22.*
n. 9. Argel. de acquir. poss. quæst. 17. n. 58. & seq.
& n. 103. de receptissima opinione attestantur *Bel-*
lon. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 9. n. 35. Rot. de-
cis. 83. n. 20. & 21. p. 6. rec.

Nec obstare videbatur donatio per Paulum
Iordanum facta Io: Paulo Catherinæ Patri, nedū
quia est priuata scriptura, non recognita, neq; ef-
fectum sortita, dum Castra pro duabus partibus à
Io: Baptista, & pro alia tertia per ipsam Cathari-
nam donatarij hæredem, fuerunt possessa; verùm
etiam quia vti exceptio turbida requirens discus-
sionem, reijcieenda est ad petitorium, & minus
10 apta redditur ad impediendam immissionem hæ-
redis scripti in Testamento, *Menoch. cons. 18. n.*
27. & de adipisc. poss. remed. 4. n. 759. Cyriac. con-
trou. 426. n. 58. Rot. decis. 36. nu. 1. p. 2. & decis.
131. n. 9. p. 2. & decis. 773. n. 2. p. 3. & decis. 67.
n. 25. & seqq. p. 6. rec.

Neq; etiam releuant, quę dicebant de posses-
sione istorū Castrorum à bo. me. Io: Baptista loco
pignoris, mediante assignatione facta in secunda
transactione de anno 1539. ad fauorem Francisci
Patris per Paulum Iordanum cum dilatione vsque
ad annum 1569. concessa dicto Paulo, assignando

Francisco, & eius filijs actualiter Castrum S. Gre-
gorij, seu aliud annui redditus scutorum mille, ita
quod facta actuali assignatione, teneantur releuare
dd. Castra eidem Paulo, siquidem quicquid sit, an
11 ipsa assignatio sit temporalis, vel propria, & an
d. pactum expirauerit, vbi quoq; hæc ita se habe-
rent, non indè excluderent immissionem debitam
hæredi Io: Baptistæ, pro qua sufficit, quod appa-
reant, bona fuisse detenta per defunctum ex verbis
d. l. fin. vbi glos. ibi Tu dic, siuè possessionem, siuè
detentionem habuerit defunctus, *Alciat. conf.* 162.
n. 2. *Roland conf.* 2. *n.* 30. *lib.* 3. *Rot. decis.* 613.
n. 6 *p.* 1. *diuers. & in rec. decis.* 131. *n.* 5. *in fin. p.*
2. vbi loquitur de retentione iure pignoris, absq;
eo quod opus sit probare dominium *Castr. in l.* 2.
n. 6. *C. de edict. Diu. Adr. toll. Alex. n.* 22. *Zuc-
card. n.* 355. *Oldrad. cons.* 139. *nu.* 12. *Menoch. de
adipisc. remed.* 4. *n.* 368. *Rot. decis.* 618. *n.* 14. *p.*
4. *tom.* 3. *rec. & in alia Rom. seu Tiburtina Ca-
strorum coram Buratt. decis.* 387. *n.* 2. cuius inspe-
12 ctio quoque requirit altiorem indaginem, ideoq;
non impedit immissionem *l.* 2. *Dec. cons.* 424. *n.*
4. *&* 588. *n.* 12. *Buratt. ibid. n.* 4. *& decis.* 444. *n.*
1. *p.* 4. *& d. decis.* 67. *n.* 26. *p.* 6. *rec.*

Minus deniq; visum fuit, posse retardari D. Duci
immissionem, ex eo quod ipse nõ solum sit hæres
Io: Baptistæ Testatoris, & creditoris, sed etiam
Pauli Iordani debitoris absq; beneficio leg. & In-
uent. Quia præterquod id in facto contrauerte-
batur, vti pariter altiorem indaginem requirens,
& respiciens petitorium, non est in hoc iudicio
possessorio discutiendum ex præallegatis.

Et ex his dandam esse pro nunc Immissionẽ in dua-
bus ex tribus partibus Castrorum Cantalupi, &
Bordellæ, conclusum fuit, vtraque parte infor-
mante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Locationis.

Veneris 20. Februarij 1560.

ARGVMENTVM.

LOcatio facta cum obligatione mutuãdi an con-
tineat verum, vel palliatum mutuum, si pecu-
nia indè data fuit cum reseruatione facultatis illam
retinendi sub cambijs.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum verum, vel palliatum non inducitur ex loca-
tione, cuius merces consueta non fuit diminuta. n.* 1.
2 *Mutuum non geritur sed Cambium, quantumuis con-
trahentes vtantur verbo* (prestare) *si mutuans reseruet
sibi facultatem retinendi pecuniam sub cambijs. n.* 2.
3 *Pretij mercedis iustitia non ex alijs obligationibus com-
mensurari debet, sed ex qualitate pactorum, ac onerum
nuper adiectorum. n.* 3.
4 *Locatio soperet mutuum, si ex conuentione in limine con-
tractus locationis habita cederentur lucra conductori-
bus. num.* 4.
5 *Promissio antecedentis conductoris effectum non sortita con-
suetam non immutat locandi legem. num.* 5.
6 *Venditur res vilius in quantitate, quam minutatim. n.* 6.
7 *Locatio dicitur facta iusto pretio, vbi non probetur tunc
temporis fieri potuisse maiori. num.* 7.
8 *Pretij rei venditæ iustitia desumi debet ex communi valo-
re de tempore venditionis. num.* 8.

DECISIO XVI.

COnfirmarunt hodiè DD. decisionem editam se-
cunda Maij præteriti, in qua contractus loca-
tionis Venæ ferrariæ inter Dominum Principem
Ludouisium cum DD. Rinuccinis celebratus, à
fœnoris labe sancitus fuit immunis. Siquidem
locatio vitio vsurariæ prauitatis infecta censeri
non debet, dum consuetus ferri valor ex causa
1 mutui veri, vel ficti non comprobatur diminutus,
vt tradit *Curt. Iun. in l.* 2. *§ mutui datio num.* 19.
cum seqq. ff. si cert. pet. Geminian. cons. 16. *num.* 2.
Rub. Alexand. cons. 20. *n.* 3. *Couarr. variar. lib.*
3. *cap.* 2. *num.* 5. *§. tertio tamen, vers. quibus ac-
cidit Borgn. Caualc. decis.* 32. *num.* 55. *par.* 2. *Vr-
sill. ad Afflict. decis.* 20. *num.* 10. *Mastrill. decis.*
106. *num.* 32. *Castill. decis.* 143. *num.* 1. *&* 2.

Neq; contractus mutui poterit desumi ex con-
ductorum obligatione scuta 175. mil. Domino
2 Principi in hunc modum exbursandi, videlicet *di
prestare, ò far prestare*: Cum enim facultatem
sibimetipsis reseruauerint, eandem quantitatem
retinendi sub cambijs, contractus cambij, non
autem mutui adstipulatus esse censetur, vt ad-
uertit *Gabr. cons.* 69. *nu.* 1. *&* 8. *lib.* 1. vbi quod
agnita ex verborum serie qualitate contractus,
verbum mutuum ibidem adiectum eiusdem na-
turam non immutat. *Guidop. p. quæst.* 168. *nu.* 1.
vers. Nec obstat verbum mutuat, Couar. var. lib.
3. *cap.* 2. *num.* 2. *in fine, vers. quin, & pecunia,
Scacc. de camb §.* 1. *quæst.* 7. *par.* 2. *ampliat.* 20.
nu. 4. *Duard. eodem tract. §.* 1. *quæst.* 10. *num.* 3.
*prope finem cum alijs in præterita decisione deducti
in vltimo §.*

Diminutionem verò pretij antecedens locatio
cum Sanguineto contracta suadere non valet,
licet pretium centeni in plastris quadraginta ibi-
dem legatur conuentum; Siquidem in contractu
de quo agitur, tertia lucrorum portio, annuam
summam adæquans scutorum circiter 2773. Do-
mino Principi à conductoribus delata fuit, ex
qua cuiuslibet centeni valor, qui concorditer in
scutis triginta octo, ac obulis 20. fuerat constitu-
tus, vsque ad quadraginta duo scuta, ac obulos
3 viginti remansit accretus. Pacta enim conductori,
seu locatori onerosa ad hunc effectum discuti de-
bent, itaut pretij accretio, seu diminutio proin-
demmet rata oneris iniuncti licita reputetur *ad
text. in l. fundi partem, ibique notat Bald. ff. de con-
trahen. empt. Alciat. cons.* 44. *num.* 6. *lib.* 8.
idem Bald. cons. 182. *nu.* 5. *prope finem lib.* 1. *Becc.
cons.* 45. *n.* 32. *Tiraquell. de retract. conuentional.
in præfat. num.* 21. *&* 22. *Rota coram bo. me. Merl.
decis.* 533. *num.* 15. *& decis.* 702. *num.* 68. *cum seq.*
Non obstante quod eadem lucrorum portio in
4 Nerlij fauorem successiuè à locatore dimissa fuerit.
Posset enim Conductoribus officere, quoties ces-
sio ipsis, seu alteri eorum nomine ex conuentio-
ne in limine contractus inserta, facta foret, secus
verò dum in vtilitatem personæ in locationis in-
stru-

ftrumento non comprænenſe expleta conuincitur, nec non ex cauſa cambij ſcutorum quadraginta millium longè poſt per Dominum Principem cum Nerlio contracti. Hoc ſanè caſu lucrorum pars, tanquam realiter, non autem ſimulatè in locationis contractu attributa, in portionem pretij debet admitti, vt præter auctoritates ſupra relatas *notat Croc de locat. tit de refectin, locat. num 14 ad med. Cyriac. controu. 87. num. 12. Rot. coram Buratt. decif. 453. nu 4 & decif. 247. n. 5. par 8 recent.*

Hinc contractus Sanguinetti in controuerſæ locationis concurſu dignoſcitur inferior. Potiſſimè, quia ex pretio contento plaſtræ decem mille in ducatis monetæ Neapolitanæ, ſcuti vnius valorem non excedentibus, debuerant ab ipſo enumerari. Nec non ex quo ſcuta annua ſex centa ex ſigilli gabella retrahenda eidem attributa fuere; quæ impenſis pro refectione pontium ſibi iniunctа detractis, iuxta tenorem calculi pro parte Domini Principis exhibiti centeni, pretium in obulis quatuor, & quinquaginta decreſcunt.

Neque vrgere viſa fuit Sanguinetti conuentio aſſumendi ſingulis annis contenta pondera 803. perinde ac ſi, dum vena indeficiens exiſtit, maiorem vtilitatem videatur contractus ille locatoris intuliſſe, quam alter DD de Rinuccinis ad centena 560. tantummodo reſtrictus. Cum enim Sanguinettus in propriæ promiſſionis implemento defecerit, ipſius conſequenter obligatio conſuetam locandi legem ex actibus effectum ſortitis comprobatã, inducere nequit, *vt not Surd decif. 51. num. 21. Rota decif 675. num. 5. par 2. rec. & decif. 317. num. 7. verſ vltra quod penes Poſth. de manut. & coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Otthobono decif. 188. num. 11.* dum maximè tum ante, tum poſt terminatum Sanguinetti contractum in anno ſcilicet, quo vena inaffectata remanſit, longè inferior ferri quantitas conſumpta conuincitur.

5 na 560. (margin number beside line "na 560.")

Et licet minutorum extractio in appaltu Sanguinetei preſeruata, in locatione controuerſa noſcatur interdicta, cuius ex cauſa locator ſcuta ſex mille D. Duciſſæ Bracciani, ac eiuſdem ſorori perſoluit, non tamen ad pretij diminutionem exinde poterit inferri: Status quippè Plumbini, tempore quo prodijt Sanguinetti locatio, à Regia Camera moderabatur, inter quam, & D. Duciſſam nulla fuerat ſuborta ſuper minutis controuerſia; At ſecuta in perſonam D. Principis inueſtitura ſtatim minutorum extractio ab ipſo per edicta fuit interdicta, eo ſub pretextu, quod D. Duciſſæ forent indebita: Dum itaque prohibitio in proprij iuris tutamen à locatore adiecta præſumitur, non debet proinde eadem in Conductorum detrimentum retorqueri. Quinimmo ſolutio ſcutorum ſex mille in vim laudi, poſt à locatione receſſum editi proceſſiſſe conuincitur.

Neq; maiorem pretij valorem poterunt redolere particulares ferri venditiones. Conſuetus namque valor ex ſimilibus locationibus generalibus, cum Sereniſſimo videlicet M. Duce, ac Sanguinetto contractis debet deſumi, vt tradit *Roman. conſ.*
6 *43 num. 1. Molin. de contract. diſput. 348 num. 4. verſ. quo fit* Cuius ea videtur eſſe ratio, quod viliori exiſtimantur pretio res in maiori quantitate diſtractæ, quam ſi ſeparatim earumdem alienatio contingat, *vt notat Reginal in praxi fori pœnit. lib. 25. num. 282 Salon ad D. Thom. de contract. tom. 2. q. 77. tit. de mutat. pret. ex diuerſ. venden. mod. pag. 25. Bonac. de contract. diſp. 3. quæſt. 2. punct. 4. num. 21. cum alijs in præterita deciſione relatis in §. Neque obſtant.*

Facultas verò Appiano Principi in contractu Sereniſſimi Magni Ducis reſeruata, aſſumendi videlicet quantitatem ferri pro ſuis ædificijs neceſſariam, neque viſa fuit obeſſe; Præterquam enim de tempore controuerſæ locationis Princeps ædificiorum Dominus nondum euaſerat, neque hanc propterea facultatem ſibi reſeruauit, ex diuerſitate pretij inter contractum vtrumque militante penitus arcetur oblectio. Nam cuiſlibet centeni valorem in ſcutis triginta tribus, nec non obulis 34. ille conſtituit, hic verò pretium in ſcutis duobus, ac quadraginta, nec non obulis 20. adauget, & conſequenter nulla dubitatio inſurgit, quinmaius lucrum in hoc appaltu, quam ex altero locator ipſe retraxerit. Conductorum obligatione potiſſimè perſpecta cambiandi pro ſcutis ſeptem in ſingula centenaria, cum tamen tunc temporis cambia pro maiori lucri quantitate potuiſſent adſtipulari.

Aliqui præterea ex DD. ponderabant, pretium à conductoribus conuentum Iuſtitiam redolere, dum concludenti probationum genere ex parte
7 D. Principis non elucescit, pro maiori valore venam potuiſſe tunc temporis communiter locari, *vt tradunt Cyrt. iun. in l 2. §. mutui datio num. 23. verſ poſtremo ff. ſi cert. pet Roder de ann. reddit. lib. 2 quæſt. 11. num. 25. Cyriac. controuer. 87. num. 14* & in terminis rei venditæ, quod iu-
8 ſtitia pretij ex communi valore de tempore venditionis deſumi debeat notat *Pariſ. conſ vlt. nu. 26. lib. 2. Card. Mant de tacit. lib. 4. tit. 20. nu. 52 Rota coram Seraph. decif. 665. num. 1. Buratt. decif. 465. num 5. & in Albanen. redditionis rationis 13. Iunij 1657. coram R P. D. meo Celſo*, præſertim, quia quantitas ex ferri venditione in anno diſlocatæ Venæ retracta, longè inferior eſſe dignoſcitur ſumma ſingulis annis à Conductoribus ſucceſſiuè exburſata.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana prætenſæ Filiationis.

Veneris 20. February 1660.

ARGVMENTVM.

Filiatio non præſumitur ex viro ſeptuageſimum annum excedente Dato iuuenis, & ſenis concurſu conceptio mulieris de iure præſumitur ex iuuene prouenisse, quam ex ſene. Quaſi poſſeſſio filiationis ex nominatione, tractatu, & ſimilibus quando non ſit attendenda. Ius Canonicum ad quem effectum correxerit ius ciuile excludens à ſucceſſione vulgo quæſitos, & conceptos ex matre concubinaria.

SVMMARIVM.

1 *Senes ſeptuageſimum annum excedentes, & infirmi, licet naturaliter impotentes non ſint ad generationem moraliter tamen cenſentur inhabiles.*

2 *Filij nati ex muliere incustodita, & palam exposita vocantur vulgo quæsiti.*

3 *Dato iuuenis, & senis concursu, conceptio mulieris de iure præsumitur potius ex iuuene, quàm ex sene praeuenisse. & num. 12.*

4 *Filiationis præsumptionem maximam inducit similitudo capillorum.*

5 *Assimilatio potest suboriri ex imaginatione tempore conceptionis.*

6 *Cessat possibilitas imaginationis, quando constat de veritate accessus illius, cui filius assimilatur.*

7 *Matris confessio de conceptione probat etiam in iudicio ciuili.*

8 *Amplia concurrentibus coniecturis.*

9 *Quasi possessio filiationis ex nominatione tractatu, & similibus quando non sit attendenda.*

10 *Non attenditur id, quod rarò euenit, sed quod secundum naturam, & communiter contingit.*

11 *Filius præsumitur natus ex matrimonio, aut concubitu, si coniugata habitauerit cum viro, vel retenta fuerit in schemate concubinatus.*

13 *Agnitio in filium, præiudicat agnoscenti, eiusq; heredibus.*

14 *Intellige vel in filijs matrimonij, vel ubi agnitio nitida est.*

15 *Et igitur probatio in agnitione magis certa, & concludens præsumptionibus in contrarium.*

16 *Actus filiales à sene decrepito erga filios in lupanari conceptos accedente concursu iuuenis, censentur habuisse originem ex falsa, & erronea credulitate filiationis.*

17 *Agnitio, & tractatus contra præsumptionem iuris non attenduntur.*

18 *Falsa confessio circa filiationem, etiam scienter facta, non præiudicat veritati.*

17 *Institutio filij sub falso supposito, & errore, nulla est.*

20 *Alimenta debentur tàm filijs simpliciter illegitimis, quàm spurijs, & incestuosis.*

21 *De iure Canonico concludenter iustificanda est etiam filiatio.*

DECISIO XVII.

ITerum discusso dubio filiationis Matthæi, & Eugeniæ ex Io: Baptista olim Marchione Castri Viscardi, & causa bis proposita, adhuc DD., persistendo in decisis die 22. Iunij 1657 coram R. P. D. meo Verospio, dixerunt non constare de tali filiatione.

Cum enim Io: Baptista de tempore, quo conuersabatur cum Angela eorum Matre septuagesimum annum excederet, & esset mala valetudine affectus, & in annis 1634, qui fuit annus conceptionis, & natiuitatis Eugeniæ, & 1635., quo Mathæum Angela paritèr concepit, & enixa est, ageret annum septuagesimum secundum, & tertium, *summ.* D. Marchionissæ Mariæ in præterita positione *n. 13. et 14* & præsenti *Summ. n. 4. et 5.* filij prædicti non præsumuntur geniti, ex eo quia licèt ætas, & mala valetudo in senibus non sit impedimento, quo minus naturaliter generare possint, communiter tamen generare non solent, &
1 ideò moraliter censentur inhabiles ad *not. per glos. in l. si pater fam. §. fin. verb. sexaginta ff. de adopt. & ex Arist.* Galen & alijs tradit *Tiraq. l. connub. vbi glos. 1. p. 6. nu. 19. 47. & 48.* & firmat *Paris. cons. 29. nu 26. lib. 2.* & sequitur Gionagn. qui plures adducit *cons. 6. n. 12. lib. 1.*

Stante præsertim, quod Angela fuit solita cum alijs conuersari, vt in *summario n. 7.* & signanter quidam Io: Iacobus ætate, & viribus florens, tunc temporis passim versabatur in eius domo, dicto præterito *summario nu 3. & 6. cum quatuor seqq.* Vndè probatio filiationis non solùm redditur æquiuoca respectu ipsius Io: Baptistę, cum filij
2 nati ex muliere incustodita, & palam exposita dicantur vulgo quęsiti *l. vulgo concepti ff. de stat. homin. Paleott. de not. & spur. cap 63. nu. 2. Put. decis. 435. n. 2. lib. p. & decis. 167. nu. 17. p. 8. rec.* Sed etiam excluditur ex assidua consuetudine cum dicto Iacobo Iuuene, & Amasio, cum in concursu Iuuenis, & senis intret iuris præsumptio, imò suadeat ratio ipsa naturalis, Iuuenem fertilem, & prolificum potius reddidisse grauidam mulierem, quàm senem destitutum propinqua, & expedita
3 generandi facultate; ita *Socin. Sen. cons. 65. nu. 2. in fin lib. 3. Fulgos. cons. 212. nu. 4. Gionagn. cons. 6. n. 42. & 44. lib. p. Surd. decis. 83. n. 17. §. Demum, & n. 23. §. Quare cum hic.*

Quæ præsumptio incalescit, ex eo quod filij retinuerint rubros capillos, quibus ipse Io: Iacobus capillabatur, quod vti vehemens argumentum fi-
4 liationis considerat *Marius Salomonius in repetitione l. Gallus n. 19. & seqq. ff. de liber. & posthum. Paris. cons. 10. nu. 59 lib. 2. Dec. cons. 1. nu 117.*
5 *lib. 3. & Gratian. discept. forens. cap. 567. n. 29.* Et licet coniectura huiusmodi ex se sola non sufficiat, cum assimilatio possit suboriri ex imaginatione tempore conceptionis, Attamen cessat possibilitas imaginationis, quando [prout hìc] constat
6 de veritate accessus illius, cui filij assimilantur, *Rot. apud Mohed. decis. 1. nu. 2. qui filij sint legitimi,* & ita ratiocinatur *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 48. nu. 65. & seqq.*

Hanc eamdem veritatem comprobat vtriusque confessio; Nam Angela in Iudicio criminali perquisita, ex quo susceperit filios, retulit, ex Io: Iacobo; & iste tam in iudicio criminali, quàm ciuili deposuit, quod Angela quoties apparuit gra-
7 uida, affirmabat, quod ex ipso conceperat, quæ matris confessio probat etiam in iudicio ciuili, *l. 2. vbi Bald. n 25. Alex. nu. 28. & alij, C. de eden. Rot. apud Cæsar. de Grassis decis. 3. num. 3. & 6. de solut. coram Pænia decis. 1346. n. 5. & decis. 406. n. 4. coram bon. mem. Merlino,* & ad hunc effectum, vt censeantur filij Io: Iacobi non leue præbet adminiculum; tot præsertim concurrentibus coniecturis, vt explicat *Surd. decis. 83. nu. 7. & 8.*
8 *& Spereli. decis forens. Eccles. 32. nu. 103. vers. & hæc quidem lib. 2.*

Hinc eliditur quasi possessio filiationis elicita ex nominatione, tractatu, agnitione, & impensis factis per Io: Baptistam erga dd. Angelæ filios, quoniam, omisso, quod actus huiusmodi non videntur subsistere ex adductis ab informantibus pro D. Marchionissa, senectus, & grauis admodum ætas eiusdem Io: Baptistę de tempore conceptionis, in qua iuxta legalem pręsumptionem, & ordinem naturæ, insolita, ac inuerisimilis est in hominibus generatio [iuncto pręsertim accessu Amasij Iunioris, & validioris vna cum alijs præsumptionibus, & coniecturis præmissis, alijsq; adductis per informantes] superat, & eneruat omnes con-
9 iecturas resultantes ex dicta quasi possessione filiationis, vt ponderat *Fulgos. cons. 212. col. 3. ad med. vers. In prima videtur, Paris. cons. 29. nu. 89. & 113.*

& 113. lib 2. Giouagn. conf. 6 nu. 51. cum seqq. lib. p. Surd. decis 83. n. 21. vers. Quod si coniecturæ Sperell. decis. 184. n. 93. 95 & 10). & firmat Pontan. de aliment. cap. 3. nu. 28.

Nec releuat, quod senes etiam prouectioris ætatis visi sint filios procreare, exempla enim singularia, & rarò contingentia non lædunt, neq; alterant suprascriptam iuris præsumptionem, quia non attenditur id, quod euenit minus frequenter, & rarò, sed quod communiter, & secundùm or-
10 dinem naturæ contingere solet, *Text. in l. nam ad ea, cum seqq ff. de leg* & aduertunt *Soccin. dicto cons 65. num. 1. lib. 3. Paris. dicto cons 29. nu 50. Surd. dicta decis. 83 sub n. 9. Giouagnon. dicto cons. 6 n 43. & Pontan. de aliment dicto cap. 3. nu. 29.* Maximè cum non agatur de filijs procreatis ex coniugata cohabitante cum viro, vel retenta in schemate concubinatus, in quibus terminis procedunt exempla prædicta ad præsumendum potiùs honestum possibile, quod filius sit natus ex matrimonio, aut concubitu, quàm possibile inhone-
11 stum; sed versemur in filijs natis ex muliere sui iuris, & libera inter publicas meretrices iampridem descripta *summario n* 8 simulq; à sene, & à iuuene cognita, quo casu inspici debet ex quo filij magis naturaliter concipi, & sic potius ex iuuene,
12 quàm sene, vt benè deducunt *Soccin. dicto cons 65. n 2. in fin lib. 3. & Giouagn. dicto cons. 6. nu. 42. & 44 lib. p*

13 Nec obstat, quod agnitio in filium præiudicet agnoscenti, eiusq; hæredibus ex adductis per *Gratian. discept. for cap. 653 nu. 75. cum seqq.* Rota *coram Put. decis. 425 lib 1. in correctis in rec: decis. 661. nu 4 p. 4. & decis 488. num. 3. apud Merlin.* Nam quidquid sit de tali prætensa agnitione, istæ do-
14 ctrinæ loquuntur, vel in filijs matrimonij, vel vbi agnitio nitida est, nec offuscatur contrarijs præsumptionibus, aut vrgent aliæ coniecturæ pro filiatione; secus autem vbi contra agnitionem adsunt præsumptiones validiores, & in iure approbatæ, tunc enim non sufficit agnitio, & quasi possessio filiationis, sed exigitur probatio magis certa, & concludens, vt conciliando opiniones refert
15 *Boss. in prax crimin. tit. de part. suppos. n. 27 in fin Petr de fideic quæst. 11. sub n. 482. pariter in fin. & Gozzad cons. 12. nu 12. Surd. d decis. 83. n. 21. vers Quæ opinio, Soccin. Sen. dicto cons. 65. n 2. in fin*

Fortiùs cum agnitio processerit à sene decrepito, & malæ valetudinis conuersante cum muliere vulgo exposita, quæ victa erat assidua consuetudine iuuenis; quo casu actus filiales ab eo gesti (vltra magnum fumum, qui eliciebatur ex datis in
16 *Summario n* 19. *et* 20) censentur habuisse originem ex falsa, & erronea credulitate, quod agniti in filios re vera essent filij ipsius iuxta monitum *Dec. in c. per tuas nu. 8. de probat. Palleott. de not. & spur. cap. 20. n. 10 Petr. de fideic quæst. 11. nu. 251. Paris. dicto cons 29 n. 113. lib. 2. Giouagn. dicto cons 6 n. 55 lib. 1. Marcaboun. cons. 113 n. 75. & seqq Sperell. decis 174. nu. 84. & 95.* vbi, quod agnitio, & tractatus contra presumptionem
17 Iuris non attenduntur, *Mandell. Alb. cons 9. n. 29. lib 1.* vbi, quod falsa confessio circa filiationem etiam scienter facta non præiudicat veritati, *Barz. cons. vnico post decisionem Bononien. sub n. 30. vers.*

18 *His tamen non obstantibus*, vbi quod institutio est nulla tamquam facta sub falso supposito, & errore, quod institutus esset filius instituentis non
19 obstante, quod vltrò fuerit adiectum, (perche essendo, ò non essendo suo figlio l'instituisce &c.) & *Rot. apud Acchill. decis. p. n. p. & 2. qui filij sint legitimi.*

Nec quidquam facit, quod ius ciuile excludens à successione vulgò quæsitos, & conceptos ex matre concubinaria, vt in *l. vulgo concepti ff. de stat. hom.* prout etiam incestuosos, *Auth. ex complexu C. de incest. nupt.* fuerit correctum à iure canonico; Quia id procedit solùm quoad alimenta relinquenda filijs tàm illegitimis simpliciter, quàm spu-
20 rijs, & incestuosis, non autem quoad modum probandi filiationem: nam etiam de iure canonico illa est concludenter iustificanda, de qua tamen in
21 casu nostro nullatenus constat, vt supra dictum est.

Ex quibus, & alijs in decisione *R. P. D. Verospij* deductis pro illius confirmatione partibus hinc indè informantibus, resolutum fuit &c.

R. P. D. CELSO.

CORDVBENSIS PRÆSTIMONII.

Veneris 20. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

FRuctus debentur à die litis motæ in quolibet iudicio; litis enim pendentia dignoscitur ex citatione legitimè executa, & in actis reproducta.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur à die litis motæ in quolibet iudicio.*
2 *Citatio legitimè executa, & in actis reproducta inducit pendentiam litis.*
3 *Quantitas fructuum sufficienter iustificatur ex libris, in quibus fuit descripta.*
4 *Scriptura probat contra producentem.*
5 *Probantur venditiones factæ in illa Ciuitate ex libris publicis illius.*
6 *Quando non dubitatur de fructuum perceptione leues sufficiunt probationes.*
7 *Ex relatione peritis electio medij pretij, inter infimum, & supremum facienda est.*
8 *Peritis in arte standum est.*
9 *Non appellans censetur acquiescere.*

DECISIO XVIII.

IN sententia lata ad fauorem Ioannis Fernandez contra Seminarium Corduben. super immissione in possessionem controuersi beneficij adest condemnatio in fructibus indebitè perceptis, reseruata illorum liquidatione, vndè proposito dubio, an dd. fructus debeantur, & in qua summa, Domini non dubitarunt, illos deberi, nam non solum apparet de sententia condemnatoria, quæ ob non interpositam appellationem fecit trãsitum in iudicatum, sed in quolibet iudicio à die motæ litis illi
1 veniunt restituen. vt sunt *Text. in l. secunda C. de fruct. & lit. expens, l. certum 22. C. de rei vendic. l.*

sed

sed & §. l. 28. §. stante, vbi glos. & Bart. ff. de pet. hared. Rot. in rec. decis. 3. n. p. & decis. 199. nu. 8. p. 7. & coram Eminentiss. Otthob. decis. 87 n. 1. & seqq. & decis. 190. eisdem numeris.

Lis autem introducta fuit de mẽse Martij 1639. nam licèt de anno 1632. appareat causa commissa in Rota, & expedita solita citatio cum inhibitione, illa tamen non reperitur legitimè executa, & in actis reproducta contra Seminarium, & eius Ministros, nisi die prima dicti mensis Maij 1639.
2 & consequenter tunc solum inducta fuit litis pendentia, *ad text. in Clem. 2. vt lit. pend. Pelin. in c. super litteris n. 13. de rescript. Rot. decis. 163. nu. 1. & 2. p. 8. rec. & in Romana Legati 4 Iulij 1642. & in Comen. Canonicatus 16. Martij 1654. coram Reuerendiss. D. meo Cerro.*

Nec de quantitate eorumdem fructuum consi-
3 stente in pecunia, frumento, & ordeo, dubitari potest, illa enim remanet sufficienter Iustificata ex libris eiusmodi Seminarij, in quibus fructus præsentis beneficij fuerunt distinctè, & clarè descripti, qui propterea contra dictum Seminarium rectè
4 probant, *Bart. in l. admonendi n. 54. ff. de iur. iur. Cas. de Grass. decis. 5. n. 5. de restit. spol* & benè in proposito firmatum fuit coram *Andr. decis. 52. num. 2. & coram* Merlin., vbi allegantur concordantes *decis. 742. n. 4.*

Pretium verò frumenti, & ordei non solùm iustificatũ apparet ex testibus deponentibus quanti de dicto tempore vendebatur, sed etiam ex li-
5 bris publicis Ciuitatis Cordubæ continentibus venditiones factas in eadem Ciuitate, vt aduertit *Arias Pinell. in l. 2. p. 3. cap. fin C. de rescind. vendit.* & firmat *Rota coram Seraph. decis. 1245. n. 8. coram Buratt. decis. 92. nu. 7. et coram Andr. dicta decis. 52. n. 4. cum alijs in Portuen. Affictus 4. Maij 1652. coram bo. me. Bichio, et in Firmana beneficij 24. Martij 1656. coram R. P. D. meo Alberg.*

Vndè censuerunt Domini, ex prędictis resulta-
6 re sufficientem probationem circa huiusmodi liquidationem, cum tamen leuior sufficeret, dum de perceptione non dubitatur, *Achill. decis. 22. per tot. de restit. spol. Coccin. decis. 439. n. 2. et 3. Merlin. decis. 483. sub n. 2. et coram Eminentiss. Otth. decis. 200. n. 32. et seqq.*

Ideoq; attenta relatione Periti iudicialiter electi, liquidarunt fructus pręscriptos à die prima Martij 1639. per totum annum 1653. quo tempore Ioannes possessionem accepit in scutis 10M. monetę Hispaniarum de Villon in illis partibus nuncupatæ ad rationem decem regalium pro singulo scuto constituentibus scuta sex mille sexcentum sexaginta sex duo tertia monetę Romanæ, detractis expensis necessarijs, & compręhensa sum-
7 ma recepta in pecunia, sequendo in hac parte pretium medium contractum in relatione eiusdem Periti, non autem infimum, aut supremum, vt alias practicatum fuit *in decis. 479. n. 4. p. 3. rec. in Romana, seu Veliterna Affictus 24. Nouembris 1653. coram bo. me. Bichio, et in Albanen. redditionis rationis 12. Iunij 1656. coram me.*

Et eò facilius inclinarunt Domini in hanc sententiam, quia non solum Peritus fuit ex officio à
8 Rota electus, quo casu illius relationi omninò est standum, vt probat *Text. in l. 2. vbi Bart. C. de vsur. et fruct. legat. Rot. coram Buratt. decis. 913. n. 3. et in rec. decis. 171. eodem n. p. 7.* Sed etiam à relatione illius nullatenus fuit appellatum, vndè pars censetur præfatę relationi acquieuisse *Rot. decis. 393 nu. 2. p. 4. rec. et in Firmana Prædij 26. Iunij 1643. coram Reuerendiss. Compostellano.*

Et ita altera &c.

R. P. D. TAIA.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 23. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

AN prælegata veniant in restitutione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi quando in substitutione dictum fuit saluis, vel exceptis legatis.*

2 *Clausula* (exceptis suprascriptis) *in testamento apposita indicat testatorem voluisse hæredem grauare de portione tantùm hæreditaria, non de eo, quod capitur alio iudicio.*

3 *Fit caducum prælegatum in casum contrauentionis non obstantibus clausulis exceptiuis.*

4 *Verba geminata arguunt magis enixam testatoris voluntatem.*

5 *Legatum dicitur agnitum eo ipso, quod donatum, vel renunciatum est.*

DECISIO XIX.

PRoposito dubio, an constet de fideicommisso Simonis in prælegato domus relicto Francisco, & Melchiori, & ab his occasione Religionis ingressus proprio Patri donato, non constare hodie DD. responderunt.

Et ferè ad prelibatas rationes in decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano in Romana census, seu Saluiani 25. Maij 1657. & 27. Martij 1658. in priore §. *Nec turbat, et in posteriore §. Attamen.* Quod prelegata non veniant in
1 restitutione fideicommissi, quando in substitutione dictum fuit, (saluis, vel exceptis legatis;) vt legitur in Testamento Simonis, ibi, (exceptis suprascriptis, & alijs, vt supra.) Et rursus (Exceptis suprascriptis, vt supra.) Hoc enim casu solùm
2 de portione hæreditaria grauasse videtur, non de eo, quod capitur alio iudicio, vt *in dicta priore decisione §. Nec turbat,* & in posteriore § *Et licet.* præcipuè ad doctrinam *Bart. ad §. Quidam l. 3. ff. ad Sen. Cons. Trebell. n. 11. cum alijs alleg.* & maximè *Fusar. de substit. quæst. 650. n. 4.*

Et licet hodie quoque repeteretur defectus implementi dispositionis, nempè, quod Franciscus prælegatarius retineret, & retinere deberet nomen ipsius Testatoris, nempè Simonis, & in euentum, & casum contrauentionis, tunc Melchior succederet in domo, qui illam habitare teneretur
3 &c. & consequenter legatum caducum factum fuisse, remanens in fideicommisso, non obstantibus clausulis exceptiuis suprascriptis insertis in

insti-

institutione *Mart summ. succ p. 4. quæst. 21. art. 11. n. 30. in fin. & num. 31. et in tract de clausul. claus 40. n. 6. et 7 p. 3. Sund. tota decis 269 cum alleg. ibi apud Adden. Altogr. cons. 87. sub nu. 24. lib. 2.* & disputata quæstione de clausulis supradictis oppositis in substitutione *Rus. x. de subst. quæst. 652. n. 7. et seqq. et in dd. decis. dd.* §. 4.

Tamen in hac controuersa quæstione de legatis exceptis in institutione considerarunt DD. Testa-
4 toris enixam voluntatem, vt supra, geminatis verbis expressam ad *l. Balista 32 ff. ad Sen. Cons. Treb.* & ibi *glos. penult. et DD.* & valdè dubitarunt de caducatione, quin etiam de caducitate, videbatur
5 enim agnitum legatum, eo ipso quod prælegatarij illud renunciarunt, & donarunt *l. 6. C. de iur. delib.* & ibi *Bald cum alijs*; & onus adiectum Francisco; vt allometet, & retineret nomen Testatoris, impletum apparebat in sententia, in qua Franciscus semel, & rursus nominatus est Simon Franciscus in *summario n. 5.*

Et quatenus contrauentum fuisset præcepto Testatoris, in hoc casu substitutus fuit Melchior cum onere, vt domum habitaret, cui quidem nemo fuit substitutus, & eidem vlterior pæna non legitur adiecta, ad dictam posteriorem decisionem *dicto § Attamen.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

AVENIONENSIS SALVIANI.

Veneris 27. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

DAmna, & interesse loco fructuum, recompensatiuorum veniunt taxanda ad rationem quinque pro centenario, & anno.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia regulariter reddere solent quinque pro centenario, & anno.*

DECISIO XX.

DAmna, & interesse, pro quibus ad fauorem Francisci Tertulli sub die 12 Decembris præteriti ad retardan venditionem prædij controuersi decreta fuit immissio, censuit hodie Rota fore taxanda loco fructuum recompensatiuorum ad rationem scutorum quinque pro centenario, & an-
1 no, quemadmodum regulariter bona stabilia de sui natura fructifera reddere solent, iuxtà taxam legalem prædiorum *glos in Auth perpetua in verb iuxta* C *de Sacrosanct. Eccles.* quam pluries sequuta fuit *Rota*, & præcipuè *in rec decis. 523. nu. 2. p. 5. apud Zacch. de oblig. Camer. decis. 275. n. 31. coram Duran. decis. 192. nu. 1. coram Bubalo. decis. 675. nu. 9 coram Eminentiss. D. Card. Otthob. decis 2. n. 12. in Bononien. Prædij 21. Maij* 1640. *coram Reuerendiss. Terracinen.* §. *dictosque autem fructus coram Reuerendiss. Præside Valbscleno, in Romana Pecuniaria 4. Februarij 1654.* §. *cum verò in fin. coram R. P. D. meo Verospio, in Romana domus, et pretij Officij* 11. Martij 1658. *in priac. coram R. P. D. meo Priolo, et in Bononien. de Bologninis 5. Aprilis eiusdem anni* §. *constat pariter coram R. P. D. meo Celso*, Vnde cum annus præfixus ad restituen. mutuum dictorũ scutorum 400. auri expirauerit sub die 4. Martij 1575. facto computo vsque in præsens, apparent elapsi anni 85. pro quibus itaque damna prædicta, ac interesse, habita ratione pro nunc scutorum 20. in singulo anno, & centenario monetæ, donec iustificatum fuerit ab Actore, valorem scuti aurei ascendisse ad maiorem summam de tempore mutatæ pecuniæ, existimarunt DD. constituere summam 1700. scutorum, informante solum Francisco Tertullo per contradictas &c.

R. P. D. TAIA.

BONONIENSIS BONORVM.

Veneris 27. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

IDentitas bonorum benè probatur per instrumenta diuisionis facta inter cohæredes, in quibus descripta sunt bona hæreditaria Testatoris. Præsumuntur enim bona esse fideicommisso supposita, si possessa sunt ab hæredibus, in locis vbi fideicommittens possidebat. Pro restituenda dote, bona fideicommissi fiunt alienabilia per dispositionem *authentica res quæ* C. *commun. de legat.*

SVMMARIVM.

1 *Bona quod fuerint hæreditaria benè probatur ex instrumento diuisionis.*
2 *Verbum* respectiuè *distinguit personas, & refert singula singulis.*
3 *Præsumptio cedit confessioni, & veritati.*
4 *Contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur confessio, licet non admittatur probatio.*
5 *Pro restitutione dotis bona fideicommissi alienari possunt.*
6 *Bona possessa ab hæredibus in locis, vbi fideicommittens possidebat præsumuntur fideicommissaria.*
7 *Ex confectione inuentarij iunctis alienationibus detractiones præsumuntur factæ.*
8 *Dispositio* Auth. res quæ *C.* commun. de legat. *cum sit remedium subsidiarium habet locum, quando non adsunt alia bona libera.*

DECISIO XXI.

NIcolaus Actor contra Stephanum possessorem tertium obtinuerat ex fideicommisso Nicolai Senioris immissionem in quædam bona ab Auditore Generali Bononiæ confirmatam in alia ab A. C. exceptis quibusdam ex contentis in sententia, mandatisq; certis compensationibus, & commissa mihi causa appellationis, constito de duabus, dubium proposui, an constet de duabus conformibus vel quod alias executioni locus sit, & Domini executioni locum esse dixerunt.

Quia redacta quæstione ad controuersiam identitatis bonorum, & deductionum, ita consentientibus

tibus informantibus, exhibitum est instrumentum diuisionis inter filios Testatoris, ibi, (Quod à die mortis Patris & citrà, hucusque in communione eorum bonorum paternorum permanserunt, simul, & communiter viuentes, & habitantes cum eorum familijs, & bonis respectiuè &c.) & bona sunt ibi descripta, ideoq; probata ad *Rot. coram Buratt decis 229. n. 1. et ibi annot. sub n. 11. cum alleg.*

Nec placuit respectu informantium pro reo de duplicibus bonis proprijs, & paternis (eorum bonorum paternorum, & proprijs simpliciter eorum familijs, & bonis.)

2 Quoniam his cautè additur *respectiuè*, quod distinguit personas referendo singula singulis, & distinguendo res, & partes, ac illas separando, & ius suum vnicuique tribuendo: ità tradit *Grat. discept. 705. sub n. 6. et seqq. præsertim sub n. 8 et 9.*

Quinimò ex ipso instrumento mentio, quæ fit de eorum familijs, esse non potest nisi singillatim, & respectiuà, nam familiæ communes non erant, Idemest, & de eorum bonis cum ob copulam eorum familijs, & bonis, tum ob particulam (respectiuè) propriùs, & potiùs bonis applicatam. Vndè magis concluditur alia bona eorum fuisse sicuti familias, & non fuisse communia, neq; venisse in diuisionem hæc alia eorum bona, sicuti eorum bona paterna, quæ erant in communione.

3 Atq; ita corruere visa est præsumptio, cedendo confessioni, & veritati *l penult. §. mulier ff. de probat.* & contra præsumptionem, & iuris, & de iure

4 benè admittitur confessio, licèt nō admittatur probatio *Cyn. ad Auth sed iam necesse C. de donat. ante nupt. Menoch. de præs. lib. 5 quæst. 61. n. 5. et seq.* De bonis quæsitis à filijs dudum post mortem patris per septemdecim annos, quæ, si qua fuerint, non fuerunt communia, atq; ita non ceciderunt in diuisionem.

Neq; visa sunt aduersari alia Instrumenti pacta, & verba (Primo namq; considerantes dd. DD. fratres in, & super bonis communibus in esse obligationes, & onera duarum dotium &c. quæ dotes tanquam confusæ in bonis communibus antè omnia detrahendæ venerant, ideò conuenerunt illas detrahi hoc modo &c. bonis fideicommissarijs pro dotibus assignatis.)

Nam vt bona fideicommissaria inueniantur, magis confirmat proposita diuisio, inæqualis quidem, sed tamen diuisio cum detractione dotium inæqualium, & illas detrahi hoc modo, & supposita confessio. Quod à die mortis patris, & citrà hucusq; in communione eorum bonorum paternorum steterunt &c. & vel iure deducendo à paterno fi-

5 deicommisso, dotes etiam restituendas ad communem sententiam Interpræt. *Auth. res quæ C. Commun. de egat. Fusar. de substit. quæst. 532. ab init. qui sub n. p in fin* conuincit ex ipso textu satis aperto *Grat. discept 311. num. 6 7. & 8. cum alijs apud Add. ad Peregr. de fideic. art. 42. vers 2. sit conclusio, & Add. ad Surd. decis. 62. ab. init. & n. 8. & 9. & passim*, vel pacto renunciando eatenus fideicommisso.

Et facilè alias commemorando bona paterna pro fideicommisso ipso substituendo, data opera in instrumento diuisionis.

Consonare quoque visa sunt instrumenta data in summario responsionis facti pro Nicolao per se quoq; continentia non solum acquisitiones Nicolai Senioris fideicommittentis, sed etiam bonorum identicatem coninctam cum instrumento diuisionis, nè quod dubium supersit in instrumento diuisionis, an hæc bona non solum communia fuissent, sed etiam paterna.

Et quantum opus esset, cum fideicommittens possideret bona in locis certis omnia ab hæredibus possessa in illis præsumeretur esse de fideicommis-

6 so suppositum, ad *Fusar. cons. 161. ab init. Rot. coram Ludou. decis. 575. nu. 9.* & ibi abundè *a nnot. num. 11.*

Quod autem attinet ad deductiones legit mæ, & Trebellianicæ à possessore oppositas, visum est DD. non esse attendendas, obseruando de facto inuentarij omissionem, & in ipsa diuisione, ac diuisorio instrumento remansisse capitale artis scricariæ indiuisum, insuper verisimilia mobilia, & semouentia, & alia alias alienata, & consumpta, & applicando de iure, quod cum hæreditas præsumatur locuples, ex ista enim confectione inuentarij, iunctis præcipuè alienationibus, detractio-

7 nes præsumuntur factæ, vt præsumi sæpissimè Rota firmauit, etiam ed fauorem fideicommissarij vniuersalis petentis immissionem, in quibus terminis sunt decisiones recenter allegatæ à Rota distinguen. & declaren. *decis 93.* præsertim *nu. 8. 9. & 10. p. 8* & prius *coram Merlin. decis. 633. ab init. & decis. 707. n. 3 cum alijs.*

Maximè quod cum ijdem diuidentes hæredes deduxerint dotes ex bonis fideicommissarijs, vt supra, ipsi penè affirmarunt factas detractiones legitimæ, & Trebellianicæ, quia detractio dotis, & pretium restituen. & dispositio d. Auth. res quæ, non habent locum, quando superest legitima, &

8 Trebellianica, ex quibus possit dos restitui, est enim remedium subsidiarium, cui non est locus, nisi in casu necessitatis, & quando non sunt alia bona præter fideicommisso subiecta, quod per se patet, vt alias fuit dictum in *Rot. & repetitum coram Ludou. decis. 266. n. 9. & 10. cum alleg.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Fulginatensis fideicommissi.

Luna 1. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Receditur ab opinione glosse *in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit.* quoties coniecturis probatur, Testatorem voluisse vt in conditione positi censeantur vocati ad fideicommissum; Quid operetur qualitas masculinitatis adiecta, exclusio fæminarum cum congrua dotium constitutione, ordinata reciproca inter grauatos, & quod filij sint legitimi, & naturales.

SVMMARIVM.

1 *Quoties per coniecturas appares testatorem sensisse, vt in conditione positi censeantur vocati, non habet locum opinio*

R. P. D. BEVILAQVA.

Carpentoratensis Hæreditatis.

Lunæ 15. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Filia prælegataria si nubit Sempronio, nubens extraneo cum dispensatione Pontificis non cadit à prælegato.

SVMMARIVM:

1 *Pontifex vltimas voluntates commutare potest.*
2 *Cum dispensatione Pontificis vnliter potest, cui cupit, nubere sine caducitatis incursu.*
3 *Subreptionis vitium vt euitetur, narranda sunt ea in precibus, quæ si essent omissa, gratia non fuisset concessa.*
4 *Subreptionis vitium, vt euitetur, sufficit vt virtualiter in narratione quid contineatur.*
5 *Habilitatio pro consequenda hæreditate trahit ad se cõsequutionem legati.*
6 *Transportatio actorum non est facienda de actis in alio iudicio factis.*

DECISIO XXVII.

Censuerunt Domini confirmandam esse decisionem in hac causa sub die 16 Decembris 1658. emanatam, in qua fuit resolutum, Catherinam non cecidisse à commodo prælegati, quamuis iuxta Matthæi Patris dispositionem cum altero filiorum Pauli eius in tertio consanguinitatis gradu coniuncto, sed cum Antonio extraneo matrimonium contraxerit, nam cum antecedenter dispensationem à Summo Pontifice obtinuisset, ad quem
1 spectat Testatoris voluntates commutare *Clem. quia contingit*, & ibi *glos. in verb. Sedis Apostolicæ Card. n.* 10. *de relig. dom. l. legatam* § *ff de administrat. rer. ad Ciuit. pertinen. Lapus allegat.* 87. *n* 2. & ibi *Mandos. litt. B. Grat. discept. for. cap.* 458. *num.* 1. alijque allegati *in decisione post princ.* & *in Mutinen Bonorum* 23. *Iunij* 1642 §. *Non verum*
2 *vers Vndè, coram Reuerendiss. Tearacinen.* Potuit absq; caducitatis incursu, cui voluerit, se nubere, *Oldrad cons.* 215. *num* 5. *Rot. coram Eminentiss. Otthob decis* 187. *n.* 11.

Nec obstare potest obiecta exceptio subreptionis ex eo deducta, quod in impetratione dispensationis tacitum Pontifici fuit, quod ex Testamenti tenore in casu non adimpletæ per aliquam ex filiabus Testatoris dispositionis alteri adimplementi legatum acquirebatur, cum sint narranda ea, quæ possent nedum remouere Principem à concessione, sed etiam eum retardare, ne ita de fa-
3 cili concederet *c. postulasti* 7. & ibi *Abb. de rescript. c. dudum* §. 4 *de elect. Surd. cons.* 49 *n.* 27. *Mantic. decis.* 214. *n.* 2. nam placuit responsio data *in decisione* § *non obstat*, quod dum exposuit, quod Testator filias instituerat sub conditione nubendi cum filijs Pauli, & Spirita iam nupserat alteri illorum, & Catherina non intendens huiusmodi nuptijs assentire, exclusa remanebat à paterna hæreditate, vtiq; sufficiens videbatur talis narratiua continens virtualiter, & implicitè præiudicium, quod indè Spiritæ inferebatur ad euitandã
4 quamcumque subreptionem *Fælin. in c. nonnulli vers. & ideò de rescript. Aym. cons.* 79 *nu* 8. *Rot. in rec. decis.* 435. *n.* 3 *p.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 501. *nu.* 28. *p.* 5. *rec bo. me. Merlin. decis.* 35. *n.* 11. & 12. & dispensationem concedendo Catherinæ pro di-
5 cta hæreditate obtinenda, quæ maior est, censendum facilius est voluisse eam habilitare pro consequutione legati, quod est minus, vt aduertit *Bellamer. cons.* 33. *n* 18. *Capic. contr.* 160. *nu.* 26. *vers Verùm.*

Non releuat defectus transportationis actorum, nam cum acta, quæ prætenduntur non fuisse trãsportata, sint facta in iudicio manutentionis, à quo non fuit causa ad Curiam deuoluta, sed super negocio principali, in quo Iudex mandauerat fieri
6 compromissum, & sic in diuerso non erant transportanda, *Conar. pract. quæst. cap.* 14. *nu.* 4 *Rot. decis.* 174. & *decis.* 300. *nu.* 1. *p.* 2. *vol cons. Farin.* & *decis* 49. *n* 5. *p.* 5 *rec.*

Et ita, vnica tamen parte informante &c.

R. P. D. CERRO.

Romana, seù Florentina Transactionis.

Mercurij 4. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Transactio inita super re spirituali non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inita super validitate professionis, & statu religioso mediante promissione pecuniæ sinè licentia superioris non valet.*
2 *Non valet transactio facta super Monachatu, siue vt quis Monachus remaneat, sinè vt sæcularis euadat.*
3 *Transactio in materia religiositatis sustineri non potest; cum si pecunia detur sit simoniaca si nihil transactio non intret.*
4 *Licet possit aliquid dari pro Religiosi substentatione, non tamen ad hoc vt ingrediatur Religionem, vel in ea permaneat sine superioris authoritate.*
5 *Promissio pecuniæ, & susceptio oneris an censetur facta intuitu bonorum renunciatorum.*
6 *Negatiuè quando lis, non esset introducta principaliter super re temporali, sed super spirituali.*
7 *Negatiuè secundò, quando res temporalis est inseparabilis à spirituali, quia cum tunc non possit magis referri ad vnam, quam ad aliam, intrat simonia.*
8 *Tunc res spiritualis dicitur inseparabilis à temporali, cum habet vtraque originem ab eadem causa.*
9 *Potest transigi super recessu à lite.*
10 *Valet transactio super recessu a lite de re spirituali quando qui dat pecuniam, vel aliud, rem obtinet prætuo titulo, sed ita dat. vt vexationem redimat.*
11 *Concordia si est valida continet exceptionem litis finitæ, & impedit nouæ litis ingressum.*
11 *Concordia inita super lite finita, vel cuius exitus sit certissimus non valet.*

non est agendum, quia agitur de Fideicommisso
10 transuersali Testatoris; Trebellianica verò cense-
tur prohibita, dum voluit Testator hereditatem
restitui *Intiernmente, o senza dimiautione alcuna*,
vt dixit *Rota decis. 74. n. 1 p. 8. rec.*

Nec refert assertio prędij controuersi alienati pro sol-
uendis alijs legatis ab eodem Testatore relictis,
quia Instrumentum assertę alienationis non appa-
ret in forma probanti, nec fuit in actis legitimè
productum, vt opus est, & pro modica dd. lega-
11 torum quantitate non licuit alienare fundum ma-
gni redditus, & valoris *Odd. de Fideic. per aliea. probib. q. 32. n. 26. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 5. n. 5. Fusar. de substit. q. 541. n. 12.* Id quod etiam
valuisset pro quocumq; alio modico debito, quod
neq; ad Testatorem, neq; ad hereditatem pertine-
re etiam docebatur.

Et ita vtraq; &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Calaritana pensionum.

Luna 16. February 1660.

ARGVMENTVM.

PEtenti, Decretam manutentionem in quasi pos-
sessione exigendi pensiones, non est denegan-
dum mandatum pro summa, quam pensionarius
agnouit.

SVMMARIVM.

1 *Solutio pensionario facta sufficit contra quemcumq; successorem pro consequenda manutentione in quasi possessione exigendi pensiones.*
2 *Mandatum in Iudicio manutentionis relaxari debet, pro summa, quam pensionarius agnouit.*
3 *Solutio in parte facta non sufficit in Iudicio manutentionis pro obtinenda integra quantitate pensionum.*
4 *Limitatur conclusio, vt non procedat, quando ex animo soluentis liquet totam summam pensionario deberi.*
5 *Ratio limitationis est, quia quasi possessio ab animo, ac patientia ipsius pensionary debet regulari.*
6 *Exigens pensiones nil potest exigere vltra summam, pro qua mandatum obtinuit in manutentionis Iudicio.*

DECISIO XIV.

FRancisco Busquetto sub die 10. Maij 1658 coram
me manutentio decreta fuit in quasi possessione
exigendi pensiones super Canonicatu per Geor-
gium Martinum possesso; Hodiè verò super de-
cisionis viribus reproposito dubio, Dñi in deci-
sis persistendo, mandatum pro singulis annis in
scutis dumtaxat 1015. fore relaxandum decreuere;
Cuius resolutionis ratio respectu primę partis ea
fuit, quod Francisci quasi possessio ex bini termi-
ni solutione, sibi à Dominico Martinez antece-
denter Canonicatus possessore peracta, iustifica-
tionem legitimam assumit, quę contra Georgium
1 successorem pro consequenda manutentione suf-
ficiens reputatur, vt tradit *Guidopap. q. 629. n. 1. cum seqq. Gratian. discept. forens. cap. 921. n. 5. & 6. Rot. coram bo. me. Coccino decis. 31. num. 5. & decis. 125. n. 3 et decis. 508. n. pr. par. 2. rec. coram Gregor. decis. 275 n. 2.*

Mandati verò relaxatio contra Georgium in scutis
2 1015. exindè sancita fuit, quod Dominicus in
subsecutis solutionibus pro hac eadem summa
dumtaxat debitum agnouisse conuincitur, ad qua-
rum proindè normam debet manutentio relaxari,
vt aduertit *Castreas. in cons. 130. n. 2 lib. 2. Gratian. discept. forens. cap. 426. n. 3 cum seqq. Rot. decis. 547. n. 8. par. pr. rec.*

Hinc non vrget, quod subsecuta in parte solutio ad
3 manutentionis effectum pro integra quantitate
pensionum obtinenda suffragetur, vt notat *Bald. in l. pr. C. de emanc. libert. Rot. coram Caualer. decis. 329 n. 3. et 4. coram Vrgellen. decis. 324. n. 2. et*
4 *3. cum alijs in preterita decis. relatis*; Siquidem
prefata conclusio posset admitti quoties soluentis
animus non innotesceret debitum agnoscendi pro
quantitate solummodò scutor. 1015., secus verò
dum ex solutionibus, nec non ex transactionis
Instrumento inter Franciscum cum eodem Do-
minico adstipulatę, contrarium omninò resultat,
vt distinguendo casum vtrumq;, dixit, *Rota in ada. decis. 547. n. 8. par. pr. rec.*, *Gratian. discept. forens. cap. 426. n. 3. et 4.*, & ea videtur esse ratio,
5 quod quasi possessio ab animo, ac patientia ipsius
debet regulari, contra quem quęsita presumitur,
vt notat *Bald. in l. si aquam 2. na. 2. C. de seruit. et aqu. Foelin. in c. de quarta col. penult. propè fin. de praescrit. Alex. cons. 16. n. 13. lib. 5. Afflict. dec. 67. n. 1. Rot. coram Caesar. de Grass. decis. 7. na. 9. de Testib.*

Et licèt transactionis Instrumentum pensiones has
6 in scutis septingentis auri de Camera reseruatas,
ad scuta 1015 reducentis, Georgio prodesse non
valeat, vt fuit in preterita decisione deductum,
consequi tamen Franciscus non poterit ex manu-
tentionis iure residuum pensionum, dum eiusdem
respectu, possessione dignoscitur destitutus, itaut
in iudicio petitorio iura sua debeat expetiri.

Et ita vtraq; &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Tiburtina Castrorum.

Luna 16. February 1660.

ARGVMENTVM.

IMmissio ex *l. fin. C. de edic. diu. Adrian. tollen.*
quando sit concedenda, & quę exceptiones illam
retardent, vel non.

SVMMARIVM.

1 *Immissio ex* l. fin. C. de edic. Diu. Adrian. tollen. *debetur non solum hęredi scripto: sed etiam haeredi haeredis.*
2 *Possessio de facto est primum requisitum necessarium pro dicta immissione.*
3 *Confessio auctoris circa possessionem nocet successori, & probatur per testes, & num. 4.*
5 *Additio facta in protocollo manu eiusdem Notarij, & ad maiorem declarationem non vitiat testamentum, & quare.*

6 *Cassatura*

6 *Ca[n]cellatura verbi superflui similiter non vitiat.*
7 *Hæredi instituto in re certa an competat remedium* dictæ l. *fin.* & *num.* 9.
8 *Hæres in re certa nullo dato cohærede efficitur hæres vniuersalis.*
10 *Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit immissionem ex* dicta l. fin. & *num.* 12.
11 *Detentio simplex defuncti etiam iure pignoris sufficit ad dandam immissionem ex* dicta l. fin. *absque eo, quod probetur dominium.*

DECISIO XV.

REassumpta hodie ad instantiam Excellentiss. D.
Ducis Bracciani disputatione dubij sub die pri-
ma Februarij 1608. per Cardinalem Marquemon-
tium tunc Sacræ Rotæ Auditorem propositi, &
non resoluti super immissione petita à bo. me.
Duce Virginio in vim Testamenti bo. me. Ioan-
nis Baptistæ Visini in Castris Cantalupi, & Bor-
dellæ, de quibus agitur, DD. dandam esse dixe-
runt super duabus ex tribus partibus illorum, quia
constito iam decisionibus deindè coram eodem
Cardinali, & me sub die 31. Martij præteriti ema-
natis de recognitione eiusdem Testamenti, & de
possessione, & identitate bonorum quemadmodum
eidem Duci Virginio hæredi ibi scripto debebatur
1 immissio *ex l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* vbi
glos. & Bart. num. 3 Peregrin. de fideicom. artic
48. per tot. Rota coram S. M. Gregor. XV. decis.
206. num. p. Duran. decis. 179 num. 5. decis. 180.
n. 1 & in recens. decis. 637. num. 1. par. 4. tom. 3.
& alibi passim, Ita pariter competit Moderno D.
Duci hæredi illius, idem *Bart. in l. fin. n. 11. Bald.*
n. 35. vers. Idem in hærede hæredis & in cons. 186.
n. 7. lib. p. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n.
236. Rot. decis. 116. n. p. p. 3. rec. & decis. 79. n. 4.
inter impress. Eminentiss. Card. Otthob.

Possessio autem bo. me. Io: Baptistæ Testatoris
istorum Castrorum pro duabus ex tribus partibus
de tempore obitus, quod est alterum dictæ legis
2 requisitum, *Duran decis. 321. & 358. n. 2. & de-*
cis. 682. n. 1. p. 2. rec. probata extat, tum quia bo.
me. Catharina auctrix partis colligitantis secuto
Io: Baptistæ obitu prætendens illi ab intestato
succedere Procuratorẽ cõstituit ad capiendũ eius
nomine possessionem dd. Castrorum, prout ille
actualiter illam appræhendit, cum subsecuta Vas-
3 salorum recognitione D. Catharinæ, & eius suc-
successorum in Dominum, ex quibus resultat
possessio Ioannis Baptistæ *Rot decis. 51. n. 6. apud*
Modern. de manut., Tum ex Testibus de ea opti-
4 mè deponentibus, *Rot. coram Ancr. decis. 12 nu.*
3. Duran. decis. 118. nu. 1 Card. Cavaler decis.
629. n. 5., & in rec. decis. 135 nu. 1. & 2. par. 1.
& decis. 131. n. 2. par. 2 & decis. 339 n. 2. par. 4.

Nec ad tollendam fidem dicti Testamenti ob-
stant superadditio nominis Virginij Ducis hære-
dis in narratiua, & cancellatio institutionis eius-
dem in dispositiua; Nam quoad additionem no-
minis Ducis Virginij suprà, & post illa verba, &
eumdem Illustrissimum, & Excellentissimum D.
Ducem ex depositionibus Testium patet fuisse
scriptam manu Tarquinij de Pretis Notarij, qui
fuit de eo rogatus, & ex inspectione colligitur
5 fuisse superadditum nomen ad maiorem declara-
tionem, eò quia verba *eumdem Illustriss., & Ex-*
cellentissimum, satis exprimebant personam D.
Ducis Virginij superius nominatam; Ideòq; non
vitiat Testamentum, sed fides est ei adhibenda,
Bald. in rubr. n. 2. C. de fid. Instrum., & in l. no-
stram 30. C. de Testam., Alex. cons. 59. vers. non
obstat lib. 2, Rota apud bo. me. Coccin. decis. 467.
num. 2. & seq., & decis. 276 n. 3. par. 2. & decis.
122. nu. 28. p. 4 tom. 2., decis. 126 num. 17 p. r.
7. rec. Cavaler. decis. 122. num. 6, & decis. 379. n.
6. & 7 post Cenc. de cens., præsumitur enim talis
inter lineatura, & superadditio facta de volunta-
te Testatoris, *Bertazol. consil. ciuil. 14. num. 10.*
Rota decis. 367. num. 1. post 2. vol. cons. Farin. &
decis. 698. nu. 11. par. 4. tom. ... rec. & in Vrbi-
naten. prædij 13. Maij 1658 sub S. nec alias coram
me; Cassatura autem instituit eumdem Ducẽ Vir-
ginium in proprijs ipsius Testatoris, & maternis
bonis manu eiusdem Notarij facta, nihil etiam
6 officit, quia cum ipse fuisset institutus in supe-
riori parte Testamenti, potuit deleri ista genera-
lis substitutio, tamquam superflua, quæ nec tol-
lit sensum aliorum verborum, quæ clara sunt,
Alex. cons. 14. num. 10. lib. 6., Rot. decis. 276.
num. 4. & decis. 454. in fin. par. 2. rec.

Non obstat, quod Dux Virginius in nulla par-
te Testamenti legatur scriptus vniuersalis hæres,
sed in re certa, nempè in controuersis Castris,
7 quare non potest ipsi, neque hæredi competere
edictum l. fin. vt admonent *Alex. in l. quoties n. 7.*
C. de hæred. Instit.: *Menoch. de adipisc. remed. 4.*
8 *n. 145* Nam cum nullus alius cohæres datus fue-
rit, ipse detracta mentione rei certæ, debet con-
sequi totam substantiam, *ad Text. express. in l. co-*
hæredi 4. § vid. ff. de vulgar. & pupill. substit. l.
1. § si ex fundo, & ibi *glos. in verb. institutio l. quo-*
ties 9 § si duo l. si vlterius 10. & ibi *glos. magna*, & *l.*
decẽ falso 35. §. sed igitur ff. de hæred. instit. Cyriac.
contrau. 43. n. 23. & 26. & contrau. 221. nu. 11. &
12. & contrau. 498 n. 24. Buratt. decis. 257. nu. 4.
9 *Seraphin. decis. 584. n. 6.* & pro ipsa re certa, alijs-
que omnibus bonis competit huiusmodi hæredi
dictę l. final. remed. *Cr. s. in §. institutio quæst. 22.*
n. 9. Angel. de acquir. poss. quæst. 17. n. 58. & seq.
& n. 103. de receptissima opinione attestantur *Bel-*
lon. de iur. accresc. cap. 7 quæst. 9. n. 35. Rot. de-
cis. 83. n. 20. & 21. p. 6 rec.

Nec obstare videbatur donatio per Paulum
Iordanum facta Io: Paulo Catherinæ Patri, nedũ
quia est priuata scriptura, non recognita, neq; ef-
fectum sortita, dum Castra pro duabus partibus à
Io: Baptista, & pro alia tertia per ipsam Cathari-
nam donatarij hæredem, fuerunt possessa; verùm
etiam quia vti exceptio turbida requirens discus-
sionem, reijcienda est ad petitorium, & minus
10 apta redditur ad impediendam immissionem hæ-
redis scripti in Testamento, *Menoch. cons. 18. n.*
27. & de adipisc. poss. remed. 4. n. 759. Cyriac. con-
trou. 426. n. 58. Rot. decis. 36 nu. 1 p. 2. & decis.
131. n. 9 p. 2. & decis. 773. n. 2. p. 3. & decis. 67.
n. 25. & seqq. p. 6 rec.

Neq; etiam releuant, quę dicebant de posses-
sione istorũ Castrorum à bo. me. Io: Baptista loco
pignoris, mediante assignatione facta in secunda
transactione de anno 1539. ad fauorem Francisci
Patris per Paulum Iordanum cum dilatione vsque
ad annum 1569. concessa dicto Paulo, assignando

Francisco, & eius filijs actualiter Castrum S. Gregorij, seu aliud annui redditus scutorum mille, ita quod facta actuali assignatione, teneantur releuare dd. Castra eidem Paulo, siquidem quicquid sit, an
11 ipsa assignatio sit temporalis, vel propria, & an d. pactum expirauerit, vbi quoq; hæc ita se haberent, non indè excluderent immissionem debitam hæredi Io: Baptistæ, pro qua sufficit, quod appareant, bona fuisse detenta per defunctum ex verbis *d. l. fin. vbi glos.* ibi *Tu dic*, siuè possessionem, siuè detentionem habuerit defunctus, *Alciat. cons.* 162. *n.* 2. *Roland cons.* 2. *n.* 30. *lib.* 3. *Rot. decis.* 613. *n.* 6 *p.* 1. *diuers. & in rec. decis.* 131. *n.* 5. *in fin. p.* 2. vbi loquitur de retentione iure pignoris, absq; eo quod opus sit probare dominium *Castr. in l.* 2. *n.* 6. *C. de edict. Diu. Adr. toll. Alex. n.* 23. *Zuccard. n.* 355. *Oldrad. cons.* 139. *nu.* 12. *Menoch. de adipisc. remed.* 4. *n.* 368 *Rot. decis.* 618. *n.* 14. *p.* 4. *tom.* 3. *rec. & in alia Rom. seu Tiburtina Castrorum coram Buratt. decis.* 387. *n.* 2. cuius inspe-
12 ctio quoque requirit altiorem indaginem, ideoq; non impedit immissionem *l.* 2. *Dec. cons.* 424. *n.* 4. *&* 588. *n.* 12. *Buratt. ibid. n.* 4. *& decis.* 444. *n.* 1. *p.* 4. *& d. decis.* 67. *n.* 26. *p.* 6. *rec.*

Minus deniq; visum fuit, posse retardari D. Duci immissionem, ex eo quod ipse nō solum sit hæres Io: Baptistæ Testatoris, & creditoris, sed etiam Pauli Iordani debitoris absq; beneficio leg. & Inuent. Quia præterquod id in facto contrauertebatur, vti pariter altiorem indaginem requirens, & respiciens petitorium, non est in hoc iudicio possessorio discutiendum ex præallegatis.

Et ex his dandam esse pro nunc Immissionē in duabus ex tribus partibus Castrorum Cantalupi, & Bordellæ, conclusum fuit, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Locationis.

Veneris 20. Februarij 1560.

ARGVMENTVM.

LOcatio facta cum obligatione mutuādi an contineat verum, vel palliatum mutuum, si pecunia indè data fuit cum reseruatione facultatis illam retinendi sub cambijs.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum verum, vel palliatum non inducitur ex locatione, cuius merces consueta non fuit diminuta. n.* 1.
2 *Mutuum non geritur sed Cambium, quamuis contrahentes vtantur verbo* (prestare) *si mutuans reseruet sibi facultatem retinendi pecuniam sub cambijs. n.* 2.
3 *Pretij mercedis iustitia non ex alijs obligationibus commensurari debet, sed ex qualitate pactorum, ac onerum nuper adiectorum. n.* 3.
4 *Locatio saperet mutuum, si ex conuentione in limine contractus locationis habita cederentur lucra conductoribus. num.* 4.
5 *Promissio antecedentis conductoris effectum non sortita consuetam non immutat locandi legem. num.* 5.
6 *Venditur res vilius in quantitate, quam minutatim. n.* 6.
7 *Locatio dicitur facta iusto pretio, vbi non probetur tunc temporis fieri potuisse maiori. num.* 7.
8 *Pretij rei venditæ iustitia desumi debet ex communi valore de tempore venditionis. num.* 8.

DECISIO XVI.

COnfirmarunt hodiè DD. decisionem editam secunda Maij præteriti, in qua contractus locationis Venæ ferrariæ inter Dominum Principem Ludouisium cum DD. Rinuccinis celebratus, à fœnoris labe sancitus fuit immunis. Siquidem locatio vitio vsurariæ prauitatis infecta censeri non debet, dum consuetus ferri valor ex causa
1 mutui veri, vel ficti non comprobatur diminutus, vt tradit *Cort. Iun. in l.* 2. *§ mutui datio num.* 19. *cum seqq. ff. si cert. pet. Geminian. cons.* 16. *num.* 2. *Rub. Alexand. cons.* 20. *n.* 3. *Conarr. variar. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. *§. tertio tamen, vers. quibus accidit Borgn. Caualc. decis.* 32. *num.* 55. *par.* 2. *Vesill. ad Afflict. decis.* 20. *num.* 10. *Mastrill. decis.* 106. *num.* 32. *Castill. decis.* 143. *num.* 1. *&* 2.

Neq; contractus mutui poterit desumi ex conductorum obligatione scuta 175. mil. Domino
2 Principi in hunc modum exbursandi, videlicet *di prestare, ò far prestare*; Cum enim facultatem sibimetipsis reseruauerint, eandem quantitatem retinendi sub cambijs, contractus cambij, non autem mutui adstipulatus esse censetur, vt aduertit *Gabr. cons.* 69. *nu.* 1. *&* 8. *lib.* 1. vbi quod agnita ex verborum serie qualitate contractus, verbum mutuum ibidem adiectum eiusdem naturam non immutat. *Guidop. p. quæst.* 168. *nu.* 1. *vers. Nec obstat verbum mutuat, Conar. var. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. *in fine, vers. quin, & pecunia, Scacc. de camb. §.* 1. *quæst.* 7 *par.* 2. *ampliat.* 20. *nu.* 4. *Duard. eodem tract. §.* 1. *quæst.* 10. *num.* 3. *prope finem cum alijs in præterita decisione deductis in vltimo §.*

Diminutionem verò pretij antecedens locatio cum Sanguineto contracta suadere non valet, licet pretium centeni in plastris quadraginta ibidem legatur conuentum; Siquidem in contractu de quo agitur, tertia lucrorum portio, annuam summam adæquans scutorum circiter 2773. Domino Principi à conductoribus delata fuit, ex qua cuiuslibet centeni valor, qui concorditer in scutis triginta octo, ac obulis 30. fuerat constitutus, vsque ad quadraginta duo scuta, ac obulos
3 viginti remansit accretus. Pacta enim conductori, seu locatori onerosa ad hunc effectum discuti debent, itaut pretij accretio, seu diminutio pro eademmet rata oneris iniuncti licita reputetur *ad text. in l. fundi partem, ibique notat Bald. ff. de contrahen. empt. Alciat. cons.* 44. *num.* 6. *lib.* 8. *idem Bald. cons.* 182. *nu.* 5. *prope finem lib.* 1. *Becc. cons.* 45. *n.* 32. *Tiraquell. de retract. conuentional. in præfat. num.* 21. *&* 22. *Rota coram bo. me. Merl. decis.* 533. *num.* 15. *& decis.* 702. *num.* 68. *cum seq.* Non obstante quod eadem lucrorum portio in
4 Nerlij fauorem successiuè à locatore dimissa fuerit. Posset enim Conductoribus officere, quoties cessio ipsis, seu alteri eorum nomine ex conuentione in limine contractus inserta, facta foret, secus verò dum in vtilitatem personæ in locationis instru-

strumento non comprehense expleta conuincitur, nec non ex causa cambij scutorum quadragintamillium longè post per Dominum Principem cum Nerlio contracti. Hoc sanè casu lucrorum pars, tanquam realiter, non autem simulatè in locationis contractu attributa, in portionem pretij debet admitti, vt præter auctoritates supra relatas notat C. rroc de locat. tit de refcin. locat. num 14 ad med. Cyriac. contron. 87. num. 12. Rot. coram Buratt. decis. 453. nu 4 & decis. 247, n. 5. par 8 recent.

Hinc contractus Sanguinetti in controuersæ locationis concursu dignoscitur inferior. Potissimè, quia ex pretio conuento plastræ decem mille in ducatis monetæ Neapolitanæ, scuti vnius valorem non excedentibus, debuerant ab ipso enumerari. Nec non ex quo scura annua sex centa ex sigilli gabella retrahenda eidem attributa fuere; quæ impensis pro refectione pontium sibi iniuncta detractis, iuxta tenorem calculi pro parte Domini Principis exhibiti centeni, pretium in obulis quatuor, & quinquaginta decrescunt.

Neque vrgere visa fuit Sanguinetti conuentio assumendi singulis annis contenta pondera 803. perinde ac si, dum vena indeficiens existit, maiorem vtilitatem videatur contractus ille locatoris intulisse, quam alter DD de Rinuccinis ad cente-
5 na 560. tantummodo restrictus. Cum enim Sanguinettus in propriæ promissionis implemento defecerit, ipsius consequenter obligatio consuetam locandi legem ex actibus effectum sortitis comprobatã, inducere nequit, vt not Surd decis. 51. num. 21. Rota decis 675. num. 5. par 2 rec. & decis. 317 num. 7. vers. vltra quod priner Posth. de manut. & coram Eminentissimo Domino Cardinali Otthobono decis. 188. num. 11. dum maximè tum ante, tum post terminatum Sanguinetti contractum in anno scilicet, quo vena inassiccata remansit, longè inferior ferri quantitas consumpta conuincitur.

Et licet minutorum extractio in appaltu Sanguinetti preseruata, in locatione controuersa nofcatur interdicta, cuius ex causa locator scuta sex mille D. Ducissæ Bracciani, ac eiusdem sorori persoluit, non tamen ad pretij diminutionem exinde poterit inferri: Status quippe Plumbini, tempore quo prodijt Sanguinetti locatio, à Regia Camera moderabatur, inter quam, & D. Ducissam nulla fuerat suborta super minutis controuersia; At secuta in personam D. Principis inuestitura statim minutorum extractio ab ipso per edicta fuit interdicta, eo sub pretextu, quod D. Ducissæ forent indebita: Dum itaque prohibitio in proprij iuris tutamen à locatore adiecta præsumitur, non debet proinde eadem in Conductorum detrimentum retorqueri, Quinimmo solutio scutorum sex mille in vim laudi, post à locatione recessum editi processisse conuincitur.

Neq; maiorem pretij valorem poterunt redolere particulares ferri venditiones. Consuetus namque valor ex similibus locationibus generalibus, cum Serenissimo videlicet M. Duce, ac Sanguinetto contractis debet desumi, vt tradit Roman. cons.
6 43 num. 1. Molin. de contract. disput. 348 num. 4. vers. quo fit: Cuius ea videtur esse ratio, quod viliori existimantur pretio res in maiori quantitate distractæ, quam si separatim earumdem alienatio contingat, vt notat Reginal in praxi fori pœnit. lib. 25. num. 282 Salon ad D. Thom. de contract. tom. 2. q. 77. tit. de mutat. pret. ex diuers. venden. mod. pag. 25. Bonac. de contract. disp. 3. quæst. 2. punct. 4. num. 21. cum alijs in præterita decisione relatis in §. Neque obstant.

Facultas verò Appiano Principi in contractu Serenissimi Magni Ducis reseruata, assumendi videlicet quantitatem ferri pro suis ædificijs necessariam, neque visa fuit obesse; Præterquam enim de tempore controuersæ locationis Princeps ædificiorum Dominus nondum euaserat, neque hanc propterea facultatem sibi reseruauit, ex diuersitate pretij inter contractum vtrumque militante penitus arcetur obiectio. Nam cuislibet centeni valorem in scutis triginta tribus, nec non obulis 34. ille constituit, hic verò pretium in scutis duobus, ac quadraginta, nec non obulis 20. adauget, & consequenter nulla dubitatio insurgit, quinmaius lucrum in hoc appaltu, quam ex altero locator ipse retraxerit. Conductorum obligatione potissimè perspecta cambiandi pro scutis septem in singula centenaria, cum tamen tunc temporis cambia pro maiori lucri quantitate potuissent adstipulari.

Aliqui præterea ex DD. ponderabant, pretium à conductoribus conuentum iustitiam redolere, dum concludenti probationum genere ex parte
7 D. Principis non elucescit, pro maiori valore venam potuisse tunc temporis communiter locari, vt tradunt Cart. iun. in l a. §. mutui datio num. 23. vers. postremo ff. si cert. pet Roder de ann. redd. lib. 2 quæst. 11. num. 25. Cyriac. controuer. 87. num. 14 & in terminis rei venditæ, quod iu-
8 stitia pretij ex communi valore de tempore venditionis desumi debeat notat Paris. cons. vlt. nu. 26. lib. 2. Card. Mant de tacit. lib. 4. tit. 20. nu. 52 Rota coram Seraph. decis. 665. num. 1. Buratt. decis. 465. num 5. & in Albanen. redditionis rationis 13. Iunij 1657. coram R P. D. meo Celso, præsertim, quia quantitas ex ferri venditione in anno dislocatæ Venæ retracta, longè inferior esse dignoscitur summa singulis annis à Conductoribus successiuè exbursata.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana prætensæ Filiationis.

Veneris 20. February 1660.

ARGVMENTVM.

Filiatio non præsumitur ex viro septuagesimum annum excedente. Dato iuuenis, & senis concursu conceptio mulieris de iure præsumitur ex iuuene prouenisse, quam ex sene. Quasi possessio filiationis ex nominatione, tractatu, & similibus quando non sit attendenda. Ius Canonicum ad quem effectum correxerit ius ciuile excludens à successione vulgo quæsitos, & conceptos ex matre concubinaria.

SVMMARIVM.

1 *Senes septuagesimum annum excedentes, & infirmi, licet naturaliter impotentes non sint ad generationem moraliter tamen censentur inhabiles.*

2 *Fily nati ex muliere incustodita, & palam exposita vocantur vulgo quæsiti.*
3 *Data iuuenis, & senis concursu, conceptio mulieris de iure præsumitur potius ex iuuene, quam ex sene prouenisse, & num. 12.*
4 *Filiationis præsumptionem maximam inducit similitudo capillorum.*
5 *Assimilatio potest suboriri ex imaginatione tempore conceptionis.*
6 *Cessat possibilitas imaginationis, quando constat de veritate accessus illius, cui filius assimilatur.*
7 *Matris confessio de conceptione probat etiam in iudicio ciuili.*
8 *Amplia concurrentibus coniecturis.*
9 *Quasi possessio filiationis ex nominatione tractatu, & familiaritas quando non sit attendenda.*
10 *Non attenditur id, quod raro euenit, sed quod secundum naturam, & communiter contingit.*
11 *Filius præsumitur natus ex matrimonio, aut concubitu, si coniugata habitauerit cum viro, vel retenta fuerit in schemate concubinatus.*
13 *Agnitio in filium, præiudicat agnoscenti, eiusq; hæredibus.*
14 *Intellige vel in filys matrimony, vel ubi agnitio nitida est.*
15 *Et igitur probatio in agnitione magis certa, & concludens præsumptionibus in contrarium.*
16 *Actus filiales à sene decrepito erga filios in lupanari conceptos accedente concursu iuuenis, censentur habuisse originem ex falsa, & erronea credulitate filiationis.*
17 *Agnitio, & tractatus contra præsumptionem iuris non attenduntur.*
18 *Falsa confessio circa filiationem, etiam scienter facta, non præiudicat veritati.*
19 *Institutio filii sub falso supposito, & errore, nulla est.*
20 *Alimenta debentur tam filys simpliciter illegitimis, quam spuriis, & incestuosis.*
21 *De iure Canonico concludenter iustificanda est etiam filiatio.*

DECISIO XVII.

ITerum discusso dubio filiationis Matthæi, & Eugeniæ ex Io: Baptista olim Marchione Castri Viscardi, & causa bis proposita, adhuc DD., persistendo in decisis die 23. Iunij 1657 coram R P. D. meo Verospio, dixerunt non constare de tali filiatione.

Cum enim Io: Baptista de tempore, quo conuersabatur cum Angela eorum Matre septuagesimum annum excederet, & esset mala valetudine affectus, & in annis 1634, qui fuit annus conceptionis, & natiuitatis Eugeniæ, & 1635., quo Mathæum Angela pariter concepit, & enixa est, ageret annum septuagesimum secondum, & tertium, *summ.* D. Marchionissæ Mariæ in præterita positione *n. 13. et 14* & presenti *Summ. n. 4 et 5.* filij prædicti non præsumuntur geniti, ex eo quia licèt ætas, & mala valetudo in senibus non sit impedimento, quo minus naturaliter generare possint, communiter tamen generare non solent, &
1 ideò moraliter censentur inhabiles ad *not. per glos. in l. si pater fam. §. fin. verb. sexaginta ff. de adopt. & ex Arist.* Galen & alijs tradit *Tiraq. l. conub. vbi plos 1. p. 6. nu. 19. 47. & 48.* & firmat *Paris cons. 29. nu 26. lib. 2.* & sequitur *Giouagn.* qui plures adducit *cons. 6. n. 12 lib. 1.*

Stante præsertim, quod Angela fuit solita cum alijs conuersari, vt in *summario n. 7.* & signanter quidam Io: Iacobus ætate, & viribus florens, tunc temporis passim versabatur in eius domo, dicto preterito *summario nu 3. & 6. cum quatuor seqq.* Vndè probatio filiationis non solùm redditur æquiuoca respectu ipsius Io: Baptistę, cum filij
2 nati ex muliere incustodita, & palam exposita dicantur vulgo quæsiti *l. vulgo conceptiff. de stat. hominum, Paleott. de not. & spur. cap 63. nu. 2. Put. decis. 435. n. 2. lib. p. & decis. 167. nu. 17. p. 8. rec.* Sed etiam excluditur ex assidua consuetudine cum dicto Iacobo Iuuene, & Amasio, cum in concursu Iuuenis, & senis intret iuris præsumptio, imò suadeat ratio ipsa naturalis, Iuuenem fertilem, & prolificum potius reddidisse grauidam mulierem, quàm senem destitutum propinqua, & expedita
3 generandi facultate; ita *Socin. Sen. cons. 65. nu. 2. in fin lib. 3. Fulgos. cons. 212. nu. 4. Giouagn. cons. 6. n. 42. & 44. lib. p. Surd. decis. 83. n. 17. §. Demum, & n. 23. §. Quare cum hic.*

Quæ præsumptio incalescit, ex eo quod filij retinuerint rubros capillos, quibus ipse Io: Iacobus capillabatur, quod vti vehemens argumentum fi-
4 liationis considerat *Marius Salomonius in repetitione l. Gallus n. 19. & seqq. ff. de liber. & posthum. Paris. cons. 10. nu. 59 lib. 2. Dec. cons. 1. nu 117.*
5 *lib. 3. & Gratian. discept. forens. cap. 567. n. 29.* Et licet coniectura huiusmodi ex se sola non sufficiat, cum assimilatio possit suboriri ex imaginatione tempore conceptionis, Attamen cessat possibilitas imaginationis, quando [prout hic] constat
6 de veritate accessus illius, cui filij assimilantur, *Rot. apud Mohed. decis. 1. nu. 2. qui filij sint legitimi,* & ita ratiocinatur *Lotther. de re benef. lib. 2. quæst. 48. nu. 65. & seqq.*

Hanc eamdem veritatem comprobat vtriusque confessio; Nam Angela in iudicio criminali perquisita, ex quo susceperit filios, retulit, ex Io: Iacobo; & iste tam in iudicio criminali, quàm ciuili deposuit, quod Angela quoties apparuit gra-
7 uida, affirmabat, quod ex ipso conceperat, quæ matris confessio probat etiam in iudicio ciuili, *l2. vbi Bald. n 25. Alex. nu. 28. & aly, C. de eden. Rot. apud Cæsar. de Grassis decis. 3. num. 3. & 6. de solut. coram Pænia decis 1346. n. 5. & decis. 406. n. 4. coram bon. mem. Merlino*, & ad hunc effectum, vt censeantur filij Io: Iacobi non leue præbet adminiculum; tot præsertim concurrentibus coniecturis, vt explicat *Surd. decis. 83. nu. 7. & 8.*
8 *& Sperell. decis forens. Eccles. 32. nu. 103. vers. & hæc quidem lib. 2.*

Hinc eliditur quasi possessio filiationis elicita ex nominatione, tractatu, agnitione, & impensis factis per Io: Baptistam erga dd. Angelæ filios, quoniam, omisso, quod actus huiusmodi non videntur subsistere ex adductis ab informantibus pro D. Marchionissa, senectus, & grauis admodum ætas eiusdem Io: Baptistę de tempore conceptionis, in qua iuxta legalem presumptionem, & ordinem naturæ, insolita, ac inuerisimilis est in hominibus generatio [iuncto presertim accessu Amasij Iunioris, & validioris vna cum alijs præsumptionibus, & coniecturis præmissis, alijsq; adductis per informantes] superat, & eneruat omnes con-
9 iecturas resultantes ex dicta quasi possessione filiationis, vt ponderat *Fulgos. cons. 212. col. 3. ad med. vers. In prima videtur, Paris. cons. 29. nu. 89. & 113.*

& 113. lib 2. Giouagn. conf. 6. nu. 51. cum seqq. lib p. Surd. decif 83. n.21. verf. Quod si coniecturæ Sperell. decif. 184. n. 93. 95 & 103. & firmat Pontan. de aliment. cap. 3. nu. 28.

Nec releuat, quod senes etiam prouectioris
ætatis visi sint filios procreare, exempla enim singularia,
& rarò contingentia non lædunt, neq; alterant
suprascriptam iuris præsumptionem, quia
non attenditur id, quod euenit minus frequenter,
& rarò, sed quod communiter, & secundùm or-
10 dinem naturæ contingere solet, *Text. in l. nam ad ea, cum seqq ff de leg* & aduertunt *Socein. dicto conf 65. num. 1. lib. 3. Farif. dicto conf 29. nu 50. Surd. dicta decif. 83 sub n. 9. Giouagnon. dicto conf. 6 n 43. & Pontan. de aliment dicto cap. 3. nu. 29.*
Maximè cum non agatur de filijs procreatis ex
coniugata cohabitante cum viro, vel retenta in
schemate concubinatus, in quibus terminis procedunt
exempla prædicta ad præsumendum potius
honestum possibile, quod filius sit natus ex matrimonio,
aut concubitu, quàm possibile inhone-
11 stum; sed versemur in filijs natis ex muliere sui
iuris, & libera inter publicas meretrices iampridem
descripta *summario n* 8 simulq; à sene, & à
iuuene cognita, quo casu inspici debet ex quo filij
magis naturaliter concipi, & sic potius ex iuuene,
12 quam sene, vt benè deducunt *Socein. dicto conf 65. n 2. in fin lib. 3. & Giouagn. dicto conf. 6. nu. 42. & 44 lib p*
13 Nec obstat, quod agnitio in filium præiudicet
agnoscenti, eiusq; hæredibus ex adductis per *Grat. discept. for cap. 653 nu. 75 cum seqq.* Rota coram *Pue. decif. 425 lib 1. in correctis in rec: decif. 661. nu 4 p. 4. & decif. 488. num. 3. apud* Merlin. Nam
quidquid sit de tali prætensa agnitione, istæ do-
14 ctrinæ loquuntur, vel in filijs matrimonij, vel vbi
agnitio nitida est, nec offuscatur contrarijs præsumptionibus,
aut vrgent aliæ coniecturæ pro
filiatione; secus autem vbi contra agnitionem adsunt
præsumptiones validiores, & in iure approbatæ,
tunc enim non sufficit agnitio, & quasi possessio
filiationis, sed exigitur probatio magis certa,
& concludens, vt conciliando opiniones refert
15 *Bosſ. in prax crimin. tit. de part. suppos. n. 27 in fin Petr de fidcic quæst 11. sub n. 482. pariter in fin. & Gozzad conf. 12. nu 12. Surd. d decif. 83. n. 21. verf Quæ opinio, Socein. Sen. dicto conf. 65. n 2. in fin*

Fortiùs cum agnitio processerit à sene decrepito,
& malæ valetudinis conuersante cum muliere
vulgo exposita, quæ victa erat assidua consuetudine
iuuenis; quo casu actus filiales ab eo gesti (vltra
magnum fumum, qui eliciebatur ex datis in
16 *Summario n* 19. *et* 20) censentur habuisse originem
ex falsa, & erronea credulitate quod agniti
in filios re vera essent filij ipsius iuxta monitum
Dec. in c. per tuas nu. 8. de probat. Palleott. de not. & spur. cap. 20. n. 10 Petr. de fideic quæst. 11. nu. 251. Parif. dicto conf 29 n. 113. lib. 2. Giouagn. dicto conf 6 n. 55 lib. 1. Marcabrun. conf 113 n. 75. & seqq Sperell. decif 174. nu. 84. & 95. vbi,
quod agnitio, & tractatus contra presumptionem
17 Iuris non attenduntur, *Mandell. Alb. conf 9. n. 29. lib 1.* vbi, quod falsa confessio circa filiationem
etiam scienter facta non præiudicat veritati, *Barz. conf. vnico post decisionem Bononien. sub n. 30. vers.*
18 *His tamen non obstantibus*, vbi quod institutio
est nulla tamquam facta sub falso supposito, & errore,
quod institutus esset filius instituentis non
19 obstante, quod vltrò fuerit adiectum, (perche
essendo, ò non essendo suo figlio l'instituisce &c.)
& *Rot. apud Acchill. decif. p. n. p. & 2. qui filij sint legitimè.*

Nec quidquam facit, quod ius ciuile excludens
à successione vulgò quæsitos, & conceptos ex matre
concubinaria, vt in *l. vulgo concepti ff. de stat. hom.* prout etiam incestuosos, *Auth. ex complexu C. de incest. nupt.* fuerit correctum à iure canonico;
Quia id procedit solùm quoad alimenta relinquenda
filijs tàm illegitimis simpliciter, quàm spu-
20 rijs, & incestuosis, non autem quoad modum probandi
filiationem: nam etiam de iure canonico
illa est concludenter iustificanda, de qua tamen in
21 casu nostro nullatenus constat, vt supra dictum
est.

Ex quibus, & alijs in decisione *R. P. D. Verosp.* deductis pro illius confirmatione partibus hinc
indè informantibus, resolutum fuit &c.

R. P. D. CELSO.

CORDVBENSIS PRÆSTIMONII.

Veneris 20. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

FRuctus debentur à die litis motæ in quolibet iudicio; litis enim pendentia dignoscitur ex citatione legitimè executa, & in actis reproducta.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur à die litis motæ in quolibet iudicio.*
2 *Citatio legitimè executa, & in actis reproducta inducit pendentiam litis.*
3 *Quantitas fructuum sufficienter iustificatur ex libris, in quibus fuit descripta.*
4 *Scriptura probat contra producentem.*
5 *Probantur venditiones factæ in illa Ciuitate ex libris publicis illius.*
6 *Quando non dubitatur de fructuum perceptione leues sufficiunt probationes.*
7 *Ex relatione periti electio medij pretij, inter infimum, & supremum facienda est.*
8 *Peritis in arte standum est.*
9 *Non appellans censetur acquiescere.*

DECISIO XVIII.

IN sententia lata ad fauorem Ioannis Fernandez
contra Seminarium Corduben. super immissione
in possessionem controuersi beneficij adest condemnatio
in fructibus indebitè perceptis, reseruata
illorum liquidatione, vndè proposito dubio, an
dd. fructus debeantur, & in qua summa, Domini
non dubitarunt, illos deberi, nam non solum apparet
de sententia condemnatoria, quæ ob non interpositam
appellationem fecit transitum in iudicatum,
sed in quolibet iudicio à die motæ litis illi
1 veniunt restituen. vt fuit *Text. in l. secunda C. de fruct. & lit. expens, l. certum 22. C. de rei vendic. l.*

sed

sed & si, l. 28. §. stante, vbi glos. & Bart. ff. de pet. hared. Rot. in rec. decis 3. n. p. & decis 199. nu. 8. p. 7. & coram Eminentiss. Ottbob. decis. 87 n. 1. & seqq & decis. 190. eisdem numeris.

Lis autem introducta fuit de mẽse Martij 1639. nam licèt de anno 1632. appareat causa commissa in Rota, & expedita solita citatio cum inhibitione, illa tamen non reperitur legitimè executa, & in actis reproducta contra Seminarium, & eius Ministros, nisi die prima dicti mensis Maij 1639.

2 & consequenter tunc solum inducta fuit litis pendentia, *ad text. in Clem. 2. vt lit. pend. Pelin. in c. super litteris n. 13. de rescript. Rot. decis. 163. nu. 1. & 2. p. 8. rec. & in Romana Legati 4. Iulij 1642. & in Comen. Canonicatus 16. Martij 1654. coram Reuerendiss. D. meo Cerro.*

Nec de quantitate eorumdem fructuum consi-

3 stente in pecunia, frumento, & ordeo, dubitari potest, illa enim remanet sufficienter iustificata ex libris eiusmodi Seminarij, in quibus fructus præsentis beneficij fuerunt distinctè, & clarè descripti, qui propterea contra dictum Seminarium rectè

4 probant, *Bart. in l. admonendi n. 54. ff. de iur. iur. Cæs. de Graß. decis. 5. n. 5. de restit. spol* & benè in proposito firmatum fuit coram *Andr. decis. 52. num. 2. & coram Merlin.*, vbi allegantur concordantes *decis. 742. n. 4.*

Pretium verò frumenti, & ordei non solùm iustificatũ apparet ex testibus deponentibus quanti de dicto tempore vendebatur, sed etiam ex li-

5 bris publicis Ciuitatis Cordubæ continentibus venditiones factas in eadem Ciuitate, vt aduertit *Arias Pinell. in l. 2. p. 3. cap. fin C. de rescind. vendit.* & firmat *Rota coram Seraph. decis. 1245. n. 8. coram Buratt. decis. 92 nu. 7. et coram Andr. dicta decis 52. n. 4. cum alijs in Portuen. Affictus 4. Maij 1652. coram bo. me. Bichio, et in Firmana beneficij 24. Martij 1656. coram R. P. D. meo Albergo.*

Vndè censuerunt Domini, ex prędictis resulta-

6 re sufficientem probationem circa huiusmodi liquidationem, cum tamen leuior sufficeret, dum de perceptione non dubitatur, *Achill. decis. 22. per tot. de restit. spol. Coccin. decis. 439. n. 2. et 3. Merlin. decis 483. sub n. 2. et coram Eminentiss. Otth. decis. 200. n. 32. et seqq.*

Ideoq; attenta relatione Periti iudicialiter electi, liquidarunt fructus pręscriptos à die prima Martij 1639. per totum annum 1653. quo tempore Ioannes possessionem accepit in scutis 10M. monetę Hispaniarum de Villon in illis partibus nuncupatæ ad rationem decem regalium pro singulo scuto constituentibus scuta sex mille sexcentum sexaginta sex duo tertia monetę Romanæ, detractis expensis necessarijs, & compręhensa sum-

7 ma recepta in pecunia, sequendo in hac parte pretium medium contractum in relatione eiusdem Periti, non autem infimum, aut supremum, vt alias practicatum fuit *in decis. 479. n. 4. p. 3. rec. in Romana, seu Veliterna Affictus 24. Nouembris 1653. coram bo. me. Bichio, et in Albanen. redditionis rationis 12. Iunij 1656. coram me.*

Et eò facilius inclinarunt Domini in hanc sententiam, quia non solum Peritus fuit ex officio à

8 Rota electus, quo casu illius relationi omninò est standum, vt probat *Text. in l. 2. vbi Bart. C. de vsur. et fruct. legat. Rot. coram Buratt. decis. 913. n. 3. et in rec. decis. 171. eodem n. p. 7.* Sed etiam à relatione illius nullatenus fuit appellatum, vndè pars censetur præfatę relationi acquieuisse *Rot decis. 393. nu. 2. p. 4. rec. et in Firmana Prædij 26. Iunij 1643. coram Reuerendiss. Compostellano.*

Et ita altera &c.

R. P. D. TAIA.

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 23. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

AN prælegata veniant in restitutione fideicommissi.

SVMMARIVM.

1 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi quando in substitutione dictum fuit saluis, vel exceptis legatis.*

2 *Clausula (exceptis suprascriptis) in testamento apposita indicat testatorem voluisse heredem grauare de portione tantùm hæreditaria, non de eo, quod capitur alio iudicio.*

3 *Fit caducum prælegatum in casum contrauentionis non obstantibus clausulis exceptiuis.*

4 *Verba geminata arguunt magis enixam testatoris voluntatem.*

5 *Legatum dicitur agnitum eo ipso, quod donatum, vel renunciatum est.*

DECISIO XIX.

PRoposito dubio, an constet de fideicommisso Simonis in prælegato domus relicto Francisco, & Melchiori, & ab his occasione Religionis Ingressus proprio Patri donato, non constare hodie DD. responderunt.

Et ferè ad prelibatas rationes in decisionibus coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano in Romana census, seu Saluiani 25. Maij 1657. & 27. Martij 1658. in priore §. *Nec turbat*, et in posteriore §. *Attamen*. Quod prelegata non veniant in

1 restitutione fideicommissi, quando in substitutione dictum fuit, (saluis, vel exceptis legatis;) vt legitur in Testamento Simonis, ibi, (exceptis suprascriptis, & alijs, vt supra.) Et rursus (Exceptis suprascriptis, vt supra.) Hoc enim casu solùm

2 de portione hæreditaria grauasse videtur, non de eo, quod capitur alio iudicio, vt *in dicta priore decisione §. Nec turbat*, & in posteriore § *Et licet*. præcipuè ad doctrinam *Bart. ad §. Quidam l. 3. ff. ad Sen. Consf. Trebell. n. 11. cum alijs allegatis*. & maximè *Fusar. de substit. quæst. 650. n. 4.*

Et licet hodie quoque repeteretur defectus implementi dispositionis, nempè, quod Franciscus prælegatarius retineret, & retinere deberet nomen ipsius Testatoris, nempè Simonis, & in euentum, & casum contrauentionis, tunc Melchior succederet in domo, qui illam habitare teneretur

3 &c. & consequenter legatum caducum factum fuisse, remanens in fideicommisso, non obstantibus clausulis exceptiuis suprascriptis insertis in

insti-

institutione *Mari summ. suce p. 4. quæst. 21. art. 11. n. 30. in fin. & num. 31. et in tenet de claufsul. clausf 40. n. 6. et 7. p. 3. Sund. tota decis 269 cum alleg. ibi apud Aduen. Altogr. cons.* 87. *sub nu.* 24. *lib.* 2. & disputata quæstione de clausulis supradictis oppositis in substitutione *Fusa. de subst. quæst. 652. n. 7. et seqq. et in dd. decis. dd.* §. 6.

Tamen in hac controuersa quæstione de legatis exceptis in institutione considerarunt DD. Testa-
4 toris enixam voluntatem, vt supra, geminatis verbis expressam ad *l. Balista 32 ff. ad Sen. Conf. Treb.* & ibi *glos. penult. et DD.* & valdè dubitarunt de caducatione, quin etiam de caducitate, videbatur
5 enim agnitum legatum, eo ipso quod prælegatarij illud renunciarunt, & donarunt *l. 6. C. de iur. delib.* & ibi *Bald cum alijs*; & onus adiectum Francisco; vt assumeret, & retineret nomen Testatoris, impletum apparebat in sententia, in qua Franciscus semel, & rursus nominatus est Simon Franciscus in *summario n* 5.

Et quatenus contrauentum fuisset præcepto Testatoris, in hoc casu substitutus fuit Melchior cum onere, vt domum habitaret, cui quidem nemo fuit substitutus, & eidem vlterior pœna non legitur adiecta, ad dictam posteriorem decisionem *dicto § Attamen*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

AVENIONENSIS SALVIANI.

Veneris 27. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

DAmna, & interesse loco fructuum recompensatiuorum veniunt taxanda ad rationem quinque pro centenario, & anno.

SVMMARIVM.

1 *Bona immobilia regulariter reddere solent quinque pro centenario, & anno.*

DECISIO XX.

DAmna, & interesse, pro quibus ad fauorem Francisci Tertulli sub die 12 Decembris præteriti ad retardan venditionem prædij controuersi decreta fuit immissio, censuit hodie Rota fore taxanda loco fructuum recompensatiuorum ad rationem scutorum quinque pro centenario, & an-
1 no, quemadmodum regulariter bona stabilia de sui natura fructifera reddere solent, iuxtà taxam legalem prædiorum *glos in Auth perpetua in verb iuxta* C *de Sacrosanct. Eccles.* quam pluries sequuta fuit *Rota*, & præcipuè *in rec decis.* 523. *nu.* 2. *p.* 5. *apud Zacch. de oblig. Camer. decis.* 275. *n.* 31. *coram Duran. decis.* 192. *nu.* 1. *coram Buratt. decis.* 675. *nu.* 9 *coram Eminentiss. D. Card. Otthob decis* 2. *n.* 12. *in Bononien. Prædij* 21. *Maij* 1640. *coram Reuerendiss. Terracinen.* § *dictosque autem fructus coram Reuerendiss. Præsid. Vallisc lotano, in Romana Pecuniaria 4. Februarij 1654. & cum verò in fin. coram R. P. D. meo Verospio, in Romana damni, et pretij Officij* 11. *Martij* 1658. *in princ. coram R. P. D. meo Priolo, et in Bononien. de Bologninis* 5. *Aprilis eiusdem anni* §. *constat pariter coram R. P. D. meo Celso*. Vnde cum annus præfixus ad restituen. mutuum dictorū scutorum 400. auri expirauerit sub die 4. Martij 1575. facto computo vsque in præsens, apparent elapsi anni 85. pro quibus itaque damna prædicta, ac interesse, habita ratione pro nunc scutorum 20. in singulo anno, & centenario monetæ, donec iustificatum fuerit ab Actore, valorem scuti aurei ascendisse ad maiorem summam de tempore mutatæ pecuniæ, existimarunt DD. constituere summam 1700. scutorum, informante solum Francisco Tertullo per contradictas &c.

R. P. D. TAIA.

BONONIENSIS BONORVM.

Veneris 27. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

IDentitas bonorum benè probatur per instrumenta diuisionis facta inter cohæredes, in quibus descripta sunt bona hæreditaria Testatoris. Præsumuntur enim bona esse fideicommisso supposita, si possessa sunt ab hæredibus, in locis vbi fideicommittens possidebat. Pro restituenda dote, bona fideicommissi fiunt alienabilia per dispositionem *authenticæ res quæ* C. *commun. de legat.*

SVMMARIVM.

1 *Bona quod fuerint hæreditaria benè probatur ex instrumento diuisionis.*
2 *Verbum* respectiuè *distinguit personas, & refert singula singulis.*
3 *Præsumptio cedit confessioni, & veritati.*
4 *Contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur confessio, licet non admittatur probatio.*
5 *Pro restitutione dotis bona fideicommissi alienari possunt.*
6 *Bona possessa ab hæredibus in locis, vbi fideicommittens possidebat præsumuntur fideicommissaria.*
7 *Ex confectione inuentarij iunctis alienationibus detractiones præsumuntur facta.*
8 *Dispositio* Auth. res quæ *C.* commun. de legat. *cum sit remedium subsidiarium habet locum, quando non adsunt alia bona libera.*

DECISIO XXI.

NIcolaus Actor contra Stephanum possessorem tertium obtinuerat ex fideicommisso Nicolai Senioris immissionem in quædam bona ab Auditore Generali Bononiæ confirmatam in alia ab A. C. exceptis quibusdam ex contentis in sententia, mandatisq; certis compensationibus, & commissa mihi causa appellationis, constito de duabus, dubium proposui, an constet de duabus conformibus, vel quod alias executioni locus sit, & Domini executioni locum esse dixerunt:

Quia redacta quæstione ad controuersiam identitatis bonorum, & deductionum, ita consentientibus

R. P. D. BEVILAQVA.

Carpentoratensis Hæreditatis.

Lunæ 15. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Filia prælegataria si nubit Sempronio, nubens extraneo eum dispensatione Pontificis non cadit à prælegato.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex vltimas voluntates commutare potest.*
2 *Cum dispensatione Pontificis mulier potest, cui cupit, nubere sine caducitatis incursu.*
3 *Subreptionis vitium vt euitetur, narranda sunt ea in precibus, quæ si essent omissa, gratia non fuisset concessa.*
4 *Subreptionis vitium, vt euitetur, sufficit vt virtualiter in narratione quid contineatur.*
5 *Habilitatio pro consequenda hæreditate trahit ad se cõsequutionem legati.*
6 *Transportatio actorum non est facienda de actis in alio iudicio factis.*

DECISIO XXVII.

CEnsuerunt Domini confirmandam esse decisionem in hac causa sub die 16 Decembris 1658. emanatam, in qua fuit resolutum, Catherinam non cecidisse à commodo prælegati, quamuis iuxta Matthæi Patris dispositionem eum altero filiorum Pauli eius in tertio consanguinitatis gradu coniuncto, sed eum Antonio extraneo matrimonium contraxerit, nam eum anteecdenter dispensationem à Summo Pontifice obtinuisset, ad quem
1 spectat Testatoris voluntates commutare *Clem. quia contingit*, & ibi *glos. in verb. Sedis Apostolicæ Card. n. 10. de celig dom. l. legatam 5 ff de administrat. rer. ad Ciuit. pertinen. Lapus allegat. 87. n 2.* & ibi *Mandos. litt. B. Grat. discept. for. cap 458. num. 1.* alijque allegati *in decisione post princ.* & in *Mutinen Bonorum 23. Iunij 1642 §. Non verum*
2 *vers Vnde, coram Reuerendiss. Terracinen.* Potuit absq; caducitatis incursu, cui voluerit, se nubere, *Oldead cons. 215. num. 5. Rot. coram Eminentiss. Otthob decis 187. n. 11.*

Nec obstare potest obiecta exceptio subreptionis ex eo deducta, quod in impetratione dispensationis tacitum Pontifici fuit, quod ex Testamenti tenore in casu non adimpletæ per aliquam ex filiabus Testatoris dispositionis alteri adimplementi legatum acquirebatur, cum sint narranda ea, quæ possent nedum remouere Principem à concessione, sed etiam eum retardare, ne ita de fa-
3 cili concederet *c. postulasti 7.* & ibi *Abb. de rescript. c. dudum §. 4 de elect. Surd. cons. 49 n. 27. Mantic. decis. 214. n. 2.* nam placuit responsio data *in decisione § non obstat*, quod dum exposuit, quod Testator filias instituerat sub conditione nubendi cum filijs Pauli, & Spirita iam nupserat alteri illorum, & Catherina non intendens huiusmodi nuptijs assentire, exclusa remanebat à paterna hæreditate, vtiq; sufficiens videbatur talis narratiua continens virtualiter, & implicitè præiudicium, quod indè Spiritæ inferebatur ad euitandã
4 quamcumque subreptionem *Fælin. in c. nonnulli vers. & ideò de rescript. Aym. cons 79 nu 8. Rot. in rec. decis. 435. n. 3 p. 4. tom. 2. & decis. 501. nu. 28. p. 5. rec bo. me. Merlin. decis. 35. n. 11. & 12.* & dispensationem concedendo Catherinæ pro di-
5 cta hæreditate obtinenda, quæ maior est, censendum facilius est voluisse eam habilitare pro consequutione legati, quod est minus, vt aduertit *Bellamee. cons. 33. n 18. Capic. contr. 160. nu. 26. vers Verùm.*

Non releuat defectus transportationis actorum, nam cum acta, quæ prætenduntur non fuisse trãsportata, sint facta in iudicio manutentionis, à quo non fuit causa ad Curiam deuoluta, sed super negotio principali, in quo Iudex mandauerat fieri
6 compromissum, & sic in diuerso non erant transportanda, *Couar. pract. quæst. cap. 14 nu. 4 Rot. decis. 174. & decis. 300. nu. 1. p. 2. vol cons. Farin. & decis 49. n 5. p. 5 rec.*

Et ita, vnica tamen parte informante &c.

R. P. D. CERRO.

Romana, seù Florentina Transactionis.

Mercurij 4. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

TRansactio inita super re spirituali non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inita super validitate professionis, & statu religioso mediante promissione pecuniæ sinè licentia superioris non valet.*
2 *Non valet transactio facta super Monachatu, siue vt quis Monachus remaneat, sinè vt secularis euadat.*
3 *Transactio in materia religiositatis sustineri non potest; cum si pecunia detur sit simoniaca si nihil transactio non intret.*
4 *Licet possit aliquid dari pro Religiosi substetatione, non tamen ad hoc vt ingrediatur Religionem, vel in ea permaneat sine superioris authoritate.*
5 *Promissio pecuniæ, & susceptio oneris an censetur facta intuitu bonorum renunciatorum.*
6 *Negatiuè quando lis, non esset introducta principaliter super re temporali, sed super spirituali.*
7 *Negatiuè secundò, quando res temporalis est inseparabilis a spirituali, quia cum tunc non possit magis referri ad vnam, quàm ad aliam, intrat simonia.*
8 *Tunc res spiritualis dicitur inseparabilis à temporali, cum habet vtraque originem ab eadem causa.*
9 *Potest transigi super recessu à lite.*
10 *Valet transactio super recessu a lite de re spirituali quando qui dat pecuniam, vel aliud, rem obtinet proprio titulo, sed ita dat. vt vexationem redimat.*
11 *Concordia si est valida continet exceptionem litis finitæ, & impedit nouæ litis ingressum.*
12 *Concordia inita super lite finita, vel cuius exitus sit certissimus non valet.*

DECISIO XXVIII.

COnsulta S. Rota, & ab ipsa 28. Aprilis 1659. tradito voto super inualiditate professionis D. Marchionis Petri Corsini ex rationibus maturè, & latè discussis in duabus decisionibus editis 13. Ianuarij 1653. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tarraconen. & 27. Ianuarij 1659. coram Reuerendissimo D. meo Episcopo Papien. Per apocham priuatam inter ipsum, & D. Marchionem Andream eius fratrem inita fuit concordia, in qua inter cætera fuit conuentum, quod cum vltra annuam præstationem debitam D. Marchioni Petro superesset solutio scutorum 7000. pro residuo 10000. Marchio Andreas ei promisit soluere, prout soluit, scuta 3500. & pro alijs 3500. annuam responsionem scutorum 245. eius vita durante, nec non assumpsit in se onus persoluendi qualscumque impositiones etiam extraordinarias tàm præteritas, quam futuras, & demum in vltimo Capitulo ita conclusum fuit, ibi. (Et essendo io oltre seguita trà detti Signori Fratelli longa, e trauagliosa lite sopra la validità della Professione del Signor Marchese Pietro nella Religione di Malta, sopra della quale essendo dalla Sac. Rota Romana vscite più decisioni, quindi è che in virtù della præsente Concordia scambieuolmente si promettono l'vn l'altro di non proseguir più auanti detta lite, nè di cercar respettiuamente sentenza, ò reuisione, nè far'atto alcuno da hora innanzi diretto à questo fine, mà di ritirarsene ciascuna delle parti totalmente per viuere in pace, e quiete volendo, che in caso di trasgressione s'intenda subito cessata la sudetta renuncia dell'anno 1636. e questa presente concordia ancora &c. riducendo con detta cessatione le cose à i termini della ragione, e del douere &c. *Summario* vtriusque partis *num.* 1.)

Verum cum Marchio Petrus peteret ab Eminentissimo Domino Cardinali Ginetto Iudice deputato expeditionem sententiæ ad formam Voti Rotalis, se opposuit Marchio Andreas exhibendo dictam concordiam; Vnde placuit eidem Eminentissimo super hoc etiam consulere Rotam, An obstet concordia, itaut non sit procedendum ad vlteriora, & hodie negatiuè responsum fuit, Concordiam scilicet non obstare expeditioni sententiæ super nullitate professionis.

Cum enim ex ea appareat initam fuisse super validitate professionis, & Statu Religioso Marchio-
1 nis Petri, mediante promissione pecuniæ, & assumptione oneris impositionis, sine licentia Superioris, Simoniaca est, & non obligat. *cap. cum pridem. de pact. cap. vlt. de rer. permut. cap. præterea* 1. [illegible] 2. *de transact. cap.* 2. *de arbitr. Abb. in dict. cap. præterea* [illegible] *in princ. versic. super iure, & num.* [illegible] *de transact. Mohed. decis.* 5 *de Simon. Put. decis.* 42. *lib.* 2. *in correct. Suar. de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *tit. de Simon. cap.* 51 *n.* 6 *Bonac. oper. moral tom.* 1. *titul. de Simon. disputat.* 1 *q.* 4. *p.* 15 *in prima propositione n.* 2.

2 Et in indiuiduo transactionis factæ super Monacatu, siue vt quis Monachus remaneat, siue vt Sæcularis euadat, *tradunt communiter DD. in l. fin. C. de transact. reprobata glosa ibidem verb. seruiles versic. item not.* [illegible] *signanter Bart. num.* 2. *versic. verum est, quod in causa Bald. n.* 3. *& sub n.* 4. *versic. quod etiam, Paul. de Castr. n.* 3. vbi quod oportet istam quæstionem dirimi per sententiam diffinitiuam, quæ habebitur pro veritate, subdens, quod & si quis possit facere se Monachum, propter hoc non vitiatur transactio, sed videtur vitiari, si de-
3 tur pecunia, cum contineat Simoniam, *Salicet. n.* 3. *vers. sed dic contra, & Ias. sub nu.* 1. *vers. ipsa glosa malè dicit*, firmans quod in hac materia transactio nullo modo sustineri potest, quia aut nihil datur, & corruit, ex quo fieri non potest nisi aliquo hinc indè dato, vel remisso *l. Transactio C. de transact.* aut datur aliquid, & causa Monachationis est Simonia.

4 Licet enim non sit illicitum aliquid tradere pro congrua Religiosi substentatione, cum non detur temporale pro spirituali, sed temporale pro temporali; vbicumque tamen datur aliquid, vt quis ingrediatur Religionem, vel vt in ea permaneat Religiosus, tunc pro Spirituali datur temporale, & consequenter non substinetur cessante Superioris authoritate *Nauar. cons.* 86. *n.* 1. *&* 2. *lib.* 5. *de Simon. Azor. instit. moral part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 15. *in princ. & vers.* 5. *quæritur*, vbi in specie loquitur de ordine Militari *Summ. Siluestr. verb. Simonia* 15. *quæst. post princ. vers. quia planè esset Simonia Sot. de iust. & iur. lib.* 9. *quæst.* 6. *artic.* 2. *circa finem vers. ad quartum argumentum less. eod. tract. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 12. *Zacch. consil. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 23. *in princ. Suarez vbi supra d. tom. lib.* 4 *tit de Simonia c.* 17. *n.* 5. *&* 5. *Bonac. vbi supra d. disput.* 1. *q.* 4. *§* 8 *n.* 3.

5 Non obstat quod promissio pecuniæ, & susceptio oneris facta censeatur intuitu bonorum renunciatorum, & sic pro re temporali, vt voluit *Tondut. sanleger. quæst. & resol. benefic. tom.* 1. *cap.* 96. *sub n.* 24.

6 Quia quicquid sit de veritate eius opinionis, de qua etiam ipse dubitasse videtur *sub nu.* 25. *vers. sed ego salua*. Id forsan posset admitti, si lis principaliter fuisset introducta super re temporali distincta, & separata à re spirituali, cum quo supposito ipse transit, vt declarat *sub nu.* 28 *vers. & sic cum dictæ prætensiones*, inferens exindè, quod promissio seù traditio annui redditus facta in transactione, correspectiuè facta censeatur pro re duntaxat temporali distincta à spirituali, & sic in causam licitam; At in casu nostro lis principaliter introducta fuit super re spirituali, nempè super nullitate professionis, vt conuincunt decisiones desuper emanatæ, & Votum Rotale, in quibus de alio non agitur quam de dicta nullitate, & consequenter desuper celebrata transactio correspectiuè referri debet ad ipsam rem spiritualem, quæ principaliter erat in lite, & sic in causam illicitam, vt probant omnes authoritates supra allegatæ, & signanter *Rota apud Mohedan. dict. decis.* 5. *de Simonia, & apud Put. dict. decis.* 42. *lib.* 2. *in correct. & ita declarando admittit idem Tondut. dict. n.* 28. *vers. præterea promissio, & clarius nu.* 31. vbi ita respondet præfatis decisionibus, & ponit hæc præcisa verba, idem. (Item in casu illarum decisionum renunciabatur liti, quæ simpliciter erat super re spirituali, nempè super beneficio, hic autem agebatur de bonis, quæ Religiosus ob nullitatem professionis ad se pertinere contendebat, & num. 33. ibi Et generale est vt quando litigatur super spiritualibus simul, & temporalibus tran-

transactio fieri possit per dationem rei temporalis.)

7 Et quamuis in consequentiam huius litis veniat res temporalis, nempè resolutio renunciationis, & recuperatio bonorum, attamen quia est annexa, indiuidua, & inseparabilis à re spirituali, nempè à nullitate professionis, ratione huius connexionis, indiuiduitatis, & inseparabilitatis, quicquid fuit in transactione datum, vel promissum, non potest plus referri ad temporalitatem, quam ad spiritualitatem, ac per consequens labes Simoniæ non euitatur *vt probat text. in cap. quæsitus §. gener. liter de rer. permut.* ibi (Præsertim pactione præmissæ, quæ circa Spiritualia, vel connexa Spiritualibus labem semper continet Simoniæ, ibique glosæ verb. Simoniæ.) *Mohed. in. dict. decis. 5. in fin. vers. tamen fuit dictum.* ibi (Quod cum tota conuentio sit indiuiduæ totum, & quælibet res, quæ datur ex vna parte, intelligitur datur dari pro toto, quod ex altera parte datur, quia est correspectiuum.) *Put. dict. decis. 42. pariter in fine vers. tamen quia dabantur lib. 2. id correct. benè Bonac. oper. moral. tom. 1. tit. de Simonia disputat. 1. q. 4. §. 11. in 3. proposit. n. 8 cum seqq.* Probans quod annexum consequenter Spiritualibus materia est Simoniæ, vt propterea absque eius labe illud vendi non possit, nec desuper fieri aliqua pactio.

Quodque in proposito resolutio renunciationis, & recuperatio bonorum annexa, & indiuidua sit, ac inseparabilis à materia professionis, clarè etiam conuincitur ex tenore ipsiusmet concordiæ, ex qua apertè educitur, quod super vno sine altero nullatenus fuisset transactum, vt præcerteris ostendit pactum resolutiuum in fine adiectum, *ibi*, (Volendo, che in caso di trasgressione s'intenda subito cessata la detta renuncia dell' anno 1636. e questa præsente concordia ancora &c.) Cumque

8 vtrumque processerit, & originem habuerit ab eadem causa professionis, hoc est signum euidens indiuiduitatis, & inseparabilitatis *ex deductis per Rot. in rec. decis. 554 n. 3. 4. & 5. part. 4. tom. 3.*

9 Non obstat, quod licita sit transactio super recessu à lite ex *Suarez. vbi supra d. tom. 1. lib. 4. cap. 51. num. 15.*

Omisso enim quod isti fratres non recesserunt duntaxat à lite, sed principaliter transegerunt super validitate professionis, vt apparet non solum ab expressis in apocha, sed etiam ex postea subsequutis, cum Marchio Andreas opposuerit concordiam, vt frater remaneat in professione, & Statu Religioso; Domini amplexi fuerunt communem distinctionem Canonistarum, vt tunc solum licitus sit recessus à lite super re Spirituali, mediante pecunia, vel alia re temporali, quando qui dat pecuniam pro tali recessu, iustè obtinet rem spiritualem pretio legitimo titulo, & vult simpliciter se liberare ab iniustis vexationibus per collitigantem sibi illatis, tunc enim quia exinde solùm redimuntur iniustæ vexationes, nec illas redimens aliquod nouum ius acquirit super re spiri-

10 tuali, quæ permanet secundum iustitiam, & iuxta legitimum titulum apud eum, & in eo Statu, in quo de iure esse debet, nulla desuper cadit Simonia *Abb. in d. cap. cum pridem num. 9. de pact. Felin. in cap. Dilectus il primo n. 2. vers. nisi vexatio, & n. 4 vers. 3. limita de Simon Anchar. cons. 34. vers quia ergo Nauar. cons 38. n. 2. lib. 5. de Simon. Paris. cons. 135. n. 20 lib. 4. Menoch. cons. 67. n. 17. Pyrr. Corrad. in prax benefic. lib. 4. cap. 5 sub n. 59. vers primus est*, vbi *sub num. 60* dicit hoc etiam esse valdè periculosum sine authoritate Superioris; At quando, prout hic, pecunia datur ab eo, qui iniustam habens prætensionem succubuit, & sic ea mediante, parat sibi viam ad consequendam rem Spiritualem, quam litigando de iure, & secundum iustitiam non potuit, nec potest obtinere, hoc vtique non est redimere vexationes, cum ab ipso præstitæ fuerint, sed est rem spiritualem procurare mediante re temporali, quàm aliàs consequi non poterat, vt optimè distinguendo probant *Nauarr. cons. 4. nu. 20. dict. lib. 5. de Simon Sanchez. cons. moral. lib. 2 cap. 3. dub. 3. nu. 3 & 4. Suar. de relig. d. tom. 1. lib. 4. tit. de Simon. cap. 50. n. 2. & d. cap. 51. sub d. nu. 15. Castropal. oper. moral. part. 3. tract. 17. tit. de Simon. disput. 3. punct. 20 nu. 1. 2. & 3. Corrad. vbi supra dict. lib. 4. d. cap 5. sub dict. nu. 59. vers. & est trita conclusio.*

Nec refert quod Marchio Andreas tanquam merus tertius nullum ius circa professionem acquirere potuerit; nam satis acquisiuisse sperabat retinendo fratrem vinculis Religionis obstrictum, quod erat, & est principale suæ intentionis motiuum, vt docuit experientia, dum acerrimè litigauit, & acriter contendit illius professionem esse validam, & non posse expedire sententiam super eius nullitate, etiam ipsa Religione pro nulla eam declarante. Hinc enim negari nequit, quin aliquid acquirere intendebat reducendo, & retinendo fratrem in eo statu incerto suæ personæ, in quo erat ante motam litem sic eludendo resolutiones, & Votum Sac. Rotæ. Quod autem firma rema-

11 nente concordia super recessu à lite, possit Petrus mediante nouo Iudicio, & noua commissione iterum petere declarationem nullitatis suæ professionis, id iure non subsistit, quia concordia quando valida est non solum continet exceptionem litis finitæ, sed etiam impedit nouæ litis ingressum *cap. 1. de lit. contest. in 6. l. causas & l. fratris C. de transact. Rol. in cons. 28. nu. 16 lib. 4. Rot. coram sanct. memor. Gregor. decis. 354. n. 1. coram Card. Caual decis. 550. n. 2. in recent. decis 218 nu. 1. part. 7. & in Romana donationis 9. Decembr. 1650. coram Reuerendiss. Tarraconen. sub §. 1.*

12 Duo prætetea Domini ponderarunt, Alterum quod concordia inita fuit super lite non vtique pendente, & cuius esset incertus exitus, sed super lite, vel iam terminata, vel saltem cuius finis erat certissimus, cum causa reperiretur commissa de Voto Rotæ appellatione Remota, & iam Rota, vt dictum est; tradiderat votum, quo casu sustineri non posse firmant *Roman. cons. 517. nu. 18. Aymon cons 152 nu. 10. & 11. quos sequuta fuit Rota in Bonon nullitatis Concordiæ 12. Iun. 1645. cor. me §. At his neutrum.*

Alterum quod in eadem concordia nõ fuit promissa eiusdem obseruantia, nec in casu contrario adiecta pœna, nec est iuramento, minusque obligatione Camerali vallata, sed solum appositum fuit supradictum pactum resolutiuum, ibi, (Volendo che in caso di trasgressione s'intenda subito

Bbb 2 cessa-

cellara la detta renuntia dell'anno *1636* e questa prelente concordia ancora &c riducendo con detta Ceſſatione le coſe à i termini della ragione, e del douere &c.

Hine enim Domini cenſuerunt, quod attenta ſubiecta materia Partes intellexerint admittere reſolutionem tranſactionis, & omnia reducere ad terminos Iuris propter ſolam contrauentionem alterius, & ſic voluiſſe, quod etiam altera obſeruante pactum reſolutiuum operetur effectum ſuum, vt ſcilicet tranſactio reſoluta remaneat per indè ac ſi celebrata non fuiſſet *Bald. in l. ea lege nu. 13. verſ. Ego dico C. de condit. ob cauſ. Iaſ. in l. quamuis in fin nu. 4 de tranſact. Aym. conſ. 145. n. 19. Caputaq. deciſ 315. num. 2. part. 4. Penia. deciſ. 274 nu. 2. Eminentiſſ. Otthob. deciſ. 159. n. 19.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Senenſis Fideicommiſſi.

Lunæ 5. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

PLuralitas reſoluitur in ſingularitates quando non adeſt reciproca, quæ non inducitur ex eo, quod ſit habita ratio conſeruandæ Agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Vocato ad fideicommiſſum proximiori de familia ille admittitur, qui talis reperitur de tempore purificatæ conditionis.*

2 *Ad hoc vt ſubſtitutus admittatur non eſt neceſſe, quod conditio purificetur in vtroque vocato quando non adeſt ſubſtitutio reciproca.*

3 *Pluralitas reſpiciens diuerſas perſonas reſoluitur in ſuas ſingularitates perindè ac ſi cuilibet ex nominatis facta fuiſſet.*

4 *Ceſſante reciproca, licet verba ſubſtitutionis ſint directa ad grauatos, pluralitas reſoluitur in ſingularitates.*

5 *Sola ratio conſeruandæ Agnationis non ſufficit ad inducendam reciprocam de linea ad lineam, ſed ſolum inter deſcendentes vniuſcuiuſq; lineæ.*

6 *Filius non ſubintrat in locum Patris in fideicommiſſo tranſuerſali vltra primum gradum.*

7 *Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ſi vocatus deceſſit pendente conditione, nec vrgeant in contrarium coniecturæ voluntatis Teſtatoris.*

DECISIO XXIX.

HÆredem vniuerſalem Porphyrius ſibi ſcripſit in Teſtamento conditio 1577. Virginiam vxorem, quam reſtituere grauauit omnia eius bona ſtabilia vni, vel pluribus maſculis, cui, vel quibus eidem Virginiæ videbitur, & placebit de Familia Teſtatoris; Et in caſu non factæ declarationis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit proximiores maſculos de dicta familia venientes ab inteſtato *Summ. num. 1.*

Deinde anno 1580. condidit Codicillos, in quibus declarando meliùs eius intentionem, quod ſua bona ſtabilia ſemper, & in perpetuum conſeruentur in eius familia, his verbis diſpoſuit, ibi *Idcirco ſi & caſu quo aliquis eſſet nominatus à præfata D. Virginia, vel ob non factam dictam nominationem ſuccedere ab inteſtato, qui poſtmodum decederet, aut decederent abſque filijs legitimis, & naturalibus maſculis, tali caſu illi vel illis vt ſupra decedentibus intelligantur eſſe, & ſint ſubſtituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum illi maſculi de familia, &c. qui erunt proximiores de tempore in tempus. Summ. num. 2.*

Defuncto Teſtatore, Virginia hæres grauata nominauit Fortunauit filium Antonij Mariæ, & Chriſtophorum filium Octauian quemlibet pro virili, prout Teſtatori ſucceſſerunt, & ex ijs poſt mortem Virginiæ primo deceſſit Fortunius, ſuperſtite Valerio filio, qui pariter obijt cum filio nuncupato Fortunio iuniori pacificè poſſidente medietatem bonorum ſtabilium Teſtatoris, in qua eius Auus fuerat nominatus.

Cum verò defecerit Chriſtophorus, nullis relictis liberis, Angelus filius Caroli fratris Fortunij ſenioris tamquam proximior Porphyrij fideicommittentis, & Chriſtophori vltimi defuncti, adeptus fuit poſſeſſionem alterius medietatis bonorum Teſtatoris eidem Chriſtophoro obuentæ, ſed prætendente in ea ſuccedere ſupradicto Fortunio iuniori, hodie quæſitum fuit ad cuius fauorem conſtet de fideicommiſſo Porphirij, & pro Angelo fauorabilis prodijt reſolutio.

Patet enim ex inſpectione Arboris familiæ Teſtatoris, quod ipſe proximior eſt tam grauāti, quàm
1 grauato, ideò mortuo Chriſtophoro ſine filij; in portione ipſius ad ſui fauorem purificata fuit ſubſtitutio proximiorum, & aperta ſucceſſio, *l. cum ita legatur 33 §. in fideic. & l. peto 71. §. fratre ff. de leg. 2. Burſat. conſ. 170. n. 16 lib. 2. Peregr. de fideic. art. 21. n. 2. verſ. Atque cum proximiore.*

Non obſtat quod non ſit impleta conditio obitus ſine filijs in vtroque nominato, dum ex Fortunio ſeniori adeſt Fortunius iunior eius Nepos ex Valerio filio.

Vrgeret enim obiectum, ſi inter nominatos,
2 eorumque deſcendentes expreſsè, vel tacitè per Teſtatorem ordinata fuiſſet ſubſtitutio reciproca, *vt tradit Reip. in l. hæredes mei §. cum ità n. 136. ff. ad Trebell.* At quia in caſu noſtro, nec expreſſa legitur, nec tacita ſubintelligi poteſt, quæ veniat in neceſſariam conſequentiam verborum expreſſorum, dum non concurrunt vrgentes coniecturæ, nec Teſtator dixit, quod ab vltimo ex honoratis tota hæreditas alteri reſtituatur, vt opus eſt, *per tex. in l. Titia Seio §. Scia libertis ff. de leg. 3 Socin. Iun. conſ. 110. n. 17. & 18. lib. 3 Peregr. in his terminis conſ. 52. n. 1. lib. 6. Rot. in rec. deciſ. 192. n. 3 par. 8* Sed ſimpliciter vno, vel pluribus nominatis à Virginia, illi vel illis ſine filijs legitimis, & naturalibus decedentibus, proximiores de familia ſubſtituit *Summ. dict n. 2.* hoc
3 vtique caſu non exigitur copulatiua purificatio cōditionis reſpectu vtriuſque, ſed ea purificata in vno, quo ad eius portionem habet locum ſubſtitutio, quia cum reſpiciat diuerſas perſonas, reſoluitur in ſingularitates perindè ac ſi cuilibet ex nominatis facta fuiſſet, *iux. reſponſum Papiniani in dict. l. hæredes mei §. cum ità ff ad Trebell. ibique Rip. dict. nu. 136. verſ. ex qua reſponſione*, admittens

tens quod cessante reciproca, etsi verba substitu-
tionis directa sint ad grauatos, prout hic, plura-
4 litas necessario resoluitur in singularitates, *in pun-
cto Peregr. d. cons. 52. nu. 4. lib. 6. Card. Seraph.
decis. 1190. num. 4. & 5.*

Nec obstat ratio conseruandi Agnationem re-
sultans ex declaratione facta per Testatorem in
codicillis, quod eius bona stabilia semper, & in
perpetuum conseruentur in sua familia. Quia de
per se sola non sufficit ad inducendam reciprocam
de linea ad lineam, sed intelligitur iuxta gradus
expressos discretiuè inter descendentes vniuscuius-
5 que lineæ, vt scilicet portio cuiuslibet ex nomi-
natis inter eius descendentes consetuetur *M noch.
cons. 376. n. 40. vers. respondetur primo.* Card. *Se-
raph. decis. 1023. nu. 9. Rota in Florent. seu Bono-
nien. de Barb. idevis 25. Iunij 1640. coram bo. mem.
Coccino, §. Hinc non obstat*, in qua firmatur, quod
hoc facilius admittitur, quando, prout hic, non
agitur de descendentibus, sed de transuersalibus
Testatoris.

Nec dicatur, quod saltem Fortunius iunior sub-
intret in locum Valerij Patris, & sic considerari
debeat tanquam existens in pari gradu cum Ange-
lo. Quia cum non versemur in fideicommisso A-
scendentis, nec Transuersalis primi gradus, sed
transuersalis gradus vlterioris, filius non subintrat
in locum Patris, nec nepos concurrit cum Patruo,
6 sed habet locum regula Prior in gradu, potior in
in successione. *Dec. cons. 1. n. 3. & cons. 217 n. 2.
Curt. Iun. cons. 128 n 11. Crass de success. §. fi-
deicommissum quæst. 11. n. 5. Fachin contr. iur. lib.
4 cap 84. §. fin. vers. sequitur Card. M ntic. de
coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 3 in fin. &
seq. Peregr de fideic. dict. art 21. num. 8. Thesaur.
decis. 65 nu. 1. vers. contrarium tamen est verius.*

7 Minùsque Fortunius viuens iure transmissionis
successionem prætendere potest, quia cum pariter
versemur in fideicommisso conditionali ad filios
non trasmittitur, quando Pater, prout hic, pen-
dente conditione decessit, non concurrentibus
coniecturis contrariæ voluntatis Testatoris, quæ
vrgentes esse debent, *vt per tex. in l. vnic. § sin
autem C. de caduc. toll probat glos. communiter ap-
probata in l. vnic ver. derelict. C. de his qui ant. ap.
tab. Bart in l. hæredes mei §. cum ita n. 2. ff. ad
Trebell. Peregr. cons. 56. n. 4 lib. 5. & de fideic. art.
31. n 6. Card Seraph. dec 1479. n. 5. cum alijs al-
leg. in Rom. de Millinis 15. Ianuarij 1644. §. &
hinc est, & in Fauentina bonorum 27. Iunij 1659.
§. nec obstat existentia cum seqq. coram me.*

Et ita &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana, seù Sabinen. fideicommissi.

Merc. 14. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Matrimonium, & filiatio legitima, ex quibus
probentur.

SVMMARIVM.

1 *Adimpletis conditionibus fideicommissum purificatur.*
2 *Natus ex muliere præsumitur filius mariti, non adul-
teri.*
3 *Tractatus, nominatio, & agnitio in filium, cum ali-
mentorum præstatione quando arguant quasi possessio-
nem filiationis.*
4 *Matrimonium primum quando non agitur de dirimendo
secundo, sed ad effectum comprobandæ filiationis con-
iecturis probatur, & præsumptionibus.*
5 *Legitimitas probatur ex eo quod quis fuit admissus ad ho-
nores, non nisi legitimis debitos.*
6 *Confessio patris in precibus pro obtinenda legitimitate
quem esse natum ex coniugata, probat filiationem.*
7 *Testes ad æternam rei memoriam examinati deponentes
explicitè de matrimonio adminiculū præbent veritatis.*
8 *Illegitimitas probatur ex omissione matris in libro bap-
tismi.*
9 *Confessio facta in articulis datis licèt semiplenè non pro-
bet, facit tamen magnum adminiculum.*

DECISIO XXX.

Super fideicommisso per Fabium Menichinum
instituto inter Franciscum Cerosium, atq; Vin-
centium in Sacro Tribunali lite subotta, fauora-
bilem successiuè sententiam Cerosius obtinuit,
à qua per apparitionem exaduerso interpositam,
delata mihi causa super manutentionis articulo,
dubium proposui, & Domini disputationem bo-
ni Iuris demandarunt, quod hodie Cerosio assi-
stere censuerunt.

Etenim Fabius Ermeti, scripto hæredi, mascu-
los ab ipso descendentes, ijsq; deficientibus fœmi-
nas substituit. Vndè cum Verius filius Ermeti
fuisset, integra cessat portio fideicommissi, su-
1 perstitibus liberis obierit, fideicommissum in
Francisci fauorem ex Amutisde Tiberij sorore
progeniti purificationem assumpsit; vt respondit
*Rot. coram bo. me. Coccino decis. 154 & decis. 84.
n 1. part. 5. rec., & in Mantuana feudi 27. Iunij
1959 in primo §. coram me.*

Nec attributa filijs legitimatis à Testatore Præ-
latio in concursu fœminæ legitimæ, ac descenden-
tium ex ea poterit Vincentio suffragari, siquidem
filiatio ipsius concludenti probationum genere
nullatenus iustificari visa fuit. Quinimò ea ex ma-
trimonio inter Catharinam matrem cum Ioanne
Andrea Duncasio Vigente de tempore conceptio-
nis Vincentij pænitus remouetur, cuius virtute
viro, non autem Tiberio adultero susceptio pro-
lis adscribitur *ad C. in l. filium cum definimus*, vbi
2 *post glos notat Bald. nu. 1. cum seqq ff. de his qui
sunt sui, vel alien. Iur. l. miles § defuncto ff. ad l.
Iuliam de adult. idemmet Bald. in l. si vicinis n. 3.
C de nupt. Paris. cons. 64. n. 4. vol. 3. Gozzad cons.
17. n. 1. cum seqq. Natt. cons. 205 n 1. Rota decis.
164 n. 1. part. 3. & decis. 353 n. 2. & 3. cum seqq.
part. 5. rec & in Bonon. fideicomm. de Victorijs 5.
Maij 1655. in §. quapropter coram R. P. D. meo
Tarate, & in Florentin. Oratorij 31. Maij eiusdem
anni in §. cum enim coram bo. me. Bichio.*

Hinc vrgere non poterunt coniecturæ ex Ti-
berij comercio cum Catharina exercitio petitæ,
nec

nec non ex obtenta per eundemmet Tiberium legitimatione Vincentij siuè ex tractatu, nominatione, ac agnitione in filium, præstatione alimentorum, nec non ex declaratione denique Tiberij
3 pro conscientiæ exoneratione in articulo mortis omissa; Hi quippe actus eumdemmet Vincentiũ in quasi possessione filiationis possent constituere quoties ageretur de successione Tiberij, secus verò dum de descendentis fideicommisso in Francisci fauorem aperto tractatur. Hoc sanè casu inefficaces propemodum recensentur, sed vrgentiores probationes, hoc est absentia Viri, seu ipsius impotentia de tempore subsecutæ conceptionis debent omninò concurrere, vt notat *Dec. cons. 657. per tot. Natt. cons. 477. n. 24. vers. ad contraria Peregr. cons. 16 n. 3. cum seqq. & n. 10. & 11. & 15. lib 5. Grat. cons. 178. à n. 1. vsq; ad 7. lib. 2. Surd. cons. 552. n. 21. & 22. Rot. coram Achill. decis. 1. qui fil. sint legitim. & decis. 164. n. 8. & 9. p 3. & 409. n. 30. part. 5. rec. coram bo. me. Merlin. decis. 716 n. cum alijs relatis iurib. in decisionibus æditis in causa 20. Maij 1658. & 2. Maij sequentis anni coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et licèt matrimonium in præcedenti instantia admissum nunc exaduerso negetur, non tamen in dubium poterit reuocari, dum illud ex pluribus
4 coniecturis, & persumptionibus suadetur in proprio casu admittendis, quod de matrimonij sede re incidenter ad effectum comprobandæ scilicet filiationis exquiritur, quidquid dicendum foret si inter ipsosmet coniuges de eodemmet matrimonio personaliter firmando, seu dirimendo contingeret disputari, vt aduertit *Gemin. in cons. 27. n. 7. cum seqq. Paris. cons. 57. n. 42. & 43 cum plurib. seqq. lib. 4.* Menoch. *cons. 490. n. 6. Rot. coram Buratt. decis. 530. n. 13. coram Greg. decis. 248. n. 1. & in Colonien. legitimationis 15. Martij 1658. in §. & licet coram*

Harum autem prima ex caractere Sacerdotali Thomæ fratri Vincentij collato desumitur, qui cũ in legitimis absque dispensatione conferri non
5 consueuerit matrimonij præsumptionem ac legitimitatis inducit, vt post *Bero. cons. 19. n. 7. lib. 2.* respondit *Rot. coram* Canaler. *decis. 123. n. 4. & in adducta Colonien. legitimitatis in §. Præterea,* accedente potissimũ confessione Tiberij, Vincentiũ pluries, ac signanter in precibus pro obtinenda legitimitate porrectis enũciatis ex Catharina con-
6 iugata fuisse progenitum, vt notat *Surd. cons. 552. n. 15. Gozzad. cons. 12. nu. 5. & 15. cum seqq. & cons. 13. n 44.* Quinimò enunciatiua hæc, perspecta productione legitimitatis per Vincentium ad effectum succedendi in controuerso fideicommisso simpliciter habito aduersus ipsum, plenè concludit, vt in specie *Rot. in Rom. de Bonellis 13. Nouembris 1613. in §. Nec visum est obstare coram Vbaldo.* Dũ maximè in Instrumento contracti matrimonij Cõstantia Vincẽtij soror se filium Io: Andreæ descripsit, & tanquam talis ipsemet Vincẽtius in Baptismi libro, nec non in descriptione matrimonij inter ipsum cum Paula Turca contracti denominatus à Parocho conuincitur.

7 Cum his, depositiones Testium de matrimonio explicitè concludentium, præterea concurrunt, quorumlibet examen ad perpetuam rei memoriam prodierit, maximum nihilominus præbet adminiculum veritatis iuxtà *glos. in c. Cum olim in verb. frum. de priuil.* notat *Dec. in c. in nomine n. 31. vers. in contrarium de testib.* Rot. *coram Verall. decis. 205. n. 6 & decis. 208 n. 8. part. 2. & decis. 487. n. 3. part. 2. rec. & decis. 166. n. 2. p. 8.*

Neque vrgere visum fuit, quod Vincentius in libro Baptismi vti Ioannis Andreæ filius ac Catherinæ descriptus legatur quacumque coniugij mentione posthabita, quæ tamen quoties de filij
8 legitimi baptismo tractetur ad illegitimi differentiam solet adhiberi iuxtà normam in Romano Rituali descriptam *fol. mihi 343. & seq.* Tali namque omissio tot coniecturis matrimonium suadentibus perspectis Parochi debet incuriæ adscribi, potissimè quia Vincentius in articulis ad Ioannis Andreæ absentiam comprobandam exhibitis; eumdem Catherinæ virum enunciauit, vt respondit *Rot. decis. 220. n. 2. ad fin. post 2. vol. consil. Farinacc.* vbi quod
9 licèt articulus regulariter non fateatur, confessio tamen ibidem emissa non leue præsefert argumẽtum veritatis, vt notant *Add. ad decis. Greg. 143. n. 5. & ad decis. Buratt. 600. n. 18.*

Et ita vtraq; &c.

R.P.D. BEVILAQVA.

Romana Augmenti dotis.

Lunæ 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

AN augmentum dotis sub ea conditione, *si vir præmoriatur* relictum vxori, ea purificata acquisitum fuerit vxori, vel eius hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Naturale conditionis est, vt verificata, omnia fingat à principio interuenisse.*
2 *Extinguitur promissio cessante causa finali, ac primaria ipsius promissionis.*
3 *Cogitatum, & non expressum censetur consultò omissum.*
4 *Propositum mente retentum nihil operatur.*
5 *Testis mediator non probat ad inducendum simultaneum partium consensum.*
6 *Superuiuere, & præmori alicui sunt correlatiua.*
7 *Quando solus prædecessus habitus fuit in conditione per mortem adimpletur conditio, nec desideratur successiua superuiuentia.*

DECISIO XXXI.

PErsistendo Domini in decisis sub die 9 Iunij præteriti, iterum resoluerunt, mandatum per Iudicem deputatum ab A. C. relaxatum contra hæredes bo. me. Vlissis Bolognetti esse exequendum, & vtriusque resolutionis fundamentum deducebatur ex apoca per eumdem Vlissem facta, vbi in casu eius prædecessus Iuliæ vxoris grauauit hæredes ad tradendum augmentum dotis per hæc verba (E ciò nell'infrascritto caso, e non altrimente cioè mentre io premora ad essa Signora Giulia, e non resti figliolo, ò figliola alcuna etiam postuma) Ex quo igitur prædecessu dicti Vlissis, quod amplius

plius non controuertebatur, fuit purificata conditio, sub qua voluit, hæredes teneri ad solutio-
1 nem augmenti, ac si ab initio fuisset purè, & simpliciter promissum *l. qui balneum ff. qui potior. in pign. hab. l. fin. ff. si cert. pet. l. si decem. ff. de solut.* Gionagu. *cons. 35. n. 3. cons. 59. nu. 13. & cons. 98. n. 46. lib. 1. Menoch. cons. 38. n. 33. lib. 1. Rot. coram Andr. decis. 50. n. 2. bo. me. Merlin. decis. 753. num. 1.*

Non obstat, quod Vlisses grauauerit suos hæredes ad constituen. huiusmodi dotis augmentum Iuliæ vxori, ad hoc vt si illa ipsi superuiuens posset, si vellet, decentiùs secundò nubere, vel commodius in viduitate remanere, hæcque fuerit causa finalis, & primaria, vt deponit Testis mediator post emanatam aliam decisionem formiter examinatus, & omni exceptione maior, qua causa cessante per ferè instantaneam mortem dictæ Iuliæ post obitum ipsius Vlissis viri defecerit prorsus occasio renubendi, & viduandi, sicque inef-
2 ficax, & inexigibilis remanserit promissio hoc intuitu facta *l. cum te 6. C. de pact. inter empt. & vendit. l. Seio 10. in princ. ff. de anu. leg. Ancharan. cons. 47. n. 4. Becc. cons. 41. n. 19. Surd. cons. 68. n. 21. Gionagu. cons. 50. n. 44. lib. 1. Add. ad Buratt. decis. 540. n. 38.* Nam subsistit vtraque responsio in decisione data § *nec dicatur*, & prima quod in apoca promissionis fuit simpliciter adiecta conditio prædecessus Vlissis, nulla facta mentione causæ præscriptæ; Vnde tanquam ibi non scripta, etiamsi prius fuisset cogitata, cen-
3 setur deindè consultò omissa *C. ad audientiam 12. de Decim; Surd. decis. 322. n. 84. & 85. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 25. n. 42. Rot. coram S. M. Greg. XV. decis. 90. n. 15.* Altera, quod, admisso quoque, hanc fuisse Vlissis intentionem, dum apocam confecit, nihilominus irreleuans prorsus est ad eximen. hæredes à solutione quia sola intentio promissoris non facit conditionem in obligatione, nisi deducatur in pactum ab vtraque parte contrahentium intellectum, & acceptatum, aliàs enim in mente vnius retentum dici-
4 tur propositum abortiuum, & nihil operatur, vt in specie, quod integra remaneat donatio sponsæ facta animo repetendi, si expressè dictum non fuerit, est *Text. in l. si repetendi 7. C. de condit. ob caus. l. si mater vestra 12. C. de donat. ante nupt. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 5. n. 24. & 25. Surd. d. decis. 322. n. 85.*

Tantum autem abest, quod ex mediatoris dicto constet, fuisse Iuliæ sponsæ, & suis notificatam hanc Vlissis intentionem grauandi suos hæredes ad augmentandam dotem ad finem, vt superuiuendo posset decentius ad secundas nuptias transire, vel in viduitate commodius vitam ducere, & id fuerit ab ipsa, & à suis acceptatum, quin potius ingenuè veritatem fassus fuerit, se id nesciere reddens rationem, quia cum illis ex se non tractauit, sed per alios mediatores, & interpositas personas, ibi (Se fosse poi accettato dalla Signora Giulia Muti, e da Signori suoi fratelli, io non lo sò, ne posso sapere, perche con essi non hò trattato à drittura;) & hinc nihil probat, quamuis mediatoribus hanc Vlissis voluntatem notificasset, nisi etiam constiterit à prædictis fuisse relatam principalibus contrahentibus; & ab ipsis mutuo, & simultaneo consensu fuisse accepta-
5 tam, nec aliter Testis mediator concludit ad inducendam partium obligationem *l. pr. & l. ab emptore ff. de pact. Menoch. cons. 893. num. 12. & 13. Rot. decis. 125. num. 4. in fin. p. 4. rec.*

Nec dicatur, quod conditio prædecessus Vlissis necessariò inferat superuiuentiam Iuliæ, ex
6 quo præmori, & superuiuere alicui sunt inter se correlatiua, & vnus non dicitur præmortuus, nisi alter non superuiuat, neque superuiuens, si alius non præmoriatur *l. fin. C. de ind. Vid. toll. Gabr. de leg. lib. 6. quæst. 3. num. 1.* & propterea ad effectum, de quo agitur, nihil refert considerata expressio Viri præmorientis, secumferentis superuiuentiam Vxoris, quia DD. aduertebant non modicum esse discrimen inter dispositionem factam cum conditione præmorientiæ, & superuiuentiæ, vbi enim superuiuentia est in conditione, tunc dubitari contigit, si momentanea sufficiat, vel requiratur successiua duratio, & superuiuentia ad aliquem effectum, secus quando, vt in
7 proposito, solus prædecessus est in conditione, nam tali casu non cadit disceptatio successiuitatis post mortem, quæ momento, & in puncto verificatur, eodemque instanti conditio adimpletur *ad Text. in l. si quis hæredem ff. de substit. & instit. Dec. in c. Pastoralis 14. n. 16. & 17. de rescript. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 44. nu. 10. Fonne. de moment. tempor. cap. 10. n. 6. & 7. Rot. decis. 31. in fin. part. 2. rec.* & respondet *alia decis. §. Quæ robfacilius*, in qua Domini perstiterunt.

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Fulginaten. dotis.

Lunæ 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Assignatio supradotis omnium bonorum facta filiæ matrimonium contrahenti per instrumentum, in quo ipsam hæredem confirmauit, pro vt instituit in testamento, exceptis legatis factis in ipso non est donatio inter viuos, nec sustinetur, omissis solemnitatibus Statutarijs.

SVMMARIVM.

1 *Traditio donationis mentionem faciens testamenti præcedentis sortitur naturam primæ dispositionis.*
2 *Non est donatio inter viuos, si omittatur pactum de non reuocando, solitum apponi.*
3 *Censetur donantem habuisse actum donationis pro reuocabili, si vni donata eadem bona alteri tradidit.*
4 *Testator reuocans relictum videtur nolle donare inter viuos.*
5 *Donatarius de re donata disponens cum conditione* si donans non reuocauerit *videtur habuisse actum pro reuocabili.*
6 *Præuentiua hæreditatis traditio etiam in capitulis matrimonialibus facta potest reuocari per donationem à donante alteri collatam.*
7 *Donatio in vltima voluntate habet tacitam conditionem* (dummodo testator perseueret vsque ad obitum.)

8 Dona-

8 *Donationes irritantur omissis debitis solemnitatibus Statuti.*
9 *Amplia, etiamsi in causis matrimonij certi solemnitates non sint necessaria.*
10 *Qui dat in supradotem non dotat.*
11 *Fraus præsumitur quando nomine dotis datur aliquid mulieri, congruam dotem habenti.*

DECISIO XXXII.

1 ASsignationem ab Antonio factam Constantinę
eius nurui cum Ioanne Carolo matrimonium
contrahenti, vel non fuisse donationem inter vi-
uos, vel non sustineri ob omissas solemnitates à
Statuto requisitas, hodiè Domini censuerunt:
Proindèq; recessum fuit à decisis 23. *Iunij* proxi-
mi præteriti coram me Non fuisse donationem
irreuocabilem deducebatur primo ex ipso con-
textu Instrumenti in quo Antonius *dedit in supra
dotem omnia eius bona, exceptis legatis factis in
Testamento &c In quo ipse hæredem instituit di-
ctam Constantinam, quam per præsens Instrumen-
tum sibi hæredem confirmauit*: Quando enim prę-
cedit Testamentum, & subsequitur traditio, & in
hac fiat mentio Testamenti, traditio non fit con-
tractus donationis irreuocabilis, sed sortitur na-
1 turam primæ dispositionis, iuxtà distinctionem
*Bart in l. legatum 37 num 2. ff. de leg. 2 Surd.
cons 14 num. 5. & per tot. Berteand. cons. 58. sub
num. 10 vers. Testator enim. lib. 2 Molin. de pri-
mog. Hispan. lib 4. cap. 2. nu. 19. & seqq. Guttier.
de Iur m confirmat. par 1. cap 12. nu. 15. vers.
primò quando, Afflict. decis 275. num. 6. Rot. in
Spoletana Hæreditatis* 30 *Maij* 1646. *coram Reue-
rendiss. Papien. §. Quia in presenti.*

Secundò visa est excludi donatio inter viuos,
ex eo quod Antonius legata præseruauit, puellas
nubēdis substituit, nullam insertum fuit pactum,
aut promissio de non reuocando, quæ in dona-
2 tione inter viuos ferè nunquam omitti solet, vt
in his terminis considerat *Cels. Vgo cons 60. nu.
12 vers Quoniam in dicto Instrumento, Paris.
cons 16. n. 6 lib, 2*, Adeò exiguam quantitatem
reseruauit, vt in ea ob eius paupertatem hæredem
non inuenisset, *Summ. fratrum de Vitellescbis
num 4*, Quodq; fortius vrget, neq; Antonius,
neq; Constantina, habuerunt hunc actum pro
3 irreuocabili, Ille quia alijs eadem bona donauit,
Surd dicto cons 14. vers. & qua intentione, vbi
4 quod eo ipso quod Testator reuocauit relictum,
videtur declarasse nolle donare inter viuos, *Ga
br cons 137 sub n. 14 in fin lib. 1.* Hæc quia post
dictam assignationem antequam nuberet coram
Iudice cum omnibus solemnitatibus Statuti, nar-
rando, quod instituta fuerat ab Antonio, dona-
uit scuta 500. suis fratribus sub conditione *dum-
modò Antonius decedat cum dicta dispositione, in
qua ipsam hæredem instituit*; Ex hoc enim actu eo
tempore, & cum prædictis circumstantijs facto,
resultat obseruantia, quæ pro interpretatione
5 actus valdè attendi debet, vt considerat *Larr. de-
cis. Granaten. 66. n. 3.* Rimin. *Iun. cons 131. n. 9.
Rot. in Bononien. successionis 4. Maij 1646. coram
bo. me. Bichio §. Quæ opinio, & in* Camerinen. *hæ-
reditatis 24. Aprilis 1651. coram me §. & pluri-
mum mouit.*

Hinc cessat primum decisionis fundamentum,
si enim prędicta assignatio quoddam hæreditamē-
tum fuit, seu præuentiua hęreditatis traditio,
6 per subsequentem donationem inter viuos ab eo-
dem Antonio factam ad fauorem dictorum de Vi-
telleschis reuocari potuit, etiamsi in capitulis ma-
trimonialibus facta fuerit, iuxtà *Text. in l. pa-
ctum quod dotali 15. C. de pact. l. cum donationis
34. C. de transact. Bald. in l cum Archimedoram 4.
num. 10. & tt. C. vt in possess legator. Rimin. Iun.
cons. 500. num. 10. vers. quartò non prætereo, &
seqq. per tot. Cels. Vgo cons. 58. nu. 5. Gaspar. Ant.
Thesaur. quest. for. 79. n. 1. lib. 2. plenè Cyriac.
controu. 88 nu. 10. & seqq. Rot. in Anenion. hæ-
reditatis 5 Martij 1546. sub §. Ponderatum, &
23. Ianuarij 1647 § Nec etiam coram Reuerendiss.
Tarraconen, & in dicta Camerinen. §. fin.* Quia
7 tacitam habet conditionem, quatenus Testator
vsque ad obitum in eadem voluntate perseueret,
iuxtà *Text. in l. cum quis decedens 35. § 1. ff. de
leg. 3. Dec cons 651. sub n. 2. vers nec obstat, quod
stipulatio. Surd. dicto cons. 14. sub num. 16. vers.
namq; huiusmodi traditio, Rot. in Romana dona-
tionis 16. Martij 1643. coram bo. me. Bichio, & in
Ariminen.* Castri *Guardiæ 16. Iunij 1651. coram*
Reuerendiss. *Tarroconen § nam Domini.*

Sed quatenus etiam sine veri præiudicio fuisset
dotatio, ineuitabilis est nullitas ob non seruatas
solemnitates Statuti Fulginaten. in quo *sub rubr.
48. lib* 2. verbis vniuersalibus prohibentur dona-
tiones sine solemnitatibus, & aliter factæ irritan-
8 tur, *Mandell. cons. 70. nu. 1. & per tot, Rot. corā
Merlin. decis 745. nu 12.* & de Statuto Fulginei
dictum fuit *in Fulginaten. pecuniaria coram Man-
zanedo post Gilian. ad Statut. Perus. decis 89. nu.
4. & alijs relatis in Tiburtina Donationis 31. Ia-
nuarij 1659. § 1., & 16. Ianuarij proximitati co-
ram me in princ.* Non obstante quod in donatio-
9 nibus causa certi, & determinati matrimonij,
solemnitates non sint necessariæ, vt in *alia decis.
§. Aut etiam.*

Tum quia hic non agitur de donatione ex cau-
sa dotis, neq; illius augmenti, quia qui dat in su-
pradotem, non dotat, nec dotem auget, sed dat
10 vltra dotem, vt per *Text. in l. Seia cum nuberet
12. ff. de dot. prælég.* tradit *Rebuff in l. quæstio 115.
in fin. verb. supradotem ff. de verbor signific.* Tum
& vlterius, quia re vera nomen supradotis inser-
tum fuit ad colorandam donationem, & ad fa-
ciendam fraudem Statuto; Eò quia bona assigna-
ta non dedit in dotem, sed partem illorum fratri-
bus suis donauit Constantina, & quia iam erat suf-
ficienter dotata, vt in terminis, quod fraus præ-
sumatur, quando nomine dotis datur aliquid mu-
lieri congruam dotem habenti, *Amat decis. Mar-
11 ch. 34. nu. 6. vsque ad fin.* Et proindè sine debi-
tis solemnitatibus non sustinetur, *Gabr cons. 10.
num. 5. & per tot. lib. 1., Aectin. cons. 68. nu. 3.
Rot. coram* Coccin. *decis. 479. num. 5.* & pluribus
relatis *in Romana Dotis 5. Iunij 1648. coram R. P.
D. meo Celso.*

Ex quibus recesserunt Domini à decisis, parte
vtraque audita, &c.

R. P. D.

R. P. D. TATA.

Hispalensis Decimarum.

Lunæ 26. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

DE re iudicata quando constare dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Post decendium res transit in iudicatum.*
2 *In appellatione coram Auditoribus Rotæ terminus habitus pro seruato durat dies 15. & in vltima audientia per mensem.*
3 *Appellatio interponi debet intra dies decem non à die sententiæ, sed à die termini habiti pro seruato.*
4 *Decanus, & Capitulum sunt generales, & perpetui administratores Archiepiscopatus decimarum.*
5 *Possessio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo requiritur ad præscribendas decimas contra Archiepiscopū.*
6 *Decimarum prædialium solutio ab eo, qui in vna Parochia degit, & in alia prædia colit, fieri debet, vbi sita sunt prædia.*
7 *Priuilegium simplex de non soluendo decimas intelligitur de extraordinarijs.*
8 *Non derogatur decretis emanatis in aliquo Concilio Generali, nisi facta de illo mentione expressa, & indiuidua.*
9 *Testes deponentes de immemorabili debent esse ætatis annorum 54. dempto tempore litis motæ.*
10 *Testes de immemorabili debent deponere de omnibus requisitis circa eam, nec sufficit si vnus deponet de vno, & alter de alio.*
11 *Consuetudo, aut præscriptio potest eximere à decimis bona sita in alterius territorio.*
12 *Præscriptio quadragenaria non sufficit sine titulo ad eximendum huiusmodi bona à decimis.*
13 *Sententia condemnans ad solutionem decimarum tollit præscriptionem, & consuetudinem circa ipsas.*
14 *Immemorabilis non probatur per scripturas, quinimo excluditur si constat de initio, & num. 15.*
16 *Immemorabilis probatur per enunciatiuas in antiquis scripturis.*
17 *Immemorabilis ea est natura, vt non liceat in ea assignare principium alicuius temporis.*

DECISIO XXXIII.

COnstare de re iudicata Domini responderunt;
Quia pronunciatum fuit 7. Iulij 1659 & appel-
1 latum 2. Aug. & tàm antè, quàm longè post de-
cendium *Auth. hodie C. de appell. & cap. 8. eod.*
in 6. cum alijs apud *Scacc. dicto tract. quæst. 12. n. 2.*
Neq; opitulatur terminus habitus pro seruato d.
die 7. coram Auditoribus Rotæ 15. dierum, & in
vltima audientia mensis, *Scacc. de app. quæst. 12.*
n. 8. & q. 14. nu. 11. in fin. conteste *Moderno Capuccio prax. maior. p. 1. cap. 2. n. 60. & p. 2. cap. 8.*
num. 164. & 165.
Quia pars debet appellare intrà decem dies in-
3 choandos non ex die sententiæ, sed ex die termini
habiti pro seruato, quia ad illum diem retrotrahi-
tur sententia, quæ postea fertur durante termino
pro seruato *Scacc. ad reg. Cancell. glos. 60. nu. 81.*
cum præcedent. & seqq. decis. 176. sub n. p. p. 3. rec.
Et cautius, quia congruere visa est validitas
eiusdem sententiæ non controuersa, & iustitia de-
monstrata iam *in dec.* numeris omnibus absolutis-
sima *R. P. D. Cerri Decani 16. Iunij 1659.* præ-
sertim §. *Quandoquidem* cum allegat., & præcipuè
Rot. decis. 180. n. 9. & 10. p. 7. nempè intentione
Episcopi iure communi fundata *c. dudum 30. de*
decim, cuius Hispalen. Archiepiscopi, & Parochi
iure vtuntur Decanus, & Capitulum tanquam ge-
4 nerales, & perpetui Administratores reddituum,
& omnium decimarum Archiepiscopatus. nec su-
per hac probatione apud Dominos remanet diffi-
cultas, vt inquit *dicta decisio dicto loco, & decis. 211.*
n. 4. apud Posth. de manut. post celebrem decisionem
Hispalen. iuris nominandi 29. Aprilis 1613. coram
Pamphilio, & propterea Monasterium contra Ar-
chiepiscopum debeat docere de immemorabili
5 possessione, aut de quadragenaria cum titulo ad
cap. 1. de præscript. in 6. inquit *Rot. apud* Coccin.
decis. 485. nu. 2. cum alleg.
Neq; etiam excludi visa est hæc iuris assistentia
aliquo iure, & præsertim quod cura animarum sit
penes Monasterium, & à Priore Sacramenta mini-
strentur Monachis, & Monasterijs S. Pontij, adeo-
que Clerici à Clericis, ac Leuitæ à Leuitis deci-
mas exigant *cap. 2. de decim.*
6 Quia clarum est, quod qui habet prædia in alia
Parochia, ibi dare debet decimas illorum prædio-
rum secundùm *glos. diuers. C. cum sint homines 30.*
de decimis Rot. decis. 169. nu. 4. p. 5. de Ecclesia,
Clericis, Prælatis, habentibus prædia intrà fines
alterius Parochiæ post alios *ad d. cap. 2.* firmat *Co-*
uarr. var. resol. 17. n. 8. vers. Secundo lib. 1. Monet.
de decim. cap. 5. nu. 6. & 9.
Ita nec excludi visa est eadem iuris assistentia
priuilegio aliquo, quia omissis priuilegijs genera-
libus ordinis aliàs, & sæpè ad hoc reuolutis, & re-
probatis *coram Seraphin. decis. 1293. sub num. 6.*
decis. 40. ab initio p. 4. rec. cum alijs in d. decis. Re-
uerendiss. D. §. non obstat. Breue speciale Papæ
Nicolai V. Pariter visum est non sufficere, tum
quia non meminerit expressim de decimis requi-
rentibus vti ordinarijs spiritualibus mentionem
expressiorem, quia priuilegium simpliciter exi-
mens à Decimis bona, est intelligendum ta-
men de decimis extraordinarijs, vt puta datijs, pe-
7 dagijs, taxis, & similibus, quæ imponuntur, non
autem de ordinarijs, quæ absq; vllo prorsus homi-
nis ministerio, sed de iure Diuino debentur, inquit
Rota in alia simili Hispalen. Decimarum de Barao-
na 16. Martij 1646. ad finem coram Reuerendiss. D.
Cerro Decano, & decis. 65. lib. 3. coram Put. & alijs;
8 tum & quia nominatim non derogauit dispositioni
conciliari *c. nuper de decim.* ad sæpè decisa *à Rota*
coram Canaler. decis. 219. num. 3. & 4. & coram
Coccin. *decis. 279. num. 7. & coram Eminentiss. D.*
Card. Otthob. decis. 185. n. 14. & 15.
Immemorabilis autem, quæ supra quadragena-
ria sine titulo vnica proponebatur, probata visa
non est defectu Testium, qui (præter tres) requi-
9 sitam ætatem annorum 54 dempto tempore litis
motæ non habent iuxtà obseruantiam Rotæ, vt
coram *Buratt. decis. 673. nu. 2 &*, ibi *Add. sub*
12. cum alleg. & alijs in d. decis. Reuerendiss. D. S.
Quoniam Testes; & defectu testimoniorū, & for-
mæ præscriptæ *à glos. vlt. c. 1. de præscript. in 6*
quam passim Rota sequitur, & *coram Lud. decis.*

R. P. D. BEVILAQVA.

Carpentoratensis Hæreditatis,

Lunæ 15. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Filia prælegataria si nubit Sempronio, nubens extraneo cum dispensatione Pontificis non cadit à prælegato.

SVMMARIVM.

1 *Pontifex vltimas voluntates commutare potest.*
2 *Cum dispensatione Pontificis mulier potest, cui cupit, nubere sine caducitatis incursu.*
3 *Subreptionis vitium vt euitetur, narranda sunt ea in precibus, quæ si essent omissa, gratia non fuisset concessa.*
4 *Subreptionis vitium, vt euitetur, sufficit vt virtualiter in narratione quid contineatur.*
5 *Habilitatio pro consequenda hæreditate trahit ad se cõsequutionem legati.*
6 *Transportatio actorum non est facienda de actis in alio iudicio factis.*

DECISIO XXVII.

Censuerunt Domini confirmandam esse decisionem in hac causa sub die 16 Decembris 1658. emanatam, in qua fuit resolutum, Catherinam non cecidisse à commodo prælegati, quamuis iuxta Matthæi Patris dispositionem cum altero filiorum Pauli eius in tertio consanguinitatis gradu coniuncto, sed cum Antonio extraneo matrimonium contraxerit, nam cum antecedenter dispensationem à Summo Pontifice obtinuisset, ad quem
1 spectat Testatoris voluntates commutare *Clem. quia contingit*, & ibi *glos. in verb. Sedis Apostolicæ Card. n.* 10. *de relig. dom. l. legatam* 5 *ff de administrat. rer. ad Ciuit. pertinen. Lapus allegat.* 87. *n* 2. & ibi *Mandos. litt. B. Grat. discept. for. cap* 458. *num.* 1. alijque allegati *in decisione post princ.* & *in Mutinen Bonorum* 23. *Iunij* 1642 §. *Non verum*
2 *vers Vndè, coram Reuerendiss. Terracinen.* Potuit absq; caducitatis incursu, cui voluerit, se nubere, *Oldrad cons.* 215. *num.* 5. *Rot. coram Eminentiss. Otthob decis* 187. *n.* 11.

Nec obstare potest obiecta exceptio subreptionis ex eo deducta, quod in impetratione dispensationis tacitum Pontifici fuit, quod ex Testamenti tenore in casu non adimpletæ per aliquam ex filiabus Testatoris dispositionis alteri adimplementi legatum acquirebatur, cum sint narranda ea, quæ possent nedum remouere Principem à concessione, sed etiam eum retardare, ne ita de fa-
3 cili concederet *c. postulasti* 7. & ibi *Abb. de rescript. c. dudum* §. 4 *de elect. Surd. cons.* 49 *n.* 27. *Mantic. decis.* 214. *n.* 2. nam placuit responsio data *in decisione* § *non obstat*, quod dum exposuit, quod Testator filias instituerat sub conditione nubendi cum filijs Pauli, & Spirita iam nupserat alteri illorum, & Catherina non intendens huiusmodi nuptijs assentire, exclusa remanebat à paterna hæreditate, vtiq; sufficiens videbatur talis narratiua continens virtualiter, & implicitè præiudicium, quod indè Spiritæ inferebatur ad euitandã
4 quamcumque subreptionem *Fælin. in c. nonnulli vers. & ideò de rescript. Aym. cons* 79 *nu* 8. *Rot. in rec. decis.* 435. *n.* 3 *p.* 4. *tom.* 2. & *decis.* 501. *nu.* 28. *p.* 5. *rec bo. me. Merlin. decis.* 35. *n.* 11. & 12. & dispensationem concedendo Catherinæ pro di-
5 cta hæreditate obtinenda, quæ maior est, censendum facilius est voluisse eam habilitare pro consequutione legati, quod est minus, vt aduertit *Bellamer. cons.* 33. *n* 18. *Capic. contr.* 160. *nu.* 26. *vers Verùm.*

Non releuat defectus transportationis actorum, nam cum acta, quæ prætenduntur non fuisse trãsportata, sint facta in iudicio manutentionis, à quo non fuit causa ad Curiam deuoluta, sed super negotio principali, in quo Iudex mandauerat fieri
6 compromissum, & sic in diuerso non erant transportanda, *Conar. pract. quæst. cap.* 14 *nu.* 4. *Rot. decis.* 174. & *decis.* 300. *nu.* 1. *p.* 2. *vol cons. Farin.* & *decis* 49. *n* 5. *p.* 5 *rec.*

Et ita, vnica tamen parte informante &c.

R. P. D. CERRO.

Romana, seù Florentina Transactionis.

Mercurij 4. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Transactio inita super re spirituali non tenet.

SVMMARIVM.

1 *Concordia inita super validitate professionis, & statu religioso mediante promissione pecuniæ sinè licentia superioris non valet.*
2 *Non valet transactio facta super Monachatu, sine vt quis Monachus remaneat, siuè vt secularis euadat.*
3 *Transactio in materia religiositatis sustineri non potest; cum si pecunia detur sit simoniaca si nihil transactio non intret.*
4 *Licet possit aliquid dari pro Religiosi substentatione, non tamen ad hoc vt ingrediatur Religionem, vel in ea permaneat sine superioris authoritate.*
5 *Promissio pecuniæ, & susceptio oneris an censetur facta intuitu bonorum renunciatorum.*
6 *Negatiuè quando lis, non esset introducta principaliter super re temporali, sed super spirituali.*
7 *Negatiuè secundò, quando res temporalis est inseparabilis a spirituali, quia cum tunc non possit magis referri ad vnam, quàm ad aliam, intrat simonia.*
8 *Tunc res spiritualis dicitur inseparabilis à temporali, cum habet vtraque originem ab eadem causa.*
9 *Potest transigi super recessu à lite.*
10 *Valet transactio super recessu a lite de re spirituali quando qui dat pecuniam, vel aliud, rem obtinet prætio titulo, sed ita dat. vt vexationem redimat.*
11 *Concordia si est valida continet exceptionem litis finitæ, & impedit noua litis ingressum.*
11 *Concordia inita super lite finita, vel cuius exitus sit certissimus non valet.*

DECISIO XXVIII.

CONsulta S. Rota, & ab ipsa 28. Aprilis 1659. tradito voto super inualiditate professionis D. Marchionis Petri Corsini ex rationibus maturè, & latè discussis in duabus decisionibus editis 13. Ianuarij 1653. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Tarraconen. & 27. Ianuarij 1659. coram Reuerendissimo D. meo Episcopo Papien. Per apocham priuatam inter ipsum, & D Marchionem Andream eius fratrem inita fuit concordia, in qua inter cætera fuit conuentum, quod cum vltra annuam præstationem debitam D. Marchioni Petro superesset solutio scutorum 7000. pro residuo 10000. Marchio Andreas ei promisit soluere, prout soluit, scuta 3500. & pro alijs 3500. annuam responsionem scutorum 245. eius vita durante, nec non assumpsit in se onus persoluendi qualscumque impositiones etiam extraordinarias tàm præteritas, quam futuras, & demum in vltimo Capitulo ita conclusum fuit, ibi. (Et essendo in oltre seguita trà detti Signori Fratelli longa, e trauagliosa lite sopra la validità della Professione del Signor Marchese Pietro nella Religione di Malta, sopra della quale essendo dalla Sac. Rota Romana vscite più decisioni, quindi è che in virtù della præsente Concordia scambieuolmente si promettono l'vn l'altro di non proseguir più auanti detta lite, nè di cercar respettiuamente sentenza, ò reuisione, nè far'atto alcuno da hora innanzi diretto à questo fine, mà di ritirarsene ciascuna delle parti totalmente per viuere in pace, e quiete volendo, che in caso di trasgressione s'intenda subito cessata la sudetta renuncia dell'anno 1636. e questa presente concordia ancora &c. riducendo con detta cessatione le cose à i termini della ragione, e del douere &c. *Summario* vtriusque partis *num.* 1.)

Verum cum Marchio Petrus peteret ab Eminentissimo Domino Cardinali Ginetto Iudice deputato expeditionem sententiæ ad formam Voti Rotalis, se opposuit Marchio Andreas exhibendo dictam concordiam; Vnde placuit eidem Eminentissimo super hoc etiam consulere Rotam, An obstet concordia, itaut non sit procedendum ad vlteriora, & hodie negatiuè responsum fuit, Concordiam scilicet non obstare expeditioni sententiæ super nullitate professionis.

Cum enim ex ea appareat initam fuisse super validitate professionis, & Statu Religioso Marchio-
1 nis Petri, mediante promissione pecuniæ, & assumptione oneris impositionis, sine licentia Superioris, Simoniaca est, & non obligat. *cap. cum pridem. de pact. cap. vlt. de rer permut. cap. præterea 1. & 2. de transact. cap. 2. de arbitr. Abb. in dict. cap. præterea ii prin. o in princ. versic. super iure, & num. , de transact. Mobed. decis. 5 de Simon. Pat. decis 42 lib. 2. in correct. Suar de relig. tom. 1 lib. 4. tit. de Simon. cap. 51 n. 6 Bonac. oper. moral tom. 1. titul. de Simon. disputat 1 q. 4. p. 15 in prima propositione n. 3.*

2 Et in indiuiduo transactionis factæ super Monacatu, siue vt quis Monachus remaneat, siue vt Sæcularis euadat, *tradunt communiter DD. in l. fin. C de transact. reprobata glossa ibidem vers. serui. & versic. item nota, & signanter Bart. num. 2. versic verum est, quod in causa Bald. n. 3. & sub n. 4. versic. quod etiam, Paul. de Castr. n. 3.* vbi quod oportet istam quæstionem dirimi per sententiam diffinitiuam, quæ habebitur pro veritate, subdens, quod & si quis possit facere se Monachum, propterea hoc non vitiatur transactio, sed videtur vitiari, si de-
3 tur pecunia, cum contineat Simoniam, *Salicet. n. 3. vers sed dic contra, & Ias. sub nu. 1. vers. ipsa glosa malè dicit*, firmans quod in hac materia transactio nullo modo sustineri potest, quia aut nihil datur, & corruit, ex quo fieri non potest nisi aliquo hinc indè dato, vel remisso *l. Transactio C. de transact.* aut datur aliquid, & causa Monachationis est Simonia.

4 Licet enim non sit illicitum aliquid tradere pro congrua Religiosi substentatione, cum non detur temporale pro spirituali, sed temporale pro temporali; vbicumque tamen datur aliquid, vt quis ingrediatur Religionem, vel vt in ea permaneat Religiosus, tunc pro Spirituali datur temporale, & consequenter non substinetur cessante Superioris authoritate *Nauar. cons. 86. n. 1 & 2. lib. 5. de Simon. Azor. instit. moral part. 3. lib. 12. cap. 15. in princ. & vers. 5. quæritur*, vbi in specie loquitur de ordine Militari *Summ. Siluestr. verb. Simonia 15. quæst. post princ. vers. quia planè esset Simonia Sot. de iust. & iur. lib. 9. quæst. 6. artic. 2. circa finem vers. ad quartum argumentum Less. eod. tract. lib. 2. cap. 35. dub. 12. Saach consil. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 23. in princ Suarez vbi supra d. tom. lib. 4 tit de Simonia c. 17. n. 5. & S. Bonac. vbi supra d. diput. 1. q. 4. §. 8 n. 3.*

5 Non obstat quod promissio pecuniæ, & susceptio oneris facta censeatur intuitu bonorum renunciatorum, & sic pro re temporali, vt voluit *Tondut. Sanleger. quæst. & resol. benefic. tom. 1. cap. 96. sub n. 24.*

6 Quia quicquid sit de veritate eius opinionis, de qua etiam ipse dubitasse videtur *sub nu. 25. vers. sed ego salua*. Id forsan posset admitti, si lis principaliter fuisset introducta super re temporali distincta, & separata à re spirituali, cum quo supposito ipse transit, vt declarat *sub nu. 28 vers. & sic cum dictæ prætensiones*, inferens exindè, quod promissio seù traditio annui redditus facta in transactione, correspectiuè facta censeatur pro re duntaxat temporali distincta à spirituali, & sic in causam licitam; At in casu nostro lis principaliter introducta fuit super re spirituali, nempè super nullitate professionis, vt conuincunt decisiones desuper emanatæ, & Votum Rotale, in quibus de alio non agitur quam de dicta nullitate, & consequenter desuper celebrata transactio correspectiuè referri debet ad ipsam rem spiritualem, quæ principaliter erat in lite, & sic in causam illicitam, vt probant omnes authoritates supra allegatæ, & signanter *Rota apud Mobedan. dict. decis. 5. de Simonia, & apud Put. dict. decis. 42. lib. 2. in correct. & ita declarando admittit idem Tondut. dict. n. 28. vers. præterea promissio, & clarius nu. 31.* vbi ita respondet præfatis decisionibus, & ponit hæc præcisa verba, idem. (Item in casu illarum decisionum renunciabatur liti, quæ simpliciter erat super re spirituali, nempè super beneficio, hic autem agebatur de bonis, quæ Religiosus ob nullitatem professionis ad se pertinere contendebat, & num. 33. ibi Et generale est vt quando litigatur super spiritualibus simul, & temporalibus tran-

transactio fieri possit per dationem rei temporalis.)

7 Et quamuis in consequentiam huius litis veniat res temporalis, nempè resolutio renunciationis, & recuperatio bonorum, attamen quia est annexa, indiuidua, & inseparabilis à re spirituali, nempè à nullitate professionis, ratione huius connexionis, indiuiduitatis, & inseparabilitatis, quicquid fuit in transactione datum, vel promissum, non potest plus referri ad temporalitatem, quam ad spiritualitatem, ac per consequens labes Simoniæ non euitatur *vt probat text. in cap. quæsitus 9. gener. litet de rer. permut. ibi* (Prætertim pactione præmissa, quæ circa Spiritualia, vel connexa Spiritualibus labem semper continet Simonia, ibique glosæ verb Simoniæ.) *Mohedan. dict. decis. 5. in fin. vers. tamen fuit dictum. ibi* (Quod cum tota conuentio sit indiuiduæ totum, & quælibet res, quæ datur ex vna parte, intelligitur datur dari pro toto, quod ex altera parte datur, quia est correspectiuum.) *Put. dict. decis. 42. parnter in fine vers. tamen quia dabantur lib. 2. id correct. benè Bonac. oper. moral. tom. 1. tit. de Simonia disputat. 1. q. 4. §. 11. in 3. proposit. n. 8 cum seqq.* Probans quod annexum consequenter Spiritualibus materia est Simoniæ, vt propterea absque eius labe illud vendi non possit, nec desuper fieri aliqua pactio.

Quodque in proposito resolutio renunciationis, & recuperatio bonorum annexa, & indiuidua sit, ac inseparabilis à materia professionis, clarè etiam conuincitur ex tenore ipsiusmet concordiæ, ex qua apertè educitur, quod super vno sine altero nullatenus fuisset transactum, vt præcceteris ostendit pactum resolutiuum in fine adiectum, *ibi*, (Volendo, che in caso di trasgressione s'intenda subito cessata la detta renuncia dell' anno 1636. e questa præsente concordia ancora &c.) Cumque

8 vtrumque processerit, & originem habuerit ab eadem causa professionis, hoc est signum euidens indiuiduitatis, & inseparabilitatis *ex deductis per Rot. in rec. decis. 554. n. 3. 4. & 5. part. 4. tom. 3.*

9 Non obstat, quod licita sit transactio super recessu à lite ex *Suarez. vbi supra d. tom. 1. lib. 4. cap. 51. num. 15.*

Omisso enim quod isti fratres non recesserunt duntaxat à lite, sed principaliter transegerunt super validitate professionis, vt apparet non solum ab expressis in apocha, sed etiam ex postea subsequutis, cum Marchio Andreas opposuerit concordiam, vt frater remaneat in professione, & Statu Religioso; Domini amplexi fuerunt communem distinctionem Canonistarum, vt tunc solum licitus sit recessus à lite super re Spirituali, mediante pecunia, vel alia re temporali, quando qui dat pecuniam pro tali recessu, iustè obtinet rem spiritualem prætio legitimo titulo, & vult simpliciter se liberare ab iniustis vexationibus per collitigantem sibi illatis, tunc enim quia exinde solùm redimuntur iniustæ vexationes, nec illas redimens aliquod nouum ius acquirit super re spiri-

10 tuali, quæ permanet secundum iustitiam, & iuxta legitimum titulum apud eum, & in eo Statu, in quo de iure esse debet, nulla desuper cadit Simonia *Abb. in d. cap. cum pridem num. 9. de pact. Fælin. in cap. Dilectus il primo n. 2. vers. nisi vexatio, & n. 4. vers. 3. limita de Simon. Anchar. cons. 34. vers. quia ergo Nauar. cons. 38. n. 2. lib. 5. de Simon. Paris. cons. 135. n. 20. lib. 4. Menoch. cons. 67. n. 17. Pyrr. Corrad. in prax. benefic. lib. 4. cap. 5. sub n. 59. vers. primus est*, vbi *s. b num. 60* dicit hoc etiam esse valdè periculosum sine authoritate Superioris; At quando, prout hic, pecunia datur ab eo, qui iniustam habens prætensionem succubuit, & sic ea mediante, parat sibi viam ad consequendam rem Spiritualem, quam litigando de iure, & secundum iustitiam non potuit, nec potest obtinere, hoc vtique non est redimere vexationes, cum ab ipso præstitæ fuerint, sed est rem spiritualem procurare mediante re temporali, quàm aliàs consequi non poterat, vt optimè distinguendo probant *Nauarr. cons. 4. nu. 20. dict. lib. 5. de Simon. Sanchez. cons. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 3. nu. 3. & 4. Suar. de relig. d. tom. 1. lib. 4. tit. de Simon. cap. 50. n. 2. & d. cap. 51. sub d. nu. 15. Castropal. oper. moral. part. 3. tract. 17. tit. de Simon. disput. 3. punct. 20. nu. 1. 2. & 3. Corrad. vbi supra dict. lib. 4. d. cap. 5. sub dict. nu. 59. vers. & est trita conclusio.*

Nec refert quod Marchio Andreas tanquam merus tertius nullum ius circa professionem acquirere potuerit; nam satis acquisiuisse sperabat retinendo fratrem vinculis Religionis obstrictum, quod erat, & est principale suæ intentionis motiuum, vt docuit experientia, dum acerrimè litigauit, & acriter contendit illius professionem esse validam, & non posse expedire sententiam super eius nullitate, etiam ipsa Religione pro nulla eam declarante. Hinc enim negari nequit, quin aliquid acquirere intendebat reducendo, & retinendo fratrem in eo statu incerto suæ personæ, in quo erat ante motam litem sic eludendo resolutiones, & Votum Sac. Rotæ. Quo ad rem firma rema-

11 nente concordia super recessu à lite, possit Petrus mediante nouo Iudicio, & noua commissione iterum petere declarationem nullitatis suæ professionis, in Iure non subsistit, quia concordia quando valida est non solum continet exceptionem litis finitæ, sed etiam impedit nouæ litis ingressum *cap. 1. de lit. contest. in §. l. causis & l. fratris C. de transact. Rol. n cons. 28. nu. 16 lib. 4. Rot. coram sanct. memor. Gregor. decis. 354. n. 1. coram Card. Caual decis. 550. n. 2. in recent. decis. 218 nu. 1. part. 7. & in Romana donationis 9. Decembr. 1650. coram Reuerendiss. Tarraconen. sub §. 1.*

12 Duo prætereà Domini ponderarunt, Alterum quod concordia inita fuit super lite non vtique pendente, & cuius esset incertus exitus, sed super lite, vel iam terminata, vel saltem cuius finis erat certissimus, cum causa reperiretur commissa de Voto Rotæ appellatione Remota, & iam Rota, vt dictum est, tradiderat votum, quo casu substineri non posse firmant *Roman. cons. 517. nu. 18. Aymon cons. 152. nu. 10. & 11. quos sequuta fuit Rota in Bonon. nullitatis Concordiæ 12. Iun. 1645. cor. me §. At his neutrum.*

Alterum quod in eadem concordia nõ fuit promissa eiusdem obseruantia, nec in casu contrario adiecta pœna, nec est iuramento, minusque obligatione Camerali vallata, sed solum appositum fuit supradictum pactum resolutiuum, ibi, (Volendo che in caso di trasgressione s'intenda subito

Bbb 2 cessa-

cessata la detta renuntia dell'anno 1636 e questa presente concordia ancora &c riducendo con detta Cessatione le cose à i termini della ragione, e del douere &c.

Hinc enim Domini censuerunt, quod attenta subiecta materia Partes intellexerint admittere resolutionem transactionis, & omnia reducere ad terminos Iuris propter solam contrauentionem alterius, & sic voluisse, quod etiam altera obseruante pactum resolutiuum operetur effectum suum, vt scilicet transactio resoluta remaneat per indè ac si celebrata non fuisset *Bald. in l. ea lege nu. 13. vers. Ego dico C. de condit. ob caus. Ias. in l. quamuis in fin nu. 4 de transact. Aym. cons. 145. n. 19. Caputaq. decis. 315. num. 2. part. 4. Penia. decis. 274 nu. 2. Eminentiss. Otthob. decis. 159. n. 19.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CERRO.

Senensis Fideicommissi.

Lunæ 5. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Pluralitas resoluitur in singularitates quando non adest reciproca, quæ non inducitur ex eo, quod sit habita ratio conseruandæ Agnationis.

SVMMARIVM.

1 *Vocato ad fideicommissum proximiori de familia ille admittitur, qui talis reperitur de tempore purificatæ conditionis.*

2 *Ad hoc vt substitutus admittatur non est necesse, quod conditio purificetur in vtroque vocato quando non adest substitutio reciproca.*

3 *Pluralitas respiciens diuersas personas resoluitur in suas singularitates perindè ac si cuilibet ex nominatis facta fuisset.*

4 *Cessante reciproca, licet verba substitutionis sint directa ad grauatos, pluralitas resoluitur in singularitates.*

5 *Sola ratio conseruandæ Agnationis non sufficit ad inducendam reciprocam de linea ad lineam, sed solum inter descendentes vniuscuiusq; lineæ.*

6 *Filius non subintrat in locum Patris in fideicommisso transuersali vltra primum gradum.*

7 *Fideicommissum conditionale non transmittitur si vocatus decessit pendente conditione, nec vrgeant in contrarium coniecturæ voluntatis Testatoris.*

DECISIO XXIX.

Hæredem vniuersalem Porphyrius sibi scripsit in Testamento condito 1577. Virginiam vxorem, quam restituere grauauit omnia eius bona stabilia vni, vel pluribus masculis, cui, vel quibus eidem Virginiæ videbitur, & placebit de Familia Testatoris; Et in casu non factæ declarationis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit proximiores masculos de dicta familia venientes ab intestato *Summ. num. 1.*

Deinde anno 1583. condidit Codicillos, in quibus declarando meliùs eius intentionem, quod sua bona stabilia semper, & in perpetuum conseruentur in eius familia, his verbis disposuit, ibi *Idcircò, si de eis quo aliquis esset nominatus à præfata D. Virginia, vel ob non factam dictam nominationem succedere ab intestato, qui postmodum decederet, aut decederent absque filijs legitimis, & naturalibus masculis, tali casu illi vel illis vt supra decedentibus intelligantur esse, & sint substituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum illi masculi de familia, &c. qui erunt proximiores de tempore in tempus. Summ. num. 2.*

Defuncto Testatore, Virginia hæres grauata nominauit Fortunauit filium Antonij Mariæ, & Christophorum filium Octauian quemlibet pro virili, prout Testatori successerunt, & ex ijs post mortem Virginiæ primo decessit Fortunius, superstite Valerio filio, qui pariter obijt cum filio nuncupato Fortunio iuniori pacificè possidente medietatem bonorum stabilium Testatoris, in qua eius Auus fuerat nominatus.

Cum verò defecerit Christophorus, nullis relictis liberis, Angelus filius Caroli fratris Fortunij senioris tamquam proximior Porphyrij fideicommittentis, & Christophori vltimi defuncti, adeptus fuit possessionem alterius medietatis bonorum Testatoris eidem Christophoro obuentæ, sed prætendente in ea succedere supradicto Fortunio iuniori, hodie quæsitum fuit ad cuius fauorem constet de fideicommisso Porphirij, & pro Angelo fauorabilis prodijt resolutio.

Patet enim ex inspectione Arboris familiæ Testatoris, quod ipse proximior est tam grauati, quàm

1 grauato, ideò mortuo Christophoro sine filij; in portione ipsius ad sui fauorem purificata fuit substitutio proximiorum, & aperta successio, *l. cum ita legatur 33 §. in fideic. & l. peto 71. §. fratre ff. de leg. 2. Bursat. cons. 170. n. 16 lib. 2. Peregr. de fideic. art. 21. n. 2. vers. Atque cum proximiores.*

Non obstat quod non sit impleta conditio obitus sine filijs in vtroque nominato, dum ex Fortunio seniori adest Fortunius iunior eius Nepos ex Valerio filio.

Vrgeret enim obiectum, si inter nominatos,

2 eorumque descendentes expressè, vel tacitè per Testatorem ordinata fuisset substitutio reciproca, *vt tradit Rip. in l. hæredes mei §. cum ità n. 136. ff. ad Trebell.* At quia in casu nostro, nec expressa legitur, nec tacita subintelligi potest, quæ veniat in necessariam consequentiam verborum expressorum, dum non concurrunt vrgentes coniecturæ, nec Testator dixit, quod ab vltimo ex honoratis tota hæreditas alteri restituatur, vt opus est, *pertex. in l. Titia Seio §. Scia libertis ff. de leg. Socin. Iun. cons. 110. n. 17. & 18. lib. 3 Peregr. in his terminis cons. 53. n. 1. lib. 6. Rot. in rec. decis. 192. n. 3 par. 8* Sed simpliciter vno, vel pluribus nominatis à Virginia, illi vel illis sine filijs legitimis, & naturalibus decedentibus, proximiores de familia substituit *Summ. dict n. 2.* hoc

3 vtique casu non exigitur copulatiua purificatio cōditionis respectu vtriusque, sed ea purificata in vno, quo ad eius portionem habet locum substitutio, quia cum respiciat diuersas personas, resoluitur in singularitates perindè ac si cuilibet ex nominatis facta fuisset, *iux. responsum Papiniani in dict. l. hæredes mei §. cum ità ff ad Trebell. ibique Rip. dict. nu. 136. vers. ex qua responsione,* admittens

tens quod cessante reciproca, etsi verba substitutionis directa sint ad grauatos, prout hic, pluralitas necessario resoluitur in singularitates, *in puncto Peregr. d. conf. 52. nu. 4 lib. 6. Card. Seraph. decis. 1190. num. 4. & 5.*

4

Nec obstat ratio conseruandi Agnationem resultans ex declaratione facta per Testatorem in codicillis, quod eius bona stabilia semper, & in perpetuum conseruentur in sua familia. Quia de per se sola non sufficit ad inducendam reciprocam de linea ad lineam, sed intelligitur iuxta gradus expressos discretiuè inter descendentes vniuscuius-
5 que lineæ, vt scilicet portio cuiuslibet ex nominatis inter eius descendentes conseruetur *Menoch. conf. 376. n. 40. vers. respondetur primo. Card. Seraph. decis. 1023. nu. 9. Rota in Florent. seu Bononien. de Barbadoris 25. Iunij 1640. coram bo. mem. Coccino, §. Hinc non obstat*, in qua firmatur, quod hoc facilius admittitur, quando, prout hic, non agitur de descendentibus, sed de transuersalibus Testatoris.

Nec dicatur, quod saltem Fortunius iunior subintret in locum Valerij Patris, & sic considerari debeat tanquam existens in pari gradu cum Angelo. Quia cum non versemur in fideicommisso Ascendentis, nec Transuersalis primi gradus, sed transuersalis gradus vlterioris, filius non subintrat in locum Patris, nec nepos concurrit cum Patruo,
6 sed habet locum regula Prior in gradu, potior in in successione. *Dec. conf. 1. n. 3. & conf. 217 n. 2. Curt. Iun conf. 128 n. 11. Crass. de success. §. fideicommissum quæst. 11. n. 5. Fachin contr. iur. lib. 4 cap 84. §. fin. vers. sequitur Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 3 in fin. & seq. Peregr. de fideic. dict. art 21. num. 8. Thesaur. decis. 65 nu. 1. vers. contrarium tamen est verius.*

7 Minùsque Fortunius viuens iure transmissionis successionem prætendere potest, quia cum pariter versemur in fideicommisso conditionali ad filios non trasmittitur, quando Pater, prout hic, pendente conditione decessit, non concurrentibus coniecturis contrariæ voluntatis Testatoris, quæ vrgentes esse debent, *vt per tex. in l. vnic. § sin autem C. de caduc. toll probat glos. communiter approbata in l. vnic ver. derelict. C. de his qui ant. ap. tab. Bart in l. hæredes mei §. cum ita n. 2. ff. ad Trebell. Peregr. conf. 56. n. 4 lib. 5. & de fideic. art. 31. n 6. Card Seraph. dec 1479. n. 5. cum alijs alleg. in Rom. de Millinis 15. Iannarij 1644. §. & hinc est, & in Fauentina bonorum 27. Iunij 1659. §. nec obstat existentia cum seqq. coram me.*

Et ita &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana, seù Sabinen. fideicommissi.

Merc. 14. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

MAtrimonium, & filiatio legitima, ex quibus probentur.

SVMMARIVM.

1 *Adimpletis conditionibus fideicommissum purificatur.*
2 *Natus ex muliere præsumitur filius mariti, non adulteri.*
3 *Tractatus, nominatio, & agnitio in filium, cum alimentorum præstatione quando arguant quasi possessionem filiationis.*
4 *Matrimonium primum quando non agitur de dirimendo secundo, sed ad effectum comprobandæ filiationis coniecturis probatur, & præsumptionibus.*
5 *Legitimitas probatur ex eo quod quis fuit admissus ad honores, non nisi legitimis debitos.*
6 *Confessio patris in precibus pro obtinenda legitimitate quem esse natum ex coniugata, probat filiationem.*
7 *Testes ad æternam rei memoriam examinati deponentes explicitè de matrimonio adminiculũ præbent veritatis.*
8 *Illegitimitas probatur ex omissione matris in libro baptismi.*
9 *Confessio facta in articulis datis licèt semiplenè non probet, facit tamen magnum adminiculum.*

DECISIO XXX.

SVper fideicommisso per Fabium Menichinum instituto inter Franciscum Cerosium, atq; Vincentium in Sacro Tribunali lite suborta, fauorabilem successiuè sententiam Cerosius obtinuit, à qua per apparitionem exaduerso interpositam, delata mihi causa super manutentionis articulo, dubium proposui, & Domini disputationem boni Iuris demandarunt, quod hodie Cerosio assistere censuerunt.

Etenim Fabius Ermeti, scripto hæredi, masculos ab ipso descendentes, ijsq; deficientibus fœminas substituit. Vndè cum Verius filius Ermeti fuisset, integra cessat portio fideicommissi, su-
1 perstitibus liberis obierit, fideicommissum in Francisci fauorem ex Amutisde Tiberij sorore progeniti purificationem assumpsit; vt respondit *Rot. coram bo. me. Coccino decis. 154 & decis. 84. n. 1. part. 5. rec., & in Mantuana feudi 27. Iunij 1959 in primo §. coram me.*

Nec attributa filijs legitimatis à Testatore Prælatio in concursu fæminæ legitimæ, ac descendentium ex ea poterit Vincentio suffragari, siquidem filiatio ipsius concludenti probationum genere nullatenus iustificari visa fuit. Quinimò ea ex matrimonio inter Catharinam matrem cum Ioanne Andrea Duncasio Vigente de tempore conceptionis Vincentij pænitus remouetur, cuius virtute viro, non autem Tiberio adultero susceptio prolis adscribitur *ad C. in l. filium cum definimus*, vbi
2 *post glos. notat Bald. nu. 1. cum seqq. ff. de his quæ sunt sui, vel alien. Iur. l. miles §. defuncto ff. ad l. Iuliam de adult. idemmet Bald. in l. si vicinis n. 3. C de nupt. Paris. conf. 64. n. 4. vol. 3. Gozzad conf. 17. n. 1. cum seqq. Natt. conf. 205. n. 1. Rota decis. 164. n. 1. part. 3. & decis. 353 n. 2. & 3. cum seqq. part. 5. rec. & in Bonon. fideicomm. de Victorijs 5. Maij 1653. in §. quapropter coram R. P. D. meo Tarato, & in Florentin. Oratorij 31. Maij eiusdem anni in §. cum enim coram bo. me. Bichio.*

Hinc vrgere non poterunt coniecturæ ex Tiberij comercio cum Catherinæ exercitio petitæ,

nec

nec non ex obtenta per eundemmet Tiberium le-
gitimatione Vincentij ſiuè ex tractatu, nomina-
tione, ac agnitione in filium, præſtatione alimen-
torum, nec non ex declaratione denique Tiberij
3 pro conſcientiæ exoneratione in articulo mortis
omiſſa; Hi quippe actus eumdemmet Vincentiũ
in quaſi poſſeſſione filiationis poſſent conſtituere
quoties ageretur de ſucceſſione Tiberij, ſecus ve-
rò dum de deſcendentis fideicommiſſo in Franci-
ſci fauorem aperto tractatur. Hoc ſanè caſu ineſ-
ficaces propemodum recenſentur, ſed vrgentio-
res probationes, hoc eſt abſentia Viri, ſeu ipſius
impotentia de tempore ſubſecutæ conceptionis
debent omninò concurrere, vt notat *Dec. conſ.
657. per tot. Naet. conſ 477. n 24. verſ. ad contra-
ria Peregr. conſ 16 n. 3. cum ſeqq. & n. 10. & 11.
& 15. lib 5. Grat. conſ. 178. à n. 1. vſq; ad 7. lib.
2. Surd. conſ 552. n. 21. & 22. Rot. coram Achill.
deciſ. 1. qui fil. ſint legitim. & deciſ. 164. n. 8. & 9.
p 3. & 409. n. 30. part. 5. rec. coram bo. me. Mer-
lin. deciſ. 716 n. cum alijs relatis iurib. in deci-
ſionibus æditis in cauſa 20. Maij 1658. & 2. Maij
ſequentis anni coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et licèt matrimonium in præcedenti inſtantia
admiſſum nunc exaduerſo negetur, non tamen in
dubium poterit reuocari, dum illud ex pluribus
4 coniecturis, & perſumptionibus ſuadetur in pro-
prio caſu admittendis, quod de matrimonij ſede-
re incidenter ad effectum comprobandæ ſcilicet
filiationis exquiritur, quidquid dicentur foret ſi
inter ipſoſmet coniuges de eodemmet matrimonio
perſonaliter firmando, ſeu dirimendo contingeret
diſputari, vt aduertit *Gemin. in conſ. 27. n. 7. cum
ſeqq. Pariſ conſ. 57. n. 42. & 43 cum plurib. ſeqq.
lib. 4. Menoch. conſ 490. n. 6. Rot. coram Buratt.
deciſ. 530. n. 13. coram Greg. deciſ. 248. n. 1. & in
Colonien. legitimationis 15. Martij 1658. in §. &
licet coram*

Harum autem prima ex caractere Sacerdotali
Thomæ fratri Vincentij collato deſumitur, qui cũ
in legitimis abſque diſpenſatione conferri non
5 conſueuerit matrimonij præſumptionem ac legi-
timitatis inducit, vt poſt *Bero. conſ. 19. n. 7. lib.
2.* reſpondit *Rot. coram Caualer. deciſ 123. n. 4.
& in adducta Colonien. legitimitatis in §. Præterea,*
accedente potiſſimũ confeſſione Tiberij, Vincen-
tiũ pluries, ac ſignanter in precibus pro obtinenda
legitimitate porrectis enũciatis ex Catharina con-
6 iugata fuiſſe progenitum, vt notat *Surd. conſ. 552.
n. 15. Gozzad. conſ. 12. nu. 5. & 15. cum ſeqq. &
conſ. 13. n 44.* Quinimò enunciatiua hæc, perſpe-
cta productione legitimitatis per Vincentium ad
effectum ſuccedendi in controuerſo fideicommiſ-
ſo ſimpliciter habito aduerſus ipſum, plenè conclu-
dit, vt in ſpecie *Rot. in Rom. de Bonellis 13. No-
uembris 1613. in §. Nec viſum eſt obſtare coram
Vbaldo.* Dũ maximè in Inſtrumento contracti ma-
trimonij Cõſtantia Vincẽtij ſoror ſe filium Io: An-
dreæ deſcripſit, & tanquam talis ipſemet Vincẽtius
in Baptiſmi libro, nec non in deſcriptione matri-
monij inter ipſum cum Paula Turca contracti de-
nominatus à Parocho conuincitur.

7 Cum his, depoſitionea Teſtium de matrimo-
nio explicitè concludentium, præterea concur-
runt, quorumlibet examen ad perpetuam rei me-
moriam prodierit, maximum nihilominus præbet
adminiculum veritatis iuxtà *gloſ. in c. Cum olim
in verb. frum. de priuil.* notat *Dec. in c. in nomine
n. 31. verſ. in contrarium de teſtib. Rot. coram Ve-
rall. deciſ. 205. n. 6 & deciſ 208 n. 8. part. 2. &
deciſ. 487. n. 3. part. 2. rec. & deciſ. 166. n. 2. p. 8.*

Neque vrgere viſum fuit, quod Vincentius in
libro Baptiſmi vti Ioannis Andreæ filius ac Ca-
therinæ deſcriptus legatur quacumque coniugij
mentione poſthabita, quæ tamen quoties de filij
8 legitimi baptiſmo tractetur ad illegitimi differen-
tiam ſolet adhiberi iuxtà normam in Romano Ri-
tuali deſcriptam *fol. mihi 343. & ſeq.* Talis namque
omiſſio tot coniecturis matrimonium ſuadentibus
perſpectis Parochi debet incuriæ adſcribi, potiſſi-
mè quia Vincentius in articulis ad Ioannis Andreæ
abſentiam comprobandam exhibitis; eumdem Ca-
therinæ virum enunciauit, vt reſpondit *Rot. deciſ.
220. n. 2. ad fin. poſt 2. vol. conſil. Farinacc.* vbi quod
9 licèt articulus regulariter non fateatur, confeſſio
tamen ibidem emiſſa non leue præſefert argumẽ-
tum veritatis, vt notant *Add. ad deciſ. Greg. 141.
n. 5. & ad deciſ. Buratt. 600. n. 18.*

Et ita vtraq; &c.

R.P.D. BEVILAQVA.

Romana Augmenti dotis.

Luna 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

AN augmentum dotis ſub ea conditione, *ſi vir præmoriatur* relictum vxori, ea purificata acquiſitum fuerit vxori, vel eius hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Naturale conditionis eſt, vt verificata, omnia fingat à principio interueniſſe.*
2 *Extinguitur promiſſio ceſſante cauſa finali, ac primaria ipſius promiſſionis.*
3 *Cogitatum, & non expreſſum cenſetur conſultè omiſſum.*
4 *Propoſitum mente retentum nihil operatur.*
5 *Teſtis mediator non probat ad inducendum ſimultaneum partium conſenſum.*
6 *Superuiuere, & præmori alicui ſunt correlatiua.*
7 *Quando ſolus prædeceſſus habitus fuit in conditione per mortem adimpletur conditio, nec deſideratur [illegible] ſua ſuperuiuentia.*

DECISIO XXXI.

PErſiſtendo Domini in deciſis ſub die 9 Iunij præteriti, Iterum reſoluerunt, mandatum per Iudicem deputatum ab A. C. relaxatum contra hæredes bo. me. Vliſſis Bolognetti eſſe exequendum, & vtriuſque reſolutionis fundamentum deducebatur ex apoca per eumdem Vliſſem facta, vbi in caſu eius prædeceſſus Iuliæ vxoris grauauit hæredes ad tradendum augmentum dotis per hæc verba (E ciò nell'infraſcritto caſo, e non altrimente cioè mentre io premora ad eſſa Signora Giulia, e non reſti figliolo, ò figliola alcuna etiam poſtuma) Ex quo igitur prædeceſſu dicti Vliſſis, quod amplius

plius non controuertebatur, fuit purificata conditio, sub qua voluit, hæredes teneri ad solutio-
1 nem augmenti, ac si ab initio fuisset purè, & simpliciter promissum *l. qui balneum ff. qui potior. in pign. hab. l. fin. ff. si cert. pet. l. si decem. ff. de solut. Giouagn. cons. 35. n. 3. cons. 59. nu. 13. & cons. 98. n. 46. lib. 1. Menoch. cons. 38. n. 33. lib. 1. Rot. coram Andr. decis. 50. n. 2. bo. me. Merlin. decis. 752. num. 1.*

Non obstat, quod Vlisses grauauerit suos hæredes ad constituen. huiusmodi dotis augmentum Iuliæ vxori, ad hoc vt si illa ipsi superuiuens posset, si vellet, decentiùs secundò nubere, vel commodius in viduitate remanere, hæcque fuerit causa finalis, & primaria, vt deponit Testis mediator post emanatam aliam decisionem formiter examinatus, & omni exceptione maior, qua causa cessante per ferè instantaneam mortem dictæ Iuliæ post obitum ipsius Vlissis viri defecerit prorsus occasio renubendi, & viduandi, sicque inef-
2 ficax, & inexigibilis remanserit promissio hoc intuitu facta *l. cum te 6. C. de pact. inter empt. & vendit. l. Seio 10. in princ. ff. de ann. leg. Ancharan. cons. 47. n. 4. Becc. cons. 41. n. 19. Surd. cons. 68. n. 21. Giouagn. cons. 52. n. 44. lib. 1. Add. ad Buratt. decis. 640. n. 28.* Nam subsistit vtraque responsio in decisione data § *nec dicatur*, & prima quod in apoca promissionis fuit simpliciter adiecta conditio prędecessus Vlissis, nulla facta mentione causæ præscriptæ; Vnde tanquam ibi non scripta, etiamsi prius fuisset cogitata, cen-
3 setur deindè consultò omissa *C. ad audientiam 12. de Decim; Surd. decis. 322. n. 84. & 85. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 25. n. 42. Rot. coram S. M. Greg. XV. decis. 90. n. 15.* Altera, quod, admisso quoque, hanc fuisse Vlissis intentionem, dum apocam confecit, nihilominus irrelevans prorsus est ad eximen. hæredes à solutione quia sola intentio promissoris non facit conditionem in obligatione, nisi deducatur in pactum ab vtraque parte contrahentium intellectum, & accepta-
4 tum, aliàs enim in mente vnius retentum dicitur propositum abortiuum, & nihil operatur, vt in specie, quod integra remaneat donatio sponsę facta animo repetendi, si expresse dictum non fuerit, est *Text. in l. si repetendi 7. C. de condit. ob caus. l. si mater vestra 12. C. de donat. ante nupt., Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 1. tit. 5. n. 24. & 25. Surd. d. decis. 322. n. 85.*

Tantum autem abest, quod ex mediatoris dicto constet, fuisse Iuliæ sponsæ, & suis notificatam hanc Vlissis intentionem grauandi suos hæredes ad augmentandam dotem ad finem, vt superuiuendo posset decentius ad secundas nuptias transire, vel in viduitate commodius vitam ducere, & id fuerit ab ipsa, & à suis acceptatum, quin potius ingenuè veritatem fassus fuerit, se id nescire reddere rationem, quia cum illis ex se non tractauit, sed per alios mediatores, & interpositas personas, ibi (Se fosse poi accettato dalla Signora Giulia Muti, e da Signori suoi fratelli, io non lo sò, ne posso sapere, perche con essi non hò trattato à drittura;) & hinc nihil probat, quamuis mediatoribus hanc Vlissis voluntatem notificasset, nisi etiam constiterit à prædictis fuisse relatam principalibus contrahentibus; & ab ipsis mutuo, & simultaneo consensu fuisse acceptatam, nec aliter Testis mediator concludit ad in-
5 ducendam partium obligationem *l. pr. & l. ab emptore ff. de pact. Menoch. cons. 893. num. 12. & 13. Rot. decis. 125. num. 4. in fin. p. 4. rec.*

Nec dicatur, quod conditio prædecessus Vlissis necessariò inferat superuiuentiam Iuliæ, ex
6 quo præmori, & superuiuere alicui sunt inter se correlatiua, & vnus non dicitur præmortuus, nisi alter non superuiuat, neq; superuiuens, si alius non præmoriatur *l. fin. C. de ind. Vid. toll. Gabr. de leg. lib. 6. quęst. 3. num. 1.* & propterea ad effectum, de quo agitur, nihil refert considerata expressio Viri præmorientis, secumferentis superuiuentiam Vxoris, quia DD. aduertebant non modicum esse discrimen inter dispositionem factam cum conditione præmorientiæ, & superuiuentiæ, vbi enim superuiuentia est in conditione, tunc dubitari contigit, si momentanea sufficiat, vel requiratur successiua duratio, & superuiuentia ad aliquem effectum, secus quando, vt in
7 proposito, solus prædecessus est in conditione, nam tali casu non cadit disceptatio successiuitatis post mortem, quę momento, & in puncto verificatur, eodemque instanti conditio adimpletur *ad Text. in l. si quis hæredem ff. de substit. & instit. Dec. in c. Pastoralis 14. n. 16. & 17. de rescript., Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 44. nu. 10. Fanuc. de moment. tempor. cap. 10. n. 6. & 7. Rot. decis. 31. in fin. part. 2. rec.* & respondet *alia decis. §. Quæ eò facilius*, in qua Domini perstiterunt.

Et ita vtraq; parte informante, &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Fulginatensis dotis.

Lunæ 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

ASsignatio supradotis omnium bonorum facta filię matrimonium contrahenti per instrumentum, in quo ipsam hæredem confirmauit, pro ve instituit in testamento, exceptis legatis factis in ipso non est donatio inter viuos, nec sustinetur, omissis solemnitatibus Statutarijs.

SVMMARIVM.

1 *Traditio donationis mentionem faciens testamenti præcedentis sortitur naturam primæ dispositionis.*

2 *Non est donatio inter viuos, si omittatur pactum de non reuocando, solitum apponi.*

3 *Censetur donantem habuisse actum donationis pro reuocabili, si vni donata eadem bona alteri tradidit.*

4 *Testator reuocans relictum videtur nolle donare inter viuos.*

5 *Donatarius de re donata disponens cum conditione* si donans non reuocauerit *videtur habuisse actum pro reuocabili.*

6 *Prærentiua hæreditatis traditio etiam in capitulis matrimonialibus facta potest reuocari per donationem à donante alteri collatam.*

7 *Donatio in vltima voluntate habet tacitam conditionem* (dummodo testator perseueret vsque ad obitum.)

8 *Dona-*

R. P. D. TAIA.

Hispalensis Decimarum.

Luna 26. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

DE re iudicata quando constare dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Post decendium res transit in iudicatum.*
2 *In appellatione coram Auditoribus Rotæ terminus habitus pro seruato durat dies 15. & in vltima audientia per mensem.*
3 *Appellatio interponi debet intra dies decem non à die sententiæ, sed à die termini habiti pro seruato.*
4 *Decanus, & Capitulum sunt generales, & perpetui administratores Archiepiscopatus decimarum.*
5 *Possessio immemorabilis, vel quadragenaria cum titulo requiritur ad præscribendas decimas contra Archiepiscopū.*
6 *Decimarum prædialium solutio ab eo, qui in vna Parochia degit, & in alia prædia colit, fieri debet, vbi sita sunt prædia.*
7 *Priuilegium simplex de non soluendo decimas intelligitur de extraordinarijs.*
8 *Non derogatur decretis emanatis in aliquo Concilio Generali, nisi facta de illo mentione expressa, & indiuidua.*
9 *Testes deponentes de immemorabili debent esse ætatis annorum 54. dempto tempore litis motæ.*
10 *Testes de immemorabili debent deponere de omnibus requisitis circa eam, nec sufficit si vnus deponet de vno, & alter de alio.*
11 *Consuetudo, aut præscriptio potest eximere à decimis bona sita in alterius territorio.*
12 *Præscriptio quadragenaria non sufficit sine titulo ad eximendum huiusmodi bona à decimis.*
13 *Sententia condemnans ad solutionem decimarum tollit præscriptionem, & consuetudinem circa ipsas.*
14 *Immemorabilis non probatur per scripturas, quinimo excluditur si constat de initio, & num. 15.*
16 *Immemorabilis probatur per enuntiatiuas in antiquis scripturis.*
17 *Immemorabilis ea est natura, vt non liceat in ea assignare principium alicuius temporis.*

DECISIO XXXIII.

COnstare de re iudicata Domini responderunt;
Quia pronunciatum fuit 7. Iulij 1659 & appel-
1 latum 2. Aug. & tàm antè, quàm longè post de-
cendium *Auth. hodie C. de appell. & cap. 8. eod.*
in 6. cum alijs apud *Scacc. dicto tract. quæst. 12. n. 2.*
Neq; opitulatur terminus habitus pro seruato d.
die 7. coram Auditoribus Rotæ 15. dierum, & in
vltima audientia mensis, *Scacc. de app. quæst. 12.*
n. 8. & q. 14. nu. 11. in fin. conteste *Mederno Ca-*
puccio prax. maior. p. 1. cap. 2. n. 60. & p. 2. cap. 8.
num. 164. & 165.
Quia pars debet appellare intrà decem dies in-
3 choandos non ex die sententiæ, sed ex die termini
habiti pro seruato, quia ad illum diem retrotrahi-
tur sententia, quæ postea fertur durante termino
pro seruato *Scacc. ad reg. Cancell. glos. 60. nu. 81.*
cum præcedent. & seqq. decis. 176. sub n. p. p. 3. rec.
Et cautius, quia congruere visa est validitas
eiusdem sententiæ non controuersa, & iustitia de-
monstrata iam *in dec.* numeris omnibus absolutis-
sima *R. P. D. Cerri Decani 16. Iunij 1659.* præ-
sertim §. *Quandoquidem* cum allegat., & præcipuè
Rot. decis. 180. n. 9. & 10. p. 7. nempè intentione
Episcopi iure communi fundata *c. dudum 30. de*
decim, cuius Hispalen. Archiepiscopi, & Parochi
iure vtuntur Decanus, & Capitulum tanquam ge-
4 nerales, & perpetui Administratores reddituum,
& omnium decimarum Archiepiscopatus. nec su-
per hac probatione apud Dominos remanet diffi-
cultas, vt inquit *dicta decisio dicto loco, & decis. 211.*
n. 4. apud Posth. de manut. post celebrem decisionem
Hispalen. iuris nominandi 29. Aprilis 1613. coram
Pamphilio, & propterea Monasterium contra Ar-
chiepiscopum debeat docere de Immemorabili
5 possessione, aut de quadragenaria cum titulo ad
cap. 1. de præscript. in 6. inquit *Rot. apud Coccin.*
decis. 485. nu. 2. cum alleg.
Neq; etiam excludi visa est hæc iuris assistentia
aliquo iure, & præsertim quod cura animarum sit
penes Monasterium, & à Priore Sacramenta mini-
strentur Monachis, & Monasterijs S. Pontij, adeo-
que Clerici à Clericis, ac Leuitæ à Leuitis deci-
mas exigant *cap. 2. de decim.*
6 Quia clarum est, quod qui habet prædia in alia
Parochia, ibi dare debet decimas illorum prædio-
rum secundùm *glos. diuers. C. cum sint homines 30.*
de decimis Rot. decis. 169. nu. 4. p. 5. de Ecclesia,
Clericis, Prælatis, habentibus prædia intrà fines
alterius Parochiæ post alios *ad d. cap. 2.* firmat *Co-*
uar. var. resol. 17. n. 8. vers. Secundo lib. 1. Monet.
de decim. cap. 5. nu. 6. & 9.
Ita nec excludi visa est eadem iuris assistentia
priuilegio aliquo, quia omissis priuilegijs genera-
libus ordinis aliàs, & sæpè ad hoc reuolutis, & re-
probatis *coram Seraphin. decis. 1293. sub num. 6.*
decis. 40. ab initio p. 4. rec. cum alijs in d. decis. Re-
uerendiss. D. §. non obstat. Breue speciale Papæ
Nicolai V. Pariter visum est non sufficere, tum
quia non meminerit expressim de decimis requi-
rentibus vti ordinarijs spiritualibus mentionem
expressiorem, quia priuilegium simpliciter exi-
mens à Decimis bona, est intelligendum, ta-
men de decimis extraordinarijs, vt puta datijs, pe-
7 dagijs, taxis, & similibus, quæ imponuntur, non
autem de ordinarijs, quæ absq; vllo prorsus homi-
nis ministerio, sed de iure Diuino debentur, inquit
Rota in alia simili Hispalen. Decimarum de Barao-
na 16. Martij 1646. ad finem coram Reuerendiss. D.
Cerro Decano, & decis. 65. lib. 3. coram Put. & alijs;
8 tum & quia nominatim non derogauit dispositioni
conciliari *c. nuper de decim.* ad sæpè decisa *à Rota*
coram Caualer. decis. 219. num. 3. & 4. & coram
Coccin. decis. 279. num. 7. & coram Eminentiss. D.
Card. Ottbob decis. 185. n. 14. & 15.
Immemorabilis autem, quæ supra quadragena-
ria sine titulo vnica proponebatur, probata visa
non est defectu Testium, qui (præter tres) requi-
9 sitam ætatem annorum 54 dempto tempore litis
motæ non habent iuxtà obseruantiam Rotæ, vt
coram *Buratt. decis. 673. nu. 2* &, ibi *Add. sub*
12. cum alleg. & alijs in d. decis. Reuerendiss. D. §.
Quoniam Testes; & defectu testimoniorū, & for-
mæ præscriptæ *à glos. vlt. c. 1. de præscript. in 6*
quam passim Rota sequitur, & *coram Lud. decis.*

 196.

196. *n.* 1. & ibi *Add. in* 6. *&* 8. vt omnes Testes
10 deponant de omnibus ad immemorabilis proba-
tionem requisitis, vt adnotatur *Add. dec.* 673. *nu.*
10. *cum alleg.* hoc est, vt dicant Testes præscri-
bentes, quod semper viderunt, & audiuerunt ita
esse, nec vnquam viderunt, & audiuerunt con-
trarium, & quod communis est, & fuit semper
opinio, quod sic fuerit, & quod non extat contra-
rij, vel initij memoria.

Nec valet replicatio, quod licèt ex prædictis te-
stibus non concludatur cum requisitis necessarijs
prædicta immemorabilis, nihilominus ex eis pro-
bari videatur saltem 40. vel saltem consuetudo pro
Monasterio non soluendi decimas de suis bonis ex-
tra Territorium S. Pontij, ex consuetudine, aut
præscriptione, & ita plerisq; in regionibus obten-
11 tum sit, nec immeritò, cum & iuxta iuris Cano-
nici sanctiones, decimas istas minimè deberi scrip-
serint *glos. & alij*, vt probat *Conar. sub dicto vers.*
2 *licèt, & seqq. Monet, d. cap.* 5. *n.* 95. *&* 96 Vndè
huiusmodi iuris assistentia Archiepiscopo, vel ex-
cludatur, vel conturbetur.

12 Quia quoad præscriptionem 40. planè non suf-
fragatur sine titulo *ad d. cap.* 2. *de præscript. in* 6.
cum alijs supra allegat. Quo vero ad consuetudinem,
13 & præscriptionem, illa tolli visa est ex sententia,
& declaratione anni 1379. in qua Monasterium
condemnatur ad solutionem huiusmodi decima-
rùm de consensu Monachorum, adeoq; concurrit
hæc antiquissima concordia, vt inquit *Rota coram
Reuerendiss. D.* §. *sed etiam*.

Neq; prodesse visa est sententia anni 1500. & illa
enunciatio, quod Monachi extiterunt in vsu, con-
suetudine, & possessione pacifica, vel quasi om-
nium promissorum à tempore immemorabili ci-
trà, & non solum decimas aliquas dicto Archiepis-
copo de illorum facultatibus, & bonis &c. & pro-
nunciatio subsequens manutentionis, & defensio-
nis ex eo, quod licet immemorabilis non probe-
14 tur per scripturas *Rot. coram Lud. decis.* 5. *nu.* 4.
& decis. 27. *nu.* 2. *rec.* quinimò excludatur, quan-
do per productionem alicuius tituli constat de ini-
15 tio, cum nihil magis repugnet quàm extare, &
non extare, vt sequitur *d. decis.* 27. *nu.* 3. tamen
si dentur scripturæ antiquæ vltra centum annos,
16 in quibus enunciatur immemorabilis ex dd. scrip-
turis probatur immemorabilis, vt sæpè decisum
est, & adnotatum *ad d. decis.* 51 *in fin. & coram
Burat. decis.* 435. *ad fin. ad decis.* 570. *nu.* 3.

Quia vtrùm declaretur, aut restringatur ex
præcedentibus ipsius sententiæ proemialis, & pe-
tione descripta sub his verbis, pro parte Prioris, &
Monachorum, continente, quod cum ipsi vna cum
Monasterio, & loco de S. Pontio, & omnibus illo-
rum facultatibus, & bonis &c. intelligendo illo-
rum facultates, & bona localia in loco S. Pontij
iuxtà *decis. Reuerendiss. Domini* §. *immo huiusmo-
di immemorabilis vers. sententia autem*, vt respon-
det specialiter vna ex doctrinis communiter DD.
responderunt, excludi ex anteriori sententia anni
1379 recepta à partibus, mediante consensu, &
expressa rogatione per partes facta, & ibi expressa
distributione, & declaratione omnium aliorum lo-
corum, & bonorum decimalium, excepto loco S.
Pontij, cum hæc sit natura immemorabilis, vt non
17 liceat in ea assignare principium alicuius tempo-
ris, *Rot. decis.* 249. *nu. p. p.* 8. post alia allegata
in decis. Reuerendiss. Domini §. *quæ insuper*, & ma-
ximè ibidem *decis.* 56 *sub nu.* 17 *& seq. p.* 7. cum
ibi allegatis, & declaratis, & supradictæ sententiæ
1379. & super ea ex supra allegat, maximè DD.
nitebantur.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Meleuitana Habitus.

Veneris 30. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

QVoties materia articulata est imaginaria, irrele-
uans, & inuerisimilis denegatur remissoria. No-
bilitas est dignitas ex claro parentum sanguine deri-
uata; ciuisque honoratus dicitur ille, qui nunquam
seruile opus fecit, gaudetque priuilegijs militaribus,
licet non exercuerit officia Ciuitatis.

SVMMARIVM.

1 *Remissoria non conceditur quoties articuli sunt irreleuãtes.*
2 *Nobilitas est dignitas ex claro parentum sanguine deriuata.*
3 *Ciuis honoratus est ille, qui nunquam seruile opus fecit gaudetque priuilegijs militaribus.*
4 *Ciuis honoratus est, licet quis non exercuerit officia Ciuitatis.*
5 *Religio Hierosolymitana nobilitatem auorum tantum requirit.*
6 *Et an exigat nobilitatem generosam exponitur.*
7 *Nobilitas generosa prouenit ex quatuor lateribus ascendentium.*
8 *Per testes benè probatur nobilitas generosa.*
9 *Remissoria denegatur, si testes in magno numero examinati in articulata differentia nihil deposuerint.*

DECISIO XXXIV.

DEnegata iterum fuit, persistendo in decisis sub
die 16 Ianuarij præteriti, remissoria S. Re-
ligioni, quia materia in articulis ab ipsa exhibitis
contenta est imaginaria, inuerisimilis, & prorsus
irreleuans, in quibus terminis ad tollendos inuti-
les partium sumptus, & vexationes non concedi-
1 tur remissoria, *Speculat. de probat.* §. *nunc dicen.*
n. 1 *Rot. coram S. M. Greg. decis.* 414. *num.* 3 &
consideratum fuit *in decis.* 252. *nu.* 5. *p.* 7. *rec. &
in Cæsaraug. Fundationis Conuentus* 17. *Martij*
1659. *coram R. P. D. meo Verospio in princ.*

Nam etiamsi verè subsisteret, quod in Regno
Valentiæ reperiretur articulata differentia inter
ciues *dell'immemorabili conquiste*, & ciues hono-
ratos, nihilominus irreleuantia est euidens, quia
nobilitas Felicis respectu Hieronymi Aui materni,
& Isabellæ Auiæ paternæ remanet abundè iustifi-
cata ex depositionibus Testium in partibus, & in
Curia examinatorum, qui dicunt, viros familia-
rum Alberolæ, & Audinet fuisse, & esse *hidalgos*
notorios sanguine, nomine, & insignijs, semperq;
splendidè, & honorificè more nobilium vixisse, &
de hoc adesse publicam vocem, & famam, cum no-
2 bilitas sit qualitas, seù dignitas à claro parentum
sangui-

sanguine deriuata, & in eorum liberos propagata,
per quam Nobiles vltrà vulgares homines, & ple-
beios honorantur, & accipiuntur, vt per *Ottalor.*
de nobilit. cap. 4 Pacian. de probat. lib. . . . cap. 26.
n. 37. & 38. Less. decis. Aragon. p. n. 3. & alij rela-
ti *per Giurb. ad consuet. Messan. cap. p. glos. 7. p. 1.*
n. 49. Rot. in Placentina admissionis ad habitum
decis. 88. *n. 4. & seqq. p.* 8. *rec.*

Proindeq; in specie non 'releuat sextus articu-
lus, in quo dicitur prædictas familias Audinet, &
Alberolæ, earumq; Auos, & Proauos ;fuisse ciues
honoratos, & tanquam tales officia Ciuitatis exer-
cuisse; tum quia ciuis honoratus in his terminis
non est quilibet plebeius, & vilis, sed ille solùm,
qui nunquam aliquod opus seruile fecit, & cum
3 splendore vixit, & vti talis priuilegijs militaribus
gaudet, vt expressè dispositum est *in l. Regni Va-*
lentiæ 25. rubr. solut. matr. & probat *Hier. Leo*
decis. 39. n. 8 *9. lib. 1.* & ex priuilegio Regis Al-
phonsi *decis. 31. n. 12. eod. lib.* nec ad hunc effe-
4 ctum necesse est, quod officia Ciuitatis exercue-
rit, vt id *Leo decis. 9. nu. 191. lib. 3.* vbi *num. 84.*
192. *& seqq.* firmat, descendentes à dd. Ciuibus
honoratis tractu temporis acquirere, & habere
veram nobilitatem sanguinis, & ad Religiones
militares admitti, tum etiam quia hæc qualitas ci-
uis honorati à nonnullis Testibus expressa non
excludit nobilitatem sanguinis dd. familiarum ab
alijs testibus per Commissarios, & in Curia exa-
minatis comprobatam, dum ex illorum depositio-
ne colligitur, viros dd. familiarum semper honori-
ficè, & cum splendore vixisse, & communiter fuis-
se reputatos, *hidalgos notorios, e di antiquita cono-*
sciuta, vt supra, quibus addunt familiam Albero-
lam descendere ad Infanzonibus Aragoniæ, quæ
probatio sufficiens est, licèt ab immemorabili non
probetur nobilitas, quia S. Religio illam non exi-
5 git, nisi vsq; ad Auos, *Rot. coram Buratt. decis.* 357.
n. 3. & decis. 492. n. 17. & seqq. p. 1. rec.

Nec dicatur, quod in hac Religione requiritur
6 nobilitas generosa *tit. de recept. fratr. cap. 37.* qua-
lis non concurrit in descendentibus à ciuibus ho-
noratis; tum quia contrarium tradit *Hier. Leo d.*
decis. 9. lib. 3. Tum etiam quia nobilitas generosa
in proprijs terminis Religionis est illa, quæ proue-
7 nit ex quatuor lateribus, Patris, scilicet, & matris,
Auiæ paternæ, & Aui materni, vt ex ijsdem Sta-
tutis Religionis declarat *Rot. coram Duran. decis.*
294. *n.* 8. quæ in illis duobus lateribus controuer-
sis benè comprobata fuit à Felice ex prædictis Te-
stibus deponentibus, seniores familiæ Alberolæ, &
Audinet fuisse nobiles, & hidalgos, & communi-
ter fuisse pro talibus reputatos, gauisosq; fuisse, &
gaudere priuilegijs, militaribus, ac alijs immuni-
tatibus, quibus gaudent nobiles, ex quibus cum
8 alijs supradictis probata remanet nobilitas genero-
sa, & qualis ad susceptionem huius habitus requi-
ritur, vt in terminis *Rot. post secundum vol. cons.*
Farinac. decis. 294. n. 9. & 10. coram Duran. vbi
plures concordantes referuntur, & *Interamnen.*
Habitus 20. *Febr.* 1641. *coram Reuerendiss. Tar-*
[illegible].

Cum itaque articulata differentia inter descen-
dentes à ciuibus honoratis, & alios Regni Valen-
tiæ, vel non subsistat ex dicta decis. Leon 9. lib. 3.
ex Historicis Regni, Priuilegio Regis, & ex eo
quod 37. Testes per Commissarios extracti sine
ipsius citatione nihil de hac differentia deponunt,
vt considerat *Afflict. decis. 137. nu 4 Rot. coram*
Verall. decis. 63. par. 3., & in rec. par. 8. decis. 76.
num. 4. Vel semper irreleuans appareat ex prædi-
9 ctis remissoria concedi non debet *Gratian. discept*
803. *nu. 5. Rot. decis. 316. par. 6. rec. & alijs rela-*
tis in Tullen. matrimonij 12. Ianuarij 1654. coram
me §. Hoc autem in fin.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA

Meleuitana Iurispatronatus.

Veneris 30. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

NOminatio diuersorum præsbyterorum. & di-
stinctio bonorum cum reseruatione in qualibet
iurispatronatus indicant pluralitem beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas beneficiorum arguitur ex nominatione diuer-*
sorum præsbyterorum cum distinctione bonorum, ac re-
seruatione in qualibet iurispatronatus.
2 *Pluralitas beneficiorum ostenditur ex diuersitate præsen-*
tationum, ac possessorum, & num. 3.
4 *Ad vnum beneficium iurispatronatus plures institui non*
possunt.
5 *Beneficia simplicia non requirentia personalem residentiã*
vni tantum beneficiato conferri possunt ob necessariam
eius sustentationem.
6 *Extende etiam in beneficijs iurispatronatus.*
7 *Plura beneficia possunt ad vnum altare institui.*
8 *Missarum celebratio, nisi vni specialiter arctetur, po-*
test per alium suppleri.
9 *Ad iuspatronatus acquirendum requiritur consensus*
aduersarij.
10 *Consensus præsumitur spatio longissimi temporis.*

DECISIO XXXV.

DEcisum fuerat di 16. *Iunij* anni præteriti,
Petrum Antonium Aldanam esse instituendũ
ad Iuspatronatus controuersum, & vnicum esse
Beneficium, non plura, quam decisionem in hac
secunda parte DD. hodiè reformandam esse di-
xerunt.

Constat enim, ex Iuribus nouiter pro parte il-
lorum de Pontremolis exhibitis, quod Smeralda
vxor Antonij Vagnoli in Testamento de anno
1432. condito pro fundatione, & acquisitione
Animagij, siuè Iurispatronatus, quædam bona
sita in loco de *Baida* assignauit Altari, siuè Cap-
pellæ sub Inuocatione Sanctissimæ Annunciatæ
de anno 1419. cum Ordinarij licentia in Meleui-
tana Ecclesia constructa, cum promissione ea-
dem bona assignandi, nominando prima vice in
Rectorem Nicolaum de Bordino, cum onere ei,
alijsq; Præsbyteris à suo hærede præsentandis bi-
nas missas singulis hebdomadis solemniter cele-
brandas; Et pro alio similiter Animagio, siuè
Iurepatronatus, alia bona posita in Insula Gaudi-

sij, & loco nuncupato *Cortin Nerrin*, tradidit, &
assignauit, cum onere pariter Præsbyteris ex di-
cta Insula vno, & alio ex Meliten. nominandis
bis in hæbdomada sacrum celebrandi, ex quibus
nomen assumpsit vtrumq; Beneficium *de Baiada*,
videlicet, & *Cortin Nerrin*, quemadmodum in
executionem huiusmodi dispositionis Testatricis
fuerunt à præscripto Antonio viro, & hærede no-
1 minati Præsbyteri; Vndè ex hac bonorum distin-
ctione cum reseruatione in qualibet Iurispatrona-
tus, ac nominatione diuersorum Præsbiterorum,
optimè arguitur mens Testatricis fundandi plura
Beneficia, non vnicum, in quo præscripta verifi-
cari non possunt *ad Text. in l. fin. propè fin. ff ad
Trebell. Grat. cons. 109. n. 29. lib. 2. Cephal. cons.
306. n. 46. Surd. decis. 210. num. 9.*

2 Idque euidentius desumi visum fuit, tum ex
obseruantia subsecuta mediantibus pluribus præ-
sentationibus, dum casus vocationum euenit, ef-
fectum sortitis per Institutionem, & possessio-
nem à nominatis captam, de quibus in *Summario
illorum de Pontremolis nu. 3. & seq.*, quæ tanquam
factæ vti ad duo Beneficia, absque dubio illorum
pluralitatem ostendunt, *Rot. decis. 79 nu. 9. & seq.
part. 3. tom. 2. & decis. 50 n 2. ad fin. cum seq p.
7. rec.* Tum ex Breui per S. M. Vrbanum VIII.
concesso Horatio Grech super litis restauratione,
& pluralitatis Beneficiorũ iustificatione *dicto Sũ-
mario num. 4.* nec non præsentatione Ipsius Al-
danæ, & precibus deinde ab eodem porrectis Or-
dinario pro obtinenda Institutione, in quibus Be-
neficia esse plura asseritur. Et tandem ex sententia
per eumdem Ordinarium desuper prolata, in qua
declaratur ad illud *Cortin Nerrin* esse institu-
endum Aldanam, & in alio *de Baiada* Marcellum
Attardam, & in cuius Iuribus fuit postea subro-
gatus Saluator Pontremolus, quæ omnia, & præ-
3 sertim separatæ, & distinctæ presentationes pro-
cul dubio præseferunt pluralitatem Beneficiorum,
& facit *Textus in c. pluralis de regul. Iur. cap. 15.
§. si verò de præbend. in 6. Mandos ad regul 3.
Cancellariæ q 3. num. 2. Rot coram S. M. Greg.
XV. decis. 479. num. 1.* ne aliàs contra modum
4 à Iure prohibitum plures in vno Beneficio Insti-
tuerentur *c. maioribus de præbend. Lambertin.
de Iurepatr. art. 17. q 7. principal. par. pr. num. 2.
& art. 6 quæst. 3. principali 2. par. eodem lib. 2.
num. 2.*

Non obstat, quod hæc Beneficia aliquando vni
tantùm Præsbitero fuerint collata, quia cum sint
5 simplicia, personalem residentiam non requiren-
tia, possunt vni conferri, etiam absque dispen-
satione, vbi illorum alterum non est sufficiens ad
congruam Beneficiati substentationem ad formam
Sacri Concilij Tridentini *sess. 24 cap. 17. de refor-
6 mat.* quod comprehendere etiam Beneficia de Iu-
repatronatus tradit *Garz. de Benefic. par. 11. cap. 5.
§. 3. num. 28.* & cum spiritualia locorum non oc-
7 cupent, ideo plura Beneficia possunt ad vnum
Altare institui, vt censuit *Rot. in Hispalen Cap-
pellaniæ S. Martini 22. May 1609. coram Pen.
relata per Lother. de re benefic. lib. pr. quæst. 2.
num 46.*

Nec releuat, quod ex lege fundationis Præsby-
teri teneantur Missas celebrare; Ideòq; non pos-
sint Beneficia absque dispensatione vni conferri;
Quia non apparent grauati, vt hoc onus per se
8 ipsos adimpleant, sed æquè benè potest per sub-
stitutionẽ satisfieri, ideò collatio incompatibili-
tatem non causat, *Lap. alleg. 35. num. 3. & 117.
sub num. 2. vers. Nec obstat, Gonsal. super reg. 8.
gloss. 5 num. 74. & super Lother. de re benefic. quæst.
27. num. 12. lib. 3.* & vti veriorem sententiam am-
plexa fuit *Sacra Congregatio Eminentiss. Cardina-
lium Sacri Concilij Tridentini interpretum*, sicuti
articulo maturè discusso, sæpè respondidit *Rota, &
signanter in Regien. Beneficij 9. Decembris 1629.
coram bo. me Bichio §. non item, & coram bo. me.
Merlin. decis. 825. per tot. inter eius impressas.*

Neq; refert quod in erectione Beneficij *Cortin
9 Nerrin* non constet de positiuo consensu Aduer-
sarij requisiti ad finem acquirendi Iuspatronatus
*c. nobis de Iurepatronatus cap. verò de Consecrat.
distinct. pr. Authent. de Monach. §. Illud Columm.
pr., Rot. apud Coccin. decis. 106. num. pr.* Nam ob
10 tam longissimi temporis cursum presumitur con-
sensus, *Archidiac. in cap. nemo de consecrat. distinct.
pr. Roman. singul. 325. Dec cons. 173. num. pr.
Rot. coram Card. Millino decis. 105. num. 4. Caua-
ler. decis. 265. n. 5, & d. decis. 106 num. 11. bo. me.
Coccin. & in recens. decis. 707. num. pr. par. pr.*

Data igitur pluralitate Beneficiorum, & præ-
electione Artardi ad illud de Baiada, Petrus An-
tonius Aldana verò in eo de Cortin Nerrin, ad
hoc solummodo venit instituendus, prout DD.
concluserunt, vtraq. parte Informante &c.

R. P. D. MELTIO.

Nolana beneficij

Mercurij 5. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

MAndatum de manutenendo concedi debet pri-
mo possessori, ex capite Instrumentalis ade-
ptionis, non autem secundo possessori, qui clan-
destinè nulla præuia citatione adeptus est eam.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum possessionis probat alio tunc temporis non possidente.*
2 *Possessio probatur per fructuum perceptionem.*
3 *Simplex attestatio iurata super fructuum perceptione in summarijssimo manutentionis iudicio sufficiens reputatur ad eius effectum.*
4 *Amplia quia vnus testis sufficit.*
5 *Posterior possessio clandestina nõ impedit manutentionem.*
6 *Nulla est possessio adepta sine citatione.*
7 *Ex facto iudicis nulliter procedentis possessor priuari non potest sua anteriori possessione.*

DECISIO XXXVI.

PRO Informante DD. responderunt, mandatum scilicet de manutenendo concedendum esse Vincentio Ciampolillo, de cuius anteriori possessione controuersi Beneficij Beatissimæ Virginis Assumptionis existentis in Parrochiali Ecclesia Pomilia-

miliani, nedum constat ex publico Instrumento adeptionis sub die 28. *Octobris* 1657. relatum *in eius summar. num. pr.* quæ possessio licet Instrumentalis, alio tamen tunc temporis non possidente, manutenibilis redditur *vulgata l. prædia* vbi notat *Bart. nu. pr. ff. de acquir. possess. Rot. coram Card. Cavaler. decis. 432. num. pr. in Theat. Beneficij 26. Maij 1651. & 10. Maij 1652. coram R. P. D. meo Verospio, In Romana Vineæ 17. Iunij 1658. in princ. coram R. P. D. meo Bevilaqua, & in Bisuntina Prioratus 3. Martij 1659. in princ. coram R. P. D. meo Albergato.* sed etiam ex perceptione fructuum eiusdem Beneficij per *Text. in l. Titia ff. de solut. Rot. coram Duran. decis. 34. num. 20 in Ariminen. Prædij 14. Iunij 1658 §. Angelini verò coram R. P. D. meo Verospio, & in Capuana Beneficij 27. Iunij 1659. coram me in princ.*

Et licet super perceptione fructuum deducatur solum probatio ex simplici attestatione iurata Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis, quæ regulariter 3 non facit fidem, ad præscriptum tamen effectum manutentionis in summarijssimo hoc iudicio, vbi leuiores etiam admittantur probationes, satis sufficiens reputatur, vt tradit *Thomas decis. Maceraten. 105. sub nu. 1. decis. 216. n. 8. & decis. 228. nu. 33. Rot. post secundum vol. cons. Farinac. decis. 323. nu. 2* cum in hac materia etiam vnicus te-4 stis admittatur pro sufficienti probatione, vt fuit responsum *in dicta Ariminen. Prædij 14. Iunij 1658. §. Et licet coram R. P. D. meo Verospio, & in Interamnen. bonorum 7. Febr. 1659 §. 2. ex Testibus coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Nec obstat possessio Primicelli Collitigantis in contrarium adducta, quia cum sit posterior, tanquã capta sub die 4. *Aprilis* 1649. vt *in dicto summar. num. 3.* dicitur clandestina, & turbatiua, nec ideò impedire valet manutentionem debitam anteriori possessori, qui se pro spoliato non 5 habuit *c. licet Episcopus de præbend. in 6. c. licet causa de probat. & l. clam possidere §. Qui ad mundinas ff de acquir. possess.*

Præsertim quia illa fuit adepta, nulla præce-6 dente citatione contra D. Vincentium anteriorem possessorem, prout omninò requirebatur, siuè Iunior possessor sciret, siuè ignoraret anterioris possessionem, *ex deductis in Callien. Prioratus 5. Iunij 1649. & in Melitana Commendæ 15. Iunij 1650. coram bo. me. Biebio in dicta Theatina Beneficij 26. Maij 1651 §. Hinc suffragari non poterit coram R. P. D meo Verospio, In Hieracen. Beneficiorum 27. Iunij 1653. & in Surrentina Beneficij 4. Iunij 1656 coram Reuerendiss. D. meo Decano*, cum aliàs ex facto Iudicis nu'liter pro-7 cedentis possessor anterior nullatenus prætendi possit sua anteriori possessione priuatus, vt fuit responsum *in Bonon Parochialis 26. Aprilis 1649 coram Reuerendiss. Tarraconen. in Beneuentana Parochialis 27 Nouembris 1649 coram Reuerendiss. D. meo Decano, in Cataten. Cantoratus 22 Maii 1651 coram R P D meo Celso §. nec quidquam, & in dicta Bisuntina Prioratus § Non attenta, coram R. P. D. meo Albergato.*

Et ita, vnica tantùm parte informante, altera tamen pluries lacessita citationibus, ac informare renuente, resolutum fuit, &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Barbastren. decimarum.

Ven. 7. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

ASsistentia iuris, quam habent Parochus, & alij curam animarum exercentes in exigendi decimis cessat, vbi docentur hæ ad alium spectare ex iusto titulo.

SVMMARIVM.

1 *Immemorabilis præscriptio, quæ requirat?*
2 *Subrogatus potitur omnibus prærogatiuis competentibus ei, in cuius locum subrogatur.*
3 *Assistentia iuris cessat, vbi ex aduerso docetur de iusto titulo.*
4 *Obseruantia immediata legem interpretatur, adeout lex sit intelligenda eo modo, qu fuit obseruata, etiamsi intellectus legis esset de iure verior.*
5 *Specificatio quantitatis quando fiet demonstratiuè, & inducat alium effectum.*
6 *Obseruantia remota quando etiam suffragetur.*
7 *Dignitates Collegiatæ Parochialis possunt obtinere decimas Parochiales iuxta consuetudinem Cathedralium.*
8 *Probatio specialis præualet generali.*

DECISIO XXXVII.

CVM clausula *parito Iudicato* commissa mihi causa appellationis per Decanum Barbastren. interpositæ à sententia declarante distributiones quotidianas, decimas, & alia emolumenta Ecclesiæ Sancti Petri de Boltanda, & aliarum Ecclesiarum Oppidi de Lieste, & Arcasso debere Priori, & Portionarijs de Doltoana ad formam literarum Apostolicarum anni 1544. Dubium proposui super illius viribus, probataq; per Decanum purificatione d. clausulę Constito ex reali solutione etiam expensarum eius *summ. num. 3.* discussis hodie nouis probationibus pro parte eiusdem Decani exhibitis, responsum hodie fuit sententiam esse infirmandam. Quia Testes deponunt expresse quod Decimæ fuerunt possessę, & perceptæ à Decanis Oscen., quodq; tàm ante, quàm post erectionem Ecclesiæ Sancti Petri in Collegiatam, & vsq; ad tempus erectionis in Cathedralis Ecclesiæ Barbastren semper decimas exegit in dicto Oppido, vel in speciebus, vel mediante locatione in pecunia, vt *in summ. num. 4*, qui cum deponant de auditu à maioribus, de publica voce, & fama, quodq; nihil in contrarium vnquam au-1 ditum fuit cum alijs requisitis *gloss. in cap. pr. de præscript. in 6.* plenè probant *Valenz. cons. 100. n. 25. lib. pr. Rot. decis. 556. num. 3. p. 3, & decis. 56. num 7. p. 7. rec., & in Placentina decimar. de Alarza 11. Martij 1650. coram b. m. Peutingerio §. immemorabilem, & in alia Placentina seu Abulen. decimar. 12. Decembris 1650. corã R P D. meo Celso in princ.*, vbi in specie agebatur de præscriptione decimarum in aliena Parochia, & in

Tol-

Toletana depopulationis de Vilalua 20. Aprilis 1657. coram me § pr in fine.

Proindeque hæc probatio immemorabilis bene suffragatur Decano Barbastrens., ad quem decimæ spectare debent eodem modo, quo spectabant ad Oscen., in cuius locum subrogatus fuit *Bero. cons 43. nu. 49. lib. 2. Rota decis 11. vt lit. pend. in nou. decis 252. n. 4. p 5. rec., & in Pisauren Benef. 11. Decembrie 1647. coram Reuer Papien. §. Vero in fine.*

Vnde tollitur præcipuum fundamentum decisionum b. m. Vbaldi, Cocini, & Reuer. Carilli positum in assistentia iuris, quam habent Prior, & Portionarij de Boltana ex cura animarum, quā exercent, quia cessat hæc assistentia, quam regulariter habet Parrochus, quando legitimè constat quod iusto titulo ad alium pertinent decimæ, *vt declarat Marescott. var. resol. lib. pr. cap. 11. n. 28.*
3 *Add. ad. s. m Greg. decis. 312. nu. 4. vers. item assistentia Moscr. de manut. obser 73. sub num. 172. & seqq. Rot. coram Seraph. decis. 1295. sub nu 6. & alijs relatis in dicta Placentina coram R. P. D. meo Celso § Vnde meritò*; percipuè quia ex ijsdem Testibus Decani *summ. num.* 10. apparet quod etiam successiuè post erectionem Cathedralis factæ vsque de anno 1571. quidam Hieronymus Decanus exegit decimas, vel locauit, prout eius successores locarunt, vel exegerunt sine vlla contradictione vsque ad annum 1621. quo tempore à Priore, & Portionarijs motum fuit iudicium. Hæc enim obseruantia post erectionem immediata ostendit quod decimæ fuerunt assignatæ Decano, non obstante quod expressa fuerint scuta 150. quæ demonstratiuè apponi potuerunt ad ostendendum quanti regulariter locari consueuissent,
4 & satisfaciendum regulę Cancellariæ, & stylo exprimendi fructus Ecclesiarum, & Beneficiorum in quantitate quod talis fuit intentio Pontificis ea illa optimam litterę Apostolicæ declarationem recipiant *cap. cum dilectus de consuet. Bald. cons. 245. nu. 2. lib. 3. Rota coram Eminent. Cardinali Otthob. decis. 175 num. 10. Comen. decimarum pr. Febr. 1608. coram b. m. S ciato § quatenus verò Barchinonen. alimentorum 31. Maij 1655. coram b. m. Dunoz. §. quæ omnia*, vbi quod adeo præualet obseruantia, vt litteræ Apostolicæ sint intelligendæ eo modo, quo obseruatę fuerunt, quamuis Contrarius intellectus esset de iure verior, & *in Calagina decimarum S Assentij, & Dauadillo 26. Iunij 1658. coram Reuerend. D. meo Decano §. Cæterum.*

Non obstat quod Decanus non possit prætendere nisi scuta 150. in erectione ei assignata, vt dicitur in decis 10. Nouembris 1623. §. finali, & 14. Iunij 1624. §. nèc placuit coram b. m. Vbaldo.

Quia cum de tempore dict. Decimarum non ostenderetur exactio adeo præcisa in speciebus etiam cum scientia, & patientia Prioris, & Portionariorum de Boltana, vt *in summ. nu. 4., & 5.* sed sola exhiberetur Bulla erectionis loquens de scutis 150. poterat dici assignationem in pecunia consistere; Nunc autem cum dentur probationes Testium adeò præcisè deponentium. *Che i frutti decimali della Villa di Boltana, che anticamente esigeua il Decano Oscen. s'erano applicati al Decano Barbastren., e che dopò l'erettione di detta Chiesa Barbastren. in Cattedrale si dauano, e si pagauano*
5 *a quel Decano, e che vn' anno per l' altre si erano valutate in scudi* 150, *&c* & locatio fuerit facta pro eadem quantitate Portionarijs, dicendum est prædictam summam loco demonstrationis fuisse appositam ad ostendendum quantum regulariter Decimæ locarentur, vt expressè deponunt Testes *summ. nu.* 8. non autem ad effectum taxandi, & restringendi assignationem Decani ad scuta 150. vt etiam obseruantia declarauit, dùm non osten-
6 ditur vnquam fuisse soluta scuta 150, In quibus terminis obseruantia etiam remota Decano suffragatur *Rota coram Buratto decis. 647. in fine, & decis. 679 num. 14.*

Nec dicatur quod quando Pontifex Ecclesiam S. Petri in Collatam erexit eidem assignauit omnes fructus, & prouentus ante erectionem ad illam spectantes, sub quibus comprænduntur etiam decimę.

Quia cum in Bulla erectionis in Collegiatam applicentur solum Decimę, quæ ante erectionem à Vicarijs exigebantur, & doceatur illos alias decimas distinctas habere, non debet ad istas trahi,
7 quæ ante, & post à Decano Oscen. percipiebantur; Non est enim incompatibile, quod in Collegiatis Parrochialibus dignitates obtineant decimas Parrochiales iuxta consuetudine Cathedralium in Regnis Hispaniarum existentium, vt per *Rot. in Palentina Decimarum 14. Maij 1655. coram Reuerend. Vallisoletano §. ex quibus omnibus*, & vlterius per erectionem Cathedralis fuerunt dismembratę, & Ecclesię Barbastren. applicatę eodem modo, quo antea exigebantur *summ. num. 2.*
8 *litt B.* Hæc specialis probatio de decimis controuersis præualere debet generali ex assignatione prædicta resultanti *Rot. dicta decis. 555. parte 3. rec. in fin.*

Cum itaq; vltra immemorabilē concurrat etiam quadragenaria cum titulo deducto ex Bulla erectionis in Cathedralem cum dicta assignatione facta Decano Barbastren. & cum subsecuta obseruantia exigendi dictam quantitatem in decimis cum licentia, & acquiescentia Prioris, & Portionariorum. Censuerunt Domini sententiam esse infirmandam altera tantum, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

CARPENTORATENSIS PRÆCEDENTIÆ.

Lunæ 10. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

DE attentatis quando constare dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio concessa per iudicem à quo pendente causa appellationis dicitur attentata.*
2 *Instantia de iure Canonico est perpetua, licèt per taciturnitatem triginta annorum extinguatur, quando constat de notoria iniustitia.*
3 *Consensus in iurisdictionem non elicitur ex petitione remissionis causæ.*
4 *Attentata debent reuocari ex officio Iudicis.*

DE-

DECISIO XXXVIII.

COnstare de attentatis Domini responderunt; 1 Quia manutentio super iure præcedendi Iudicem Cameræ à vice Legato sancita fuit Thesaurario in spretum litis in hoc S. Tribunali vertentis *ad Text. in cap. pr.* ibique notat *Franch. nu. 5. ve lit. pendent. lib. 6. Lancellott. de attentat. p. 4. in præfat nu. 298.*, *Rot. coram Caualer. decis. 48. num. 4. & in Comen. Canonicatus 9. Iunij anni præteriti coram me*,

2 Neque taciturnitas annorum 30.& vltra visa fuit abesse, illa quippe litis extinctionem in casu dumtaxat posset operari, quo ex actis malum ius Iudicis Cameræ omninò innotesceret, aliàs enim instantia remanet perpetua, vt post *Text. in cap. pennlt. de Iud.* Casum vtrumque distinxit *Rot. in Auenionen. legitimæ 30. Aprilis 1655. in fin. coram R. P. D. meo Priolo, & in Romana pecuniaria 18. Iunij eiusdem anni in §. fin. coram Reuerend. D. meo Decano cum alijs in prætерita decis. relatis in §. neqs defertio causa*.

Qui sanè attentatorum incursus exinde euitari non valet, quod Iudex Cameræ in Legati 3 Iurisdictionem consenserit, vel quia ex petita per ipsum Causæ remissione ad Sacrum hoc Tribunal, assensus penitus excluditur, vt in specie dixit *Rota in Bonon. Pecuniaria seu attentatorum 28. Aprilis 1645. in §. consensus Gessa coram b. m. Bichio*, siue ex quo attentatorum reuocatio ex 4 officio Iudicis; cum Maiestas læsa fuit, non obstante consensu partium in Iurisdictionem admittitur, vt respódet *Rota coram Greg. decis. 245. n. 3. & 4.* Ibiq; *Adden. litt. A. & in Rom. Fideicom. seu attentatorum 2. Maij 1647. coram bon. mem. Arguellos*.

Et ita, Iudice dumtaxat Cameræ informante, resolutum, Altera verò parte, pluribus licet citationibus lacessita, informare recusante, &c.

R.P.D. BEVILAQVA.

MACERATENSIS CAPELLANIÆ.

Luna 10. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

EX capite iniustitiæ res non transit in Iudicatum, licet inter legitima tempora succumbens non appellauerit, quia imò illi præbet causam restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non transit in iudicatum si probetur eius iniustitia.*
2 *Amplia, etiamsi succumbens non interposuerit appellationem inter legitima tempora.*
3 *Iniustitia sententiæ præbet causam restitutionis in integrum.*
4 *Beneficium manuale potest per nouam prouisionem alteri conferri non expectata morte primi prouisi.*
5 *Executor testamentarius statum à Testatore præfixum immutare non potest.*
6 *In capellania amouibili non potest perpetuari capellanus.*
7 *Odium debet abesse ad hoc, vt valeat amotio capellani.*
8 *Dissensiones oriri solent ex communione bonorum.*
9 *Hæres non potest impugnare factum defuncti limita, vt num. 10.*

DECISIO XXXIX.

A Sententia absoluente Nicolaum ab Instantia facta per Euandrum super illius remotione à Cappellania instituta per Hippolytum communem Parentem, & executorem testamentarium Antonij Accurtij, fuit commissa mihi causa rei iudicatæ, & restitutionis in integrum, ad cuius commissionis formam dato dubio, negatiuè quo ad primam partem, & affirmatiuè quoad secun- 1 dam fuit resolutum ex capite iniustitiæ, quæ impedit rem iudicatam, quamuis ille, qui succubuit intrà legitima tempora non pronocauit; 2 *Cap. inter cæteras*, vbi communiter DD. *de re iudic.*, *Alex. cons. 91. num. 1. lib 6.*, *Rot. decis. 311. num. 2. p. 2. diuers., & in rec decis. 524. num. 6. p. 3. & decis. 102. num. 5. part. 4. & decis. 11. & 343.* 3 *vbiq; num. p part. 5.* & aduersus illam præbet causam restitutionis in integrum, *Rota coram Card. Seraph. decis. 251. num. 2. & in rec. decis. 492. p. 8. & decis. 307. vbique num pr. p. 2 Buratt. decis. 92. num. 5. Caualer. decis. 164. Merlin. decis. 432. num. pr.*

Iniustitia ex eo deducebatur, quod Cappellania controuersa est laicalis, ac amouibilis ad nutum, & pro libito Primogeniti ipsius Hippolyti, qui hodie est Euander, vt cauetur in testamento Antonij fundatoris, ibi (constituisca vna, ò due Cappellanie laicali amouibili, &c. è che l'elettione delle Cappellanie, e Cappellani spetti, e debba spettare al Sig. Hippolito viuente, e dopo la sua morte à quello de' suoi descendenti maschi, che sarà di maggior età, & il più vecchio, &c. è possino rimouer tolles, quoties à loro gusto, e piacere non solo li Cappellani, mà anche le Chiese) Vndè iniusta est sententia absoluens Nicolaum, ne possit remoueri ab Euandro con. expressam facultatem ei à Testatore attributam, & iuris dispositionem, secundùm quam beneficium manuale potest per nouam prouisionem alteri conferri, 4 non expectata morte primi prouisi *l. cum ad Monasterium 6 § Tales de Stat. monac. cap. pr. § fin. de priuil. in 6 glos. in clem. pr. verb. ad mensem, circa fin. & ibi Imol. num. 16. Zabarell. in verb. præsentatos vers. 6. not. de excess. prælat. lat. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. § 6 num 2. Garz. de benef lib pr. qu. 7. num. 20. & 21. Rot. decis. 2. nu. 2. de excess. prolat. in non. & decis. 778. per tot. p. 1. diuers. & apud modern. Perus. de manut. decis. 328. num. 9., Buratt. decis. 382. num. 4. & in Hispalen. iuris nominandi curatos 20. Aprilis 1640 & 2. Iunij 1641. & 23. eiusdem mensis 1642. coram bo. mem. Peuting., & in Pampilonen. Vicariæ 28. Martij 1659. coram Rev. P. D. meo Albergato il. existimauimus*.

Non sufficit, quod Nicolaus collitigans vti de familia Aurispa non possit remoueri, & Capellania quoad ipsum non sit amouibilis ad nutum, sed perpetua ad eius vitam, ea eo quod dictus Hippolytus executor Testamentarius Antonij in illius

illius institutione adiecit, quod si electus, & nominatus fuerit de familia Aurispa, eius vita durante à tali officio remoueri non debeat. Siquidem non li-
5 cuit dicto Hippolyto statum à Testatore præscriptum immutare, illiusq; mentem transgredi in præiudicium dicti Euandri, & aliorum primogenitorum, quos Antonius, ex cuius bonis erecta fuit Cappellania, voluit perpetuis futuris temporibus esse Patronos, cum ampla potestate Cappellanias, & Ecclesias semper, & toties, quoties, vt dictum est, eis videbitur amouendi *c. tua nobis 11, & cap. Ioannes 9. de testam. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. nu. 8 Lambert. de iurepatr. art. 6, quæst. 2. princ. p. 2. lib. 1. nu. 4. Garz. de benef. p. 5. cap. 9. n. 68. Modern Pisan de iurepatr. lib. 14. cap. 3. n. 10. Rot. decis 216. nu. 4. p. 2. rec. & coram bo. me. Merlino decis. 345 nu. 8.*

Non obstant verba illa (come meglio parerà al Sig. Hippolito Aurispa) ex quibus pretenditur Cappellaniarum Institutionem fuisse ab Antonio Testatore totaliter remissam arbitrio Hippolyti exequutoris, qui proindè potuit apponere qualitatem perpetuitatis ad fauorem illorum de familia; quoniam ex tenore totius dispositionis apertè deprænenditur predicta verba esse restricta ad numerum Cappellaniarum, & ad onera imponen. Cappellanis ipsi exequutori benè visa, hæcq; tantum esse in illius facultate remissa, vt ibi; (se ne faccia, & instituisca vna, ò più Cappellanie Laicali amouibili, come meglio parerà al Sig Hippolito con porci quelli oblighi di Messe, & altro &c.) non autem ad qualitatem ipsarum extendi, cum in hac parte sit clara dispositio, & mens Antonij volentis Cappellanias esse amouibiles tàm in vita Hippolyti, quàm maioris natu ab illo pro tempore descendentis, & fa-
6 miliæ Aurispe, atq; indè incongruum omninò fuit ab ea recedere, & alitèr ordinare *c. decernimus 16. quæst. 7 l. in conditionibus 19. ff. de cond. & demonstr. l. cum gregorio 23. C. de leg. Bat. in Tranen. Iurispatronatus 18 Martij 1627. coram bo me. Vbaldo § sed quia in erectione.*

Nec dicatur, Euandrum motum fuisse ad remouendum Nicolaum ex Patre fratrem, malitia, & odio eliciris ex diuisione bonorum paternorum; ad quam ille fuit ab isto prouocatus, quę tamen abesse debent ad finem, vt amotio fieri possit etiam
7 sine causa *Card. in Clem. p. §. Præmissa num. 4. vers. Ego puto de supplen. negl. prolat. Rot. d decis 778. n. 2 p. p. diuers. Canaler. decis 72. nu 2. & decis 325. n 2 p 3 rec Buratt. d. decis. 382. n. 4 alijsq; superius relatis*; tum quia ex causa expressa in mandato per Euandrum, dato quod intendit Cappellaniam pro se retinere, cessat obiectum odium; tum etiam quia diuisio, quę nulli infert pręiudicium, imò tollit dissentiones, quę ex communione excidere so-
8 lent *iux. Text in l. cum pater 79. §. dulcissimis ff de leg. 2.* non est sufficiens causa ad arguen. malitiam, & odij pręsumptionem, sed debet plenè probari, *Molin. de primoge. lib. 2 cap. 5. num. 24.* & plenè in terminis fuit decisum *in suprà citata Hispalen. Iuris nominandi 21. Maij 1638. coram Reuerendiss. Campostellano, & 20 Aprilis 1640., & 21. Iunij 1641. coram bo. me Pentingerio.*

Non obstat tandem, quod Euandro filio, & he-
9 redi Hippolyti non liceat illius factum impugnare, & sic Nicolaum ab eo ad vitam nominatum amouere, *ex reg. Textus in l. cum à matre C. de rei vin-*
10 *dic.*, Quia omisso, quod est hæres beneficiatus, responsum fuit, quod cum iure proprio, & ex persona Antonij fundatoris, non autem dicti Hippolyti exequutoris in hoc Iurepatronatus succedat, rectè valet illius facto contrauenire, & nominationem impugnare *l. Lucius Titius 38. ff. solut. matrim. Natt. cons. 470. num. 13. Menoch. cons. 89. n. 13. Cyriac. contr 312. nu. 105., & 106., & resp. in puncto Rot. in decis 363. n 12. & 13. par. 6. recent.*

Et ita decisum vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Firmana Fideicommissi.

Vener. 21. May 1660.

ARGVMENTVM.

AN licitum sit ex causa dotis alienare fideicommissum particulare, aut rem particularem expressè alienari prohibitam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non potest venire contra factum defuncti.*
2 *Distractio de fideicommisso legitima est pro restitutione dotium in mulieres, & in eorum filios.*
3 *Pro restitutione dotis fideicommissum particulare, & res particularis expressè prohibita, alienari potest.*
4 *Bona pro restitutione dotium debent esse talia, vt sine lite, & controuersia exigantur.*
5 *Vxor, & heredes eius contra bona fideicommissi agere possunt. etiamsi adsint apud alios bona libera.*
6 *Liberum est mulieri agere contra bona fideicommissi potius, quam contra fideiussores dotis.*
7 *Amplia, vt numero septimo.*

DECISIO XXXX.

QVamuis ter cognita causa, & bis approbato fideicommisso Petri Simonis, purificato pro Stephano, & fratribus, vt *in decis 22. Maij, & 28. Iunij 1658.* & semel data immissione *in alia decisione 14. Martij anni præsentis*, cum hodie peteretur immissio in prædium Cameræ, informantibus tantum pro sua parte Santucijs, denegan. esse DD. responderunt:

Quia vtcumq; fideicommisso subiectum esset, & in decis. sicut etiam in instrumento nominatur, tamen hodie agendo cum possessoribus, ijdem proposuerunt in primis detractum ab eodem Stephano, & fratribus, & insolutum datum pro restitutione dotium tam Magdalenæ primæ vxoris Francisci Patris distrahentium, quàm Altobellæ secundæ vxoris eiusdem, & matris eorumdem, vt *in instrumento diuisionis 12. Ianuarij 1624.* & deindè ijdem Possessores proposuerunt venditum auctoribus suis à Io: Francisco filio Magdalenæ, & Altobella ipsa 24. Septembris 1627. & prima Octobris 1629. *in summario possessorum num. p. & 2.* & proposuerunt quoque eosdem Stephanum, & fratres sine inuentario hæredes Altobellæ matris, quo minus filij venirent contra factum matris, quatenus eius hæ-
1 redes ad punctim notata *in l. cum à matre 14 C. de rei vendic.*

Cæterum

Cæterùm distractio de fideicommisso, vtpotè ascendentis in mulieres creditrices dotium etiam
2 restituendarum cum amplissimis clausulis, legitima quoque per se visa est, neque minus in filios mulierum, *Rot coram Seraph. decis. 678. num. 11.* *§ Quia dispositio Anthoresque* C. *commun. de legat.* habet locum etiam pro restitutione dotis etiam in fideicommisso particulari, in re etiam particulari
3 per Testatorem expresse alienari prohibita, *ex Rota diuers. decis. 49 num. 33., & 35. par. 2., & coram* Merlin *decis 657. sub num.* 15. & 16. quæ iam erat *decis. 312. num. 30. & 31. par. 6.* & hoc loco, & his numeris allegata *ab eodem Auct , Merlin. decis.* 884. *num. 7.*, & contra expressam prohibitionem Testatoris ascendentis ex causa dotis, *Rot. coram Eminentiss. D. meo* Card. Otthob. *decis.* 43. *num.* 8. *& 9. cum allegatis , & alij apud Fusar. de subtit. quæst 532. sub num.* 21. *& seqq.*

Ex quibus DD. visum est, Actoribus obstare duas exceptiones, primam iure possidentium propter legitimam distractionem bonorum, secundam defectum Ioris Agentium propter repræsentationem hæreditariam matris iterum distrahentis.

Neq; visum est quicquam suffragari ad excludendum subsidium *ex dicta anth. res quæ.*

Quia vltra quod fideicommissarij soluerunt ex alienatione Patris fideicommittentis, & satis apertè declararunt non extare alia bona libera, ex quibus huiusmodi dotes solui possent, vt inquit *Rota decis.* 199. *n.* 2. *p.* 8. & maximè cum expressa prohibitione alienationis, satis visum est, constare ex Inuentario hæreditatis Francisci grauati, & distractione huiusmodi bonorum, quodque nec sufficit probare, quod aliqua extent bona, sed necessarium est, quod sint taliter, ex quibus absq; alia lite, & con-
4 trouersia dos cum effectu haberi possit, *Rot. coram dicto* Card. *Otthob. dicta decis.* 43. *n.* 2. *& decis.* 78. *num.* 15. *& sequentib.*

Neq; iuuare quoque visa est obligatio Francisci mariti de fundauda dote Magdalenæ prioris vxoris, & ipsa fundatio denique in censibus ipsis distractis, liberum fuit vxori, & vxoris hæredibus agere con-
5 tra bona fideicommissi non solùm si apud alios essent bona libera, *vt tradit à Fusar. de subtit. quæst.* 532. *n.* 10. *cum alleg & alijs apud Mart. summ. succeß. p.* 4. *quæst.* 21. *art.* 10. *n.* 40. sicut liberum est
6 agere contra eadem bona fideicommissi potiùs, quã contra fideiussores dotis *Fusar. d. quæst.* 532. *n.* 3. *Mart dicto art.* 40. *n.* 41. Sed ampliùs, & de dote, nec solùm bonis de ipsa dote computatis à marito,
7 sed ipsi marito datis in dote, & ab ipso marito malè alienatis, *Mart. dicto art.* 10. *dicto n.* 40. *&* 41.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Ariminensis donationis.

Lunæ 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

AN Donatio facta ob ingressum in Religionem à minore sustineatur, & quomodo reuocari possit?

SVMMARIVM.

1 *Sententia transit in iudicatum post lapsum biennij absque prorogatione fatalium.*
2 *Ingrediens Religionem potest de bonis suis disponere, tam inter viuos, quam in vltima voluntate.*
3 *Donatio reuocari non potest ab eo, qui religionem est ingressus, nisi ab ea egrediatur.*
4 *Amplia, siuè donatio facta sit infra annum probationis, siuè ante ingressum.*
5 *Insinuatio requiritur ad perficiendam donationem.*
6 *Limita, vt numero sexto.*
7 *Statutum habilitans minores ad contrahendum fauore proximiorum debet intelligi, dummodò absit dolus, ac fraus, ac minoris præiudicium cùm iuramento.*
8 *Fraus, nec læsio considerari potest in donatione facta ob causam conseruandæ familiæ.*
9 *Donatio fieri solet ab ingressuris Religionem, vt curis temporalibus priuentur.*
10 *Donatio reuocatur per egressum è Monasterio.*
11 *Res iudicata transit in secundum donatarium habentem eandem causam.*
12 *Standum est rei iudicatæ.*
13 *Res iudicata pro veritate habetur.*
14 *Res iudicata præsumitur ritè, & rectè facta.*
15 *Cessante læsione non datur locus restitutioni in integrum.*

DECISIO XXXXI.

EX causa ingressus in Religionem donauit Ioseph Mancinus omnia eius bona Franciscæ Auanzolinæ matri, & post obitum illius Carolo Mancino fratri, cum onere fideicommissi ad fauorem descendentium, fuitq; præuijs duabus sententijs Rotalibus pronunciatum, donationem validam esse contra Nicolaum alterum fratrem, qui cum ab vltima sententia lata die 26. Ianuarij 1656 per bo. me. Dunozettum appellauerit sub die prima Februarij sequentis mensis cum subsecuta commissione appellationis. Ab inde verò citrà nihil amplius in causa peregerit. Dubitaui in vim commissionis executorialis expeditæ ad instantiam Caroli ob prædecessum matris, An constaret de re iudicata, vel potius de causis restitutionis in integrum, & Domini responderunt affirmatiuè quoad primam partem, & negatiuè quoad secundam.

Nam etsi fuerit congruo tempore interposita, & successiuè commissa appellatio, quia tamen à die appellationis vsq; ad diem commissionis executorialis præsentatæ die 8. Iunij 1658 effluxerunt anni duo, & menses quatuor, & causa non fuit prosequuta, & terminata, nec prorogata fatalia, vtiq;
1 sententia per spatium tanti temporis transiuit in

 iudica-

iudicatum, cum ad istum effectum lapsus biennij
sufficiat, *iuxtà Text. in c. Cum sit Romana extr.*
de appell. & in Auth. ei qui appellat C. de temp. ap-
pell. Grat. decis. March. 2. *num.* 2. & 10. *Rot. decis.*
476. *num.* 1. & *decis.* 578. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*
& *coram Eminentiss. D. Card. Ottbob. decis.* 44. *n.*
4. & *in alijs*.

Concurrentibus presertim validitate sententia-
rum resultante ex reuolutione actorum, vbi appa-
ret fuisse seruata omnia substantialia Iudicij; & Iu-
stitia, quæ optimè deducitur ex decisionibus in
hac causa æditis; in quibus firmatur; donationem
prædictam substineri, nec potuisse reuocari in
posteriori Testamento condito ad fauorem Nico-
lai alterius fratris, vel eo quod volens ingredi Re-
ligionem possit quidem ad libitum disponere de
2 bonis temporalibus, tam per contractum inter
viuos, quàm per vltimam voluntatem §. *Illud*
Auth. de Monach., *Dec. cons.* 21. *num.* 3. *Rot. co-*
ram Buratt. decis. 461. *num* 10. & *coram Dunozetto*
in hac causa sub die prima Iunij 1654. *sub §. pr. in*
fin. Sed postquam semel disposuit, aut donationem
fecit eidem, si Religionem iam est ingressus am-
plius liberum non sit pœnitere, & donationem
3 reuocare, nisi quatenus ab illa egrediatur, vt com-
probat *Beroc. in præsentia num.* 124. *de probat. de-*
clarat Sanch. ad præcept. Decalog. lib. 7. *cap. pr. n.*
28. *Castropal. oper. moral. par.* 3. *tract.* 16. *punct.* 15.
n. 12. & *d. Rota in Romana Donationis* 17. *De-*
cembris 1640. *coram* Reuerendiss. *Tarraconen.* vbi
quod prædicta locum habent, siuè donatio facta
fuerit infrà annum probationis, siuè in sæculo ante
4 ingressum comprobat: *in decisionibus huius cau-*
sæ 13. *Ianuarij* 1653. § *similiter in fin. & 9. Nec re-*
leuat. coram bo. me. Peutingerio, & *pr. Iunij* 1654.
§ *Nec subsistit coram bo. me. Dunozetto*.

Nec refert, quod nunquam ea fuerit insinuata,
licet enim ad perfectionem donationis requiratur
5 insinuatio, adeoùt nullum prorsus effectum obti-
neat, antequam insinuetur *l. donatio* § *In conscri-*
bendis l. sancimus §. *si quod autem C. de donat.* At-
tamen id procedit in vera, & simplici donatione;
6 Secus autem in donatione facta ab Ingressuro Re-
ligionem, quæ cum dicatur facta causa mortis ci-
uilis *Io. Andr. Abb. & Imol. in c. statuimus de Re-*
lig., *Fel. in Auth. si qua mulier in fin. C. de Sacro-*
sanct. Eccles., *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præ-*
sumpt. 35 *num.* 11. & latè *Manent. cons.* 57. *nu. pr.*
nullâ indiget insinuatione, vt respondit *Rota co-*
ram Buratt. decis. 461. *num. pr.*, & *per tot.* & *in*
Asculana Hæreditatis 4 *Aprilis* 1650 *coram R.P.D.*
meo Celso cum alijs pluribus adductis in præcitatis
decisionibus causæ.

Nec ex eo quod non fuerint seruatæ solemnita-
tes Statuti Ariminen. in contractibus minorum
requisitæ dici potest donationem non fuisse perfe-
ctam, & completam; nam vltra quod satis esset
respondere, Statutum loqui de donationibus factis
à cogitantibus de ingressu in Religionem; Tol-
litur obiectum, quia Statutum habilitat minores
7 ad contrahen. fauore proximiorum vsque ad ter-
tium gradum, dummodò nec dolus, nec fraus de-
derit causam contractui interuenerit iuramentum,
& absit minoris præiudicium, vt in *rubr. de con-*
tract. & quasi contract. minor.

Vndè dum Ioseph intuitu ingressus in Religio-
nem medio iuramento donauit Franciscæ matri, &
postquam mater decessisset Carolo fratri, & de-
scendentibus pro conseruatione familiæ nulla po-
test exindè considerari fraus, & læsio, cum tran-
8 seuntes ad Religionem soleant donationem facere,
ne deserentes mundum amplius solliciti sint de cu-
9 ris temporalibus *ex notatis per Marcabr. cons.* 30.
num. 117. *Negus. q.* 10. *nu* 30. *Trentacinq. cons.* 13.
num. 18. *lib.* 2. & ita considerauit *Rota in dicta* Ro-
mana Donationis 3. *Iunij* 1641. *coram Reuerendiss.*
Tarraconen., & *in postrema decisione sub die pr. Iu-*
nij 1654. §. *pr. post med. coram. Dunozetto*, maxi-
mè cum donatio esset reuocabilis, quatenus pro-
positum profitendi non obtinuisset effectum tam
ex pacto adiecto in Instrumento eiusdem do-
10 nationis, quàm ex dispositione *Sacr. Concil.*
Trid. sess. 25. *cap.* 16. vt etiam fuit in proximè
allegata decisione ponderatum §. *non obstat. in fin.*

Quæ quidem res iudicata, cum Francisca deces-
serit, transiuit in Carolum secundum donatarium
11 habentem eamdem causam defensionis, iuxtà de-
ducta *per Scacc. de sent. & re iudic. glos.* 14. *q.* 2. *nu.*
9. & *q.* 12. *num.* 27. *Peregrin. de fideic. art.* 53. *num.*
18. & *seqq. præsertim num.* 24.

Hinc facilius fuit resolutio secundæ partis con-
cernentis restitutionem in integrum, nam cum
validitas donationis liquido resultet ex re iudicata
per duas conformes latas aduersus Nicolaum cum
executorialibus expeditis, cui rei iudicatæ standum
12 esse ait *Text. in l. pr. ff. de re iudic. scripsit Vlpian.*
13 *in l. post rem iudicatam ff. eodem*; habetur enim
pro veritate *l. res iudicata ff. de regul. Iur.* & præ-
14 sumitur ritè, & rectè per omnia emanasse *c. cum*
inter § *fin. de sent. & re iudic.* Cessat proindè que-
libet læsio, qua cessante, nulla ratio postulat, vt
concedatur Beneficium restitutionis *l. nam postea* §.
15 *si minor. ff. de Iureiur. Abb. in c. ex litteris num.* 5.
de restit. in integrum, Rot. decis. p. 1. *in nou. eodem tit. in*
rec. decis. 731. *num.* 1. *coram Caualer. decis.* 194.
num. 2. & *sæpè in alijs*.

Et ità, Carolo tantùm Informante, resolutum
fuit &c.

R. P. D. TAIA.

Bononiensis Fideicommissi de Lucatellis.

Merc. 26. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatio iurata hæreditatis, & iuris succeden-
di in fideicommisso per infantem facta sine ali-
qua remuneratione non sustinetur immo ei succur-
ritur beneficio restitutionis in integrum, licet adsit
consensus patris, ac decretum iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio fideicommissi facta per infantem cum decreto iudicis, & auctoritate patris non sustinetur, si nihil prorsus ex renunciatione consequutus sit.*
2 *Competit infanti restitutio in integrum, licet cum omnibus solemnitatibus facta sit renunciatio, quando modica, aut nulla recompensatio interfuit.*
3 *Amplia licet sit iurata.*
4 *Voluntas testatoris est adimplenda.*

DECI-

DECISIO XXXXII.

PRO extractione vnius ex filijs masculis filiarum Antonij Lucatelli Testatoris substituti in pingui hereditate, & fideicommisso ad formam eius Testamenti resolutum fuit die 5. Decembris 1659. informantibus solummodò Iosepho Maria, & Gabriele fratribus adultis de Ghislerijs, & respectiuè filijs Margheritæ; Postea verò bis reproposita causa, informante etiam Hieronymo Domini resoluerunt standum esse in decisis ex eo fundamento, quod ipsi de Ghislerijs tunc infantes nil prorsus consequuti fuerunt ex renunciatione, seu repudiatione d. hæreditatis, & Iuris succedendi in fideicommisso ab eorum Patre, & Tutore, facta cum decreto Iudicis, prout erat necessarium, ad hoc vt renunciatio, seu repudiatio substineretur, vt
1 in specie *Cuman. conf. 115. num. 5. vers verius tamen existimo. Peregr. de fideic. art 52. num. 50. in princ. & vers. Data autem*. Atque in subsidium
2 competit restitutio in integrum, quando vel adest considerabilis Imparitas ex parte pupilli, qui renunciauit, vel modica, aut nulla recompensatio etiam pro remissione spei, seu pro dubio euentu, qui erat illo tempore, quamuis renunciatio facta sit cum solemnitatibus, & decreto Iudicis, benè *Cuman. d. conf. 115. num. 9 vers. illud etiam dicendum est, & post Cuman. Odd de restit. in integr. q. 85. num. 28. & de fideic. q. 15. num. 68. & 69. Fusar. q. 593. num. 3. & 5. cum alijs*.

Quod autem dd. Infantes de Ghislerijs nil fuerint consequuti ex d. renunciatione patet, quia licèt d. Hieronymus promiserit libras 3500. singulis annis assignando tot bona Philippo Marię; hanc tamen promissionem, & assignationem fecit eidem, & eius descendentibus, ac durante linea ipsius non autem quicquam assignauit dd. de Ghislerijs renunciantibus, sicuti legitur tum in scriptura d. assignationis bonorum sub die 26. Nouembris 1644. in illis verbis (Come li Signori Gio: Lucatelli Padre, e Girolamo suo figlio da vna, & il Signor Nicolò Maria Ghisleri in nome ancora del Sig. Filippo Maria suo figliolo &c. con la presenza ancora del Sig. Alessandro Bertolelli agente in nome del Sig. Girolamo suo figliuolo, & il detto Sig. Girolamo col consenso del detto suo Padre, essendo conuenuti celebrare trà essi Instromento, nel quale il detto Sig. Giouanni prometterà pagare ogn'anno al Sig. Filippo Maria Ghisilieri, e suoi descendenti lire 3500. &c. Tum in ipso Instrumento ipsa die 26. Nouembris 1644. ibi (Et hoc ideò fecerunt Hieronymus Bertolellus, & Philippus Maria, quia Ioannes Lucatellus &c. animo afferendi commodū D. Hieronymo eius filio &c. dare, & soluere promisit cuilibet ipsorum, ac illorum, & cuiuslibet eorum lineæ masculinæ &c. lib. 3500. incipien. &c. (& in fin. ibi) Declarantes tamen primo, quod d. solutionem facere promisit &c. durante dicti Hieronymi eius filij linea masculina, & per masculum &c. & non aliter, nec alio modo.) Cumq; dicti Infantes de Ghislerijs nil receperint ex repu-
3 diatione, possunt hodiè etiam adulti absoluti à iuramento petere, vt prægia restitutione in integrum deueniatur, vt ad extractionem ordinatam à Testatore, cuius voluntas est adimplenda ex
4 allegatis in pr. decis. §. regula enim &c.

Et ita vtraq; &c.

R.P.D. ALBERGATO.

Fanensis Hereditatis.

Lunæ 31. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

PAttita per errorem omissa num noceat parti.

SVMMARIVM.

1 *Partita per errorem omissa non nocet parti.*
2 *Error in specie probatur, si habita fuit relatio ad testamentum quod non contineat relatum.*
3 *Immissio est concedenda substituto cum factus fuit locus substitutioni.*
4 *De fideicommisso deducitur æs alienum testatoris, & funeris impensa, & infirmitatis.*
5 *Mandatum procuræ speciale requiritur ad consentiendum in iurisdictionem.*
6 *Bona stabilia regulariter reddere solent quinque pro centenario.*
7 *Solutio præsumitur facta de bonis proprijs extradotalibus mulieris accedente taciturnitate viri.*
Maximè concurrente ponderatione de qua Rot. num. 8.

DECISIO XXXXIII.

FActis prius ab Elisabetha ex persona Petri eius viri prædefuncti detractionibus expressis in decisione ædita sub die 30. Maij proximè præteriti decreta fuit Immissio communitati substitutæ in Testamento Victoriæ, quibus dixerunt Domini, addendam esse partitam scutorum 88. 66. solutorum à Petro Eleonorę Masię pro redimenda quadam petia terrę eiusdem Victorię, vt ex Instrumento indicato, quę fuerat per errorem omissa, qui partibus
1 nocere non debet *l. pr. C. de error. calcul.*, *Rot. coram Mantic. decis 298. num. 3.* prout addita etiam fuit alia partita scutorum 200., de quibus non fuerat habita ratio, eò quia in sententia de partibus dicuntur soluta Patribus Oratorij in satisfactionem legati facti à Petro, Sed hodie ostensum fuit esse debitum hereditarium Victorię, ex quo tale legatum in eius Testamento legitur, & descriptum fuit in inuentario eius hereditatis, *summar. Elisabettæ num. 4.*, Proindèq; addi debet cum iam ordinatum fuerit haberi rationem de creditis prouenientibus ex persona Victorię, & error probetur
2 eo ipso quod Iudex in sententia se refert ad Testamentum Petri, in quo tale legatum non continetur, *Natt. cons. 524. sub num. 18. vers. est etiam, Alex. cons. 83 sub num. pr. vers. modus autem vol. pr. Addit. ad Buratt. decis. 139. sub num. 19. vers. Idem dicitur, Rota coram eodem Buratt decis. 282. num. 2.*, quæ simul cum alijs constituunt scuta 1877. 78.

His sic præmissis, steterunt Domini in decisis, quia postquàm Petrus de bonis Victoriæ nō disposuit

 Cons.

3 Communitati in cum casum substitutę conceden-
da erat immissio, vt in *princ. decis.*, & dixit *Rota
in Roman. fideicomm. de victorijs 13. Ianuarij 1653.
sub § pr. coram Reu. P. D. meo Verospio, & in Bo-
non. fideicomm. de Luparis 12 Decembris prox. pręt.
coram Reuerend. D. meo Papien. §. de iustitia* factis
tamen prius detractionibus impensarũ funeris, in-
4 firmitatis, æris alieni Victoriæ, & legatorum à
Petro solutorum, vt ab hærede grauato fieri debet
*Gabr. cons. 95. nu. 4. lib. 2. Fusar. de substit. qu. 667.
num. 6. & seqq. Rot. in Rom. de millinis 15. Ianua-
rij 1644. § quouerò ad detractiones, cum seq. & 15.
Decembris 1645. §. Domini tamen coram Reuer. D.
meo Decano.*

Nec detractiones consumptæ fuerunt ex fructi-
bus ab Elisabetta perceptis etiamsi in actu declara-
tionis ab ipsa factæ retinendi bona hæreditaria do-
nec satisfactionem consequeretur, protestata fuerit
Communitas, quod probatis probandis, verificatis
verificandis, facto Calculo, & compensatis com-
pensandis, parata erat exequi voluntatem Testa-
tricis; Quia impedimentum ne fieret liquidatio
Creditorum, ex tunc prouenit à communitate ob
appellatione interpositam à decreto extensionis
clausulæ cæteratæ, quæ admissa fuit *Summ. respon-
sionis Elisabettæ nu. pr.* & deinde nihil vlterius actũ
fuit. Et quamuis dicatur, quod redijt Communi-
tas ad Iudicem à quo, dum tamen non docetur de
speciali mandato Procuræ post appellationem à
5 dicto decreto interpositam, non potuit in iurisdi-
ctionem iterum consentire *Surd. cons 181 num 16.
Scacc. de appell. qu. 17 limit. 2. num 85 & seqq.
Rot. coram bo. mem. Greg. decis 75 nu. p. & in* Rom.
*prætensi fideicomm. de Strozzijs 17 Febr. 1645. co-
ram Reuerend. D. meo Decano §. nec quicquam.*

Non placuit tamen Dominis addere ad creditum
Elisabettæ partitam lucri dotalis, etiamsi maritus
per paucos annos superuixerit, sicq; percepit scuta
260. tantum; quia hoc non probatur in facto; hæ-
reditas enim Victoriæ erat maioris summæ scuto-
rum 1297., cum debita non ascenderent ad scuta
3925. & calculus fructuum non debet fieri ad ratio-
nem quatuor, sed quinque pro centanario, vt re-
6 gulariter stabilia reddere solent *Glos in auth. perpe-
tua, verb. pensio C. de Sacros. Eccl.* quam sequitur
*Rot. decis. 94. num. 56. part. 7. rec Perusina reinte-
grationis 15. Aprilis 1652. coram bo. mem. Peuting.
§. liquidatio autem, & in Bonon de Bologninis 5.
Aprilis 1658. coram Reu. P. D. meo Celso § constat.*

Alię deniquè solutiones, quę à Petro factę fue-
runt, non fuerunt admissę. Quia pro parte non
spectant ad eius hęreditatem, in qua hodie petitur
immissio à Communitate, sed ad hereditatem Bar-
tholomeę matris defunctę post Victoriam pro par-
te, tamquam factę, Victoria adhuc viuente, prę-
sumitur de proprijs pecunijs mulieris prouenienti-
bus ex bonis extradotalibus, quę habebat, ac-
7 cedente taciturnitate viri pro tempore, quo
vxor superuixit, quam admisit *Rot. in Rom. Pecun.
17. Martij 1647 coram Reuerendiss. Tarraconen. §.
secundam recensebant.* Pro parte demum, de illis
8 nullam mentionem fecit mulier in Testamento,
prout de alijs, vt considerat *Rot. in Roma. Pecun.
27. Maij 1653. coram Reuerendiss. D. meo Decano
§. Præterea plures.*

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CELSO.

Romana Domus ad S. Honuphrium.

Lunæ 14. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

MAnutentio concedi debet constito de bono iure possidentis.

SVMMARIVM.

1 *Actus deliberationis impugnari non potest, dum ad illius validitatem omnia necessaria interuenerunt.*
2 *Efficitur obligatio pura per aduentum conditionis.*
3 *Terminus præfigi potest heredi negligenti adimplere conditionem potestatiuam.*
4 *Conditio habetur pro adimpleta, quando nè impleatur per eum stat, qui implere debebat.*
5 *Impeditur retrotractio quæ fit in præiuditium tertij de iure acquisito.*
6 *Subhastatio de re maioris valoris prò summa debita sustinetur, & residuum restituitur debitori.*
7 *Mortuo mandante, omissa citatione filiorum, sufficit si citetur procurator dominus litis effectus, ad sustinendam deliberationem.*
8 *Mandatum non exspirat morte mandantis.*
Amplia ut num. 9.
10 *Constito de bono iure concedi debet manutentio possessori.*
11 *Manutentio concedenda venit repræsentantibus personam deliberatarij.*

DECISIO XXXXIV.

REsponderunt Domini cõstare de bono Iure DD.
de Borromeis super Domo controuersa etiam
ad effectum manutentionis; Etenim creditum
Comenzoli contra Marcum Antonium Dugnanum
in summa scutorũ 1148. resultat ex apoca ab ipso-
met Dugnano subscripta, & in actis producta,
cuius vigore cum secuta fuerit deliberatio in fauo-
rem Ioannis Fortis Authoris eorumdem DD. de
Borromeis, illa nullo modo impugnari potest,
1 dum omnia necessaria interuenerunt ad validita-
tem actus *iuxt. notata per Salust in sua prax. lib.
cap. 42. n. 12. & per Galles de oblig. Camer q. vlt.
num. 31. & seq. & dixit Rota in Roman restitutionis
Dotis post Nyor de subhast. decis. 12. num. pr.*

Obiectum verò, quod d. creditum non esset pu-
rum, sed conditionale, stantibus illis verbis, ibi (mi
obligo in forma Cameræ pagargli subito, che ha-
uerò fatta la vendita del mio Casino,) cessat ex eo
quia Dugnanus constituit se debitorem simpliciter
absq; vlla conditione, ibi. (Dichiaro esser legitimo
debitore di Mastro Francesco Comenzoli in scuti
1348. 27. quali li deuo per tanta robba, e fattura
messa nella fabrica del mio Casino,) & licèt promi-
serat illud soluere, secuta venditione, nihilominus
cum præcesserit prefixio termini duarum mensium,
facta per Iudicem, illis elapsis, & venditione secu-
ti, perindè est ac si obligatio esset pura, & non con-
2 tineret dilationem ad soluen, vt be è in similibus
terminis dixit *Rot. coram Millin. decis 436. n. p. &
2. & est Text. in l. si quis instituatur 23 § sed si bo-
norum ff de hæred. Instit.* vbi quod negligente hæ-
rede,

rede, adimplere conditionem potestatiuam potest
3 illi præfigi terminus; nam quando adimplementum
conditionis pendet à potestate promittentis, tunc
habetur pro adimpleta, si per eum stat quominus
4 adimpleatur *l. hæc venditio in fin. ff. de contrah.
empt. Alex conf 49. nu. 1. vers 2. quia lib. 2. Rota
coram Buratt. decis.110. n. 7. & 8. & coram Merlin.
decis. 605. n. 18. & 19.* Aliàs enim esset in arbitrio
ipsius eludere Creditorem, vt ponderat *Peregr cons.
81. n. 1. & seqq. lib. 4. & pluribus comprobat Cyriac,
controu. 167. n. 2. & seqq. & n. 17.*

Excessus ex eo deductus, quod Comenzolus pro-
miserit ex pecunijs à Dugnano retrahendis soluere
Bennato scuta 314 qui successiuè declarauit credi-
tum huiusmodi spectare ad eumdem Dugnanum,
ex quo infertur, quod deliberatio non potuerit fieri
pro dicta summa, dum pro ea Dugnanus non exi-
stebat debitor tollitur ex eo quia declaratio facta
conuincitur triennio post secutam deliberationem,
quę propterea nō potest retrotrahi in præiudicium
5 Tertij ad infringendam deliberationem iam con-
sumatam, vt tradit *Dec. in l. pecuniam 35. sub nu.
11. vers. Adhuc tamen ff. si cert. pet. Surd. cons 382.
n. 79.* & vltra relatos per *Cost. de retrotract. cap 8.
cas. 2. n. 10. & 11.* dixit *Rot. coram Merl. decis. 568,
num. 28.*

Cessat pariter alter excessus, quod Domus ma-
gni valoris subhastata, & deliberata fuerit pro solo
credito scutorum 1348. nam cum deliberatio facta
appareat pro iusto pretio, & pro summa debita, pa-
rum refert, quod excederet creditum in valore, dum
6 residuum pretij restituitur debitori, vel soluitur cre-
ditoribus illius, *Bald. in l. fin. n 4. vers & non plus
C. de iur. domin. impetr. Alex. in l iuste possidet n 23.
ff. de acquir possess. Rot. coram Coccin. decis 136 n. 7.
Buratt, decis. 49. nu. 13. ibiq; Add litt. A. & plures
cumulant alij Add. ad S. M. Greg. decis. 198. n. 3.*

Demum non obstat, quod mandatū de delibe-
rando expeditum fuerit per mortem Dugnani, non
citato Carolo eius filio, nam cum citatus fuerit
Procurator constitutus ab eodem Dugnano, & Do-
minus litis effectus, vt apparet ex ipso tenore man-
dati de deliberando, ibi (Quoniam citato D. Simo.
7 ne Roberto Procuratore, & Domino litis effecto
prout in actis &c.) cessat dicta prætensa nullitas,
& deliberatio non valet ex hoc capite impugnari *l.
non solum §. morte ff. de nou oper. nunc. l. nulla C.
de Procurat, & tradit Surd. conf 99. nu 5. Buratt.
decis. 440. n 2. & 3.* vbi quod mandatum illius non
8 expirat morte mandantis, *S. M. Greg decis. 396.
n.* ibiq; *Add. litt. A. in recent. decis. 132 n. 11. p. 4. to 2,*
& latè deductum fuit *in Florentina fideicommissi 28.
Iunij 1638 coram Reuerendiss.* Compostellano, ma-
9 ximè quia in eodem mandato Procuræ adest
clausula, releuans &c. *Rot. coram eodem Buratt. de-
cis 241. sub n. 9. & 10.*

Firmato bono iure DD de Borromeis, manuten-
10 tio debet illis concedi, quia constat de illorum pos-
sessione ex Instrumento publico, & alijs actibus ge-
stis in vim cessionis, & possessionis in eos translatæ
à deliberatario, qui possidebat authore Prætore *ad
Text in l iuste possidet ff. de acquir. hæred.* Vndè
11 sicuti manutentio debetur deliberatario, ita con-
cedenda venit DD. de Borromeis repræsentanti-
bus illius personam, *Marescott. var. lib. 2 cap 116.
n. 9. Rot. decis 411. n. 17. p. 5. rec. & in Romana
Domus prima Iulij 1639. & 6. Februarij 1640. co-
ram Cardinali Panzirolo.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana locorum Montium.

Lunæ 16. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

FIdeicommissum constitutum cum facultate dispo-
nendi durat quatenus hæres non disponat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum institutum data facultate alienandi cense-
tur constitutum quatenus non sequatur alienatio.*

2 *Substitutio dependens a facultate alienandi secuta aliena-
tione quoad bona alienata, quasi de fecta conditione tota-
liter expirat.*

3 *Fauor piæ causæ non habetur in consideratione extra casum
à Testatore dispositum.*

4 *Qui potest fideicommissum non facere, potest & conditiona-
liter facere.*

5 *Declaratur* decis. 103. n. 17. par. 5. rec. & penes Buratt. de-
cis. 168. n. 23.

6 *Prohibitio detractionis* Trebellianicæ, & Falcidiæ *operatur
tantummodò data purificatione fideicommissi, neq; exten-
ditur ad alium casum, multò minus ad contrarium.*

7 *Vniuersalis institutio æquiparatur particulari expressioni;*

8 *Præsertim si fiat dispositio non solum de bonis, sed etiam de
omnibus iuribus, & actionibus.*

9 *Relatio debet fieri ad proxima, maximè ad euitandum ab-
surdum.*

10 *Relicto instrumento intelligitur relictum nomen debitori
in eo contentum.*

11 *Ne dispositio reddatur elusoria sufficit, quod in hæredita-
te possint adesse bona, vel iura imò quid minimum.*

12 *Data facultate libera alienandi non implicat, quod nihil
remaneat.*

13 *Condemnatio implicans petitorium cum possessorio reddit
causam appellabilem.*

14 *Hæres non tenetur de iactura, quæ non processit ex eius
culpa.*

DECISIO XXXXV.

ANtequam Martha de Boncompagnis instituisset sibi hæredes Hippolytum, & Clementem germanos fratres, eiusque sine filijs decedentibus, substituisset Petrum, & Petro Philippum nepotes, & in eorum defectum Congregationem Regularem PP Bernabitarum, sic formaliter disposuerat, (Seguita la mia morte Don Pietro mio figliuolo, con l'interuento degl'infrascritti heredi, faccino vn semplice Inuentario delli miei mobili, e detto Don Pietro lasci in mano degli heredi le parenti de luoghi de Monti, che ne dispoghino à loro piacere;) Prædefuncto sine filijs Hippolyto, instituto herede Clemente, deinde Clemente instituto herede Philippo, Petrus obtinuit immitti in possessionem bonorum Testatricis, & signanter locorum Montium, condemnato insuper Philippo ad iacturam trium locorum vacabilium, quę vacauerant per obitum dicti Don Petri filij Testatricis

sub

fub cuius periculo vitæ exlſtebant,vna cum fructi-
bus. Deuoluta verò cauſa ad Rotam,& mihi com-
miſsa propoſui dubium iuxta commiſaionem, an
eſſet locus Ægidianæ, & negatiuè reſponſum fuit.

Quamuis enim Teſtatrix inſtituerit fideicom-
miſſum in eius bonis,nihilominus quoad loca Mon-
tium data fuit facultas hęredibus diſponendi ad eo-
rum libitum, vnde cum Hypolitus,& Clemens vi-
gore dictæ facultatis de illis diſpoſuerint, non erat
Petro concedenda immiſſio,quia per diſtractionem
1 fideicommiſſum expirauerat, cum eatenus cenſea-
tur conſtitutum quatenus alienatio non ſequeretur,
*ad l. Titius, §. ad Trebell. Auth contra rogatus, C.
eodem, Aleiat. conſ. 112 n 23. lib 9. Gabr. conſ 99.
n 10. & ſeqq. lib. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 40.
n. 45. & 46.* & latè firmatum fuit in *Sancti Seue-
rini fideicommiſſi 25. Iunÿ, & 14. Decembris 1646.
coram R. P. D. meo Verospio, & 27. Ianuarÿ 1651.
coram R. P. D. meo Celſo.* Reiecta opinione De-
ciani *reſponſ. 99. nu. 24. lib. 5. & Decÿ conſil. 253.*
& aliorum, qui diſſentiunt, quia minus veris, &
communiter reprobatis argumentis conſuluiſſe,
reſponſum fuit *in d. Sancti Seuerini fideicommiſſi* 18.
Iunÿ 1649. coram bon. mem. Arguellies, ſicuti eos
confutarunt *Theſaur. in quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt.
17. n. 18. & 19 Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 650 n. 45.*
& contrariam communem eſſe pluribus compro-
bat *Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 149. nu.
37. & ſeqq.*

Nihil referente, quod non data perpetuitate fi-
deicommiſſi, ſubſtitutio facta fauore piæ cauſæ in
defectum vocatorum nunquam verificari potuiſſet,
quia cum dependeat ab eo caſu, quod hæredes non
2 vtantur facultate alienandi, ſequuta alienatione,
quoad bona alienata, quaſi deſecta conditione to-
taliter expirat *Rota deciſ. 155. n. 20. p. 4. tom. 2. re-
cent. & in Romana dotis 15 Maij 1656. coram Re-
uerendiſſimo D. meo Decano, & in Romana reſti-
tutionis dotis 14. Decembris 1657. coram me, §. ex
quo contextu, vbi etiam in §. finali reſpondetur*, quod
3 fauor piæ cauſæ non habetur in conſideratione ex-
trà caſum à Teſtatore diſpoſitum; Nec eſt incon-
ueniens, quod hæredis arbitrio data ſit facultas de
bonis diſponendi, & quod eadem bona fideicom-
miſſo ſubiaceant, nam ſicuti Teſtatrix potuiſſet fi-
deicommiſſum non facere, ita ſibi licuit illud re
4 ſtringere ad ea bona, quæ alienata non fuerint, vt
ſentiunt præcitati DD & firmant *Surd. conſ. 395.
n. 1. & 2. & in Romana fideicommiſſi de Zeffiris 8.
Februarij 1647. coram bo. me. Bichio.*

5 Deciſiones autem in contrarium adductæ non
applicantur, illa enim 103 *a num. 17 par. 5. recent.*
loquitur de facultate data Procuratori, quæ intelli-
gitur ſolum ad effectum adminiſtrandi, non autem
diſponendi in præiudicium fideicommiſſi. Alia
verò Buratti 168. *n. 23* loquitur incidenter, & de
facultate tacita, quæ deſumebatur ex proprietate
ſimilium verborum, quæ non eſt adeo efficax ad li-
mitandum fideicommiſſum ſicuti eſt expreſſa, de
qua in caſu noſtro *ad text. in l. final. ff. de legat. 1.*

Nec obſtat, quod fuerit prohibita detractio Tre-
6 bellianicæ, & Falcidiæ, quia vtpotè acceſſoria ad
fideicommiſſum, operatur ſolùm data purificatio-
ne, & exiſtentia fideicommiſſi, nec extendi poteſt
ad alium caſum, & multò minùs ad caſum contra-
rium *Peregr. de fideicomm. art. 3. n 122. Rota deciſ.
651. n. 12. p. 4. tom. 2. recent.*

Nec eſt dubitandum quin Hyppolitus, & Cle-
mens vſi fuerint facultate ſibi conceſſa ex eo, quod
in Teſtamento prædicta loca Montium non ex-
preſſerint, quia ex generali inſtitutione hæredis di-
citur ſufficientèr de illis diſpoſitum perinde, ac ſi
fuiſſent particularitèr expreſſa, cum vniuerſalis in-
ſtitutio æquipolleat particulari expreſſioni, vt pro-
7 bat *Paris conſ. 72. nu. 50. 51. & ſeqq. lib 3. Me-
noch conſ. 210. n. 32. cum ſeqq. & conſ. 1130. nu. 8.
Fuſar. qui plures cumulat de ſubſtit. quæſt. 550. n. 10.
& quæſt. 593. nu. 34 Grat. diſcept forenſ. cap. 315.
n. 8. & 9. Rota coram Seraphin. deciſ. 1303 nu. 12.
& penès Pacific. de Saluian. deciſ. 151. nu 5.* Præ-
ſertim quia diſpoſuerunt non ſolùm de bonis, ſed
etiam de omnibus iuribus, & actionibus, quo caſu
ſub hæredis inſtitutione comprehendi bona, de
8 quibus quis poterat diſponere vigore facultatis ſibi
attributæ, tradit *Surd. deciſ. 272. nu. 14. Menoch.
d. conſ. 210. n. 32. Fuſar. quæſt. 44. nu. 8, & melius
d. quæſt. 550. num. 16.*

Quòd verò diſpoſitio referri debeat ad litteras
patentes, non autem ad loca Montium, nullatenùs
ſubſiſtit, vltra quod, re vera, diſpoſitio percurit ip-
ſa loca Montium, quibus adijciuntur illa verba, (le
Patenti de luoghi de Monti, che ne diſponghino
à loro piacere,) relatio enim fieri debet ad proxi-
9 ma, *l. ſi idem, ff. de Iuriſdictione omnium Iudic. Rota
deciſ. 62. n. 10. par. 6. & deciſ. 235. n. 18. par. 7. re-
cen.* Maximè ſi aliàs ſequeretur abſurdum prout hic,
abſurdum namque eſſet, quod diſpoſitio loquere-
tur de ſolis patentibus, quo caſu omnino relatio
facienda eſt ad id, quod immediatè fuit diſpoſitũ,
iuxta *Gabr. concluſ 9. n. 28. de clauſul.* Eſto etiam,
quòd intelligeretur de patentibus, adhuc tamen
loca in eis contenta cenſerẽtur conceſſa non ſecùs,
ac per ſimplicem donationem, vel relictum In-
10 ſtrumenti, nomen debitoris in eo contentum, do-
natum, & relictum eſſe præſumitur, *l. ſeruum filij
46 § eum qui, ff. de legat. 1. ibiq; Iaſ. poſt alios n. 3.
& l. qui Chirographum 57 ff. de legat. 3.*

Nec paritèr obſtat, quod tota hæreditas conſi-
ſtat in hiſce locis Montium, quia id nullo modo
11 iuſtificatur, vt concludenter opus eſſet, & ne diſ-
poſitio reddatur eluſoria, ſufficeret quòd in hære-
ditate poſſint adeſſe bona, vel iura, imò etiam quid
minimum, vt dictum fuit *Romana cambij 16 Iu-
nij 1652. coram* Reuerendiſ. *Tarracon.* & nihilo-
minùs cum à Teſtatrice data fuerit libera facultas
12 alienandi, & diſponendi non implicaret, quod ni-
hil remaneret iuxtà *conſ. Iaſ. 129 lib 4. per totum,
cum alios congeſtis per Fuſar. quæſt. 546 n. 1. & 3.
de ſubſtit.*

Ex quibus fuit reſolutum non intrare Ægidia-
nam, quoad loca Montium, quæ hodie exiſtunt,
ſed multò minùs quoad ea, quæ vacarunt per obi-
tum Don Petri, Tùm quia ſententia in hac parte
13 continente condemnationem Philippi ad amiſſio-
nem illorum implicat petitorium cum poſſeſſorio,
ſicque ratione mixturæ reddit cauſam appellabilem
*Rota coram Buratt deciſ. 208 nu. 1. in Romana fi-
deicommiſſi de Spiritibus 15. Ianuarij 1646. coram*
Reuer*endiſ. D. meo Decano, & in Anconitana hæ-
reditatis 17. Martij 1649. coram Reuerendiſ. Tar-
raconen.* Tùm quia cum illa poſita eſſent ſuper pe-
14 riculo vitæ ipſius Petri, non tenentur hæredes de

tali

5 tali iactura, quæ ex eorum culpa non processit *Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 2. n. 138. Paris. cons. 55. n. 27. lib. 2. Mangil. de imput. quæst. 136. sub nu 78. et seq. Rota coram* Cardinali *Millino decis. 309. nu. 6.*

Et in Partibus Informantibus decisum:

R. P. D. VEROSPIO:

Tirasonensis Iurisdictionis:

Luna 18. Iunij 1660.

ARGVMENTVM:

NON desideratur, quia per se satis, & ab undè patet.

SVMMARIVM:

1 *Episcopus in qualibet parte sua Diœcesis habet ordinariam iurisdictionem.*
2 *Manutentio decernenda est Episcopo, qui habet iuris assistentiam.*
3 *Possessio Episcopi de tempore motæ litis transit in successores.*
4 *Manutentio regulariter decernitur possessori de tempore motæ litis.*
5 *Episcopus non adstringetur ad electionem Vicarij Generalis.*
6 *Manutentio non potest dari ob actum facultatiuum.*
7 *Spontanea confessio Episcopi non præiudicat successori.*
8 *Immemorabilis possessionis probatio non retardat manutentionem iam decretam.*

DECISIO XXXXVI.

SVper exercitio ordinario Iurisdictionis in loca, ac personas Archidiaconatus Oppidi Calataiubij suppositas, Reuerendiss. olim Tirasonen. Episcopus manutentionem de anno 1551. à bo. me. Archill. de Grass huius Sacri Tribunalis tunc temporis Auditore receperat, eaque postmodum coram bo. me. Cardinali Sacrato sub die 28. Iunij 1619. iterum decreta fuit, hac verò lite in vim specialis commissionis mihi directè denuò excitata, Domini demandarunt, vt Remissoria ad Capituli Calataiubij instantiam ad partes expedita non obstantibus supermanutentionis articulo, dubium instituerem, quod in Episcopi fauorem fuit hodiè resolutum.

Dum enim situs Oppidi Calataiubij ceteris vna cum locis Archidiaconatus infrà limites Tirasonen. Diœcesis consistere conuincitur, ordinaria proindè Iurisdictio Episcopo in ijsdem locis ex Iuris dis-
1 positione defertur, *ad Text. in c. cum Episcop. 7. de offic. Ordinar. lib. 6. c. cum personæ 7. in fin. de priuil. eodem lib 6. Marescotc. var. resolut. lib. 2. cap. 15. num. 1.* Gratian *discept. forens. cap. 655. num. 8. & 9. Rot. decis. 713 num. 1. p. 4. diuers., & decis. 501. num. 1. p. 2. rec. & in Salisburgen. Iurisdictionis 1. Iulij 1643 in § Prædicta situatione. coram Reuerendiss. Turrecremen., & 16. Iunij 1653. in §. siquidem. coram me, cum alijs relatis iuribus in Tolet. na Iurisdictionis 9 Maij anni præteriti in §. Iustificato ex his. coram R. P. D. meo Beuilaqua,* itaut
2 ei quoquè debeat manutentio ex eadem Iuris assistentia decerni, *iuxtà Tex. in add. c. cum personæ in fin. de priuil. lib. 6.* Ricc. *in collect. decis. collectan. 2287. Rota decis. 396. n. 1. p. 1. rec. coram Mantic. decis. 322. nu. 1. et 2. et coram Vrsellen. decis. 226. n. 1. et in Barchinon. Iurisdictionis 1. Iulij 1644. in §. non obstat vers. Propterquam assistentiam. coram bo. me. Bichio, et in Beneuentana iurisdictionis 13. Maij 1652. in §.* Vnde cum ex prædictis, *coram R. P. D. meo Zarate,* confirmata *31. Ianuarij 1655. §. sed his coram Reuerendiss. D. meo Decano,* Actuali ipsius Episcopi possessione de tempore motæ litis potissimè perspecta, successoribus in Episcopatu
3 suffragari perapta, *vt adest* Guidopap. *decis. 629 n. 4. Rot. coram Seraph. decis. 1417. n. 2. ad fin. et decis. 501. n. 2. p. 2 rec.*

Nec vrgere visa fuit excitata iterum vnio Archidiaconatus cum Episcopatu, quæ sub ea lege subsecuta contenditur, vt Episcopus in locis vnitis iurisdictionem, vel per semetipsum intrà Archidiaconatus limitea residentem, vel electione Vicarij Generalis mediante teneretur exercere. Præterquam enim vnio hæc, atq; conuentio quocumque probationum genere destituitur, ea poterit in petitorio dumtaxat iudicio examinari, non autem ordinariam iurisdictionem Episcopi euertere, ex testibus præsertim ab anno 1550. examinatis, comprobatam, deponentibus nimirùm Vicarium dumtaxat foraneum, non autem Generalem in oppido Calataiubij fuisse constitutum, nec non in Ciuitate Tirasonen. Synodum, cum Clericorum eiusdemmet oppidi interuentu extitisse peractam. Quinimò contentiosam iurisdictionem ab Episcopo Tirasonæ residentes tam contra Decanum, quàm contra Canonicos, & Clericos Archidiaconatus diu ersis vicibus exercitam quoque concludunt. Ex his namq; actibus iurisdictionis possessio de tempore litis motæ desumitur, ad cuius Statum manutentio regulariter decerni consueuit, *iuxt. Text. in §. retinendæ,* ibiq; *DD. communiter instit. de interdict. Rota coram Greg. decis 569. n. 3. coram Buratt. decis. 504. n. 11. cum alijs deductis in Ariminen. Prædij 14. Iunij 1658. in §. ratio resolutionis coram me.*

Nec poterit obesse Vicarij Generalis in eodem
5 oppido aliquoties subsecuta retentio, vel quia ex hac electione à mera Episcopi facultate pendente, qui ad electionem Vicarij nullatenus astringitur *iux. decis Put. 45. n. 1. lib. 2. Mohed. decis. 4. nu 1. de offic. Vicar. & in Valuen Præheminentiarum 5. Maij præteriti in §. Et visum est cum seq. coram R. P. D. meo Taia,* & latè probat Gratian. *discept. forens. 655. n. 47.* nulla quasi possessio Communitati, seu Capitulo Calataiubij aduersus Episcopum de-
6 lata censetur *iux. decisionem* Rotę *æditam in hac causa coram Achill. ac impressam inter decisiones Verall. decis. 306. par. 1. & coram* Caualer *decis. 418. n 9. & 10.* Grati*n. decis. March. 112. nu. 5. & 7. cum seqq. Barbos. de offic. et potest. Episc. p. 3. alleg. 54 n. 125.* Vel quia deputatio Vicarij ab Episcopo, lite iam excitata processit, cuius propterea spontanea super possessione confessio Ecclesiæ, seu successoribus in Episcopatu præiudicium aliquod in-
7 ferre nequiuit, ad *Tex. in c. veniens n. 8. de transact. præsertim de testibus lib. 6 not. Abb. in c. ex multiplici 3. n. 2. de decim.* Rot. *coram Verall. decis. 128 n. 4. p. 2. et in Beneuentana Iurisdictionis 27. Ianuarij 1653. in § cæteri verò actus. propè fin. coram* R. P. *D. meo Zarate.*

Re-

Remissoria denique super immemorabili quasi
8 possessione Generalem Vicarium obtinendi inuito
licèt Episcopo, Capitulo Calataiubij sancita pro-
secutione iudicij in causa manutentionis retardare
non valet, cum immemorabilis ipsa neq; posset suf-
fragari, donec tribus conformibus sententijs eadem
approbata foret, vt dixit Rota *decis 717. n. 1. vers. non obstat p 4. diuers. et decis. 600 nu. 6. et 7. p. 4. tom. 3. rec. et in add. Beneuentana Iurisdictionis 17. Ianuarij 1633. in §. Praeterea. coram* R. *P. D. meo Zarate*.

Et ita vtraq; parte informante &c.

R. P. D. MELTIO.

Romana vineæ.

Lunæ 21. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

AN ad formam Statuti Vrbis detur executio super bonis emphiteuticis Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Datur conditio pretij aduersus licitatorem quando Iudex nulliter processit in deliberando.*
2 *Executiuè agi non potest super bonis emphiteuticis Ecclesiæ vigore Statuti Vrbis.*
Amplia vt num. 4.
3 *Priuilegium partis sub proprietate Ecclesiæ existentis afficit alias partes etiam liberas in sententia contentas.*
5 *Citatio præcedens* ad videndum mandari, *circumducitur per admissionem articulorum, etiam cum clausula* sine præiudicio obligationis Cameralis. *Itaut ad prosequendum opus sit noua citatione.*
6 *Si Iudex admittitur articulos, vel iura post conclusum in causa citatio ad sententiam circumducitur, non obstante clausula* sine præiudicio.
7 *Pro melioramentis datur retentio, nec dicitur satis indemnitati consultum propter solam iurium reseruationem.*
8 *Exceptio melioramentorum licèt omissa à Statuto Vrbis non potest dici sublata.*

DECISIO XXXXVII.

COncessa Marco Antonio Venturæ super resolu-
tis coram me sub die 16. Ianuarij proximè præ-
teriti noua audientia ex eisdem prorsus fundamen-
tis, contra quæ nihil releuans fuit replicatum, ste-
terunt Domini in decisis.

Quamuis enim aduersus licitatorem non detur
1 actio propter iniustitiam deliberationis, sed solùm
remaneat debitori conditio pretij contra actorem,
ad cuius instantiam facta fuit deliberatio, attamen
id iure obtinet, quando Iudex ritè, & rectè proces-
sit, secus quando (prout hic) nulliter deuentum fuit
ad deliberationem, vt declarauit Rot. *in Anconitana spolij apud Marchesan. p. 2. fol. 235. num. 1. et in* Romana *censuum 27. Aprilis 1644. coram* Reuerend*iss. Terracinen.*

Nullitas satis clara visa fuit, cum resultet ex eo,
2 quia actum fuit executiuè super bonis emphyteu-
ticis Ecclesiæ S. Petri ad Vincula vrbis vigore Stat.
lib. 2 cap. 85. contra opinionem, quam seruat Ro-
ta, de qua latè disserit *Merlin. decis. 903. per tot.* &
in alijs relatis *in* Romana *Bonorum 9 Ianuarij 1643. coram* Reuerendiss. *Terracinen. et in* Romana *Domorum 15. Decembris 1649. §. vltimo coram bo. me. Bichio*.

Nec quidquam refragatur, quod vinea in totum
non examinat sub directo dominio Ecclesiæ, sed
tamen pro rata petiarum 13. Quia cum istæ non
sint separatæ ab alijs, sed sententia A. C. concedat
immissionem in omnibus vnica structura verbo-
rum remanet nulla quoad omnes, cum priuilegium
Partis sub proprietate Ecclesiæ existentis afficiat alias
3 partes etiam liberas in sententia communitas, vt
pluries dixit Rota, & signanter *in Ariminen. Saluiani coram bo. me. Bichio impress. post Merlin. de pignor. decis. 122. n. 4 et seqq. et in Viterbien. fideicommissi 12. Maij 1645. coram* Reuerendiss. *D. meo Decano*.

Nec dicatur, quod etiam contra tertium possi-
dentem bona emphyteutica Ecclesiæ competat via
executiua vigore dicti Statuti, vt tenuit Rota post
Zacch. de oblig. Camer. *decis 196 nu. 18.* quia satis
est hodie, Rotam seruare opinionem contrariam,
4 vt videre est in suprascriptis decisionibus, quod vl-
tra vbi Statutum expressam mentionem non facit
de personis, & bonis Ecclesiasticis, illa nullo modo
compræhendat, & secundùm hanc opinionem vti
currentem est iudicandum, Rot. *coram Mantic. decis 23. sub n 19 et 20.*

Sed ineuitabilis est altera nullitas prouenien ex
defectu citationis ad viden. mandari deliberari, quæ
cum fuerit circumducta ex admissione articulorum
5 super melioramentis, requirebatur exindè noua ci-
tatio, & nouum decretum, licèt admissio articulo-
rum, & nouorum iurium fuerit facta cum clausula
(sine præiudicio obligationis Camerales processus
executiui subhastationis, ac decretorum factorum,)
quia vbi protestatio contraria facto, ea non attenta
adhuc circumducta fuit prima citatio, itaut sine
noua citatione, & citrà nullitatis vitium non
poterat ad vlteriora procedi, vt præter allegatos in
decisione, quæ reuidetur, fuit dictum in *Viterbien. fideicommissi, seu Actorum 13. Maij 1644. §. Quod autem coram* Reuerendiss. *D. meo Decano, et in Corneten. Bonorum 29. Martij 1647. § nam per hoc coram Terracinen.* vbi firmatur ab hac opinione non
esse receden.

In concursu igitur tot resolutionum huius Sac.
Tribunalis non est curandum de eo, quod dixit
R*idolphin. in sua prax. p. p. c. 8. nu 148.* licet verè
ipse loquatur in diuersis terminis in decreto nempè
relaxationis mandati nil post se expectante, cui non
officit sequens admissio cum dicta perseuerantia,
prout se explicat idem R*idolph. in n. 152. et seqq.*
præsertim *n. 159* vbi probat, quod si Iudex ad-
mittit articulos, vel iura post conclusum in causa,
6 tunc illa citatio ad sententiam, vel alia vlterior
circumducta remanet, non obstante clausula *sine
præiudicio*, ob vtriusq; actus contrarietatem.

Iniustitia pariter visa fuit satis euidens, quia cum
Antonius probauerit melioramenta facta in vinea
non solum in genere, sed etiam in specie pro eisdem
competebat illi retentio, nec per solam iurium re-
7 seruationem sufficienter eius indemnitati consul-

cum

tum remansit, vt post alios in præterita decisione citatos, firmatum fuit *in Bonon. fideicommissi de Vizzanis 7. Iunij 1647. §. melioramentorum verò.*
8 *coram bo. me. Bichio.* In nihilo refragante dicto Statuto Vrbis, dum omittit hanc exceptionem meliorarmentorum in dinumeratione aliarum, quas contra dotem admittit, quia non ideò huiusmodi exceptio dici potest sublata, licèt Statutum de ea mentionem non faciat, *Boer. decis. 43. nu 15. Manent. decis. 36. n. 14. Giurb. decis. 60. n. 6. Barz. decis. 108. n. 40. & seqq.*

Non obstat, quod huiusmodi probationes fuerint factæ post consummatam deliberationem, quia hoc euenit ob breuem terminum à Iudice præfixum, & ex quo ad deliberationem processit sine noua citatione, quæ omninò necessaria erat. Cumq; post consummatam deliberationem signatura eidem Iudici mandauerit, vt Partes iterum audiret, etiam quoad deliberationem, subindeq; examinati Testes, illorum probationes perindè habentur, ac si deliberationem præcessissent, vt fuit in alia latè firmatum.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana cambij.

Lunæ 21. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

AN solutio dissoluta societate, & non intimata debitori soluenti vni ex consocijs suffragetur, & quomodo societas probetur?

SVMMARIVM.

1 *Per solutionem vni ex consocijs factam debitor liberatur.*
2 *Contracta societas probatur ex confessione vnius ex consocijs facta in apocha ex societatis causa.*
3 *Pluralis locutio dualitatem requirit.*
4 *Solutio facta vni ex consocijs ante intimatam dissolutionem societatis sustinetur.*
5 *Solutio facienda non est ab eo, cui statim competit repetitio.*

DECISIO XXXXVIII.

ANtonius Franciscus Farsettus vti Depositarius redditum ad Secretarios Apostolicos in Prouincia Marchiæ spectantium, mandatum pro scut. 542. contra Petrum Lauretanum eorundemmet Secretariorum Exactorem obtinuerat, qui consimilem summam à benigno Bernabeo receptam ad cambium in ipsomet Instrumento sub ea conditione Farsetti Procuratori persoluit, vt quoties huiusmodi creditum aliàs eiusdemmet Farsetti Ministris exbursatum innotesceret, posset ipse repetitionem summæ tantumdem experiri; Cum verò Farsettus Bernabei cessionarius in iudicio consequutionis cambiorum coram A. C. succubuerit ad eius instantiam delata mihi causa, dubium hodie proposui, an fors vna cum cambijs successiuè decursis ipsi debeatur, à DD. in omnibus negatiuè resolutum.

Dum enim Prosper Pauia Farsetti Consocius summam scutorum 542. à Lauretano exegisse conuincitur, quantitas hæc iteratè dignoscitur per Far-
1 settum successiuè recepta, cum vni ex socijs attributa solutio debitori soluenti omninò suffragetur, vt tradunt *Ias. in l. si vnus 27. n. 3. ff. de pact. Paris. cons. 122. in princ. lib. 4. Ioseph Ludou. decis. Lucens. 25. n. 13. Gratian. disc. for. cap. 401. nu 45. 45. & 52. Rot. coram Verall. decis. 384. n. 2. p. 3. & decis. 168. nu. 2. p. 3.*

Hæc autem societas inter Farsettum, & Pauiam contracta concluditur, cum ex epistolis vtrique vti consocijs à Mercatoribus transmissis, tum ex eiusdem Farsetti confessione, Pauiam consocium denominantis in apocha ex societatis causa ab anno
2 1644. conscripta, vt aduertit *Soccin. Sen. cons. 87. n. 15. vers. Vnde tam lib. p. & cons. 160. n. 4. lib. 2. Rot. in Romana Societatis de Rotignis 2. Martij 1646. in §. vt eq; visum fuit coram Reuerendiss. Terracinen. & in Viterbien. Laudi 14. Maij 1659. in §. nec videtur post med. coram me.*

Nec subsistere visa fuit obiectio, quod societatis apocha depositariam dumtaxat R. C. Apostolicæ, non autem alteram controuersam includat: Cum enim Farsettus in eademmet apocha societatem super depositarijs declaret extitisse contractam, depositaria, de qua nunc agitur, per necesse ibidem censetur inclusa ex vi pluralis numeri duorum saltem
3 concursum regulariter exoptantis *iux. text. in l. vbi numerus 12. ff. de testibus l. libertas, quæ in vltimam 17. §. fin. ff. de manumiss. in testam. Oldrad. cons. 213. nu. 8. ante fin. Signorol. cons. 92. n. p. Card. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 19. nu. 58.*

Et licet iuxta facultatem sibimet ipsi in apocha reseruatam Farsettus societatem dissoluerit. Hæc tamen dissolutio in Lauretani præiudicium, cui ante
4 solutionem intimata non fuit nullatenus sustinetur, vt dixit *Rota in Romana societatis de Rotignis 10 Febr. 1648. in p. § vers. & illis parte notificare coram Reuerendiss. Terracinen.*

Hinc ad inanes circuitus euitandos non debet Lauretanus pro sortis, & cambiorum solutione compelli, quam illicò posset ex speciali conuentio-
5 ne à Farsetto repetere ad *Text. in l. in rem suam, ibiq; Glos. ff. de compensat. & in l. cum fundus §. secunum ff. de reb. cred. Natt. cons. 133. n 9. Rot. in Romana fructuum Dotis 7. Febr. 1659. in vlt. §. coram me.*

Et ità vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria.

Veneris 25. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

SVMMARIVM.

1 *Emptor qui percepit fructus rei emptæ tenetur ad vsuras pretij non soluti.*
2 *Fructus stabilium regulariter taxantur ad rationem quinque pro centenario.*

3 *Interesse venditori, cui pretium non est solutum, ad rationem fructuum quos percepit emptor, æstimari debet.*
4 *Conuentio fructuum recompensatiuorum ad rationem septem pro centenario quando possit esse licita.*

DECISIO XXXXIX.

FRuctus annuos, de quibus agitur, in emptione domus à Guicciardis Elisabethæ promissos in scutis septem cum dimidio pro singulis centenarijs ab anno 1623. debitos esse Constantiæ eiusdem filiæ, ac hæredi, abindè verò citra in scutis dumtaxat quinque Rota decreuerat coram me sub die 19. Iunij anni 1656. cuius decisionis fundamenta ex Constantiæ parte ad disputationis trutinam reuocata, subsistere hodie Domini responderunt.

Licet enim ex æquitate *l. curabit C. de action. empt.* domus coemptor pro rata pretij non soluti
1 fructus venditori persoluere cogatur; Horum tamen fructuum constitutio in casu, quo domus ab ipsomet emptore inhabitata fuerit, solet in scutis
2 quinque pro singulis centenarijs admitti *iux. gloss. communiter receptam in Auth. præs. C. de Sacrosanct. Eccles. Bals. in l. si fundum per fideicommissum n. 5 ff. de leg. 1. Paris. cons. 50. n. 27. lib. 1. Rot. coram Buratt. decis. 65. n. 9.* Quidquid dicendum foret si vberiorem quantitatem ex re distracta emptor ipse re-
3 traxisset; Tunc enim legali taxa posthabita, ad normam exactæ quantitatis solutio peragi debet, vt aduertit *Soccin. in l. de diuisione n. 13. cum seqq. ff. solut. matrim. Imol. in l. insulæ § vsura in fine ff. eod. tit. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 24. nu. 14.*

Dum itaq; domus ab anno dumtaxat 1623. conuincatur locata pro pretio scutorum septem cum dimidio in singula centenaria correspondente ab eo solum tempore fructuum taxatio in eadem quantitate permittitur ex iuribus supra relatis.

Nec obstare visa fuit inhabitatio domus in prioribus annis ex emptoris parte peracta, perinde ac si pro tempore incolatus ad eamdem rationem fructuum constitutio sanciri debeat; cum enim altera locatio anni 1618. pro summa minori stipulata noscatur, emptor non potest proindè ad solutiones maioris quantitatis pulsari, sed perspecta locationum difformitate, satis esse censetur, vt scuta quinque pro tempore inhabitatæ domus persoluat iuxta taxam à iure sancitam, non obstante conuentione partium, fructus in eadem summa scutorum septem cum dimidio constituente. Talis quippè conuentio pro eo solùm tempore admittitur, quo domus pensiones fructuum taxationi respondeant,
4 secus verò si contrarium comprobetur, vt voluit *Dec. cons. 39. n. 5. Sard. cons. 485. n. 6. Rot. decis. 2. num. 8. coram Eminentiss. D. meo Cardinale Ottho. bono.*

Et ita, Constantia dumtaxat informante, responsum &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Gerunden. Parochialis.

Lunæ 18. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

ELectio Rectoris ad Parochialem Ecclesiam ex concursu inualido est infirmanda.

SVMMARIVM.

1 *In examine ad Parochialem Ecclesiam requiritur interuentus Episcopi.*
2 *Decretum quod alia beneficia, quæ promotus ad Episcopalem dignitatem obtinebat de facto, ac de iure à die ipsius promotionis vacent, illicò inducit eorumdem vacationem absq; eo, quòd assequatur Episcopatus possessionem, & consecrationem.*
3 *Institutus ab Ordinario ad præsentationem eius, qui Ecclesiæ credebatur Patronus, euicto postmodum à præsentante Patronatus iure non potest remoueri.*
4 *Concursus ad Parochialem Ecclesiam habitus contra Conc. Trid. & Constitutionis Pij Papæ V. dispositionem est illegitimus.*
5 *Ex specifica dignitatis petitione, & speciali procuræ mandato resultat expressus consensus ad ipsam dignitatem; qua obtenta nedum primæ dignitatis Titulus cessat, verum etiam, & possessio, vel quasi exercendi iurisdictionem ex eo competentem.*
6 *Vbi liquidò constat de veritate anterioris Status, & proprietatis absorbentis possessionem non attenditur collatio, & institutio repugnans statui anteriori.*
7 *Capitulum de iure communi, Sede Episcopali vacante succedit loco Episcopi in vniuersam iurisdictionem.*
8 *Testes de simplici auditu non probant.*
9 *Testium depositiones magis sunt attendendæ factæ in Interrogatorijs, quam in articulis.*
10 *Ampliatur conclusio, vt eo magis procedat si depositiones sint contra producentem, quia tunc aduersus eum testes fortius probant.*
11 *Obiectum de bona fide, seu communi errore fundatum in l.* Barbarius ff. de Offic. Præt. *quare non militet in casu.*
12 *Cessat dispositio d. l. barbarius, vbi sunt duo prouisi, ac simul concurrunt, quia tunc vera, & legitima prouisio præualere debet.*
13 *Cessat etiam si adsit præsumptio per quam bona fides, siue communis error remoueatur.*
14 *Cessat tandem dispositio d. l. cum veritas detecta apparuit ante complementum negotij, nam tunc opinioni standum non est quippe quæ cedit veritati.*
15 *Intellectus ad authoritatem in contrarium allegatam, & præcipue* Gratian. in discept. 18. & 127.

DECISIO L.

DOmini persistentes in decisis coram me sub die 5. Martij præteriti denuo dixerunt gratiam Raymundi Ros esse in omnibus iustificatam, & signanter respectu narratiuæ, in qua cardo difficultatis positus est, quod in concursu habito ad hanc Parochialem sub die 27. Octobris 1656. in quo fuit prælectus Laurentius Costa collitigans non fuerit
1 seruata forma præscripta à *Sac. Concil. Trid. in cap. 18. sess. 24. de reformat.* exigente in examine interuentum

uenitum Episcopi, vt litteraliter habetur *sub §. Transacto constituto tempore*, & refert *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 31. nu. 56. & 57.* dum factus fuit
coram D. Bernardo de Cardona tanquam Archidiacono per translationem Episcopi Gerundesi ad
Ecclesiam Dertusen̄, vices illius tunc gerente, &
tamen talis non erat ob promotionem ad Episcopatum sub die 24. Iulij antecedentis cum expresso
decreto, quod ab illa die Archidiaconatus, aliaque
Beneficia, quæ obtinebat de facto, & de iure vaca-
2 rent. Huiusmodi enim decretum illicò vacationem induxit non expectata assecutione possessionis
Episcopatus, nec consacratione, & lapsu temporis
ad id præfixi, vt declarando *textum, & Abbatem in cap. cum in cunctis §. cum verò de elect.* tradit *Garz. de benef. part. 11. cap. 6. nu. 10.* & sequendo *decisionem 2. Cassad n. 3 & 4 de constit.* probat *Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 1. nu. 77.* & firmauit *Rota in recent. decis. 475. num. 19 & 20. part. 1. & coram Card. Millin. decis. 45. n. 9. alijque adducti in decis. Quod demum.*

Non obstat, quod saltem pro substinendo concursu sufficiat Laurentio quasi possessio exercendi
Iurisdictionem, in qua idem D. Bernardus tunc
temporis existebat ad instar instituti ab Ordinario
3 ad præsentationem eius, qui Ecclesiæ credebatur
Patronus, & Iuspatronatus possidebat, quod non
possit remoueri, licet illud Ius ab eo postmodum
euincatur per *tex. in cap. consultationibus 19. de Iurepatr. Rota in Asculana Iurispatronatus 1. Iulij 1650. §. Non obstat, quod Nouellus coram Reuerendiss. D. meo Papien.* Quoniam facili responsione satisfieri obiecto Domini putauerunt, aduertendo
quod in tantum D. Bernardus possessione exercendi Iurisdictionem quasi Episcopalem gaudebat,
in quantum erat Archidiaconus, Cumq; compertum, & indubitatum sit, quod tempore concursus
desierat esse talis, ob dictum decretum in antecedenti sua promotione ad Episcopatum à Summo
Pontifice appositum continens Archidiaconatus
4 vacationem, vtique concursus coram eo fuit illegitimè factus contra *Conc. Trid. & Constitutionis fel. mem. Pij V.* dispositionem per viam legis generalis
æditæ, & certam formam præscribentis cum clausula sublata, & decreto irritanti *Garz de benef p. 9. cap. 2. nu. 360. & 365. Massobr. in prax habend. concurs. requisit. 3. dub. 4 à n. 2. vsque ad fin. Mar Anton.* Maceraten. *lib. 1. resolut. 63 n. 2. Lotter de*
5 *re benef. dicto lib. 2. & quæst. 31. nu. 25.* Inde inferebatur quod cessante titulo Archidiaconatus, in
quo non habebat quidquam aliud agere, omneque
Ius amiserat, necessario cessauit etiam possessio, vel
quasi exercendi Iurisdictionem ex hoc sibi competentem, præsertim stante eius expresso consensu ex
specifica Episcopatus petitione, & speciali procuræ
mandato resultante ad tradita per *Io. Andr. in cap. quod ob gratiam 61. nu. 5. de regul. iur. in 6. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 54. n. 145. Rot.*
6 *decis. 475. n. 5. & 6. par. 1. recent.* Et succedit clara Iuris conclusio, quod vbi liquidò constat de veritate anterioris status, & proprietatis absorbentis
possessionem, non attenditur collatio, & institutio
repugnans statui anteriori, vt in ijsdem terminis
c. consultationibus tradunt Abb. ibi nu. 9. Dec. cons. 149. n. 2. Modern. Pisan. de iurepatr. lib. 11. cap. 5. nu. 23. Rota decis. 157. nu. 10. par. 2. diu. & in rec. decis. 568. nu. 9. par. 4. Add. ad san. me. Greg. XV. decis. 77. n. 12. vers. Prædictis, & admittitur *in dicta Asculana Iurispatronatus sub d. §. Non obstat.*

Qua responsione tollitur etiam alia obiectio, quod
cõcursus non fuit actus voluntarius, sed necessarius,
quia non ideo potuit ab Archidiacono expleri, dum
per vacationē non erat talis, nec amplius vices Episcopi gerere poterat, sed explendus erat à Capitulo;
7 quod de iure communi Sede Episcopali vacante
succedit loco Episcopi in vniuersa Iurisdictione *c. cum olim 14 de maior. & obed cap. 1. eod. tit. in 6. Garz. de benef. part. 5. cap. 7. n. 38.* & Vicarium deputat, vt disponit *Sac. Conc. Trid. sess. 24 cap. 16. de reform. Rota in Ampurien. seu Ciuitaten. deputationis Vicarij 19. Ianuarij 1646. coram Reuerendiss. Papien. in Elnen. Iurisdictionis 19. Iunij 1647. in principio coram bo. me. Dunozetto, & inter impress. Eminentiss. Cardinalis Otthoboni decis. 220. n. 2. & 3.* & in specie quod potestas habendi concursum
Sede Vacante transeat in Capitulum *Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 31. n. 68. & Rota decis. 532. n. 4. par. 2. recent.*

Non releuant testes nouissimè à Laurentio examinati, quatenus super articulis asserunt eundem
D. Bernardum à mense Ianuarij 1656. vsque ad 2.
Nouembris publicè tentum fuisse pro Archidiacono, pluresque actus Iurisdictionales intra dictum
tempus exercuisse, quia præter quod certitudinaliter id non asserunt; Imò alter illorum de tempore,
& de actibus in secunda sessione examinis non re-
8 cordari ex se subdit, sed de simplici auditu deponunt, ideo non probant *c. licet ex quadam de testibus. Mantic. decis.* 280. n. 8. Primus, & secundus
iuxta septimum Interrogatorium ingenuè fatentur, quod tempore habiti concursus non modica
fuit dubitatio de potestate Archidiaconi, ob notitiam, quod esset ad Episcopatum promotus; Ideoquè Capitulum statim ac ei certè innotuit promotio cum decreto antedicto indixit Sedem Vacantem, & vti minus validus fuisset concursus coram
eo pro illum iterum habendo edicta affixit, & publicauit illorumque alter ea vidisse testatur, cui depositioni stādum potius est, cum certi iuris sit, quod
9 testium depositiones magis sunt attendendæ factæ
in Interrogatorijs, quàm in articulis *Rota decis. 774. n. 3. par. 3 recent. in dicta Elnen. Iurisdictionis coram bo. me. Dunozetto §. final. vers. Neque testes, in Bononien. Pecuniaria 16. Iunij 1653. §. Nec obstant Testes in fine coram Reuerendiss. D. meo Cerro De-*
10 *cano.* Et eo magis cum fuerint producti à Parte,
& adminiculentur ab Epistolis per diuersos Canonicos scriptis, & recognitis, in quibus amplius dicitur, quod quando factus fuit concursus pro certo
habebatur, Archidiaconum fuisse iam promotum,
& ob id Capitulum statuit illum denuo indicere,
quo fit, vt testes magis probent contra producentem, vt vix contra illos possit aliquid opponere *l. siquis Testibus 16. C. de testib. Rota decis. 182 n. 7. par. 1. recent Add. ad Greg. decis 12 & decis. 215. nu. 9. & in Pisana damnorum, & interesse 10. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celso §. Maximè cum.*
11 Hinc visum etiam fuit insistendum minimè esse
in motiuo aliàs deducto, & sublato, sed iterum repetito, quod Archidiaconus bona fide, ac vti sibi,
& alijs tunc ignota assumptione ad Episcopatum
potuit validè concursum intimare, & explere per

12 *tex in l. Barbarius 3. ff. de offic. Praet.* Quia non solùm huius legis dispositio non intrat, vbi vt hic duo sunt Prouisi, & insimul concurrunt, vnus ab Ordinario putatiuo, Alter verò habens prouisionem Apostolicam fundatam in nullitate concursus, & prouisionis in vim illius obtentæ, hoc enim casu vera, & legitima prouisio præualere debet, vt ratiocinatur *Ferret. cons. 9. n. 1. & 2. Rot. decis. 17. num. 6. part. 2. rec. & coram Buratt. dicta decis. 479.*

13 *n. 17.* Sed etiã quia ex prædictorum testium depositionibus, constitutione Procuratoris factæ ab Archidiacono ad Archidiaconatum dimittẽdi, & cuicumque decreto parendum, nec non ex transmissione eidem Procuratori pecuniarum, & ex alijs ad effectum resignationis, & assumptionis ad Episcopatum peractis iuncto lapsu trium mensium à tempore promotionis ad diem concursus, intrat præsumptio fuisse certioratum, & sufficientem notitiam habuisse *Roman cons. 481. nu. 7. Rota in Seguntina Beneficiorum, relat. per Garz. de benef. d. part. 5. cap. 1. § 4. n. 249. versus finem vers. quod secus,* quam noluisse propalare censeri debet ad effectum gratificandi dictum Laurentium Collitigantem, qui ipsius erat familiaris, vt deponunt eius testes *Sum. Roymundi nu. 1.* vel saltem cessat ratio communis erroris super qua fundatur *l. Barbarius,* vt ibi notat *Iason sub nu. 65. vers. 1. quia ff. de offic. Praet.*

14 Et quod Dominis videbatur tollere omnem difficultatem est, quia vt ponderatur in præterita decisione *vers. Certius,* de tempore quo certitudinariè constitit de assumptione Archidiaconi ad Episcopatum, non erat completum negotium prouisionis controuersæ Parochialis, sed complementum recepit de mense Ianuarij subsequentis 1657 quo Laurentius in concursu prælectus adiuit Sanctissimum, & obtinuit illius vigore Apostolicam prouisionem non exposito, quod per quinque dies post factum concursum, publicè declaratum fuit D. Bernardum Archidiaconatu priuatum, electumq; fuisse Episcopum de mense Iulij antecedentis; Comperta igitur veritate cessat dispositio *l. Barbarius,* nec statur opinioni, quæ illi cedit *c. consuetudo 8. distinct. 8. l. cum ita legatum sit ff. de condit. & demonstr.* & in terminis *d. l. Barbarius,* præter Rotam *coram Buratt. d. decis. 479. in fine.* & alios ibi, & in decisione relatos notat *Roman in singul. 767. incipit lex Barbarius. Add. ad Bart. in eadem l. sub verbo An facta, vers. Item quod regula.*

15 Auctoritates verò in contrarium allegatæ, & præcipuè *Gratian. in discept. forens. 18. & 127.* non applicantur, quia vt fuit pariter responsum in alia *decis. §. Et hinc dicebatur,* loquuntur in casu Iudicis reuocati, cuius gesta tenent ante scientiam reuocationis, non autem in istis terminis, nec cum istis facti circumstantijs, & vbi adest decretum importans vacationem ex superius, & in dicta decisione adductis, in qua ideo Domini persliterunt vtraque parte informante &c.



R.P.D. ALBERGATO.

Albanen. Hæreditatis;

Lunæ 28. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

MAnutentio danda est anteriùs possidenti. Recognitio publicarum scripturarum quomodo sit facienda? Sententia excessiua si in totum exequutioni mandetur an remaneat nulla in totum. Delegatus cum clausula *sine præiudicio* an constito coram eo de nullitate ac iniustitia sententiæ possit manutentionem concedere priori possessori?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio constito de anteriori possessione danda est anteriùs possidenti.*

2 *Etiam si anterior possessor se habeat pro spoliato.*

3 *Immissio in possessionem bonorum hæreditariorum in vim testamenti non recogniti concedi nequit.*

4 *Recognitio Instrumenti necessaria est concurrente protestatione aduersarij qua operatur vt formalis recognitio requiratur; aliàs instrumentum dici non potest in forma probanti.*

5 *Recognitio Instrumenti quæ requirat ad hoc vt valeat.*

6 *Recognitio in scripturis recentibus est facienda saltem per duos testes contestes qui deponant se habere notam manum, charactéremque eorum qui scripserunt, ex quo viderint illos scribere.*

7 *Sententia excessiua si in totum exequutioni mandetur, in totum corruit.*

8 *Sententia exequutioni tradita debet iustificari ex eisdem actis non autem ex nouiter deductis.*

9 *Transmissio hæreditatis fratrum prædecessorum non fit à fratre ad hæredem extraneum vbi nulla existente ordinata reciproca substitutione inter filios à patre, cùm prædecessu fratrum copulatiuè non probatur etiam eorum hæreditatis aditio.*

10 *Delegatus cum clausula* (sine præiudicio) *constito ex ijsdem actis causa commissa de nullitate ac iniustitia sententiæ non impeditur concedere manutentionem anteriori possessori contrà executionem iam factam.*

11 *Extende etiam in fortioribus terminis nempè clausula* (parato iudicato.

DECISIO LI.

IO: Baptista qui ab Augustino Patre simul cum alijs quinque filijs institutus fuerat hæres quoad Sacerdotium non promoueretur repentina morte adhuc adolescens interijt in Ciuitate Placeæ, prout eius fratres, peste Terram Marini vexante correpti, functi sunt vita, superstite Liuia sorore, vtrinque coniuncta, quæ Laurentium Canestram virum hæredem vniuersalem instituit, à quo capta fuit possessio omnium bonorum hæreditariorum dicti Augustini, in ea videlicet contra Isidorum de limitibus qui prætendebat Io: Baptistam adhuc viuere manutentionem obtinuit, sed deinde Ioseph Buphalerius asserens se fuisse institutum hæredem à dicto Io: Baptista vigore asserti eiusdem Testamenti immissionem obtinuit in possessionem omnium dictorum bonorum, in qua in gradu appellationis

manu-

manutenendũ esse Laurentium hodie DD. existima-
runt, quia constat de eius anteriori possessione ex
1 monitorio contra eum executo in quo petebatur
hæreditatis dimissio, & ex sententia super immis-
sione *Add. ad S. me Gregor. decis. 200. n. 5. Rot. cor.
eod. decis 458. nu. 2. & seqq. Leodien. Dominij 10.
Ianuarij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Dec. §.
probat siquidem cum alijs in Iucuacen. seu Melphiten.
bonorum 25. Ianuarij 1646. coram Eminentiss. D.
Card. Corrado §. verùm etiam*. In qus dum non
2 habuit se pro spoliato manuteneri debet *l. clam
possidere § qui ad Nundinas ff. de acquir. possess. Rot.
cor. Merl. decis. 151. n. 4. Beneuentana manutentio-
nis 19. Iunij 1649. coram bo. me. Penting. §. nec
obstat*.

3 Nec vigore asserti testamenti concedi poterat
immissio quia recognitum non fuit, vt necessarium
erat stante protestatione Laurentij asserentis iura
4 non admitti nisi illis formiter recognitia *summario
n. 9.* quæ operabatur vt formalis recognitio requi-
reretur, aliàs Instrumentum in forma probanti dici
non poterat *Paris. cons. 115. un. 5 lib. 4 Rot. decis.
1156. nu 1. in fin. p. 3. lib. 3. diuers. & post Zacch
de oblig. Camer. decis 132. n. 1.* Testes autem super
asserta recognitione non releuant quia Testamen-
tum quatuor habet subscriptiones, prima est cuius-
dam Iosephi Carusi asserentis se extraxisse ex actis
Carusij Notarij Ciuitatis Acis, secunda est quædam
legalitas dictæ Ciuitatis Acis inquiens D. Iosephum
Carusum esse talem qualem se facit, quæ ab Anto-
nio Aquino est subscripta. Tertia est duorum Te-
stium, qui per priuatam scripturam attestantur pre-
fatam subscriptionem Antonij Aquinij esse pro-
pria ipsius manu scriptam. Quarta demum est
attestatio Senatus Ciuitatis Messanæ à Io: Hores
subscripta in qua dicitur, quod dictus Antonius
Acquinus est Actuarius Ciuitatis Acis, vt constat
ex attestatione duorum Testium, qui coram eis
subscripserant, & tamen dicti Testes ingenuè fassi
sunt se nec manus Iosephi Carusij, & Antonij Ac-
quini nec eorum personas, & minus sigillum Ciui-
tatis Acis recognoscere, sed tantũ vnus de auditu, &
alter ex certa scientia recognoscunt manus Ioannis
Iacobi Hores, quę recognitio nullo modo suffra-
gatur, quia deficit in substantialibus nempè in re-
5 cognitione manus Notarij extrahentis, & legalitate
Ciuitatis in qua Instrumentum dicitur rogatum, &
illius sigillum prout recognitio facienda erat iuxta
decis. Burate 328. sub un. 4. cum non versemur in
antiquis, sed in Instrumento valde recenti, quo
6 casu requiruntur saltem duo Testes contestes, qui
deponant se habere notam manum caracterem, &
personas eorum, qui scripserunt eo quia viderunt
illos scribere iuxtà *prax. Salust. Tiber. lib. p. cap.
34. sub num. 9. vers. in recognitione autem Moderu.
Cortonen. in prax. p. 1. cap. 2. num. 133.* Rot. cor.
*Pen. decis. 59. num. 7. & in rec. decis. 145. num. 2,
& 3. p. 2*.

Quibus accedit excessus sententiæ, qua fuit con-
cessa immissio Iosephi super omnibus bonis hære-
ditarijs Augustini, & tamen omnia non specta-
bant ad Io: Baptistam, sed sexta pars tantum cum
omnes fratres æqualiter instituti fuerint hæredes
vt supra. Cũq; fuerit executioni demandata cum oc-
7 cupatione omnium bonorum Augustini in totum
remanet nulla, & excessiua iuxta distinctionem pas-
sim approbatam, an sententia, vel mandatum ex-
cessiuum fuerit nec ne exequutum Rot. cor. *Duran.
decis. 81. sub nu. p.* Romana *fideicommissi de Spiriti-
bus 4. Iulij 1646. cor. Reuerendiss. D meo Decano
§. quia prædicta Senogallien. Saluiano 19. Iunij
1651. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado §.
postremo*.

Nec subsistit, quod omnes fratres prædecesserint
Io: Baptistæ, & in eo consolidata fuerit tota Pa-
tris hæreditas non solum quia hoc nullo modo
probatum fuit, & Laurentius hoc expressè negat,
quatenus de hoc nunc doceretur nullatenus suf-
fragari potest iustificationi sententię executioni de-
mandatæ, quia illa debet ex eisdem actis non ex no-
uiter deductis sustineri *Grat. discept. 734. nu. 5. &
8 seqq.* Rot. cor. *Coc. decis. 73. nu. 2.* Romana *Vinea
21. Aprilis 1646. § nec equidem, & 7. Iunij 1647.
coram Eminentiss. D. Card. Corrado §. quia, neque
verum*, & cum in testamento Augustini Patris
nulla inter filios ordinata fuerit reciproca substitu-
tio non sufficeret fratrum predecessus nisi copula-
tiuè probaretur, quod Io: Baptista illorum hære-
9 ditatem adiuerit ad effectum, vt posset illam ad
Buphalerium hæredem extraneum transmittere
*Crauett. cons 37 n. 4. Rot. coram Merl. decis 539.
n. 5.* Romana *portionis hæreditatis 5. Martij 1560.
coram* Corduba *firm. fideicommissi de forinarjs 9. Iu-
nij 1634. cor. bo. me. Cardinali Pauzirolo per tot. §.
Inde etiam fit*.

Quamuis autem commissa mihi fuerit causa per
signaturam cum clausula sine præiudicio non pro-
inde impeditur Rota constito ex ijsdem actis de
nullitate, & iniustitia sententiæ, quin concedere
possit manutentionem anteriori possessori contra
10 exonerationem iam factam, vt per *Adden. ad S. me.
Gregor. decis. 91. n. 13. Rot. coram Buratt. decis 171.
n. 7 Merl. decis. 410. n. 9. Spoletana manutentionis
12. Maij 1645. coram bo. me. Bichio Bonon. Prædij
seù manutentionis 26. Iunij 1658 §. fin. cor.* R. P. D.
11 *meo Taia*, & in fortioribus terminis post clausu-
lam parito iudicato *Rot. in dicta Romana manu-
tentionis 18. Februarij 1656. §. minus obesse, & 27.
Martij 1658. coram me §. fine*.

Et ità altera tantum Parte alia pluries monita
&c.

R. P. D. ALBERGATO.

Rauennateñ. Pensionis.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

PRouiso consentienti cum iuramento in forma Ca-
meræ releuationi pensionis impositæ super bene-
ficio à Prædecessore resignato nihil fauet quo minus
teneatur ad solutionem pensionis, pro qua relaxari
potest mandatum exequutiuum.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet paratam exequutionem.*
2 *Instrumentum facit probationem probatam, rem claram, & manifestam.*

3 *Apo-*

3 *Appostilla scripta manu Notarij qui confecit instrumentum, probat sine expressa approbatione.*
4 *Nulla maior probatio, quam propria oris confessio.*
5 *Ex approbatione contentorum in instrumento illius fides, & legalitas arguitur, & passim veritas scripturæ comprobatur alijs scripturis.*
6 *Testis patiens plures exceptiones nihil afficit ad reprobationem publici instrumenti.*
7 *Ad reprobandum instrumentum Testis debet esse omni exceptione maior.*
8 *Confessio præualet Testibus etiamsi essent mille, & quibuscumque contrarium deponentibus.*
9 *Depositio Testis redditur suspecta ex publico instrumento, & confessione in contrarium.*
10 *Interpellato sufficit respondere se habere velle Instrumentum pro bono, vero, & reali donec constet de contrario, vbi tamen cessat inspicio instrumenti.*
11 *Maximè si aliundè constet de veritate instrumenti per confessionem.*
12 *Exceptio Bigamiæ tanquam requirens altiorem indaginem non impedit executionem obligationis Cameralis.*
13 *Dispensatio Pontificis super matrimonio etiam cum Vidua sufficit ad effectum retinendi pensiones super quibuscumque Ecclesijs.*
14 *Vbi præcedit expressa alicuius Concilij derogatio sufficit postea derogatio aliarum Conciliarum Constitutionum.*
15 *Exceptio transportationis actorum non officit, vbi adest decretũ Principis quod procedatur prout in prima instantia.*

DECISIO LII.

IN manibus sanct. mem. Innocentij X. resignauit
cla. mem. Cardinalis Capponius Archiepiscopa-
tum Rauennæ, fuitque in eius locum electus R P.
D. Torrigianus cum reseruatione pensionis annuæ
scut. 6000. ad fauorem Excellentiss. D. Principis
Pamphilij, tunc S. R. E. Cardinalis, etiam per
Cedulam Consistorialem, cui reseruationi dictus
D. Torrigianus consensit, & cum Iuramento in
forma Cameræ soluere promisit, & ad illius com-
putum persoluit scuta 25. Cœterum mortuo Car-
dinali Capponio, per cuius obitum factus est locus
1 solutioni, contra D. Archiepiscopum soluere recu-
santem censuerunt DD. relaxandum mandatum
virtute obligationis Cameralis, quæ paratam habet
exequutionem, & viam exequutiuam indulget, vt
in istis terminis, *Lotter. de re benef lib. 1. quæst. 40. nu. 241.* Rota *coram Durano decis 60. nu 2 & seqq. & in Mantuana pensionis 12. Iunij 1617. coram bo. me. Dunozetto, & in Metropolitan. pensionis 2. Martij 1643 coram Reuerendiss. Tarraconen §. validitas non fuit.*

Nec releuant plura, quæ in memorialibus pro
parte D. Archiepiscopi porrectis latè fuerunt de-
ducta; etenim quod Cardinalis Capponius con-
sensum non præstiterit reseruationi pensionis, tol-
litur ex publico Instrumento dicti consensus in
2 Summ. D. Principis nu. 3. ibi, (In præsentia, & de
consensu eiusdem Eminentiss. & Reuerendiss D.
Capponij;) quod facit probationem probatam,
rem claram, & manifestam, *Bart. in l. 1. nu. 8. ff. de nouo op. nunc* Rot. *coram Buratt decis. 564. nu. 3.*
quamuis verba prædicta apposita fuerint per re-
missam, seu apostillam in fine Instrumenti, nam
cum ex oculari inspectione appareant scripta manu
eiusdem, qui totum Instrumentum confecit, cessat
3 omnis imaginaria suspicio, & benè probant sinè
alia expressa Notarij approbatione *Castren. cons. 131. n. 2. vers. si constat, quod sunt de manu. lib. 2. Thob. Non. cons. 80. nu. 9. & seqq. Alex. cons. 14. n. 13. lib. 5. Rot. coram Mantic. decis. 357. sub n. 4. post med. vers. vel quando apparet, Coccin. decis. 467. n. 2 in recent. decis. 226. n 17. par. 7. in Firmana Professionis 2. Decembris 1639. coram Reuerendiss. Tarraconen. §. nec obstant, in Bononien. fideicommissi de Amoronis 18 Maij 1648. coram Reuerendissimo D. meo Papien. §. fines autem in fine, & in Viterbien. Prædij 10. Decembris 1659. coram Reuerendiss. D. meo Decano §. quia cum.*

Quod sinè difficultate procedit stante alio Instru-
mento inter dictos DD. Cardinalem, & Archie-
piscopum celebrato, in quo ille renunciauit huic
partem fructuum Ecclesiæ Rauennaten. & ambo
mentionem fecerunt de huiusmodi pensionis reser
uatione, & consensu desuper præstito, & ad vtrum-
que se retulerunt declarando enixis verbis per præ-
sentem conuentionem in nihilo præiudicare velle
reseruationi pensionis, etiam quoad possessionem
exigendi, vt ex verbis (Summ. dicti D. Principis
nu 12) ibi, (eædem partes expresse declararunt, at-
que declarant præsens Instrumentum, & conuen-
tiones sicut supra, inter ipsas partes, & saluo bene-
placito Apostolico, stabilitas, in nihilo præiudicare
velle reseruationi pensionis factæ ad fauorem Emi-
nentiss & Reuerendiss. D Camilli Cardinalis Pam-
philij, etiam quo ad possessionem exigendi, itaut
reseruario fructuum, seu pensio prædicta nunquam
possit vigore cuiuscunque facultatis transferendi
eidem Eminentiss. D. Cardinali Capponio con-
cessæ, seu concedendæ, in toto, vel in parte, etiam
minima, transferri; sed etiam Priuilegio, seu fa-
cultati transferendi denuò renunciat, & medio Iu-
ramento tacto pectore præstito promisit ea nunquã
velle vti, prout in motu proprio desuper signato,
& consensu desuper præstito, ad quos &c.) Qua
4 confessione nulla maior probatio dari potest, *cap. per tuas de probationibus*, Rot. *coram Pen. decision. 1628. n. 2.* & quod ex approbatione contentorum
in Instrumento illius fides, & legalitas arguatur
5 plenè *Rot. in Bononien. Primogenituræ 25. Iunij 1655. coram bo. me. Bichio §. eo magis, & seqq.*

Et passim veritas scripturæ alijs scripturis com-
probatur. *Paris. consil 28. num. 45. & seqq. lib. 2. Surd. consil 173. nu. 54. & seqq.* Rot. *in dicta Firmana professionis vbi supra.*

Hinc non releuat depositio vnius testis pro parte
D. Archiepiscopi inducti, asserentis D. Cardinalem
6 stipulationi non fuisse præsentem, quia patitur plu-
res exceptiones, tam in dicto, quam in persona,
latè deductas ab informantibus pro Domino Prin-
cipe; ob quas nihil penitus afficit ad reprobationem
publici Instrumenti *Crauett. consil. 56 n 10 vers.*
7 *quod tamen, Gratian. disceptat. 192. nu. 27. Rot decision. 150 par. 8. recent. n. 14. & 15. & in Assisinn. Dotis 22. Iunij 1640. coram Reuerendiss. Tarracon. § minus obstat vnicus Testis*, vbi quod ad hunc
effectum testis debet esse omni exceptione maior.

Tantominus, cum in contrarium militet legali-
tas Notarij inuerisimilitudo, & prædicta confessio
8 Cardinalis in alio Instrumento contenta, quæ præ-
ualet testibus etiam si forent mille, *Bursat. consil. 111 n. 14. lib. 1. Gabr. de Testibus concl. 4. nu. 77. & Duran decis. 90. nu. 8. & 214. nu. 4* & quibus-
cunque contrarium deponentibus, *Bald. consil. 192. nu. 8.*

nu. 8. versic. sed contrarium lib. 2. Rot. post Pacific. de Saluiat. Interd. decision. … n. 6. & decision. 267. n. 8 par. 8. recent. Cesar de Graff decis. 71. alias 6.
9 *de Testibus n. 2.* Immo ex prædicto Instrumento,
& confessione ibidem adiecta valdè suspecta reddi-
tur depositio eiusdem testis, *Caputaquen decis. 284. num. 6. par. 3. Rot post secundum volum. consil. Farinac. decis. 351. num. 2.*

Rursus non obstat, quod D. Princeps teneatur
declarare an velit habere dictum Instrumentum
10 pro bono, & reali. nam hæc declaratio iam facta
fuit, quod vult habere illud pro bono vero, & reali,
donec constet de contrario, quæ cessante suspicio-
ne contra Instrumentum, vt in præsenti, subhcere
solet, *Speculat in tit. de edit. Instrumentorum §. videndum nu. 3. vers. quod si velit. Crauett. cons. 46. nu. 11. Rot. post secundum volum. consil. Farinac. decis. 2. n. 4.* & concordant relata per *Modern. Cortonen. in prax. par. 2. cap. 4. nu. 85.*

11 Et multo magis, cum aliundè constet de verita-
te dicti Instrumenti, & consensus per expressam
confessionem, non solum eiusdem Cardinalis, sed
etiam ipsiusmet D. Archiepiscopi,

Minus obstat exceptio Bigamiæ, nedum quia vt
requirens altiorem indaginem non impedit exe-
quutionem Cameralis obligationis, sed etiam quia
12 D Princeps habet amplissimam dispensationem
Pontificis retinendi quascunque pensiones super
quarumlibet Patriarchalium, Primitialium, Archie-
piscopalium, etiam Rauennaten. & Episcopalium,
13 aliarumque Ecclesiarum fructibus &c. etiam si cum
vidua contraheret, eius *Sum. num. 4.* Quæ ad hunc
effectum sufficit. *Ancharan. cons. 404. nu. 4. vers. dispensatio enim, latè Rota in Ferrarien. pensionis decis. 12. nu. 29. & seqq. & decis. 50. n. 9. par. 5. rec. & in Alexandrin. pensionis 19. Iunij 1648. §. nec obstat coram R. P. D. meo Celso.*

Cui indulto non obstat defectus specialis dero-
gationis *cap. 1. de Bigamis* continentis Constitu-
tionem Conciliarem, dum Pontifex sustulit ob-
staculum bigamiæ, & Principem habilitauit, vt eo
non obstante capax fuisset retinendi pensiones, &
in dicto Indulto derogauit Concilio Lateranen.
prohibenti reseruationes pensionum super fructi-
bus Cathedralium Ecclesiarum, alijsque Vniuersali-
bus, Prouincialibus, Synodalibusque Concilijs edi-
tis, alijsque Constitutionibus Apostolicis; vbi enim
14 præcedit expressa alicuius Concilij derogatio, suf-
ficit postea derogatio generalis aliarum Concilia-
rium Constitutionum *Rota in Cosken exemptionis Decimarum 17. Martij 1598. coram Orano, relat. per Garz. de benef. par. 4. cap. 5. nu. 38. & 39. Rot. in Ferrarien. Decimarum Veneris 8. Aprilis 1658. §. nec videtur coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & in
terminis Bigamiæ dixit *Rota in Alerien. pensionis 1a 7. n. 4. & decis. 58. n. 7. par. 5. recent.*

Exceptio deniq; transportationis Actorum non
15 releuat ob rescriptum Signaturæ, quod procedatur
cum facultatibus A. C. tanquam in prima, & in-
choatum fuit nouum iudicium, quo stante non est
necessaria talis actorum transportatio. *Salust. Tiber. in Prax. lib. 2. cap. 28. nu. 3. Gratian. discept. 221. n. 25. Add. ad Sanct. mem. Greg. decis. 320. n. 2.* benè distinguendo materiam, Rota in *Romana Societatis Affictus 27. Martij 1647. coram bo. me. Arguellez* & nec refert.

Et ita altera tantum parte, parte altera pluries,
& pluries citata resolutum fuit.

R. P. D. CERRO DECANO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

DEclaratoria, & interdictum respectiuè non sunt deneganda, quotiescunque expeditis litteris exequutorialibus vigore rei iudicatæ cum commissione censurarum per signaturam canonizatis is, qui obtemperare tenetur debitam, seruatis tamen prius per actorem seruandis non exhibuerit paritionem. An verbalis oblatio ad parendum sat sit ad impediendam dictam declaratoriam, & interdictum respectiuè.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria debet decerni aduersus non parentes litteris exequutorialibus, seruatis solitis quatuor terminis.*
2 *Nec suffragatur oblatio verbalis.*
3 *Vel quia esset captiosa.*
4 *Vel quia inefficax sit. vbi requiritur factum positiuum.*
5 *Fortiùs; si vice obedientiæ amplectatur occasio contumaciæ.*
6 *Et censurarum declaratoria locus sit ex qualibet responsione quæ præsefert animum non parendi.*
7 *Maximè in Personis Ecclesiasticis.*

DECISIO LIII.

PEtebant Agentes Capituli B. Mariæ de Pilari de-
claratoriam decerni contra Canonicos, & Inter-
dictum contra Capitulum S. Saluatoris, quia expe-
ditis Litteris exequutorialibus vigore rei iudicatæ
1 cum comminatione censurarum per Signaturam
canonizatis, illisque Capitulariter, & personaliter
eis pluries præsentatis, ac in actis reproductis, ser-
uatisque solitis 4. terminis, debitam paritionem, vt
opus est non exhibuerunt *ex tradit. per Felin. in cap. ad probandum nu. 6. de re iudicata, & per vestr. in praxi lib. 8. cap. vltima num. 19.* quos perpetuò se-
quuta fuit Rota

Nec suffragari verbalem oblationem factam in
die informationis ab altero ex Canonicis S. Salua-
2 toris nomine proprio, & proprio Capituli, quod
sua Ecclesia, & Capitulum fuit, & est paratum, &
paratissimum obedire sententijs Rotalibus, & de-
creto de exequendo facto die 3. Iulij 1658. omnia-
que, & singula in eisdem sententijs contenta, & ex-
pressa adimplere, & obseruare.

Primo quia huiusmodi oblatio est captiosa, cum
in ea nulla penitus facta fuerit mentio de exequu-
3 torialibus, & tamen ad istum effectum ipsæ princi-
paliter attenduntur cum per extensum contineant,
& explicent ea, quæ per sententias in compendio
declarantur, vt tradit *vestr. vbi supra c. vltimo nu. 16.* non subsistente, quod sint excessiuæ, quia ni-
hil continent, quod non conueniat Cathedralitati,
vt ex ipsis litteris executorialibus apertè dignosci-
cur

tur Sum. Pilarensium nu. 1. Et ideo dum sententiæ Rotales antiquiorem, & actualem Cathedralitatem declarant fauore Ecclesiæ B. Mariæ, virtualiter comprehendunt omnia, quæ per extensum in dictis exequutionibus fuerint exposita, Cathedralitatis consequutiua, vt dixit *Rota coram bo. me. Coccino decis. 136. num. 2.* Et licet decisiones in causa precedenter editæ de aliquibus tantum actibus Cathedralitatis loquantur fauore Pilarensium, id tamen non taxatiuè, sed demonstratiuè deductum fuit ad effectum elidendi exceptionem per Canonicos S. Saluatoris obiectam, quod Ecclesia B. Mariæ remansisset priuata Cathedralitate, ad quem effectum in eis firmatur, quod probata
4 eius primordiali impressione etiam vnicus actus sufficit pro illius integra retentione, & continuatione.

Secundò, quia tunc demum admittitur oblatio verbalis, quando non requiritur aliquod factum præcisum, & positiuum à condemnatis explendum, At quando id exigitur (prout hic) ex quo expresse præcipitur Capitulo, & Canonicis S. Saluatoris, quod recognoscant Ecclesiam B. Mariæ, in antiquiorem, & actualem Cathedralem, eiusque Capitulum, & Canonicos habeant, & recognoscat cum omnibus priuilegijs, iuribus, honoribus, prærogatiuis, & præeminentijs Ecclesiæ Cathedrali Cæsaraugustanæ, quomodolibet debitis, & debendis *Sum. d. nu. 1.* verbalis oblatio tamquam ventosa ostentatio non recipitur, requiritur positiua, & actualis paritio, alias datur declaratoria, vt respondit Rota *apud Postb. de manut. decis.* 121. *nu.* 1. *coram bo. me. Merlino decis.* 592 *n.* 3. *in Alexandrina pensionis* 15. *Ianuarij* 1649. *coram R. P. D. meo Celso in Lodien.* Canonicatus S. *Martini* 31 *Ianuarij* 1653. § *neque Capitulo, & in Cathacen. beneficiorum* 14. *Maij* 1655. *in fine coram me.*

Certius, quia per reiteratas vices Litteræ exe-
5 quutoriales capitulariter Canonicis S. Saluatoris præsentatæ fuerunt, semperque ipsi loco paritionis responderunt, quod si Capitulum aliquid haberet respondendum dictæ requisitioni infra tempus solitum responderent *Sum. n.* 2. & 3. Et quod magis vrget duas Processiones generales de mensibus Ianuarij, & Februarij currentis anni fecerunt *nouo Summ. n.* 3. non conuocatis Canonicis B. Mariæ, nec eis nobiliori, & honorificentiori loco præstito, prout tenebantur ratione antiquioris, & continuatæ Cathedralitatis, ac ad formam mandatorum S. Rotæ d. *nouo Sum. n.* 1. quod in decisionibus huius causæ comprobatur, *vt coram bo. me. Coccino in rec. decis* 353. *n* 77. *vers. quam plures deniq; p.* 5. *coram bo. me Bichio* 6. *Martij* 1656. § *Quinta concordiam vers. & vlterius disponitur, & coram me* 27. *Maij.* 1658. *sub* § *tum etiam ex quo.*

6 Hinc enim habetur positiua contrauentio paritioni omnino contraria ob quam excusari non possunt ab incursu censurarum, ad quem effectum attenditur quæuis responsio, & quilibet actus ex quo argui, & dignosci *possit animus* non parendi, vt respondit *Rota in Colonien. Vicariæ* 14. *Maij* 1649. *coram Eminentiss. D. Cardinali Ottobono inter eius impress. dec. s.* 174 *nu.* 3. & 4. Qui tanto magis est detestabilis cum versemur in Personis Ecclesiasticis, quæ præ cæteris tenentur mandatis Rotalibus, seu verius Apostolicis statim reuerenter obedire *Can. in memoriam* 19. *distinct. Rota coram eodem Eminentiss. Ottobono d.* 75. *num.* 3. & *decis.* 196. *num.* 8. & contrà ipsummet Capitulum, & Canonicos S. Saluatoris in Cæsaraugustana distributionum, seu attentatorum 13. Nouembris 1647. *coram me in fine.*

Verum quia pro Capitulo S. Saluatoris deducebantur plures actus ad ipsos priuatiuè spectare vigore transactionum initarum cum Canonicis B. M. & sententiarum desuper prolatarum eius *Summ. num.* 4 nec non plures habere redditus ipsis particulariter donatos; Ideo per Dominos resolutum fuit dandam esse declaratoriam, & respectiuè interdictum, nisi infra mensem paruerint, admittendo Canonicos B. Mariæ ad omnes actus Cathedralitatis, Reseruato tamen Ecclesiæ S. Saluatoris iure agendi post paritionem pro priuatiua canonizatione dd. prætensorum actuum, & redditcum prout ius fuerit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Quintæ seù Associationis.

Lunæ 5. *Iulij* 1660.

ARGVMENTVM.

Associationis mandatum an concedendum sit cessionario eius qui in Transactione cedendo conuenerat quod sibi liceret ex propria auctoritate capere quintam fructuum bonorum quæ ex iuribus cessis reperi contigisset detractis à bonis prędictis ære alieno, & grauaminibus hæreditarijs; nulla præcedente liquiditate æris alieni, grauaminum, & expensarum?

SVMMARIVM.

1 *Associatio competit ei, qui sibi ipsam fuit adstipulatus per pacta, & clausulas de quibus dicitur in hac decisione. Item, & eius cessionario nu.* 2. *Nedum contra huiusmodi paciscentes, & eorum hæredes, sed etiam aduersus eorum singulares successores, & possessores bonorum num.* 3. *Et tam de iure communi, quam ex Statuto Bononiæ num.* 4 *& num.* 17.

5 *Illiquidatis exceptio ex causa æris alieni, grauaminum, & expensarum an obsit contendenti associari?*

6 *Exceptionem prædictam non obesse decidit Rot. concurrentibus pactis, & clausulis prædictis, vel quia præsupponitur iam facta liquidatio, vel inde fore facienda.*

7 *Associatio danda, & ante liquidationem propter clausulam de capienda possessione propria auctoritate, & absq; Iudicis Ministerio.*

8 *Associatio ad partem conuentam debet dari cessionario etiam ante liquidationem cum onere substinendi ratam onerum, expensarum, & grauaminum, vel per liquidationem posteriorem ad praxim Bart. vel per cautiones, & stipulationes ad dispositionem iuris.*

9 *Pactum præstandi partem fructuum conuentam an stantibus verbis* statim, ac consequutus fuerit, *comprehendat solum acquisita post an verò ante transactionem? Et statuitur vtraque connotare nu.* 10.

11 *Verba*, quæ ad eius manus deuenerint *designant etiam bona acquisita tempore transactionis. Debent intelligi secundùm subiectam materiam, vt nu.* 12.

13 Præ-

13 *Præteritum, & ut futurum aquè determinat paritas rationis.*
14 *Verbum* deuenerint *connotat potius præteritum, quàm futurum cum reperitur in præsenti, & in futuro subiunctiuo. Et repetitum ut supra, est implicitum ad utrumq; tempus n. 15. Specialiter in contractibus nu. 16.*

DECISIO LIV.

TRansegerant 8. Martij 1645. P. Virgilius, & Comes Cambisés, & pro eo, & cum eo Io: Baptista
Pater, cessitque eidem P. Virgilius omnia, & quæcumque iura ad ipsum quomodolibet, & ex quacumque ratione spectan. & competen. & quæ in
futurum spectare possent in, & super bonis Comitis Pirri vigore eiusdem Testamenti, & ex causa
transactionis, & concordię huiusmodi, promisit, &
se obligauit D. Comes Io: Baptista nomine suo, &
dicti Cambisis, statim ac consequutus fuerit per se,
vel alium aliquam partem bonorum, ad quorum
successionem Pater Virgilius vocatus fuit à Comite Pirro, seù quæ ad manus D. Comitis deuenerit,
detractis tamen ære alieno, & grauaminibus hæreditarijs tradere P. Virgilio quolibet anno, eius tamen naturali vita durante, & non ultra quintam
partem fructuum redditnum, & prouentuum eorumdem bonorum specialiter, & generaliter cum
pactis pignorum, & precarij in forma. Quinimò,
& liceat eidem P. Virgilio propria auctoritate, &
absq; Iudicis ministerio quintam partem fructuum
prædictorum accipere, nec illa cogi possit capere
de manu D. Comitis, vel aliquorum aliorum; Cumque idem Comes Io: Baptista requisiuerit nomine
d. P Virgilij tamquam eius Procurator quamplura bona; Ideò institit Comes Emilius cessionarius
eiusdem P. Virgilij pro mandato de associando, dubioque proposito, Domini responderunt esse concedendum.

Nam quemadmodum secundum dd. pacta, &
1 clausulas in Instrumento contentas competeret P.
Virgilio associatio *ad Tex. in l. 3 C. de pignor. &*
ad prax. Galles. de oblig. Camer. quæst. ultima n. 41.
versic. Vel etiam si sit formido, Cenc de cens. quæst.
914. nu. 14. & seqq. Rota coram Duran. decis. 49.
n. 6. & bene apud Cenc. in simili Bononien decis. 149.
& decis. 150. laudatis coram Merlin. decis. 104 n 6.
ita quoque competit Comiti Emilio eius cessiona-
2 rio, *Bart. & alij apud* Card. Mantic *de tacit. lib. 11.*
tit. 5. n. 14. Farinac. quæst. 175. de furt. num. 190.
Merlin de pignor. lib. 4 quæst. 115. num. 8. & 23.
& nedum contra dd. paciscentes, & suos, sed etiam
3 eorum singulares successores, & possessores bonorum, tùm de iure communi, *Cenc. dicta quæst. 94.*
n. 16. & seqq. Rota dicta decis. 149 sub nu. 3. & d.
decis 150 sub n. 2 in calce operis cum alijs, & præcipuè Galles. dicta quæst. ult. d. nu. 41. vers Et est
mirabilis virtus, ubi etiam sine citatione, & non
4 facta aliqua crediti liquidatione, tùm ex forma Statuti Bononien. vt in specie *Rota d. decis. 149. sub*
dicto n. 3. & dicta decis. 150. sub dicto nu. 2.

Non obstat exceptio Comitis Cambisis illiqui-
5 ditatis, & necessitatis liquidationis, & deductionis
æris alieni, & grauaminum, & primum expensarum ex *Bart. in repetit. dicta l. 3. n. 14. Gozzad. cons.*
95. nu. 3. Rot. coram Mantic. *decis. 194 vers. Nam*
in qualibet obligatione, & ex alijs decisionibus.

Quia huiusmodi visa sunt Dominis non obstare, & præcipuè ex pacto, quod liceat propria auctoritate partem prædictam fructuum prædictorum
6 accipere &c. Necesse est enim æs alienum, grauamina, & expensas opportunè, vel priùs fuisse deducta,
vel posteriùs fore deducenda, ideoque competit;
nihilominus remedium associationis ad ingrediendam possessionem, negotio non liquidato, prout
concludit *Bart. in dicta repetit. d. l 3. nu. 165. & amplius Gozzad. in tot. d. cons. 95. à n. 4 vers. Istis*
tamen non obstantibus, & præsertim in huiusmodi
conuentione, quod licentia, & ante aditionem Iu-
7 dicis, & citationem, igitur etiam ante liquidationem *Soc. Sen. cons. 82. nu. 5. versic. quarta conclusio, & seqq. lib. 3. & post eum Negusant. de pignor.*
p. 4. n. 22. & post utrumque Farinac. d. quæst 175.
num. 245.

Et quemadmodum hi Comites in vim dictæ cessionis, & transactionis possident dd. plura bona,
quæ acquisiuerant proprio nomine P. Virgilij ante
transactionem, & cessionem, & postea alia acquisituri erant ex persona ipsius P. Virgilij, & cum iisdem ære alieno, grauaminibus, & expensis percipiunt fructus, pariformiter Com. Emilius cessiona-
8 rius P. Virgilij debet quintam partem eorumdem
fructuum percipere, & æs alienum, & grauamina,
& expensas pro quinta parte substinere, & hoc quidem, vel per liquidationem posteriorem ad praxim, & modum *Bart. & aliorum apud Menoch. de recuper. remed. 5. n. 62.* vel per cautiones, & stipulationes, de quibus *in § sed quia hæredes, & in §.*
sed quia stipulationes instit. de fideic. hered. & in §.
sicut singulares apud Vulpian. fragment. tit 74 de legat. & ibi Theoph. & benè Alex. inram. de ex.cut.
legat. c. 2. à nu. 4.

Minus valet, quod d pactum præstandi quintam
9 partem fructuum videatur limitatum ad bona acquirenda post transactionem, ibi (statim, ac consequutus fuerit, &c) sicque non cópræhendat acquisita ante transactionem.

Quia dd. verba non censentur adiecta ad distinguenda bona post transactionem, & cessionem ac-
10 quirenda ab ijs, quæ tunc temporis fuerant acquisita proprio nomine eiusdem P. Virgilij, sed ad distinguendos præcipuè titulos acquirendi, aut potiùs personas acquirentes ad hoc vt Comes Io: Baptista haberet vti cessionarius ea bona, quæ paulò
priùs acceperat vti Procurator eiusdem P. Virgilij,
idque clarius apparet, tàm ex eo, quod promissio
facta fuit de bonis, ad quorum successionem P. Virgilius vocatus fuit à Comite Pirro &c. & sunt prędicta bona, & de iuribus; ad ipsum quomodolibet
spectan., & quæ in futurum spectare possent super
11 eius bonis, quàm etiam quia post dicta verba subiungitur, & quę ad manus D. Comitis Io: Baptistæ, & eius filij deuenerint, quæ secúdum subiectam
materiam, debent intelligi etiam de bonis habitis
12 tempore transactionis *l. Plotiana 18 ff. de Iur. Codicill. Alci. t. ad l. Verbum erit ff de verbor. significat. in fine cum alijs apud I. f. ad § hæc autem verba l. prima ff quod quisque iuris tot. nu. 5 & præcipuè Roman. cons 333 nu 2. & seqq.* vbi & à pari-
13 tate rationum, imò & potius de bonis habitis ante
transactionem, vt potiùs in præteritum, quàm in
14 futurum, *Arg. l. Aretin cons. 82. s. 6 n. 20. & seqq.*

eo quod verbum *deuenerit* repetitum in præsenti, & in futuro subiunctiui, vt declarat *Bart. ad l 9. ff*
15 *de Inst. & iur. sub num.* 510. & est implicitum ad vtrumquè tempus, vt notans conclusit *Bald. ad l. cum in secundo ff de iniusto rupto in fine*, & speciali-
16 ter in contractibus comprobat *Bart ad l 9. de condit. & demonstr.* & ibidem *Soccin Sen. n. 2.* Cumque ad eosdem Comitem Io: Baptistam, & Cambilem deuenerint Prædium, & Terræ in Communi S. Gregorij de Plano, & Prædium, ac Terræ in Communi Gherghenzani, & aliud Prædium in Cōmuni Burrij, & alterum Prædium in Communi de Monte fendenti, ac aliud in Communi Fricezzani al Poggio cum suis Terris, de quibus in Instrumento possessionis proprio nomine P. Virgilij adepta die 31. Maij 1655. consequenter super istis bonis hodie remanen. penes Comitem Cambisem tamquam ex dispositione Comitis Pirri spectan. ad P. Virgilium, & sub eius cessione cadentibus tradenda est quinta pars fructuum, & pro ea consequenda venit concedendum mandatum de associando Comiti Emilio Cessionario eiusdem P. Virgilij in
17 vim d. Precarij, ac dictę parti capiendi propria auctoritate. *Rota in dd. decis. 149. & 150. apud Cenc. de cens.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MELTIO.

Ariminen. Hęreditatis.

Lunæ 5. Iulij 1660.

ARGVMENTVM.

INstituto cū alijs filio in Religione Nouitio sub conditione *si in Religione non permanserit, & in aliam ingressus non fuerit*, & cuilibet eorum decedenti absq; filijs substituto superuiuenti, & huic decedenti sine liberis proximiore consanguineo, & affine testatoris pariter substituto, an prędictis mortuis sine liberis excludatur ab hęreditate filius in Religione professus ab asserto proximiore dicti testatoris.

SVMMARIVM.

1 *Filius etsi institutus quatenus in Religione non maneat vel ad aliam non transeat vbi in substitutionibus aliorum fratrum non fuit exclusus intelligitur cæteris sine liberis prædefunctis tamquam vltimus superstes substitutus.*

2 *Cedere nemo potest quod non habet.*

3 *Cessio fideicommissi conditionalis infirmatur si cedens prædecedat ante hæredem grauatum, & num. 5.*

4 *Fideicommissum conditionale non transmittitur moriente substituto ante euentum conditionis.*

6 *Conditio prædicta si in Religione non permanserit reijcitur tamquam turpis, & retrahens à vita Religiosa firma remanente institutione.*

7 *Prohibitio ingressus certi Monasterij permittitur ex quo remanet libertas profitendi in alijs.*

8 *Contrarium est si prohibeatur ingressus cuiuscumq; Religionis.*

9 *Lim quandò expresè vel tacitè apparet quod exclusio Religiosi facta fuerit causa conseruandæ agnationis, & familia. Et num. 12.*

10 *Agnatio non dicitur contemplata si de ea nihil fuerit dictum, vel si proximior affinis fuerit vocatus.*

11 *Proximior quis præsumitur eo ipso quod se coniunctum probat, & quando nemo superest qui eum præcedat.*

13 *Conditio non profitendi apposita in Institutione non censetur repetita nec etiā tacitè in substitutione si intercedat diuersitas rationis. Et num. 15.*

13 *Exclusio filij Religiosi non potest præsumi nisi ad fauorem aliorum filiorum non verò ad commodum extranei. Et num. 16.*

DECISIO LV.

PEtrus Rattinus in suo cum quo decessit testamento sibi hæredes scripsit vxorem, & filios per hæc verba (In omnibus alijs suis bonis hęredes vniuersales instituit fratrem Georgium Iacobum in sæculo nuncupatum ordinis Eremitarum S. Augustini Nouitium in Conuentu S. Ioannis Euangelistę de Arimino, Philippum Iulium, & Ioannem, ac D. Franciscam eius Vxorem, & filios respectiuè dicti Testatoris, hac tamen lege, & conditione dictus Testator dictum fratrem Georgium hæredem, vt supra vna cum alijs filijs, & vxore instituit, si in Religione non permanserit, & in aliam ingressus non fuerit, at si in dicta Religione permanserit, siuè in aliam ingressus fuerit, ac professionem emiserit tunc, & eo casu dictus Testator dicto fratri Georgio iure institutionis, seù alio validiori iure, & titulo reliquit scuta sex anno quolibet soluenda à dictis suis hæredibus eius vita durante, & non vltra aliquid petere, seù prætendere possit sub quouis prætextu, & cuilibet eorum decedenti absque filijs liberis, & descendentibus substituit superuiuentem, seù superuiuentes &c. & vltimo eorundem filiorum liberorum, & descendentium decedenti absq; filijs liberis, & descendentibus dictus Testator substituit proximiorem consanguineum, & affinem dicti Testatoris, qui reperietur in Ciuitate, ī Bergomi vulgaritèr, pupillariter, & per fideicommissum summario vtriusque Partis num. primo.)

Per obitum dd. Philippi, & Ioannis sine filijs Conuentus prædicti Sancti Ioannis Euangelistæ ex persona dicti fratris Georgij ibidem professi bonorum ipsius Testatoris possessionem cæpit, sed deinde prætendente Aloysio, & alijs de Vignanis cessionarijs Francisci Rattini asserti Proximioris eiusdem Testatoris esse factum locum successioni, eiusdem Francisci fauore dubitatum fuit coram me, an eis danda esset immissio, & DD. negatiuè responderunt.

Non enim venit casus substitutionis Rattini, quem repræsentant Vignani illius cessionarij, sed ad fauorem fratris Georgij filij Testatoris, ex cuius persona Conuentus possidet, qui non solum fuit in-
1 stitutus, sed tanquam vltimus superuiuens *post* alios fratres fuit compræhensus in substitutione facta à Testatore ad fauorem superstitis, *Vndè* Vignani frustra se fundant in cessione Rattini nullum ius habentis, quod cedere posset, dum fideicommissum ad eius fauorem non erat purificatum, quinimò erat expresè exclusus à fratre Georgio ante consanguineos proximiores vocato, & substituto. Nemò enim potest cedere, quod non habet *l. nemo*
2 *plus iuris ff de regul. iur.* & in terminis cessionis fideicommissi conditionalis, *Cagnol. in l. 2. num 41. C. de*

C. *de pact. inter empt. & vendit.* Præsertim cum Rat-
tinus obijcerit viuo fratre Georgio. Nam cedens
3 fideicommissum conditionale si prædecedit ante
hæredem grauatum cessio infirmatur, & remanet
nullius momenti, dùm nondum venerat casus sub-
stitutionis ad eius fauorem, & spes, quam habebat
succedendi mortuo hærede grauato euanuit, & ex-
pirauit per eius prædecessum, quia fideicommissum
conditionale moriente substituto ante euentum cō-
4 ditionis non transmittitur *l. vnic. §. fin. autem C.
de caduc. tollen. Fusar. latè plures cumulans de subst.
quæst. 496. n. p. Noal. de transmiss. cas. 9. nu. p. &
seq. Rota inter diuers. decis. 782. n. 1. p. 1. & in ter-
minis cessionis Cagnol vbi supra dicto n. 41. vers. Ex
5 quibus in fin.* & ita Vignani se fundantes in dicta
cessione remanent perpetuo exclusi.

Non obstat, quod dictus frater Georgius fuerit à
Patre hæres cum alijs institutus, quatenus in Reli-
gione non permanserit, quia dicta conditio super-
6 addita tanquam turpis, & retrahens à vita Religio-
sa reijcitur, & habetur pro non scripta, firma rema-
nente institutione pura, & libera iuxta dispositio-
nem *text. in § sed & hoc præsenti vers. sancimus si
personæ auth. de Sanctiss. Episcop. Gloss. in cap. In
præsentia verb. qui monitorium de probat. Dec. ibi-
dem nu. 195. vers. secundo ex dicto §. Fusar. cons.
141. n. 3. & de substit. quæst. 429. nu. 21. Mart. de
success. legal. p. 3. quæst. 13. art. 4. sub nu. 34. vers.
Ego vero, & de iurisdictione p. 4. cas. 80. n. 2 vsque
ad fin. Rota in dicta Romana fideicommissi de Sorieijs
prout idem admissum etiam fuit decis. 480. nu. 9. p. 2.
rec. Mantic. de coniect. dicto lib. 11. tit. 7. n. 4. Dec.
cons. 674. n. p. & seqq. Roland. cons. 35. n. 24. lib. 3.
Franc. decis. 29. nu. 5 & 6.*

Eoq; magis cum Testator non prohibuerit dun-
taxat certam Religionem, vel Monasterium, sed
omnem aliā indefinitè ibi, (si in Religione non per-
manserit, & in aliam non fuerit ingressus.) Per-
mittitur enim prohibitio ingressus certi Monaste-
7 rij, ex quo remanet libertas profitendi in alijs, sed
conditio impediens totaliter ingressum cuiuscum-
que Religionis est prorsus illicita, quia absolutè re-
8 trahit à vita Regulari, & Religiosa, vt benè distin-
guit *Dec. in dicto cap. in præsentia n. 197. vers. Quod
tamen, & nu. 198 de probat.*

Nec applicantur DD. in contrarium adducti,
quia loquuntur, & procedunt, quando apparet ex-
9 presè, vel tacitè, quod exclusio Religionis, & Re-
ligiosorum est facta causa conseruandæ agnationis,
ac familiæ, cuius ratio in isto casu non potest dici
10 habita, cum nihil de agnatione dicatur, adeout te-
stator etiam proximiorem affinem vocauerit, &
verbum (proximior) potest intelligi de quocumque
proximiore etiam remotissimo extra familiam, &
agnationem alio non existente proximiore, nàm
proximior quis præsumitur eo ipso, quod se con-
iunctum probat, & quando nemo superest, qui eum
11 præcedat, *Rota decis. 593. n. p. & seq. p. 2. & decis.
326. pariter n. p. p. 5.* Quando autem exclusio Re-
ligiosorum non fuit facta ex causa conseruationis
agnationis tanquàm improba, & illicita reijcitur, &
12 pro non scripta habetur, vt conciliando hinc inde
opiniones probat *Mart. de Iurisd. dicto cas. 80. nu.
3. & seqq. de success. d. quæst. 3. art. 4 sub dicto n. 34.
& n. 35 cum seqq. & ponderat Rota in dicta Roma-
na fideicommissi de Sorieijs coram Reuerendiss. Episco-
po Compostellano §. quæ quidem interpretatio, & in
rec. decis. 480. nu. 9 p. 2. & in dicta Romana fidei-
commissi de Capis 18. Iunij 1657. § Et licet conclu-
sio, & in Amerina successionis 5. Iunij 1651. in vita-
que coram me.*

Sed visa est Dominis cessare difficultas in hoc
casu, quia conditio non profitendi Religionem fuit
adiecta solum in institutione, nec in substitutione
superstitum Testator de hoc nihil dixit. Vndè non
13 potest dici repetita propter diuersitatem rationis
vigentis in vtroque casu, quia viuentibus fratribus
potest censeri, quod Testator maluerit sua bona
peruenire magis ad filios seculares, quàm ad Reli-
giosum, sed cessantibus filijs sæcularibus nulla ratio
14 persuadet, quod voluerit magis transire ad extra-
neos, quàm ad filium professum; stante autem di-
uersitate rationis, conditio apposita in institutione
15 nunquā intelligitur repetita in substitutione *Bald.
cons. 153. sub n. 3. lib. 5. Odd. cons. 95. n. 58.* & re-
gulariter onera institutionis non dicuntur in sub-
stitutione repetita *l. sub condit. 13. ff. de hæred. in-
stituen.* & multo minus ad exclusionem Religioso-
rum *Aldobran. cons. 2 n. 3. lib. 2 Rota in dicta Ro-
mana fideicommissi de Sorieijs sub § Quæ quidem in-
terpretatio*, & omissis alijs in terminis punctuali-
bus *firmat Bald. cons. 396 lib. 3:* vbi agebatur de
Patre habente quatuor filios vnum Religiosum, &
16 alios Laicos, & dicit, quod Religiosus est admit-
tendus post mortem fratrum non obstante expres-
sa prohibitione, quod plus petere non posset, quia
dicta prohibitio est inserta fauore aliorum fratrum,
quibus mortuis non est verisimile, quod Pater vo-
luerit excludere filium Religiosum fauore extraneis,
quando nullam habuit rationem cōseruandæ agna-
tionis, vt ibi *num. 1. & per tot.*

Et ità resolutum fuit vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Amerina Fideicommissi.

Ven. 26. Nouembris 1660.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum, & si expressè impositum non di-
citur constare concurrentibus præscriptione tan-
ti temporis, cuius contrarij memoria non extet, &
alijs, de quibus in decisione, & ex quibus reuocatio,
vel derogatio, vel exinanitio fideicommissi præsumi
possit.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissum non extare præsumitur ex obseruantia in contrarium tanti temporis cuius contrarij memoria, vel initij minime extat.*
2 *Immemorabilis præscriptio ex quibus probetur.*
3 *Præscriptio an interrumpatur per iudicium in quo agens succubuit?*
4 *Immemorabilis præiudicat omnibus substitutis, & successoribus. Ratio nu. 5.*
6 *Immemorabilis producit meliorem Titulum de Mundo. Et præscribit per se nu. 24.*

7 *Præscriptio centenaria producit etiam meliorem titulum de Mundo in Patronatu.*

8 *Præscriptio centenaria comparatur immemorabili.*

9 *Immemorabilis censetur Præscriptio 100. annorum.*

10 *Fideicommissi reuocatio, seù derogatio, vel quid aliud fideicommissi destructiuum præsumitur concurrente immemorabili, vel centenaria.*

11 *Item vbi ambulatoria fuit voluntas fideicommittentis intercessit mutatio primæ dispositionis, & reseruata facultas reuocandi,*

12 *Inobseruantia ita minuit fidem scripturarum, sicuti obseruantia illam ita auget.*

13 *Inobseruantia in constituendis portionibus Fideicommissi arguit bonorum insufficientiam.*

14 *Legatarius honoratus in decem priùs quàm alteri fuerint legata 100. vbi bona non sufficiunt ad integra legata, primus venit & capit 10. & alter reliqua, quæ supersunt, & quidem ex præsumpta prædilectione coniecturata in prioritate ordinis.*

15 *Homines sæpè de facultatibus suis sperant magis quam in ijs sit.*

16 *Pecuniæ valor à quo tempore multum decreuerit.*

17 *Bona præsumuntur assignata heredibus fideicommissarijs iuxta portiones præscriptas concurrentibus vetustissima possessione, & titulo præambulo, & nu. 18.*

19 *Conuentio fideicommissaria firmata cum authoritate Principis non potest reuocari sine eiusdem Principis consensu. Præcipue contra ius tertij. nu. 20.*

21 *Portionum inæqualitas dignosci nequit nisi firmetur ab heredibus status hereditatis.*

23 *Tituli allegatio differt ab allegatione immemorabilis.*

24 *Identitas bonorum fideicommissorum quando non constet.*

25 *Ad bona agens tenetur probare, quæ & quanta sint.*

26 *Identitate bonorum obscurata facto possessoris, tenetur possessor probare, quæ sint eius bona propria.*

27 *Lim. si possessor ostendat bona propria antea possedisse, vel à se non fuisse factam incorporationem, & dolum abesse.*

28 *Forma à Testatore præscripta seruari debet.*

29 *Nobilium Familiarum interest sibi non aggregari extraneos præcipue ignobiles earumque arma, vel insignia non gestari.*

30 *Ignobilis non potest propria authoritate assumere sibi insignia alicuius Nobilis.*

31 *Duellum an committi possit ex causa armorum, & insignium.*

32 *Actus nullus quando non conualidetur per Decretum Iudicis.*

DECISIO LVI.

FAbrica S. Petri, & Stephanus, ac Io: Baptista de Geraldinis, & adhærentes anno 1643. conuenerunt DD. Priorem Ioannem Cosmum, & Priorem Carolum eius filium, & alios de Geraldinis petendo immissionem in possessionē bonorũ sitorum in Ciuitate Amerina, & aliorum bonorum in Territorio coram Iudice Fabricæ ex duabus donationibus factis anno 1477. & anno 1485 ab Episcopo Angelo cum quadam fundatione cuiusdē fideicommissi Oliuæ Geraldinæ, in quibus reseruata facultate reuocandi disposuit sex subsidiarias portiones pro sex filijs, & descendentibus ex Bernardo, Baptista, & Hieronymo suis fratribus singulas augendas ex pretio aliorum bonorum ad scuta 500. aurea de Camera, & ex residuo voluit dari dotes puellis erigi Collegium pro sua familia, & quod superesset expendi in sacrificijs, & eleemosynis.

Et quoniam non extarent duodecim masculi in familia mandauit, ad familiam congregandam in dicta Ciuitate aggregandos natos ex fœminis de familis optimæ indolis, & qui splendorem conseruare possent.

Iudex Fabricæ reos absoluit, & eius sententia fuit confirmata per aliam à Iudice appellationis, cuius sententia transiuit in iudicatum. Cōmissa causa restitutionis instante fabrica, & adherentibus, & Elisabeth asserente se de Geraldinis veniente ad causam Iudex commissionis non conuocata familia cōfirmauit aggregatos à dicto Stephano, & aggregauit ad familiam Geraldinam Alexium, & Io: Baptistam de Gratiatis, & immissionem contra alios tertios possessores aliorum bonorum concessit, & eius sententia fuit etiam confirmata; appellationis autem causa mihi delegata, & vnita causa dicti D. Prioris Ioannis Cosmi, litisq; consortium; & proposito pridem dubio instantibus alijs tertijs possessoribus 5. Martij 1660. & pro ipsis contra Actores resoluto proposui hodie dubium instantibus D. Priore Ioanne Cosmo, litisq; consortibus an constet de fideicommisso ita vt sit danda immissio, & non constare DD responderunt inhærendo decisis.

Moti quia allegatur tanti temporis præscriptio,
1 cuius contrarij memoria non extat *ad c. p. de præscript. in 6.* videlicet ab anno 1485. vsq; ad annum
1643 motæ litis. & sic annum 158. sexqui centenarium vltra, & sesqui sæculum annorum, quo numquam fuit seruata hæc fideicommissaria dispositio siue in assignatione subsidiaria siue in erectione Collegij, siuè in alijs, & bona controuersa fuerunt possessa vti libera ab omnibus fideicommissis, & vinculis dd donationum, vt contestantur Testes
2 remissionales *in summario n. 2 & 3.* de visu per 40.
annos, & semper viderunt, & audiuerunt ita esse, nec vmquam viderunt, vel audiuerunt contrarium, & quod communis est, & fuit semper opinio, quod sic fuerit, & quod non extat contrarij, vel initij memoria *ad celebr. gl. s. q. li. d. c. 1.* & hi Testes probarent etiam immemorabilem, & si non concluderent ante motam litem, quia Actores in secundo iudicio cum re iudicata succubuerint, & per iudicium in quo agens succubuit non interrumpitur
3 præscriptio *Felin. ad cap. illud de præscript. ad fin. vers. p. clausula Bull. de præscript. princ. p. 6 quæst. 3. princ. 94 nu. 37. Couar. de præscript. p. 2 §. 12. nu. 14 vers. Hinc litem.*
4 Immemorabilis autem omnibus substitutis, & successoribus præiudicat ex eo, quod ex tanti temporis lapsu Principis facultas, & omnia ad id neces-
5 saria præsumuntur *Molin. de primog. lib. 4. cap. 10. n 10. 11. & 461. Adden. venit ideoq; Caldar. recept. sent lib. p. quæst. 23. nu. 109. Cauil contr. 93. §. 8. n. 27. cum alleg. & Petrus Barbos. ad § illud lib. 7. C. de præscript. 39 nu. 87 & seqq. max. nu. 95. Leo Valent. decis. 83. nu. 14. & seqq. lib. p. Capic. decis. 2. nu. 392.*
6 Hæc enim immemorabilis præscriptio valet producere meliorem titulum de Mundo, vt inquit sæpè *Rot. coram Merlin. decis. 725 n. 14.* & post alios *decis. 22. n. 4 p. 8.* Id quod etiam de centenaris in
7 patronatu *dicta Rota cor. Duran. decis. 87 nu. 21.* quæ valent etiam in centenaria præscriptione maximè cũ hoc tempus æquiparetur immemorabili, vt
8 inquit *Rota coram Seraph. decis. 207. n. 2. & Gab. de præscript. concl. p. nu. 78. & nu. 80. in fine coram Albergato*, vbi etiam tempus immemorabile in hoc
9 casu censetur ipsum tempus centum annorum ex

alijs

alijs abundè apud *Leon. dicta decis. 83. n. 14. Pontanell. decis. 217. nn. 9. & seqq.* vbi præcipuè *Thesaur. tot. quæst. 27. lib. 2. & Alex. de nono cons. 36. nu. 3. 4. & 5.*

Vndè potuit præsumi reuocatio ab ipso Episco-
10 po Angelo, vel derogatio à Summo Pontifice, vel acquisitio bonorum aliundè, vel exinanitio hæreditatis eiusdē Episcopi, & per varios casus sæpè cōtingentes *ad §. preterea c. super 25. de verb. signif.* & ibi *glos. non extat mem. Petr. Barbos. ad l. 4. C. de præscript. 30. ann. n. 39. vers. cæterum, & seqq. Castil. ad § 8. nn. 33 & seqq. Rot. decis. 354. nn. 10. lib. 3. p. 3. & coram Penia decis. 103. & seqq. Venet. æditum.*

Præsertim, quod ambulatoria erat, & fuit vo-
11 luntas Episcopi Angeli ex mutatione primæ donationis, & ex facultate reuocandi repetita etiam in secunda ideoq; inobseruantia tanto tempore in omnibus capitibus multum debilitat fidem scripturarum; nam qua ratione propter obseruantiam datur fides scripturæ alias informi, eadem ra-
12 tione videtur, quod inobseruantia minuat de fide Instrumenti, vt conclusit *Rot. decis. 703. in fin. p. 2. recent. & decis. 224. nu. 22. & seqq p. 6. & in Romana pretensi fideicommissi 17 Febr. 1645 §. & in hanc sententiam coram Reuerendiss. D. meo Cerro,* & vsq; ad tollen. fidem Instrumenti *Adden. ad Molin. de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 57. vers. & è conuerso cum alleg.*

Magisq; vrget inobseruantia ad præsumenda bo-
13 na Episcopi Angeli insufficientia; nā cum in primis voluerit cōstitui portiones descēdētibus fraternis, & in his subsidijs eos alijs præferri quos prædileait,
14 & in ipsis reponere splendorem familiæ, indè grauis premit doctrina, *Petri, & Cipri,* & post eos *Baldi ad § item quæro l. ex facto ff. de vulg. vers. vnde si Principis,* & ibidem *Alex. n 3 cum alijs,* ex qua si concedirur mihi redditus vsque ad 10 florenos, & tibi vsq; ad 100. florenos primus veniam, & tum in reliquis; sæpè enim de facultatibus suis am-
15 plius, quam ijs est sperant homines *§ in fraudem instit. quib. ex causis manum. Rot. decis. 37 n. 7 in fin. p. p. recent* & cum hæ portiones singulæ essent complendæ vsque ad valorem aureorum 500. de Ca-
16 mera, & valor pecuniæ multum decreuerit ab ijs temporibus, quod notum est *dicta Rot. post Merlin. de legitim. decis. 126. nu. 5* & bona controuersa possessa fuerint 158 annis ab his, & alijs descendentibus à Bernardo, & Baptista fratribus Episcopi Angeli eo magis eadem bona ex vetustissima possessione præsumerentur non fuisse nec esse vltrà portiones, & subsidia suprascripta, ipsaq; bona fuisse, & esse pro ijsdem portionibus subsidiarijsq; assignata ad tradita ab *Afflict. decis. 368. nu. 3. & seq.* & ibi *Adden.* & sequuta est *Rot. decis. 142. nn. 10. p. 2 diuers. cum alijs apud Altegr. cons 7. n 40. vers. 4. elicitur lib. 2* propter generalem præsumptionem
18 posses. titulo præambulo *l. 2. C. de acquir. poss. Menoch. præs. 67. n. p. & seqq.* & de pluribus, & magis efficaci *Menoch. præs 5. nu. 4 lib. 6.*

Et specialiter quod anno 1485. Idem Episcopus Angelus fundator, & Bernardus, & alij fratres alias Domos in regione Burgi, & loco lo Spianacella, & Palatium cum Viridario in Contrada Ciuitatis Veteris liberarunt à directo Dominio Cathedralis Ecclesiæ, & subiecerunt perpetuò conuentionali fideicommisso, & prohibitioni inter dictos descendentes substituendo agnatos de familia Geraldina, & dicta familia deficiente ipsam Cathedralem cum autoritate, & decreto irritāte S. me. Sixti IV & constitutio, siue conuentio superioris authoritate con-
19 firmata non potuit sine eius consensu tolli, aut reuocari *Rom. cons. 126 nn. p. et 2* præsertim con-
20 tra ius tertij, & Cathedralis Ecclesiæ.

Atque Ita demptis his bonis, & ex alijs ante omnia constitutis ijs sex portionibus subsidiarijs pro fraternia his descendentibus consideratq; tanta inobseruantia verisimile visum est nihil superfuisse.

Et quantum ad Priorem Io: Cosmum ipse est extra omnem aleam cum idem ipse probauerit media mensura legitimè facta non hæc Oliuæ stabilia, ac
21 bona sufficientia pro sua portione cum certè deberent Actores curare certam ibidem diem præfiniri ad facien. computationem *l. 2 C. de vsur. & fruct. legat et ibi glos præfiniit Salic. n. 2. et Bald. nu 3. et 4* vbi notat practicam, & frequentissimè *Rot respondit firmari statum hereditarium.*

22 Quamquam satis superque visa est præscriptio immemorabilis ad dictum *cap. p. de præscript.* ac alia suprascripta, siue ad allegationem tituli, siue ad præscriptionem per se prout vtiq; differt allegatio tituli, ac priuilegij ab allegatione præscriptionis
23 immemorabilis, & in materia, cui non conuenit facile constat *ad Felin. d. cap accedentes de præscript. n. 6. sub initio, et vers. fallit 3. ac post alios Petr Barbos. ad l. 6. C. de præscript 30. ann. cum nu 24. et prius ad d. l. 4. dicto nn. 39. et seqq. Rot. tota decis. 215. p. 3. diuers.*

His omnibus accessit defectus probationis bonorum eorumque identitatis quia ostendit Prior Io:
24 Cosmus maiores duos in locis controuersis multa acquisiuisse quin etiam fratres Episcopi Angeli fundatoris huius Oliuæ ibidem alia bona possedisse, Vndè Actores debent distinguere, & cessaret difficultas, nec videretur constare de identitate, vt conclusit alias *Rot. decis. 295 in fin. & decis. 170. nu. 5. vers. & idem tradit alia solutio p. p recent & coram Coccino decis 176. n. 2. cum allegatis alijsque apud post de prim. & priuil. num. 247. Surd. decis. 339. num. 9.*

Præterea vbi non exprimuntur aliqui fines, sed
25 concessio est de possessoribus vt hic, qui agit ad illa bona tenetur probare quæ, & quanta sint *Rot. dicta decis 295 nu 4. vt post Cenc. de cens. decis. 2. nn. 10 11. & 12.*

26 Et licet si constaret obscuritatem esse causatam facto possessoris ipse tenerur probare, quæ essent bona pręuia *Fusar. de subst. quæst. 518 num. 49* & ibi præcipuè *Afflict decis. 23. nu. 5. vers. præsentis accedat Rot. decis. 175. nu. 5. p. 5. et coram Merlin. decis. 405. nu. 11. et 12* certè obstare non potest, vbi possessor ostendit bona propria antea possedisse *Rot. coram Merlin. decis 167. num 3.* aut à se non
27 fuisse factam incorporationem, & dolum abesse *Rot. dicta decis. 175. dicto nu. 5 vers. etenim placuit respectu.*

Nullius quoq; fuit rationis, quæ nulla fuit aggregatio illorum Alexij, & Io: Baptistæ de Gradatis, præsertim quia Episcopus Angelus fundator in fundationem voluerat extraneos misceri nullumque, & inualidum statuerat quidquid in contrarium factum foret, si verò Geraldinorum genus ad minorem

norem numerum 32. masculorum redigetur tunc
ex proximioribus consanguineis matre Geraldina
natis vsque ad numerum 12 inferri iussit, & planè
ad formam præscriptam certo loco, & tempore
conuenientibus Geraldinis vocantibus, & viuentibus duabus ex tribus partibus conuenientibus
eorumdem Geraldinorum per secreta suffragia, quę
28 seruari debebant de mãdato *ad Rot. decis 72. n. 10.
& 11. tom 2. p. 4 recent. & in eadem coram Buratt.
decis. 573. n. 7. & in dicta tarsa 9. quoad alios fabricæ adherentes*, & seruari plurima, & de iure debebant, & quod omnes tangebat debebat ab omnibus
approbari *cap quod omnes 29. de reg. Iur. in 6. & in
punct. Lambert. de iur patr. lib. 1. p 2. principal. q.
2. art. 9 præcipuè sub n 12. sub vers. si vero in huiusmodi reseruationem Rot. coram Buratt decis. 573. n.
4. & 5 & ibi benè bo: me. Ferentil. sub n. 8. & seqq.*
Et multum insuper interest hominum, & familiarum præcipue nobilium ne extranei, & præci-
29 puè ignobiles aggregati sint adeo vt simpliciter si
vnus portet certa arma vel insignia, & alius velit
eadem portare non liceat, & prohiberi possit, vt
docuit *Bart. de insign & arm n 5. & seqq. vel alijs
apud Rustic an, & quando liberi in cond positi lib.
2. cap. 6 n* 51. qui ex Baldo, & Zasio dicit rem iniuriosissimam, *& n* 54. & magis ignobilis more
nobilium *Tiraq. de nob. cap. 5 n. 17. Cassan. Cathalog. glor. mund consid. 58. concl* 23. & minime
posse ignobilem sibi propria authoritate insignia
30 cuiuspiam nobilis assumere *ad l. vnic. de his qui
poss. non Tiraq dicto cap 6. dicto n. 17. vers. fateor*,
vt dubitari sæpè consueuerit an ex causa insigniũ,
31 & armorum posset ad duellum (quod abhorreo)
deueniri *ex relatis à Rustic dicto cap. 6 nu. 52.* vt
euentum est aliquando, & Sedatum ipsa lite iucundè iocoseq; secata à Rege Anglor. apud *Alciat. dicto lirg. vitam c. 7 sub n. 9. et seqq. et alios corducen. faces à Pogio Florentino apud* Cauanen. *dicta consid.
38 concl. 48. sub vers 7. casus*.
Neque conualidari possit aggregatio per decretũ
Iudicis, quia vbi fuit nulla, & si super inde confir-
32 metur non valet confirmatio notat *Bald. in l. nominones 37. C. de appell. & ibidem alij*.
Et ita decisum fuit D. Priore Carolo, & Fabrica tantum informante.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Locationis.

Ven. 26. Nouembris 1660.

ARGVMENTVM.

LOcatio facta cum obligatione mutandi an sit annexa vero, vel palliato mutuo, si pecunia inde data fuit cum reseruatione facultatis illam retinendi sub cambijs.

SVMMARIVM.

1 *Cambium, & non Mutuum fuisse contractum præsumitur vbi pecunia soluta fuit cum reseruatione facultatis illam retinendi sub cambijs licet antecedenter expressum fuisset in causam mutui. num. 1.*
2 *Mutuum statim in alium conuertitur contractum iuxta mentem contrahentium. num. 2.*
3 *Mens contrahentium inspici debet in contractu reiecto verborum cortice. num. 3.*
4 *Locatio non dicitur vsuraria nisi præter mutui veri vel ficti concursum concurrat etiam diminutio consuetæ pensionis ex causa eiusdem mutui. num. 4.*
5 *Promissio effectum non sortita consuetam locandi legem non immutat, num. 5.*
6 *Contractus locationis subsequutus non debet regulari adinstar alterius antecedentis effectum tamen non sortiti. num. 6. & 7.*
8 *Actus effectum non sortitus nullius roboris reputatur. num. 8.*
9 *Merces minutatim vendita pluris venditur quam distracta in magna quantitate. num. 9.*
10 *Locatio infimo respondens prætio cum alijs conuento immunis euadit à labe fœnoris, num. 10.*
11 *Mutuum palliaretur in contractu cambij si res locaretur mercede minori ac potuisset locari. num. 11.*
12 *Casus constitutio ex pecunia data pro prætio venditionis domus, & ipsa venditio dicuntur contractus separati. & independentes licet gesti coram ijsdem Notario, & Testibus.*

DECISIO LVII.

VSuratiæ prauitatis incursu in contractu locationis
venæ Ferratiæ binis decisionibus excluso, cum
Agentes Domini Principis Ludouisij in relationibus causatum super hoc iterum institissent audiri.
An scilicet locatio vero, vel saltem palliato mutuo
annexa foret, reproposito per me dubio, pro mutui, ac fęnoris exclusione denuò Domini responderunt.
Licet enim in Instrumento locationis conductorum obligatio inserta noscatur mutuandi Domino
Principi, vel persemetipsos, vel alterius mediante
persona scuta 175 mil. Nihilominus facultate perspecta Conductoribus ipsis immediatè reseruata
1 eandem quantitatem retinendi sub cambijs, contractus cambij realiter gestus esse pręsumitur, cuius
proindè naturam antecedens expressio mutui immutare nequiuit, vt aduertit *Gabr. cons. 59 n. 1. 7.
et 8. lib. 1. Guidop. q. 185 num.* 1. vbi, quod mu-
2 tuum statim in alterum conuertitur contractum
iuxta mentem contrahentium, quæ reiecto verborum cortice inspici debet *Couar var. lib. 3. cap. 2.
n. 2. in fin. Duard. de camb.* §. 1. *q* 10 *nu. 3. propè
finem, et probat text. in l. in conuenientibus 219 ff.
de verbor. significat. l. sed* Celsus § 1. *vers in empti
enim ff. de contrahen. empt.*
In locationis præterea contractu adhoc, vt vsu-
4 rariam ea redolcat prauitatem, ne dum mutui veri, vel ficti concursus, sed etiam diminutio, consuetæ pensionis ex causa eiusdem mutui subsecuta
requiritur; vt tradunt *Socc sen. in l. si quis nu. 12.
ff. si cert petat. Curt. Iun in l. 2. § mutui datio nu.
19. cum seqq. ff. eodem Gemin. cons. 16 nu. 2. Rub.
Alexand. cons. 20. nu 3. Menoch. cons. 109. nu. 12.
Vgolinus de vsur. cap. 54 §. 1. Nauar. in manual.
eodem tit. num. 26. Castill. decis. 143. num. 1. et 2.
Mastrill. decis. 106. nu. 16. et 33.*
Hæc autem prætij diminutio ex similibus locationibus antecedenter cum Serenissimo Magno
Duce, ac successiuè cum Sanguinetto contractis in
casu

casu proposito, remouetur expresè; dum neutra
ex ijs valorem adequat scutorum quadraginta duo-
rum, nec non viginti obulorum in singula cente-
na pondera ferri à Dominis Riuuccinis persolu-
tum, comprahensa tamen tertia lucrorum portio-
ne in eodemmet Instrumento Locatori attributa,
vt ex præteritis decisionibus apertè conuincitur.

Neque ad arguendam consueti valoris diminu-
tionem poterit deseruire Sanguinetti promissio,
desumendi singulis annis centena pondera 803. ac
numerum proinde maiorem, quam locatio præsens
contineat, ad pondera 560. dumtaxat restricta.
Dum enim ex facto concorditer habito, vix pon-
dera 308. per Sanguinettum quolibet anno extrac-
5 ta noscuntur, eius promissio, vti effectum non
sortita, consuetam locandi legem non induxit, vt
aduertit *Rot. decis. 675 num. 5. par. 2. rec. et decis.
317. nu. 7. penes Post. de manuten.* Nec consequen-
6 ter illius conuentionis ad instar, subsecutus con-
tractus debet regulari. Postquam maximè obli-
gationem hanc pro excessiua Sanguinettus agno-
uit in eodemmet locationis Instrumento, ibi, (e
quando non hauesse potuto leuare la somma delli
centi, come facilmente può seguire sì per li tempi,
come per essere la somma grossa.)

Hinc obesse non valet adstipulata cum Mercato-
ribus Ianuensibus Principis nomine locatio in pla-
7 stris quadraginta septem pro singulo centeno pon-
dere ferri, talis namque locatio, vti effectu desti-
tuta, ad diminutionem pretij eliciendam inefficax
esse censetur, vt præter superius relatas auctorita-
tes probat *Aym. cons. 10. num. 5.* vbi quod actus
8 effectum non sortitus nullius roboris, ac momen-
ti reputatur *Surd. cons. 3. n. 29. cum seqq. et decis.
51. num. 2. Gonzalez. ad regul. 8. Cancell gloss. 45.
§. 3. num. 3. et gloss. 55. num. 21. et 22.* Rot. *decis.
162. num. 4. par. 4. diuers.*

Quinimmò initus cum DD. de Riuuccinis con-
tractus, tanquam appaltus generalis, ab ea parti-
culari locatione pro bis centum vigintiquinque
ferri ponderibus adstipulata regulari non valet,
dum merces separatim, seu minutatim vendita,
9 pretio maiori existimari consueuit, quam altera in
magna quantitate distracta, vt notat *Reginald. in
praxi for. pœnit. lib. 25. nu. 282. Less. de iust. et iur.
lib. 2. cap. 21. de empt. et vendit. dubitat. 4. in fine,
cum alijs auctoritatibus in præteritis decisionibus re-
consultis:* Perspectis præsertim quamplurimis simi-
lium venditionum particularium instrumentis pro
scutis quadraginta monetę Florentinæ cū magona
Florentię peractis, quæ in omnem casum possent
10 exinde Conductoribus suffragari, quod locatio
infimo dumtaxat respondens pretio à fęnoris labe
immunis euadit, vt tradit Couar. *var. lib. 2. cap. 3.
num. 1. Cyriac. contrau. 169. num. 16. Molin. de
contract. disput. 309. num. 7 vers. nolo mutuum in
fine. Nauarr in manual. cap. 17. num. 228. vers.
iustum pretium intelligo.*

Diminutione itaque pretij exclusa, palliatio
11 mutui prætensa videtur quoque corruere, cum im-
plicitum, seu palliatum mutuum in hoc cambij
contractu dumtaxat præsumi posset, quoties Con-
ductores præter licitum lucrum aliquid plus con-
templatione traditę pecuniæ superlucrari voluis-
sent, vt notat *Beron. consil. 186. numer. 15. lib. 1.
Menoch. consil. 109. num. 28. et 29. Natt. consil.
670. num. 9. Rimiuald. iun. consil. 218. num. 59. et
60. et consil. 309. num. 62. Cardin. Mant. de tacit.
lib. 8. tit. 18. num. 13*

Nec in contrarium vrgere poterit, quod Domi-
ni Principis procurator, maiorem portionem re-
ceptæ pecunię penes rationem banceariam à Nerlio
exercitam, cuius Conductores erant participes il-
licò dimiserit; Cum enim in extinctionem æris
cum eadem ratione bancearia grauioribus subvsu-
rijs à Domino Principe antecedenter contracti,
cesserit ipsa solutio; eidem proinde Domino Prin-
cipi, non autem Dominis Riuuccinis detulit vti-
litatem, nec vlla consequenter exinde valet præ-
sumptio consurgere, quod sub velamine cambij,
contractus mutui prodierit; Qui sanè contractus
12 distincti, ac pœnitus separati esse censentur, licet
eorum adstipulatio coram ijsdemmet Notario, ac
Testibus inita foret, vt in terminis emptoris do-
mus exbursatam pecuniam illicò ad censum recipi-
entis dixit *Rot. in Assisien Census 28. Martij 1653.
in §. huiusmodi autem coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Et ita cętera priorum decisionum fundamenta
Domini approbando pro earum confirmatione
responderunt, vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Romana Domus.

Lunæ 29. Nouembris 1660.

ARGVMENTVM.

AVgmentum in quinta parte pretij debitum ex constitutione Gregoriana non habet locū quandò venditio non fuit coacta sed libera, & non fuit in omnibus seruata forma constitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio spontè &c. posita in contractu venditionis ostendit venditionem esse liberam, & non coactam.*
2 *Pacta contra formam constitutionis ostendunt non fuisse contractum secundum eam.*
3 *Non seruata forma tradita ab aliqua Constitutione in omnibus non dicitur contractus initus secundum illam.*
4 *Ille contractus præsumitur celebratus, qui colligitur ex forma scripturæ.*
5 *Vicinus non dicitur coactus vendere nisi præcedat iudicialis instantia.*
6 *Licèt videatur coactus facere qui cogi poterat; tamen non dicitur coactus ab aliqua Constitutione, qui illius formam in agendo non seruat.*
7 *Quæ habent originem à voluntate non possunt dici meticulosa, & coacta.*

DECISIO LVIII.

THeodosius Rubeus vendidit anno 1645. Excellentissimo D. Principi Pamphilio, tunc S. R. E. Cardinali, domum quam ipse inhabitabat, positam in Platea Agonæ, & Palatio eiusdem D. Principis contigua pretio scutorum 6478. Prætendente nunc

D. Paulo

D. Paulo filio venditoris augmentum in quinta
parte dicti pretij debitum ex Constitutione Gre
goriana de iure congrui, quoties cogitur vicinus
domum inhabitans eam vendere vicinio ædificare
volenti ad ornatum Vrbis, proposui dubium, an
esset locus dicto augmento, & DD. negatiuè res-
ponderunt.

Non solum enim ex verbis instrumenti desum-
ptum fuit, domum venditam non fuisse vigore
1 Constitutionis Gregorianæ, sed titulo puræ, &
liberæ donationis, ibi, *Ipse Theodosius cupiens, quod huiusmodi venditio suum plenariam quamtitius sortiatur effectum spontè &c. vendidit, alienauit, &c.* quæ verba sonant in venditionem liberam, &
spontaneam, non autem in necessariam, & coa
ctam ad *tex. in l. 1. C. de testam. tutel. Bertazzol. de clauf claus. 11. glos 1. ad med Surd. cons 361. sub nu. 16. Rot. in Romana Census 24. Aprilis 1600. coram bo me. Hieronymo Cardinali Pamphilio apud Marchesan. de commission. par. 1. fol. 858 nu. 3.*

Sed etiam ex pactis in eo adiectis; si quidem
2 pretium domus æstimatum fuit à tertio perito. cũ
tamen ex forma Constitutionis esset declarandum
in discordia peritorum à Magistris Viarum, vt dis-
ponitur in § 4. Rursus idem pretium solutum ap-
paret liberè venditori, cum tamen inuestiri debuis-
set, vel loco inuestimenti præstari cautio pro secu-
ritate D. Principis emptoris, vt in § 18. cuius re-
missio valde considerabilis est, vt aduertit *Pinell. in l. 2. par. 3. cap. vlt n. 22 & seq. C. de rescind. vend. Rot. in recent. dec 253. nu. 11. et dec. 344. eod. nu. par. 4. tom. 2. et Ianuen. prætensæ separationis thori 22 Iunij 1650. coram Reuerendiss. D. meo Meltio Episcopo Papiensi.*

Vlterius non fuit seruata forma illius circà alias
3 qualitates in ea contentas, quibus deficientibus nõ
potest dici quod ad præscriptum bulla fuerit serua
ta venditio *Bart. in l. 1. §. quod autem ait prætor ff. ne quid in flum. pub. Rolan. cons. 63. nu 9. lib. 1. Grat. cons. 151. nu. 18 lib. 2. Gratian cap. 546. nu. 16.* Sed benè demonstratur partes non habuisse ani-
4 mum contrahendi nisi eo modo, & forma prout
in ipso instrumento continebatur *ad tex. in l. qui fundum 40. §. qui agrũ ff de contrahen empt. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 2. nu. 2. et 3.* & latè dictum fuit *in* Romana *prætensæ deuolutioni palatij 7. Iunij proximi præteriti coram R. P. D. meo Celso.*

Cum itaque versemur in venditione voluntaria,
& spontanea frustrà prætenditur augmentum pre-
tij domus ex dispositione eiusdem bullæ, quæ ha-
bet locum dumtaxat in venditione necessaria, &
5 coacta, ad quam vicinus non nisi præuia iudiciali
instantia, vel lite introducta compellitur, vt ma-
nifestè patet ex illius lectura, & aduertunt *Mant. de tacit. lib. 22. tit. 28. nu. 10. et seq. Gratian, cap. 546. num. 12. et 13.*

Hinc non releuat quod licet nulla præcesserit ci-
tatio, nec lis fuerit introducta adhuc tamen vendi-
tio coacta censeri debeat, ex quo Theodosius po-
6 terat ad illam compelli, nam, omisso, quod non
constat ipsum potuisse compelli, dum probatum
non fuit quod domus cohærebat palatio à duobus
lateribus, vt requirit Bulla in §. 6. conclusio pro-
cedit quando venditio facta fuit expresè in vim
bullæ præcedente monitorio ad vendendum, vt lo-
quuntur *decis. 465. nu. 9. et 871. n. 2. apud Merlin.* non autem vbi (prout hic) nec monitorium, nec
aliqua instantia iudicialis præcessit, sed eius
forma inobseruata partes voluerunt spontè,
& liberè contrahere, tunc enim venditio
non potest dici coacta, sed voluntaria, & sponta-
nea, vt notat *Dec. in cap cum M. Ferrariensis nu. 2. de constit Carpan. ad Statut.* Mediolan. *cap. 115 nu. 325. in princ. Fort. ad Stat. Papiæ rubr. 25. in ciuilibus nu 215. consequentibus.*

Responsio vero quod Theodosio non licuit pro-
pter metum protestari, quod vendebat ad formam
bullæ, non subsistit, quia id benè argueretur quo-
7 tiea præcessisset aliquod factum inductiuum me-
tus, vel doceretur de aliqua protestatione saltem
facta ex interuallo, & ocultè, quæ facilius erat, se-
cus cum ipsius spontanea voluntas vendendi con-
currat, ex quo proindè elicitur venditionem ha-
buisse originem dumtaxat à voluntate, quæ pro-
pterea non potest dici meticulosa, & coacta iuxtà
tradita per *Surd decis. 254 num. 29.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R.P.D. BOVRLEMONT.

Regien. Laudi.

Lunæ 29. Nouembris 1660.

ARGVMENTVM.

LAndum iniustum, ænormissimam complectens læsionem, & intollerabiles in iure, & in facto errores non est exequendum etiam concurrente iuramento de stando laudo.

SVMMARIVM.

1 *Laudum continens enormissimam læsionem, & intollerabiles in iure, & in facto errores non est exequendum.*
2 *Læsio enormissima resultat ex laudo per quod nulla reddita ratione cohæres administrator absolute liberatus fuit ab administratione bonorum hæreditariorum.*
3 *Resultat etiam ex adsignatione fundaci mercatura cum omnibus suis creditis, & auiamentis facta vni ex cohæredibus ipsis exclusis ab vtilitate, sed non liberatis à dubio, & periculoso onerum, & debitorum euentu.*
4 *Errores iuris intollerabiles ex quibus deprahendantur.*
5 *Arbitri nudæ assertioni in quibus casibus non sit deferendum.*
6 *Delicti pœna caput delinquentis non egreditur.*
7 *Socius non tenetur etiam stante communione bonorum pro delicto alterius socij.*
8 *Laudum etsi in multis capitibus iustum, si tamen in alijs sit iniustam non est exequendum ratione indiuiduitatis, & correspectiuitatis.*
9 *Ampl. etiamsi laudum contineret capita diuersa, & separata.*
10 *Laudum si sit iniustum, iuramentum de stando Laudo non obligat, quia semper taciteam importat conditionem, si illud iustam, & æquum fuerit.*
11 *Laudi approbatio non releuat quando est iniustum.*
12 *Approbatio vnius alijs non acceptantibus, non suffragatur, vbi agitur de interesse communi, & indiuiduo.*

DECISIO

DECISIO LIX.

DIssidentibus inter se Canonico Pellegrino, Antonios Bonauentura, & Ambrosio fratribus de Prinis super diuisione bonorum hæreditatis q. Antonij communis Patris, & q. Ambrosij Patrui, & super redditione rationis negocij mercaturæ continuati sub eorumdem Patris, & Patrui nomine, pacificorum Proxenetarum interuentu, & diligentia ad sopienda discordiarum flabra, vnanimes fratres Iudicem Compromissarium, cuius arbitrio prætensionibus litigiosis iustus imponeretur modus elegerunt, qui eadem die, qua compromissum acceptauit, grauibus commissis negocijs, altiorem licet requirentibus indaginem, festinæ tamen, & præcipiti laudo se voluit extricare, à quo vti iniuste fuit appellatum, & de illius executione dubitantes DD. censuerunt, non esse exequendum cum contineat enormissimam læsionem, & intolerabiles in
1 Iure, & in facto errores, *Paris. cons. 45. n. 47. lib. ..., & cons. 124 nu. 144. lib. 2., Bero cons. 27. nu.* 88. *lib. 2. Rota in Anconitana Laudi 14. Iunij* 1638. *coram Cardinali Panzirolo, & coram Merlino decis.* 70 *num. primo*.

Enormissima læsio manifesta est, cum arbiter
2 Carolum absolutè de gestione, & administratione bonorum hæreditariorum liberauerit, nulla reddita ratione, *Buratt. decis. 29 nu. 5.*

Comprobatur insuper læsionis enormitas, ex eo quod idem Arbiter fundacum mercaturæ cum omnibus suis creditis, augmentis, & Instrumentis
3 liberè ad Carolum spectare voluerit cum facultate negocium continuandi nominibus Antonij, & Ambrosij, (si Carolo placuerit) vt antea exercebatur, fratribus omninò reiectis, ab vtilitate, & lucro talis negociationis, licèt illos dubio, & periculoso onerum, & debitorum euentui per talem denominationem subiecisset, vt firmauit *Rota in Romana Societatis de Rotignis* 10. *Februarij* 1648. *coram Reuerendissimo Terracinen.*

4 Intolerabiles Iuris errores deprehenduntur, cum negauerit Arbiter, vllam habendam esse rationem conuentionis factæ in publico, & solemni Instrumento de facienda diuisione mobilium, & belluarum ex hæreditate communi prouenientium, quæ tamen distractæ, & venditæ fuerant ad liberandum Carolum ex particulari, & ad ipsum spectante debito, hac vnica Arbiter fretus ratione, quod ipse peculiarem, & priuatam notitiam haberet, quod Carolus hæreditatem indemnem reddiderit, & satisfecerit, pariterque assignauit Carolo Prædium Bibbiani pro ducatis 300. cum eodem supposito, quod nouerit esse Creditorem in dicta summa vti
5 expensa ad commodum communis negocij finè vllo iustificatione talis crediti, cum Carolum liberasset ab omni computo suæ administrationis, vt superius notatum fuit, & tamen, in his casibus nudæ assertioni Arbitri nullatenus est deferendum, vt firmauit *Rota in allegata decisione* 29. *Buratti per totam*.

Præterea Pellegrinus Canonicus, & fratres non potuerunt finè notorio grauamine condemnari ad refundendum pretium pro cuiuslibet rata Prædij propter homicidium patratum à Carolo confiscati sub prætextu quod communio bonorum ad talem compensationem fratres consocios adstringeret.

Quia admissa etiam tali prætensa communione
6 bonorum delictum adhuc, quod delinquentis caput non egreditur, Sociorum bona communia afficere non potest, nec Socios ad resarciendum por-
7 tionem alterius Socij ex pœna delicti sic imminutam valet impellere, *Bald. cons. 68. in fin. et cons.* 413 *in princ. lib. 2*

Nec minus errauit Arbiter in facto, assignando Domum maternam Carolo cum supposito, quod illud in executionem voluntatis maternæ fecisset, quia contrarium omninò resultat *ex Summario num. 4.*

Nec releuat, quod tale laudum in aliqua fuerit parte iustum, quia cum deficiat in multis cap al-
8 legatis, dixerunt, DD. non esse exequendum ratione indiuiduitatis, & correspectiuitatis, ita *Bart. cons. 159. nu. 8 lib. 1. Soccin. Sen. cons 105. nu 6. lib. 4.* Riminald. *Iun cons. 127. nu. 15. lib. 2., et plene Aldobrand cons. 78. nu. 4. Borel. in summ. decis. tit. 63. de comprom. nu 317. tom 1. Rota penès Mohed. de sent., et re iudic*, licet etiam laudum contineret capita diuersa, & separata, quia vniformis
9 compromittentium animus fuit, vt apparet in præsenti casu, quod omnes dissensiones, & discordiæ terminarentur. Ideoque Iniustitia super aliquibus illud nullum, & irritum in omnibus efficit & ob id non exequendum, neque pro toto, neque pro parte, *Aldobr cit cons 79 num 1. et 2, Abb. cap. annitter de re iudic., Alciat in l 1 §. sed si mihi nu. 19, ff. de verb. oblig. Rota decis 29. coram Buratt nu 17 et penes Porth. in addit ad tract. de manut decis. 133. nu 13.*

Demùm non obstat iuramentum factum de stando laudo, quia semper tacitam importat conditio-
10 nem si illud iustum, & æquum fuerit, *Rota coram Caualer. decis 656 nu 2. et decis 125. nu 21. et 22. part. 5. recent*, prout nec releuaret eiusdem Laudi approbatio, dum constat de eius iniustitia, *Dur n.*
11 *decis 13. nu 18. et 20, et in mox alleg decis 556. Caualer. dicto nu. 2.* attento præsertim quod alij fra-
12 tres, præter Canonicum illud acceptare noluerint, vt agatur de interesse communi, & indiuiduo, *Rota in dd. decis. 29 Buratt. num. 17., et decis. 125. num 22 part. 5. recent.*

Et ità vna tantum parte informante, altera pluries citata, decisum fuit.

R. P. D. BEVILAQVA.

Gerunden. Parochialis.

Ven. 3. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

REcensentur extrema necessaria pro consecutione immissionis in possessionem benefici vigore litterarum expeditarum in forma gratiosæ concessionis; & an, & quando talis immissio impediatur per exceptionem consimilis tituli per alium possidentem obtenti.

SVMMARIVM.

1 *Immissio in possessionem parochialis, vt concedatur, quæ extrema sint verificanda?*

2 *Clericatus probatur per litteras Ordinarij, & Apostolicas in forma gratiosa expeditas.*

3 *Obitus parochi probatur per narratiuam expressam in litteris concursus, & prouisionis obtentæ à Papa ex vacatione Ecclesiæ.*

4 *Reseruatio beneficij Apostolica per quæ probetur.*

5 *Immissio non datur contra possidentem cum titulo consimilis subrogationis, modò concurrant requisita, de quibus ibi.*

6 *Clausula (ita quod litteræ desuper in forma simplicis prouisionis gratiosæ subrogationis expediri possint) quid operetur.*

7 *Expeditio litterarum subrogationis gratiosæ non suffragatur nisi fuerint exhibitæ, & vigore illarum assecuta possessio.*

8 *Possessio infecta ex decreto irritanti operatur, quod possessor habeatur pro non possessore.*

9 *Titulus inualidus non impedit immissionem in possessionem beneficij.*

10 *Nullitas tituli inualidat expeditionem factam de litteris gratiosæ surrogationis.*

11 *Rigor executiuus iudicij immissionis cessat, quando litteræ prouisionales fuerunt vulneratæ per sententiam declarantem non esse exequendas.*

12 *Fallit quando producuntur aliæ litteræ realiter à primis distinctæ.*

13 *Sententia restricta ad vnam rem, vel instrumentum non extenditur ad aliud, de quo in sententia nulla fit mentio ad effectum, de quo hic.*

DECISIO LX.

PRæsuppositis decisionibus in hac causa sub diebus 5 Martij, & 28 Iunij editis dubitaui An Raymundo Bos gratiosè subrogato ad Ius, & possessionem Parochialis, de qua agitur danda esset immissio, & DD. affirmatiuè responderunt, quia probat proprium Clericatum, obitum dicti Ioannis in
1 possessione Parochialis, & reseruationem, quæ sunt tria extrema ad hunc effectum necessaria *Gonz. ad reg. 8. Canc. § 7. prohæm. num. 211. & 212. Garz. de benef p. 6. cap. 4 n 4. & 16. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap 1. n. 95. Seraph. decis. 1425 n. 1 Duran. decis 391. nu 2. decis. 406. & decis. 430. n. pr. Buratt. decis 31. & 407. n. 1. bo. me. Merlin. decis. 175. num. 6.*

De Clericatu non potest dubitari, quia de re apparet nedum per litteras sui Ordinarij, quibus in
2 hac materia est plena fides adhibenda *cap 1. de Cleric peregr. cap post cess 7. & ibi DD. de probat. Grammat. decis 81 n 1. Reuerendiss. Vegellen decis. 930 num. 2.* verum etiam ex litteris Apostolicis in forma gratiosa expeditis, quæ per Datariam concedi non solent nisi docto de Clericatu alijsq; qualitatibus prouisi, vt testatur *Paris. de resignat. lib. 4. q. 2. n. 9. Lotter. de re benef. lib 3. q 35. n. 3 & pluries resp. Rot vt coram Penia decis. 1144. n. 5. iuxta impress. Lugdun. Merlin. decis 896. n. 3. In Meleuit. beneficij 31. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Albergato, in Augustana Prioratus 24. Nouembris eiusdem anni coram eodem, in Tarraconen Præcentoriæ 13. Iunij 1657. coram me, & in Pampilonen. beneficij prima Iulij 1658 coram R. P. D. meo Celso vbique in § Clericatus.*

Ioannis obitus de mense Octobris 1655. & qui-
3 dem in possessione Parochialis iustificatur per similem narratiuam à Laurentio collitigante emissam in litteris concursus in partibus habiti, & prouisionis à Papa ex eadem vacatione obtentæ *Egid. decis. 258. Rot. coram Buratt. decis. 300. n. 4. Coccin. decis. 145. n. 2. Card. Canal decis. 608. n. 4. in recent. decis. 45. n. 3. part. 6. & in Cassanen. Parochialis 6. Iunij 1653. § narratiua vero coram bo. me. Bichio.*

Parochialis tandem reseruatio redditur etiã cla-
4 ra tam attenta morte Ioannis vltimi possessoris in dicto mense Octobris, qui est Apostolicus *iuxta reg. 8. hodie 9. Cancell.* prohibentem beneficia in dicto mense, & alijs septem vacatura ab Ordinario conferri vt notat *Gonz. ad reg. 8 glos. 11. nu. 1. & dixit Rota in decis. 363. Card. Canal. & in rec. decis 247 p. 4. tom. 2. vtrobiq; n. 1.* quàm vacatione tunc Sedis Episcopalis Gerunden. ex plenè firmatis in dictis causæ decisionibus, vndè intrat reseruatio vigore regulæ secundæ reseruatoriæ bonorum omnium quorum vacatio post Episcopi decessum, dimissionem, seu translationem succedit donec denuo prouisus capiat possessionem *Gonz. ad eamdem reg. 8 glos. 24 n 5. & glos. 51. n 52 cũ 2 seqq. Lotter. de re benef lib 2. q 34. n 5. Rota apud bo. me. Merlin decis 629. n. 8. in Burgen. benefic. 21 Maij 1628. coram bo. me. Dunozetto, in Venafrana beneficij 22 Iunij 1647. coram Reuerendiss. Compostellam, & in prælicata Tarraconen. Præcentoriæ coram me §. Alterum reseruationis caput.*

Hæc autem immissio retardari non potest à Lau-
5 rentio prætendente se quoque habere consimilem titulum subrogationis gratiosæ, & possessionẽ & consequenter non posse contra ipsum executiuè procedi remedio immissionis; sed agendum esse iudicio ordinario *iuxta theoricam Bart. in l. fin. n. 21. vers. aut comparet aliquis ibique Zuccard. nu 374 C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 165. Put. decis. 131 lib 2. in correct. Buratt decis. 171. sub n. 1. Cauall. decis. 845 nu. prin. Coccin. decis. 421. n 2.* Etenim de tali subrogatione inductiua tituli paritatem legitimè non docetur prout dictus Laurentius illam allegans tenetur probare ac ostendere, quod non solum proueniat ex eodem fonte nempè à Sede Apostolica per eamdem *Bart. doctrin. in dict. cap. fin. Roland. à Vall. cons 78. n. 27 lib. 3. Grat. discept. forens. cap. 948. in fin. Mohed. decis. 5 volit. pend. Rota coram Penia decis. 294. in fin. nu. 12. & 13. iuxta Venet. impress. Duran. in dicta decis 430. n. 9.* sed etiam, quod sit eiusdem speciei hoc est alterius similis subrogationis gratiosæ quam obtinet Raymundus, *Marches. de comm. appell. ab execut. Breu. & litt. Apost. nu. 70. fol. 321. p. 1. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 20. n. vlt. Reuerendiss. Vegellen. vbi proximè num. 10.* Alioquin deficiens in exhibitione huius tituli est quidem super titulo suo audiendus ad finem vt si releuans appareat sit ordinarie procedendum non autem executiuè; At non habetur pro legitimo contradictore quin gratiosè subrogatus non sit in possessionem mittendus, & iudicium à subrogatione proueniens executiuum remaneat vt post *Bart. & Zuccard. in dict. l. vlt. nu. 346. vers. at est aduertendum* explicãt *Grat. discept. forens. cap. 895. n. 7. cum duobus seqq. Lotter. dicta quæst. 20 n. 216. & lib.*

& lib. 3. q. 13 n. 75. Modern. Carp. var. resol. cap. 216. n. 13. & 14. p. 2. eo Rota sæpe censuit, vt corā Caputaqs decis. 329. p. 1. Mantic. decis. 71. n. 7. Penna decis. 184. n. 15. & in rec. decis. 71. n. 2. circa med. p. 1. & decis. 202 n. 18. & seq. p. 4. tom. 2. impress. etiā post modern. Pisan. de Turep. decis. 47. n. 10. & 11. & decis. 34. n. 9 & 10. p. 5. & in aliȷs cumulatis in decis. 154. n. 15. Eminentiss. D. Ottoboni.

Nec vim facit vlloque modo hanc requisitam
6 subrogationem concludit supplicatio relata in summario Laurentij num. 1. continens in secunda parte clausulam, ita quod litteræ deluper in forma simplicis promissionis gratiosæ subrogationis expediri possint, &c nam ad hoc vt impetrans beneficium reseruatum dicatur etiam habere gratiosam subrogationem desumptam vel ex corpore aut ex clausul s generalibus dependentibus à principali gratia prouisionis quoad ius, & possessionem defuncti; in cuius locum petitur subrogatio, non sufficit sola supplicatio signata cum dicta clausula, sed indiget expeditione ad partes bullarum in forma talis subrogationis ex quo per huiusmodi rescriptum censetur data facultas expediendi litteras in potentia, quę nō prius quā sic facta expeditio reducitur ad actum; illisque non expeditis nihil tribuit vt tradit idem Lotter. de re benef. dicta q 20. n. 174. & lib 3. q. 2. n. 8. cum seqq. & q. 13. nu. 28. & 29. Marescott. var. resol. dicto lib. 2. cap 1. n. 56. Put. decis. 923. n. 1. & 2. lib. 1. Seraph. decis. 236. n. 2. & in dicta decis. 1426. n. 2. in fin. Rota in Legionen. Prioratus 27 Iunij 1584. coram S. M. Clem. VIII. relat. per Garz. de benef. p. 6. cap. 4. num. 9. vbi quod facultas expediendi litteras in potentia in forma gratiosæ subrogationis dicitur accessoriē ad gratiam principalem, in Valentina Rectoriæ 24. Maij 1647. coram bo. me. Bichio § quoad primum, & in decis. 121. n. final. & 130. nu. 10. coram D. Cardinali Ottobono.

Præterea admissa etiā citra veri præiudicium ex-
7 peditione harum litterarum subrogationis gratiosæ, non suffragarentur nisi quoque ostenderetur fuisse coram executore exhibitas, & in vim earum de eius manu possessionem assecutam Rot. decis. 641. n. 2. p. 4. rec. Merlin. decis. 365. n. 12 & 13. & in puncto fuit resolutum in præcitata decis. 154. D. Cardinalis Ottoboni n. 29. cum seqq. vbi aliæ referuntur, & Comitiant. in apposi um deductæ, & præcipue decis. 842 coram bo me. Buratt. vt ibi nu. 18. & seqq. Hic verò de tali possessione non constat, quæ nec minus releuaret tamquam infecta propter decretū irritans in decretis S. C. Triden-
8 tini necnon in constitutione Piana 33. etiam prohibente allegationem tituli colorati, appositum, quod operatur vt habeatur pro non possessore Rot. decis. 48. nu. 2. & seq. p. 5. recent. & in Vicen. Capellaniæ 7. Nouembris 1629. coram bo. me. Pirouano, & in Mediolanen. Cancellariatus 15. Maij 1645. coram bo. me. Pentingh.

Cæterum ex eo videbatur sublata omnis hæsitatio, quia conclusio, quod possidens cum titulo impediat immissionem processumque ad viam ordinariam reducat, eo minus recipitur quando
9 titulus cui innititur inualidus, & irreleuans detegitur sicuti in proposito apparet iste Laurentij dū obtinuit Parochialē sibi conferri in vim concursus habiti in partibus ob non seruatam formam S. C. Tridentini nullibi in præd. decisionibus declarati Rota in decis 36 n. 3. p. 1. rec. & in sæpè citatis decis. 410. Duran. in Bononien. fideicomm. de Rubeis 30. Maij 1645 §. vlt. coram Eminentiss. Cardinali Cotrado, & 154 nu. 32. cum seqq. penes Eminentiss. Ottobonum; & stante dicta nullitate tituli siue gratiosæ principalis dicti Laurentij si litteræ subrogationis gratiosæ hodie reperirentur expeditæ tamquam ab ea desumptæ, & dependentes nihil releuarent Rot. decis. 541. nu. 8. p. 13. diu.

Non obstat quod amplius obijciebatur litteras Apostolicas Raymundi fuisse vulneratas per sen-
11 tentiam A. C. qui pronunciauit illas non esse exequendas, & Laurentium à petitia absoluit; Atque ideo ex hoc saltem cesset rigor Iudicij executiui immissionis, & expectandæ sint tres sententiæ conformes Gonz. ad reg. 8. glos. 6. n. 204. & 235. Caed. Millin decis. 28. n. 2. & dicta decis 365. in fin. bo. me. Merlin. siquidem posset obiectum vrgere quatenus ageretur de executione earumdem litterarum coram dicto A. C exhibitarum, & in vim ipsarum nunc instaret in possessionem immitti; Secus cum agatur de executione litterarum subrogationis gratiosæ à dictis litteris realiter distinctis fa-
12 ne respectu istarum nulla adest vulneratio ex quo de tempore latę sententiæ non fuerunt exhibitæ, & de illarum viribus cognitum, neque expeditæ, vt in specie ponderauit Rot. in Asloricen. Archidiaconatus 6. Nouembris 1602. coram Card. Lancellotto Iun. post Marches. de comm. p 1. cap. 1. n. 9 fol. 375. Et
13 regulare est quod vbi sententia est restricta ad vnū Instrumentum, vel aliam rem non est extendenda ad aliud de quo in causa non fit mentio ad effectum vulnerationis Scac. de appell dicta q. 17. limit. 9. sub n. 58. vers subextende Rot. decis. 132. n. 12. p. 2. diu. & post Zacch. de oblig. Cancer. decis. 65. nu. 12. & in Toletana Pensionis 2. Iunij 1631. coram bo. me. Motmanno.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. CERRO.

Cæsaraugustana Cathedralitatis.

Ven. 10. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

Exequutorialibus litteris factum positiuum inuoluentibus de obtemperando à condemnatis explendum satisfieri non potest per oblationem verbalem de parendo, sed realis, & actualis requiritur paritio; alias declaratoria, & interdictum respectiuè sunt contra contumaces relaxanda.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria an, & quando sit locus post relaxatas exequutoriales.*
2 *Oblatio verbalis de parendo non suffragatur si fiat cum cautelis, & reseruatiũs.*
3 *Oblatio item verbalis de parendo non sufficit ubi præcisè demandatur aliquod factum, sed opus est actualis paritione.*
4 *Debetque esse successiua, & continua paritio ubi factum habet*

habet tractum in futurum.

5 *Omne, quod sequitur ab expresso habetur pro expresso, & specificato.*
6 *Oblatio verbalis spernitur, vbi concurrit expressa inobedientia.*
7 *Et in omnibus parendum est vbi vrget res iudicata.*
8 *In tantùm vt res iudicata percutiat etiam transactiones antea celebratas.*
9 *Maxime vbi exceptiones adducta ob non parendum iam essent discussa.*
10 *Transactiones Carentes Beneplacito Apostolico non afficiūt successores.*
11 *Sententia arbitramentalis est nulla si lata sit inter immediatè subiectum Sedi Apostolicæ.*
11 *Transactiones non releuant, quæ careant obseruantia.*
12 *Obseruantia excluditur per vnum actum difformem.*
13 *Cessante obseruantia beneplacitum Apostolicum non præsumitur.*
14 *Immemorabilis remanet improbabilis ex defectu testium talium ætate qui deponere possint de visu per 40. annos ante motam litem.*
15 *Item remanet Improbabilis ex mala fide.*
16 *In incorporalibus qua requiruntur in quærenda quasi possessione.*
17 *Testes examinati in partibus, pendente lite coram Iudice ad quem, absque remissorialibus, & citatione partis nō releuant.*
18 *Vnio Ecclesiarum quoad Cathedralitatem, easdem non vnit quoad cætera iura independentia à Cathedralitate.*

DECISIO LXI.

RESolutum fuit 5. Iulij præteriti dandam esse declaratoriam contra Canonicos, & interdictum
contra Capitulum S. Saluatoris nisi infra mensem
paruerit exequutorialibus à S. Rota relaxatis, admittendo Canonicos Sanctæ Mariæ de Pilari ad
1 omnes actus Cathedralitatis, reseruato Ecclesiæ S.
Saluatoris iure agendi post paritionem pro priuatiua Canonizatione prætensorum actuum vt iuris fuerit, causaquè super ipsis iterum discussa, Domini steterunt in decisis, quia seruata fuerunt omnia de stylo seruanda, & oblationes verbales in Curia factæ à D. Canonico Doctorali nomine proprio, & procuratorio Capituli S. Saluatoris, ex pluribus visæ non sunt sufficientes, neque admittendæ.

Et primo, quia altera nullam facit mentionem de exequutorialibus sub erroneo prætextu excessiuitatis, quæ non subsistit, vt firmatum fuit in præcedenti decisione, altera verò simpliciter continet, Canonicos velle parere omnibus per Rotam declarandis sub expressa præseruatiua, ibi, *Reseruatis ijs, quæ suæ Ecclesiæ, & Capitulo competunt iure particularis priuilegij contractus, Transactionum, Sententiarum, & præscriptionis etiam immemorabilis, donec, & quousque fuerit per Sac. Rotam declaratum*, huiusmodi enim oblationes istis actibus, & reseruationibus factæ omnino captiosæ sunt, & valdè periculosæ, cum ad aliud non tendant, nisi ad eludendum effectum mandati Rotalis, seu verius apostolici quasi non afficiant censuræ, vel eis non sit parendum, nisi in nuda, & simplici Cathedralitatis denominatione, vel in actibus in quibus vi-
2 debitur ipsis Canonicis contumacibus, quæ propterea prodesse non possunt, vt benè respondit, *Rota coram Penia decis. 881. num. 5. secundum impress. Lugdun.*

Secundo, quia exequutoriales continent factum positiuum à condemnatis explendum, ibi; *Et mandamus quatenus dictam Ecclesiam B. Mariæ Virginis de Pilari, &c. illiusq; Capitulum, & Canonicos talis Cathedralis cum omnibus priuilegijs, iuribus, honoribus, prærogatiuis, & præeminentijs Ec-
3 clesiæ Cathedrali Cæsaraugustanæ quomodolibet debitis, & debendis habeatis, teneatis, & respectiuè recognoscatis.* Ideò non sufficiunt oblationes verbales, sed realis, & actualis paritio requiritur vt præter *decisiones in præcedenti allegatas dictū fuit cor. bo. me. Merlin. decis. 481. nu. 1.* Cumque agatur de re habente tractum successiuum in futurum, necessaria est continua, & successiua paritio *Buratt. decis. 258. num. 2. & in Alexandrina pensionis 11. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Celso §. finali.*

Nec refert quod sententiæ non descendant ad specialia, & propterea requiratur liquidatio, qua non præcedente non possint Canonici S. Saluatoris de contumacia redargui, quia cum contineant generalem declarationem antiquioris, & actualis
4 Cathedralis Ecclesiæ Beatæ Mariæ omnia in ventre comprehendunt, & liquidant, quæ veniunt in necessariam consequentiam declaratæ Cathedralitatis licet ad litteram singulariter non sint expressa, omne enim quod sequitur ex eo quod expressum est habetur pro expresso, & specificato, *iuxt. text. in l. si ita scriptum, vbi DD. ff. de liber. & Posthum. Buratt. decis. 125. n. 4.*

Tertiò demum, quia constat de expressa recusa-
5 tione Capituli eiusquè voluntate non parendi *dum semper fecit actus omnino contrarios paritioni, & præcipuè* vltra recensitos in alia decisione, nuper laborante in extremis Reuerendiss. Archiepiscopo Cæsaraugustano, & declarante, quod si non sumebat Sanctiss. Viaticum, Id totum contingebat, vt euitaret scandala, & dissensiones forsan oriundas inter has duas Ecclesias, Canonici S. Saluatoris sese opposuerunt protestantes, reperiri, & existere in quasi possessione illud subministrandi Archiepiscopis pro tempore, vt latius in *Sum. Pilarensium num. 1.* Vnde tanto magis augetur expressa, & positiua inobedientia, & spernendæ sunt huiusmodi oblationes ad *glos. in cap. duo sunt 96. distinct. Merlin. dict. decis. 481. num. 6.*

Non obstat repetita exceptio quod plures actus
6 Cathedralitatis ad Canonicos S. Saluatoris priuatiuè pertineant, ex transactionibus, sententijs, & præscriptione etiam immemorabili.

Quia iuste in alia decisione reseruatum fuit præ-
7 dictis Canonicis ius agendi post paritionem pro priuatiua Canonizatione dd. prætensorum actuum, quia habent contra se rem iudicatam, Ideoq; in omnibus ei parere debent antequam audiri possint, etiam in verificatione nouorum iurium *l. peremptorias C. sent. rescind. non poss. & l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Caputaq. decis. 323. n. 5. p. 1. Andr. decis. 72. nu. 7.* præsertim quoad Transactiones ante illam
8 celebratas, cum non possint postea deduci ad effectum euitandi eius paritionem *Castr. in d. l. n. 5. vers. præmitto ad euidentiam Mohed. decis. 3. nu. 1. vers. maximè quod exceptio de transact. Rot. in rec. decis. 91. n. 9. part. 7.*

Certius quia omnia quæ sub prætextu priuatiuæ
9 quasi possessionis, nunc etiam afferuntur in præcedentibus instantijs semper allegata fuerunt, & per

Rotam

Rotam discassa, & reiecta, vt plenissimè habetur
in elaborata *decis. bo. me. Coccin. in rec. decis. 352.
part. 5. coram bo. mem. Bichio 21. Iunij 1655. & 6.
Martij 1656. & cor. me 2. Maij 1658.*

Et quamuis præfata satis sint pro relaxatione
declaratoriæ, cum particularis discussio prætensorum
actuum non sit præsentis indaginis, nihilominus
ex abundanti, & ad magis ostendendum
10 malum ius Capituli parere recusantis ponderatum
fuit, quod transactiones tamquam carentes Beneplacito
Apostolico sunt merè personales, Ideòq;
afficiunt successores *cap. veniens de trasact.* quodque
nec ipsæ, nec sententiæ arbitramentales, quæ
vlterius nullitatis vitio laborant ob defectum Iu-
11 risdictionis, dum Ecclesia de Pilari immediatè
subiecta est Sedi Apostolicæ, vt firmauit *Rot. dec.
43. nu. 3. ac dec. 157. ante nu. 1. part. 6. rec. & cor.
me. in hac causa 27. Maij 1558. §. non obstat,* nunquam
obseruatæ fuerunt, cum Pilarenses in contradictorio
iudicio in Rota plura mandata ser. ser.
11 obtinuerint directè contra contenta in ipsis transactionibus,
& sententijs, *vt in dict. Sum. nn. 5. 5.
8. 9. & 12. cum duob. seqq.* Obseruantia enim ex-
12 cluditur etiam per vnicum actum difformem *Rot.
decis. 112. n. 5. vers. & vnicus part. 2. rec.* Et cessãte
obseruantia, allegari non potest Beneplacitum
13 præsumptum *bo. me. Coccin. decis. 301. n. 3. & coram
Eminentiss. D. Card. Ottbobono decis. 224.
num. 22.*

Immemorabilis verò quasi Possessio priuatiuè
quoad certos actus improbabilis est ob lites inter
has Ecclesias ab antiquissimo tempore pendentes
super omnimoda vnitate in temporalibus, & spiritualibus
cum integra retentione omnium iurium
Cathedralitatis, quæ incæperunt ab anno 1170.
vt habetur ex concordia anni 1221. *dict. Sum. nu.
5.* ex commissione anni 1536. *num. 7.* ex Epistola
Synodali Diœcesana transmissa ad S. mem. Paulũ
V. anno 1641., & 1615. *num. 11.* & ex vltima cõmissione
Rotali de anno 1623. *Sum. num. 15.* In
quibus omnibus continetur ab Ecclesia de Pilari
semper fuisse prætensum integre retinuisse, & retinere
omnia iura Cathedralitatis, vnde pro improbabilitate
immemorabilis duo resultant, alterũ
ex impossibilitate inueniendi Testes tàm annosos,
14 qui ante motas lites deponere possint de vsu per
annos quadraginta, *Card. Seraph. decis. 1450. n. 2.
1460. nu. 2. Greg. decis. 434. nu. 12. Comitul. decis.
138. nu. 5.* Alterum ex mala fide ex dictis litibus
resultante, quæ immemorabilem excludit, *Card.
15 Seraph. decis. 707. nu. 6. Rot. in rec. decis. 265. nn.
17. p. 5. & in Calagnritana Decimarum de Ochon.
1. Iulij 1654. coram me sub §. concordia antem,* Et
exinde cessat patientia, & acquiescentia Pilarensium,
sine quibus in incorporabilibus non acqui-
16 ritur quasi possessio priuatiua *Card. Mantic. decis.
207. nu. 6. Card. Seraph. decis. 436. num. 3. & in
rec. decis. 543. num. 11. par. 5.*

Nec releuant Testes relati in *Sum. additionali*
17 *Capituli S. Saluatoris nu. 1.* deponentes de priuatiuo
exercitio Iurisdictionis quasi Episcopalis Sede
Vacante cum deputatione Vicarij Capitularis, etiã
ab immemorabili, qui præterquod sunt examinati
in partibus pendente lite in Rota sine litteris
remissorialibus, & sine citatione Partis, hoc præcisè
articulatum fuit *coram bo. me. Dunozetto in 4.
5. & 6. articulis*, & denegata fuit Remissoria ob
impossibilitatem probationis, & irreleuantiæ latè
comprobatam *in d. dec. cor. me. emanata 27. Maij
1658.* in qua receditur ab alia resolutione prius
capta coram eodem.

Nec obstat prætensum ius decimandi priuatiuè
in territorio Diœcesis Cæsaraugustanæ cum etiam
ad fauorem Ecclesiæ B. Mariæ Canonizatum fuerit.
*in d. decis. Coccini 353. n. 74. p. 5. rec. Motman.
in rec. decis. 177. n. 6. par. 6. & Bichij 21. Iunij 1655.
§. facultas exigendi.*

Cæterum quæ deducebantur de vnionibus per
Summos Pontifices factis de donationibus Regum
Hispaniarum, & de fundationibus pijs facile remo-
18 uentur, animaduertendo, quod Pilarenses non
prætendunt nisi iura, siue corporalia, siue incorporalia,
quæ annexa sunt, connexa, & dependendentia
à iure Cathedratico, & ab ipsa Cathedralitate
in his duobus Capitulis tanquam vnico corpore
formali vnitiuè contenta; Cætera autem à
Cathedralitate independentia communia non sunt,
nec veniunt communicanda, potest enim stare simul
quod circa ius Cathedræ omniumq; ab eo dependentium,
duo Capitula faciunt vnum corpus
formale; In reliquis verò sint duo Capitula, &
duæ Ecclesiæ distinctæ, & separatæ, vt originaliter
respondit *Rota coram Penia decis. 699. n. 9. in Aretina
Vnionis 2 Iunij 1645. § quod negotia, & 1. Aprilis
1647. sub §. neq; dicatur cor. Reuerendiss. D. Terraconen.
& 2. Iunij 1651. sub §. nam huiusmodi coram
Eminentiss. D. Card. Corrado, & prius coram Eminentiss.
D. Card. Ottbobono decis. 4. nu. 21. & 22.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. TAIA.

Romana Dotis.

Veneris 10. Decembris 1660.

ARGVMENTVM.

MAndatum Genero pro dotalibus interessibus relaxari minimè debet quotiescumque constat de dotium oblatione, quæ sat est; illudq; omnino est denegandum si de eisdemmet dotibus in executionẽ factæ oblationis legitimum appareat depositum.

Mandatum verò pro repetitis interessibus dotalibus quasi indebitè solutis haud est concedendum nõ constito de indebito, cuius ad repetentem pertinet probatio.

SVMMARIVM.

1 *Socer parentis locum obtinet.*
2 *Iudex est vir bonus.*
3 *Recusatio depositi conuincitur ex sustentatione litis.*
4 *Oblatio verbalis sufficit vbi constat creditorem recepturum non esse etiamsi præcisè non recuset accipere.*
5 *Oblatio vsurarum, quæ veniunt ex mora, impedit ne amplius mora contrahatur, & contractam purgat.*
6 *Et in debitore quærente damnum euitare sufficit verbalis oblatio.*
7 *Vsuræ dotales non debentur, vbi non docet maritus se post contractum matrimonij onera sustinuisse in propria domo.*
8 *Et diceretur sustinuisse etiamsi postquam traduxit vxorem*

in

in propriam domum, eamdem postea reliquit domi soceri.
9 *Et sola oblatio in prædicto primo casu sufficit ad effectum euitandi moram vsurarum nondum inceptarum.*
10 *Depositum post oblationem subsequutum excusat à mora, & probat bonam fidem.*
11 *Creditor tenetur recipere partem debiti confessatam, de parte verò dubia litigare.*
12 *Indebitum non repetitur; nisi qui soluit, probet indebitè soluisse.*
13 *Et præsumptio stat pro eo, qui recepit; maximè vbi concurreret Iudicis decretum quamuis factum sine præiudicio, & exequutum per aduersarium cum protestatione; quia vbi non fuit appellatum, Decretum in suo robore permansit.*
14 *Iudicis est dirimere lites, quin etiam secare.*

DECISIO LXII.

INter Socerum (qui parentis locum obtinet *l. quia parentis 17 ff solut. matrim.* scilicet naturalis,
1 quem ibi gloss. declarat) & Generum, eosque prænobiles, cum dubitaretur in mutuis petitionibus an, & ad cuius fauorem esset relaxandum mandatum, ad nullius fauorem esse relaxandum DD. vnanimes ex bono, & æquo, atque vt vir bonus
2 est Index., *l. vir bonus 18. ff. Iudic. solu.* & ipsi optimi responderunt.

Cum enim peteret Gener vsuras dotales ex dote conuenta 22. Martij 1657. scut. 11. mil quasi non soluta, & deposito illegitimo 10. Octobris sequentis vsque ad ipsius depositi receptionem, & pro parte sc. 600. quasi deficientis mundi muliebris, seu arredi, vel acconcij (vt partes in pactis dotalibus, & nuptialibus dicunt) æstimabilis in parte doris, & Socer exciperet de oblatione, & deposito integræ dotis cum traditione etiam totius mundi muliebris in varijs donarijs proprio sui ipsius Soceri intuitu donatis Sponsæ à coniunctis, & amicis proprijs vsque ad scut. 1800. quin immo Socer ipse repeteret vsuras dotales aliquas scut. 417 sine præiudicio decretas ab A.C. & cum protestatione persolutas.

Placuit DD. absolui Socerum, quia pridem præcessit oblatio, nec sine verissimo reali fundamento pecuniæ in numerato penes fide, & facultatibus prorsus idoneum, eundemque Cameræ Apostolicæ Depositarium. *Che il primo, ò secondo giorno doppo la celebrazione del matrimonio, il Suocero offeri'l pagamento della dote al Genero*, vt in positione Soceri, & in confessione Generi, etiamsi respondentis *cedere de verbo, non autem de facto, & se semper fuisse paratum recipere*, neque enim sufficiebat dicere, *se fuisse paratum*, sed dicere oportebat *se respondisse esse paratum*, præsertim cum Socero, & in domo ipsius; sed & contrarium colligebatur, tum ex verisimili, & vtilitate non recipiendi dotem, & percipiendi fructus ad rationem 7. 50. pro quolibet centenario, & anno ad Stat. Vrb. 137. lib. 1. quin etiam ex veritate rei, & confessione Generi creditoris in alia positione, *Che non ha mai ricercato, ne anco estragiudizialmente il Suocero per il pagamento della dote*, cum respondit, *credere sciēdo habere bonum debitorem pro dote, & fructibus*; tum etiam ex sequentibus actis depositi expressim recusati, non tantum ex litis sullentatione, ex quo
3 recusationem patere ad sensum dixit *Rota coram Durano decis. 108. n. 5. coram Reuerendiss. D. meo Cerro Decano, post Merlin. de pignor. decis. 70. nu. 5. vers. nec ad istum effectum*; Vnde ad hoc, vt ver-
4 balis admittatur oblatio, sat est, quod constet creditorem recepturum non esse, etiamsi præcisè nō recuset accipere, vt post Theoricos consuluit *Surd. cons. 331. sub nu. 39. Rota dicta decis. 70. sub dicto num.* Nec aliqua oblatio est necessaria, quando Aduersarius est recusaturus secundùm *Paul. Castren. & Alexandr. apud Capic. Latr. cons. 37. num* 28. & in vsuris, quæ non ex conuentione debentur, sed
5 ex mora, cursum sistit sola oblatio etiam citra consignationem, quia cum impediat moram, ne contrahatur, sic contractam purgat. *l. qui decem 72. in princip. ff. de solut.* vt inquit *Faber prag. error. 5. nu. 9. decad. 22. Capye. dicta consult. 37. num. 19. & 20.* & in debitore ad euitandum cursum vsurarum, in quo quia tractatur de damno vitando, &
6 sic de non soluendo fructus, vel interesse, sufficit verbalis oblatio ad tradita ab eodem *Capyc. dicta consult. 37. nu. 37. Maur. de oblat. nu. 20.*

Quod certè verum est in oblatione à Socero facta Genero, adhuc Domi suæ, dum Gener in ea versaretur cum vxore, & antequam Gener vxorem traduxisset, atque ita matrimonij onera ferret in
7 Domo propria ad præcipuum requisitum pro dotalibus vsuris, *& adnotat. in §. vltimo l. vltima C. de iur. dot.* cum alijs apud *Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. in fin. Fontaneil. de pact. nuptial. clauf. 6. glos. 2. p. 1. nu. 5. & seqq. Mart. Medic. exam. 7. nu. 60. & seqq.* & in puncto, *si Patris sumptibus exhibita filia sit, inanis vsurarum* etiam *stipulatio compensationi non proderit, text. est Papin. §. vsurar. l. Insulam 43. ff. solut. matrim* quicquid enim impenderit aliàs, aut non impendit honoris proprij causa, non autem onerum matrimonij, & vtilitatis, &
8 multò minus necessitatis vxoris; quicquid esset, postquam maritus semel traduxisset mulierem, incepissetque onera matrimonij sustinere, quod vxor postea per aliquod temporis permanserit in Domo Patris, prout sæpè contingit apud *Fontanell. dicta part. 1. nu. 13. & 14. Rota decis. 253. nu. 3. part. 4. diuers.* Tunc enim sufficit, sola oblatio, nec requiritur depositio, aut consignatio ad effectum non
9 incurrendi moram, vel pœnam, aut cursum vsurarum, nondum inceptarum, *Honded. cons 36. nu. 20. vers. sed quando lib. 2.* & referendo, ac repetendo *Gratian. discept. 241. n. 40.* cum alijs apud *Capyc. dict. consult. 37. nu. 11. & seqq.* & præcipuè *Franch. decis. 227. nu. 4.*

Placuit etiam absolui Socerum, quia post decretum A. C. 2. Octobris 1657. in executionem oblationis factæ die præcedenti, successit depositum
10 in Sac. Monte 10 Octobris. Itaut valeat pro legitimo decreto, & valeret etiam pro legitima causa non solum pro excusatione, vt mora nulla foret ad allegata à *Capyc. dicta consul 37. nu* 10. sed etiā pro bona fide debitoris, & maximè Soceri cum Genero,

Nec placuit causa recusationis depositi imperfecti, & illegitimi, quia imperfectum, & illegitimū visum non est, vt infra, & quia nihilominus cre-
11 ditor tenetur partem debiti confessatam recipere, de parte verò dubia litigare, vt notat *Bart. in leg. quidam 11. ff. si cert. pet.* & melius ait *Iulian.* ibi *humanius mihi facturus videtur Prætor, si actorem cōpulerit*

pulerit ad recipiendum id, quod offertur, quod fecit A. C. & humanissimæ partes Socer, & Gener exequi debuissent.

Et ex facto neque imperfectum, illegitimumque depositum visum est, saltem quo minus demandari, & acceptari deberet, quia superdonata illa suprascripta pro scut. 1800. & recepta non ab Vxore, sed à Marito, & ob eodem retenta, & maximè pro magna quantitate longè superante iustam quantitatem scut. 1070. quanta debebatur, satis superque visa sunt prodesse debitori; Itaut visum sit adimpletum, & satisfactum, & præcipuè cum declaratione Patrui donantis vasa argentea æstimata 240. scutis *per n.citeili nell'acconcio, ò atredo*, adeoque Gener computata prius æstimatione 600 scutorum cum aliis 400 non controuersis pro integra satisfactione huius arredi, & acconcij, non habeat vnde conqueratur, & non teneatur reddere rationem, nisi 800. excedentium conuentam quantitatem eiusdem arredi, & acconcij, aut in corporibus ipsis donatis permittere vsum, & dominium Vxori.

Porrò ad alteram partem placuit etiam DD. absolui Generum à repetitis Vsuris, quasi indebitis,
12 etiamsi cum protestatione depositis, & sine præiudicio decretis, quia is, qui conqueritur, indebitam pecuniam soluisse probare tenetur, quod indebite sit soluta *cap. vlt. de solut. l. cum de indebito 25. ibi nis ff. de prob.* & præsumptionem pro
13 eo esse, qui accepit, nemo dubitat, nec adeo indebitum videbatur, vt etiam repeteretur, & maximè cum Iudicis decreto, quod licet esset sine præiudicio, vti executio cum protestatione, decretum tamen fuit, & appellatum non fuit pro parte Soceri, prout appellari potuisset, ac debuisset, vnde nunc de mora, sicut difficilis est huius rei definitio, & an mora facta intelligatur, neque constitutione vlla, neque Iuris auctoritate quæstionem decidi posse (cum sit magis facti, quam Iuris) inquit *Papin. in l. mora 32. ff. de vsur.* ita & an mora non facta intelligatur, & maximè cum suprascriptis.

Ceterum placuit DD. omnia conuenta, Instrumentum dotis, cum generali, & finali quietatione, & cautiones, & assignationem locorum Montium à marito vxori vsque ad annua scut. 150. *come si suol dire per le spille*, per attergationem, vt fit, litterarum patentium, nomine ipsius vxoris quoad fructus implenda esse, & hactenus haberi pro impletis, atque ita paria facta esse, & DD. ipsi fecerunt non vltima ratione (quam vltimam confero) ad dirimendas lites, cum ad officium Iudicis
14 pertineat lites dirimere, *dicta l. quidam ff. si cert. petat.* quin etiam secare, *vt Horatius scripsit ad Quint. Epist. lib. 1.*

Et ita vtraque, &c.



R.P.D. MELTIO.

Romana successionis.

Lunæ 12. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

PEtenti, attenta renunciatione debitoris solemnibus munita super bonis renunciatis est immissio deneganda.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas resultans ex processus reuolutione non potest in dubium reuocari.*
2 *Facta renunciatione immissio super bonis renunciatis prætendi minimè valet.*
3 *Renuncianti non datur amplius regressus ad bona renunciata.*
4 *Renunciatio quamuis ampla non excludit renunciantem à lucro sibi delato ob transitum matris ad secunda vota.*
5 *Limitatur quando Renunciatio habet respectum æqualiter tam ad bona paterna, quam materna, & fraterna.*
6 *Dictio (quomodolibet) respicit tam tempus præteritum, quam futurum.*
7 *Renunciatio facta contemplatione certa, & non exigua summa habetur pro præuentiua solutione ac satisfactione de eo, quod quocumque tempore, & modo renuncians habere potuisset.*
8 *Clausula (& non alias) est conditionalis, & remouet consensum ab actu quotiescunque aliter sequeretur quam dispositum est.*
9 *Clausula prædicta inducit præcisam formam omninò obseruandam post illius acceptationem.*
10 *Exceptio requirens maiorem indaginem est discutienda via ordinaria in iudicio particulari, non summario, & n. 11.*
12 *Rescriptum Iudicis nihil operatur nisi eiusdem forma plenè adimpleta.*
13 *Positiones inuoluentes exceptionem maioris indaginis in iudicio summario non sunt attendendæ.*

DECISIO LXIII.

SEntentiam Rotalem emanatam coram R. P. D. meo Albergato ad fauorem Antonij Pellegri vti validam, & iustam confirmandam esse Domini responderunt.

1 Validitas enim illius non reuocatur in dubium, cum resultet ex reuolutione Processus, in quo concurrunt omnia requisita, *Caputaquens. decis. 280. parte 2.*

Iustitia verò clarissimè deducitur, ex eo quia dñ Veronica acceptauerat dotem, quam sibi assignauerat Antonius eius Pater in summa scutor. 3000. pro omni, & toto eo, quod ipsa quomodolibet prætendere posset in bonis Paternis, maternis, & fraternis cum amplissima quietantia, ac renunciatione debitis solemnitatibus munita, vt in *summario dicti Antonij num. p. & 2.*

2 Nequaquam prætendere potest immissionem super bonis renunciatis, vt firmauit *Rota in Asculana Hæreditatis 7 Iunij 1649 coram Reuerendiss. Tarraconen. sub §. Contraria verò*, & præter alias auctoritates allegatas *in decisione edita coram R. P. D. meo Albergato 27. Maij 1658. fuit responsum in*

Romana

DECISIO LXIV.

IN hac causa coram Reuerendissimo D. meo Papien. sub die 4 Iulij 1660. confirmando alteram præcedentem decisionem, resolutum fuerat, stante morte Comitis Antonij Isulani sine filijs fideicommissum Franciscæ matris purificatum remansisse in persona Comitissæ Artemisiæ filiæ, & sororis respectiuè detractis expensis funeris, legitima, & trebellianica præfati Comitis Antonij debitis Comiti Ioanni Marco Isulano vti cessionario Camillæ Vrsæ Antonij hæredis, in cuius proindè legitimam imputandas esse tum libras 27500. eidē Antonio à Francisca matre prælegatas, cum alias 12900 ex venditione bonorum fideicommissi ab eodem retractas; Hodie verò proposito dubio coram me in locum dicti Reuerendissimi D. mei Papien. suffecto super subsistentia vltimæ decisionis, quoad prælegatum 27500. librarum recedendum esse, quo verò ad alias 12900. standum in decisis Domini responderunt.

Fuit enim animaduersum, non constare de acceptatione Comitis Antonij quoad d. prælegatum; Ideòq; licet sit verissima conclusio in præcedenti decisione firmata §. primo quod, veniat filio imputandum in legitimam quidquid capit, vel ad eum peruenit Iudicio Parentum in eorum 1 vltima voluntate quouis titulo, siuè institutionis legati, aut fideicommissi per *Text. in l. scimus §. repletionem C. de inoffic. testam.* procedit tamen cum hac limitatione, quatenus de relicti acceptatione constaret iuxtà intellectum à Iure datum verbis illis, *peruenire, & capere*, quæ realem, & effectiuam acquisitionem important *ad l. peruenisse, & l. cepisse, functa glos. ff. de verb. signif. & declarat., Ruin. in l. in quartam n. 61. ff. ad l. falcidiam*; Quæ qualitas actualis adeptionis pleno iure in re imputanda necessariò supponitur, vt inferunt DD. ex *l. omnino, & d. l. scimus §. repletionem ff. de inoffic. testam. & tradunt allegati per Mangil. de imputaq. 28. n. 2. & seq. & q. 48. nu. 15.*

Non enim visum fuit DD. sufficientem de fumi posse acceptationis præsumptionem quoad hoc prælegatum, ex quo Antonius Testamentum matris acceptauerit adeundo hæreditatem, possidendo bona, & soluendo legata, quia simplex huius 2 modi acceptatio Testamenti in genere inferre nō potuit præiudicium filio quoad, legitimam, nam solutiones legatorum, aliiq; actus inducere quidē potuerunt aditionem hæreditatis, non autem prælegati acceptationem ad effectum illud imputandi in legitimam, cui absque expressa mentione præiudicium non infertur, *Merlin. de legitim. lib. 3. q. 17. n. 8. & seq. Grig. decis. 489. nu. 21 Eminentissimus Otthob. decis. 100. nu. 5.*

Sicuti nec potuit oriri acceptationis præsumptio ex continuata possessione hæreditatis, absquè eo quod nunquam curauerit Antonius in bonis maternis legitimam percipere, quia ipsi tanquam hæredi vniuersali omnia bona possidenti non nocebant detractiones, nisi in restitutione fideicommissi, & ideò non potest acceptatio prælega-3 ti ex eius possessione inferri; Quinimò cum veredictum prælegati esset adhuc turbidum, & tanquā resultans ex sola voluntaria assertione hæredis grauati, quæ non præiudicat vocatis *Peregrin. de fideic. art. 53. n. 61. Castill. controu. Iur. cap. 36. §. 2. n. 69. tom. 2. Giurb. decis. 31. n. 15. Rot. decis. 320. n. 9. p. 5. rec.* Et ex quo Francisca in actu solutæ dotis non reportauit à filiabus cessionem contra bona fideicommissi, sed simpliciter donando etiam de proprio voluisse dotare præsumi po-4 tuerit in matre præsertim diuite, sicq; ratione illius turbiditatis exactio prælegati multas pati potuisset exceptiones, & difficultates, vtique non est imputan. in legitimam, quæ reijcit omne onus, *Menoch. cons. 183. n. 20. & in tract. de præsump. lib. 3. præsumpt. 17. Peregrin. de fideic. artic. 36. n. 108. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. q. 9. n. 5. vers. 3.* facit, eo magis quia filius non potest 5 inuitus compelli legitimam in pecunia accipere, quando in hæreditate adsunt bona, *Peregrin. cons. 85. n. 4. lib. 5. Mangil. de imput. q. 43. n. 9.*

Prout nec resultat agnitio prælegati, ex quo præsesferret liberationem debiti ipsius Comitis Antonij prælegatarij, quia licèt super credito Franciscæ matris Instrumentum Antonius stipulasset consentiendo solutioni faciendæ ex bonis fideicommissarijs ab eo possessis, non proindè se ad quidquam obligauit, fatendo simpliciter eam esse creditricem fideicommissi, dum non legitur in 6 dicto Instrumento relato Summario Isulani nu. 2. vlla personalis, vel realis obligatio ex parte Antonij per *Text. in l. Lucius ff. de admin. Tutor., Surd. cons. 105. n. 40. Fusar. de substit. 557. n. 28. Rot. decis. 50. n. 11. & 12. p. 6. rec.*

Imputandas tamen esse dixerunt DD. in legitimam Antonij libras 12900. retractas ex venditione bonorum, & præsertim domus, quæ per mortem Horatij peruenire non potuit ad manus Franciscæ ob præcedentem venditionem illi obstantem, quæ licèt fuerit stipulata de consensu eiusdem Franciscæ; Talis tamen consensus importauit quidem remissionem hypothecæ, sed non impediuit; quin ea poterit pretium recuperare ad hæreditate Antonij, cuius culpa non potuit domus vendita ad eam peruenire, vt benè ponderat secunda decisio huius causæ §. In eamdem.

Neque ad effectum probandi valorem d. domus attendi debuit tempus aditionis hæreditatis, 7 vel purificationis fideicommissi, quia præterquod fideicommissario volente in odium alienantis censetur iustum pretium concordatum in Instrumento venditionis, donec falcem contrarium probet, & proindè tempus alienationis est inspiciendum, *Surd. conf. 576. n. 38. & tradunt adducti per Fusar. q. 627. num. 54. Verall. decis. 28. nu. 2. part. 2.*

8 Adhuc sufficit, quod Antonius d. quantitatem receperit ex bonis spectantibus ad matrem ad hoc vt teneatur illam imputare in suas detractiones, cum pretium successerit loco rei, iuxtà vulgarem theoricam *Bart. in l. Imperator 72. §. fin. ff. de leg. 2.*, ad cuius restitutionem, sicut ipse legitimè cogi potuisset *l. quidam §. fin. ff. ad Trebell., Peregrin. art. 45. nu. 13. & art. 46. nu. 25. Rot. decis. 185. num. 12. p. 5. rec.* Ita & cogitur imputare ex adductis.

Repetitio iterum obiecta retentionis pro dote Comitissæ Camillæ competentis Comiti Ioanni Marco Isulano eius cessionario placuit DD. res-

 ponsio

possio in decisionibus data, & præsertim in vltima §. fin. cum enim Ioannes Marcus sit hæres, & possessor bonorum Antonij principalis debitoris dictæ dotis Camillæ non potuit reportare cessionem in solutionem istius debiti contra bona Franciscæ, ex quo ipsa pro restitutione d. dotis Camillæ fideiussit, quia adhuc pulsata, Francisca poterat ab eodem Ioanne Marco reintegrationem obtinere, sicq; ipse soluendo d. dotem, propriũ debitum soluisse censetur, pro quo validam non
9 potuit cessionem Iurium reportare, vt præter adducta *in decis. vlt. in fin., & Bart. in l. modestinus ff de solut.* tradit etiam *Castrens. in dicta l. num. 4. vers. & nihilominus autem, & dixit Rot. in vna Bononien fideiussionis pener Patifit. de Saluian, interdict. decis. 165. num. 7.*

Et ita, vtraque parte Informante, decisum fuit, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbinaten. Pecuniaria.

Lunæ 24. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

AN Transactio firmata inter Patrem, & Filium super Donatione causa matrimonij ab ipso Patre constituta Filio qui receperat pro se, & hæredibus suis, obsit filijs ex dicto matrimonio procreatis.

SVMMARIVM.

1 *Pater transigens super iure filij irreuocabiliter quæsito, eiusdem non præiudicat.*
2 *Donatio, & si facta contemplatione certi matrimonij Patri nubenti, non quæritur filijs, vti filijs, sed veluti hæredibus.*
3 *Matrimonij causa naturam donationis transitoriæ ad hæredes quoscumque immutare non solet.*
4 *Dos, & donatio propter nuptias etsi tradantur intuitu matrimonij ad hæredes viri, & mulieris nihilominus pertranseunt.*
5 *Ampliatur propositio etiam, quod fuissent contemplati filij ex certo matrimonio gignendi.*
6 *Ratio est quia præsumuntur contemplati vti hæredes ex communi parentum voto, non vero vti substituti patri fideicommissi onere grauato.*
7 *Hæredum appellatione non solum hæres sanguinis venit, sed quicumque extraneus.*
8 *Instrumentum gestum ad Ideam apocæ iam peractæ, & cum protestatione de non innouando debet intelligi ad sensum dictæ apocæ.*
9 *Referens censetur in esse Relato.*
10 *Relati tenor attendi debet etiam, quod referentis esset diuersus.*
11 *Maximè si actus scripturæ relatæ absolutus sit, & perfectus ita quod non indigeat puta si apoca sit, Instrumenti adstipulationis.*
12 *Donatio à patre recepta pro se, & filijs non præsumitur vocare filios tamquam condonatarios, sed vti Patris hæredes: & ex ipsius prouidentia num. 14.*
13 *Fall. si Donatio, vel expressè, vel ex coniecturis Patri, ac filijs concessa foret.*
15 *Filiorum inclusio in Donatione coniecturari minimè valet vti nulla eorum mentio facta fuit in apoca, vel in instrumento Donationis.*
16 *Coniectura in hoc casu elicita non ex ipsa apoca, sed ex alijs actibus longè post emanatis irrelevanter reputantur.*
17 *Coniecturæ in claris admitti non solent.*
18 *Filiorum inclusionis coniectura capi nequit ex enunciatis in Instrumento Transactionis, quia hæc assumunt verificationem ad normam præcedentis scripturæ Donationis.*
19 *Filiorum vocationis coniectura nec desumi potest ex iniũcto patri onere inuestiendi pretium locorum montium pro securitate ipsius filiorum, quando habitus fuit respectus ab Auo ad effugiendas molestias pro legitimã in Donatione comprehensa.*
20 *Legitima filio debita grauari nequit onere fideicommissi.*
21 *Donatio subrogata loco legitimæ censetur absque vllo onere delata Donatario.*
22 *Filia aut agunt iure Patris hæreditario, & tunc paternam Transactionem impugnare nequeunt; aut Patris hæredes; Et tali casu ad bona donata extraneis hæredibus deferenda nequeunt aspirare.*

DECISIO LXV.

VAlida decreta fuerat coram me sub die 11. Februarij 1658. transactio cum Francisco Patre à Lelio ad stipulata super donatione scutorum 13 m. quorum ipsemet Lelius ex causa matrimonij inter eum, ac Octauiam contracti antecedenter receperat, ita vt Lauiniæ, & Margheritæ ex eodem matrimonio pro genitis deberet obesse. Bis verò Do-
1 mini eo sub fundamento ab hac opinione recesserunt, quod ex donationis contractu filijs Lelij Ius irreuocabile quæsitum fuerat; in quorum proinde præiudicium non poterat ipse, transigendo, scuta 4000 donatori remittere. At hodie ex facto clarius recensito I prioris decisionis fundamenta Domini comprobarunt.

Dum enim apoca donationis in tot bonis post donatoris obitum persoluendæ, in Lelij fauorem concepta conuincitur, quacumque filiorum ipsius mentione post habita, ex ea promissione, contemplatione licet certi matrimonij secuta Lelio, & ipsius dumtaxat hæredibus Ius delatum fuit,
2 non autem filijs ex proprio iure agentibus, vt aduertit *Menoch cons. 286. à num. 6 vsq; ad fin. Socin. Iun. cons 58. num. 11. versic. quæ consideratio lib. 2. Surd. decis 322. num. 84 Rota coram Burotto decis. 861. num 7. & 8.* Causa quippe matrimonij naturam donationis transitoriæ ad hæredes
3 quoscumque immutare non solet, dotis ad instar, donationis propter nuptias, quæ matrimonij in-
4 tuitu traduntur, & ad hæredes nihilominus viri, & mulieris pertranseunt *iuxta Text. in l. si liberis 18. C. de donat. ante nupt.*, & arguit in specie *Suarez cons 9. n. 9. Rota decis. 99. num. 23. & 24. & decis. 133. nu. 13. cum seqq. coram Eminentiss. D. meo Cardinale Otthobono*, & in fortioribus ter-
5 minis donationis scilicet contemplatione matrimonij, nec non filiorum ex eo procreandorum peracte tradit *Dec. cons. 216. nu 5.* vbi etiam rationem ponderat, quod filij contemplati præsumuntur iuxta commune parentum votum, qui filios se fore habituros hæredes regulariter existi-
6 mant, non autem ad hoc vt fideicommissi onere Pater ipse grauetur, & eum sequuntur *Alciat. cons. 7. n. 7. in fin. lib. 8. Scipio Theodor. allegat. 42. nu. 2. Molphes. cons. 2. nu. 50 & 57. Rota coram Buratt. dicta decis. 861. n. 7. & in Romana fideicommissi*

missi de Inconsonatis 5. Nouembris 1639. §. contrariam Domini, & 15. Martij 1640. in §. Tertius est casus coram bo. me. Pirouano, & decis. 133. n. 7. & 8. coram Eminentiss. D. meo Cardinali Otthobono.

Nec refert, quod in Instrumento ad corroborationem apocæ edito, Leliua, ac Octauia donationem pro se, ac hæredibus adstipulati fuerint, si-
7 quidem hæredum appellatione, non solùm sanguinis, vt ex aduerso contenditur, sed extranei quoque hæredes censentur comprehensi, vt in specie tradit *Surd decis. 322. nu. 56.* dum maximè ad apocam in eodemmet Instrumento insertam, nec non
8 hæredes quoscumq; perapta m includere relatio habita fuit, protestatione eam non innouandi pariter
9 adhibita, scriptura quippè referens alteri relato censetur in esse, cuius proinde tenor, licet aliter in referente foret dispositum inspici debet, vt notat
10 *Dec. cons. 63. n. 6. Alexand. cons. 9. n. 12 ad finem lib. 5., Paris. cons. 7. nu. 5. vol. 3. Menoch. cons. 1. nu. 95. Surd cons. 313. nu. 50 & sic Rota decis. 30. n. 2., & decis. 40. n. 6. part. 2. diuers. & coram Gregor. decis 439. num. 1. & 2.*
11 Quæ sanè opinio eo faciliùs debet in proprio casu admitti, quod ex apoca donatio perfectionem assumpserat, nec aliqua Instrumenti adstipulatione egebat, vt dixit *Rota decis. 393 par. 5., & decis. 58. nu. 4. cum seqq. part. 6. recent., & in Romana donationis 28 Ianuarij 1656. coram me.*
12 In donatione præterea prò se, ac filijs à Patre receptâ, filij non tamquam Condonatarij, sed vti Patris dumtaxat hæredes vocati præsumuntur, quidquid dici posset, si donatio, vel expressè, vel ex coniecturis Patri, ac filijs concessa foret iuxta do-
13 ctrinam glossæ communiter receptam *in l. si tibi 18. §. si pactus verb. proditur, ibique Bartol. nu. 8., Angel. num. 2. ff. de pact., Bursatt. cons. 31. num. 8. cum seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 48. n. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 18. num. 9. cum seqq.* vbi de veriori opinione testatur, & in his terminis *Ruin. cons. 22. nu. 3. vers. 2 vero casu lib. 1., Menoch. cons. 286. num. 18 cum seqq. Ludouic. Bell. cons. 125. nu. 20. & 21. Modern Auctorum. quæst Ciuil. cap. 55 num. 13. cum sequen. Rota in Auinionen. fideicommissi 4. Februarij 1647. in § hæc autem irreleuantia coram me*, vbi quod priori casu Auus filio, non autem nepotibus donationem offert, qui proindè eo prouidentia Pa-
14 tris bona donata habere censentur, *& in Florentina donationis 2. Decembris 1650. in §. non obstat coram bo. me. Ptuingerio.*

Hinc binæ coniecturæ pro filiorum inclusione
15 deductæ, obesse non valent; possent enim coniecturæ admitti quoties in aliqua apocæ parte filiorum mentio habita foret, cum tunc disputari contingeret, an filij, tamquam Condonatarij, vel potius vti Patris hæredes vocati præsumantur, secus verò, dum quacumque filiorum mentione posthabita, donatio pro se, ac hæredibus apertè recepta dignoscitur; Hoc quidem casu coniecturæ, non ex ipsa apoca, vel Instrumento, sed ex actibus longè
16 post subsequutis elicitæ irreleuantes exindè reputantur, quod in claris eædem admitti non solent
17 *ad Text. in l. si ita stipulatus 126. §. Chrisogonus in princ. & l. continuus 137 §. cum ita in fin. ff. de verb. oblig. Rald cons 343. col. 2. in princ. vers. hic ergo lib. 5. Aymon. cons. 249. n. 6. ante med. vers. 3.*

principaliter Rota in Bononien. litterarum cambij 27. Nouembris 1648. in §. nec dicatur, coram R. P. D. meo Celso.

Eædem præterea coniecturæ ex Instrumento
18 transactionis elicitæ videntur omninò corruere, licèt enim ibi fauore, tàm matrimonij, quam Lelij, eiusque filiorum eouenietur adstipulata donatio; Hæc tamen assertio in filijs hæredibus ad normam præcedentis Instrumenti verificationem assumpsit, vt tradit *Surd. decis 322. nu. 56. vsque ad num. 71. Larat. cons. 9. nu. 25. cum aliis auctoritatibus in prima decisione relatis in §. neque censeri poterit.*

Altera quoque coniectura desumpta ex onere Lelio iniuncto inuestiendi pretium locorum Montium,
19 ac aliorum bonorum pro securitate filiorum ipsius nec non donatoria cautela, quoties eorumdem alienatio contingeret nullius roboris reputatur, siquidem Inuestimentum huiusmodi conuentum præsumitur ad euitandas molestias à filijs Lelij ex causa legitimæ sub donatione inclusæ, seù alterius iuris donatori infeciendas, in casu præsertim, quo idemet Lelius Patti prædecessisset, nec ex hoc consequenter onere filiorum vocatio consurgit, vt in specie dixit *Rota in Romana restitutionis dotis 29. Martij 1658. in §. nec obstat, quod pacta, coram R. P. D. meo Beuilaqua*, & in proximis terminis *Decian. cons. 12 nu 62 lib. 3.*
20 Quinimò cum legitima Lelij sub donatione cōprehensa, fideicommissi onus non admitteret *ad Text. in l quoniam in prioribus, & in l. scimus §. cum autem C. de inoff. Testam. Gratian discept forens. cap. 249 nu. 27. & 31., Rota coram Gregorio decis. 421. nu. 8 & in Perusina successionis 16. Martij 1549. in princ. §. coràm me*, ex eadem ratione
21 donata bona loco legitimæ subrogata, vllo absque onere ipsi delata præsumuntur ad *Text. in l. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautioni. cap. Eccl. S. Mariæ il p. vt lit. pend Natt. cons. 346. num. 3. Surd. cons. 42. nu. 11. Gratian. discept. forens. c 719. n. 9.*
22 Hinc Lauinia, & Margherita, aut iure Patris hæreditario agunt, & translationem impugnare non valent *ad Text. in l. cum à mano C. de rei vendicat. Menoch. cons. 285. num 20 & 21.* Aut hæreditaria qualitate destituuntur, & tali casu ad donata bona extraneis hæredibus deferenda, nequeunt aspirare, vt notat *Ruin. cons. 122. nu. 3. lib. 1. Surd. decis 322. num. 56.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. CELSO.

Bononien. Fideicommissi de Sauijs.

Vener. 28. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

AN Professus in Monasterio solus superstes ex vocatis succedat in Fideicommisso ad quod Testator substituit agnatum superstitem, qui esset aptus ad conseruandam agnationem, Casatam, & Familiam.

SVMMARIVM.

1 *Intentionem in qua quisque se fundat debet plenè, & concludenter docere*
2 *Professus in Monasterio non succedit in Fideicommisso ad quod fuit vocatus agnatus aptus ad conseruandam agnationem, & Familiam, & nu. 5. & 6 vbi est opinio irrefragabilis.*
3 *Monacus est verè agnatus, & donec viuit retinet iura agnationis.*
4 *Non est tamen aptus ad conseruationem Familiæ, & bonorum Testatoris.*
7 *Monacus quoad conseruationem familiæ habetur pro mortuo cum ab illo supprimatur potius familia, quam conseruetur.*
8 *Testatoris voluntas ter repetita adauget veritatem firmatæ conclusionis.*
9 *Monaci, seù Monasterij exclusio concurrentibus Testatoris verbis, & rationibus colligi dicitur non ex coniecturis, sed ex expressa ipsius Testatoris voluntate.*
10 *Professus in Monasterio est incapax retentionis.*
11 *Dictio (Omninò & cum effectu) denotat præcisam necessitatem.*
12 *Dictio (Omninò) habet vim decreti irritantis in casu contrario. In subiecta materia idem importat in omnibus casibus, & sine vlla distinctione num.13.*
14 *Monasterij exclusio ad impediendam temporalem aquisitionem in vita professi debet esse expressa.*
15 *Exclusionem explicitam inferunt verba Testatoris in præsenti decisione relata.*
16 *Fæmina etsi exclusæ possunt tamen excipere contra prætendentem fideicommissum.*
17 *Reo sufficit vincere per non ius actoris.*

DECISIO LXVI.

PER obitum Iosephi sine filijs masculis prætendens Monasterium S. Francisci ex persona Iacobi
Antonij in eo professi purificatum fuisse fideicommissum institutum à Ludouico de Sauijs institit
coram me pro immissione contra Lucretiam, & alias eiusdem Iosephi filias, sed proposito formiter
dubio censuerunt DD immissionem esse denegandam quia cum Monasterium fundet intentionem
suam super purificatione fideicommissi ad sui
1 fauorem debet de ea plenè, & concludenter docere, vt notat *Perege. de fideic. art 43. nu. 60. Rot. penes Post de manut. decis. 302. num. 1. & seqq. & in Pisauren. Testamenti 31. Martij 1653. cor. me.*

Nec ex eo, quod Testator in defectu primo institutorum, & eorum descendentium masculorum
substituerit superuiuentes potest dici constare de eius vocatione etiamsi de tempore obitus Iosephi
existeret Iacobus Antonius professus in dicto Monasterio, Etenim Testator non simpliciter substituit superstitem masculum, sed illum tamen qui
2 esset aptus ad conseruandam agnationem, & familiam ibi pro manutenenda, & consetuanda agnatione, Casata, & familia ipsius Testatoris, & dd. eius hæredum sic institutorum, & substitutorum, Etibi, *& cupiens quod bona stabilia &c. conseruentur, & manuteneantur, & semper remaneant in Domo, Casata, & familia ipsius Testatoris eiusq; hære-*
3 *dum institutorum, & substitutorum &c.* Vnde licet Iacobus Antonius hodiè frater Io: Baptista sit Agnatus, & donec viuit retineat iura agnationis.

Nihilominus quia non est talis per quē familia, &
4 bona conseruari possint non dicitur habere voluntatem Testatoris, nec ex illius dispositione taliter
5 concepta succedere valet *Dec. cons. 259. nu. 2. & seqq Paris. cons. 22. à num. 9 lib. 3.* & latè respondendo contrarijs probat *Alieg. cons 96. n. 9. vers. veram, & seq. & præsertim à nu. 15. vsq; ad finem lib. p. Sanchez super Decalog. lib. 7 cap. 15. nu. 19. & seqq.* vbi dicit hanc opinionem esse probabiliorem illamq; sequitur *Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. nu. 91. & seqq. Peregr. de fideic. art. 28. nu 82. & Censal. in addit. ad eumdem dicto art. 28. & vers.*
6 *2. sit assertio*, vbi cumulatis innumeris concludit opinionem esse irrefragabilem, & casum indubitabilem *Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 7 sub nu. 19. vers. & hanc opinionem, & num. 21. Cenall. comm. contra comm. quæst. 193. nu. 10. & 11. Marescot var. resol. lib. 3 cap. 21. nu. 81. & seqq.* vbi quod talis Professus quoad conseruationem familiæ ha-
7 betur pro mortuo cum ab illo familia nedum conseruetur, sed potiùs supprimatur *Castill contr. iur lib. 3. cap. 12 num. 54. & seqq. & lib 5. cap. 162. à nu. 21. Gill. de except. tit. 4. except. 28 num. 259. Mangill de imput. in legit. quæst. 71. n. 29. aliosq; cumulat Fusar. de substit. quæst 3 3. num. 2* vbi ait se pluries ita consuluisse, *& quæst. 428. nu. 15. & quæst. 430. nu. 2.* & ita in specie firmauit *Rota decis. 135. nu. 15. & seqq. p. 7. rec. & in Mediolanen. bonorum 31. May 1629. coram Eminentiss. Corrado.*

Quæ conclusio eo facilius amplectenda venit in
8 præsenti casu, quia Testator hanc suam voluntatem non semel tamen, sed bis, & ter latius expressit, & signanter dum prohibendo omnem, & quamcumq; alienationem tàm per contractum, quam per vltimam voluntatem declarauit id facere eo quia omninò, & cum effectu voluit omnia sua bona prædicta perpetuò stare, & remanere in domo, agnatione Casata, & familia ipsius Testatoris, & hæredum institutorum, & substitutorum vt supra omni meliori modo &c. nam attenta ratione, & verbis prædictis exclusio non resultat ex coniectu-
9 ris, vel ex qualitate bonorum, sed ex enixa voluntate ipsius Disponentis, qui dum mandauit bona conseruari in familia noluit consequenter illa peruenire in Monasterium, minusq; in Io: Baptistam, quia ipse tamquam professus est incapax retentio-
10 nis, vt dixit *Rot. d. decis. 135. nu. 17. & seqq. p. 7. in Amerina successionis 5. Iunij 1651. & in* Romana *fideicommissi de Cuppis 18. Ianij 1657. coram Reuerendiss. Papien.* à qua vltima decis. licet Rota postea recesserit, hoc tamen fuit ex alio fundamento, & quia non constabat de voluntate Testatoris cum alijs per *Altogr. dicto cons. 96. nu. 10. & seqq. & nu. 32 lib. 1.*

11 Ponderando præsertim verba illa, *omninò, & cum effectu*, quæ denotant præcisam necessitatem, vt de dictione *omnino* est *glos. in cap ex parte 12. verb. omnino de offic. deleg. Dec. in l. omnes aum. 1. & 2. C. qui testam. fac. poss. & in cons 1 nu. 5.*
12 Immo habet vim decreti irritantis in casu contrario *Ofasch. decis. 165. nu. 14. Maresc var. resol. lib. 2. cap. 9. num. 11. & 12.* aliosq; cumulat *Grat. for. discept. cap. 973. n. 13.* Adeo vt importet exclusionem Monasterij in omnibus casibus sine vlla
13 distinctione, vt benè in proposito firmat *Giouagn. cons.*

cons. 57. num. 42. & 43. lib. p. & voluit Ias. in l. p. nu. 25. vers. 2. stringit ff. solut. matrim. & in l. 5 §. per seruum nu. 2 ff. de aquir. poss. Ruin. cons. 133. nu. 8. lib. 2.

14 Vndè frustra objicitur exclusionem Monasterij
non esse expressam qualis requiritur ad impedien
dum temporalem aquisitionem in vita professi nã
verba supra relata habent vim explicitæ exclusio-
15 nis iuxta *not. per Dec. dicto cons. 259. sub n. 2. vers. ratio illa, & nu. seqq. Altogr. vbi supra à num. 40. Castill. contr. Iur. lib. 3. cap. 12. num. 41. & 54. Fusar. quæst. 429. num. 54. Rot. in alleg. Mediolanen bonorum 31. Maij 1649. coram Eminentiss. Corrado, & in dicta Romana fideicommissi de Capis 18. Iulij 1657. §. nec releuat coram R. P. D. meo Melzio.*

Non obstat, quod Testator vocauerit semper
16 masculos excludẽdo fœminas, & descẽdẽtes ab eis,
quia Lucretia, & sorores non petunt canonizari ea-
rum vocationem, sed tamen excipiunt verba sub-
stitutionis non conuenire. Monasterio, & ideo
17 sufficit illis vincere per non ius Actoris *l. fin. C. de rei vend. Rot. decis. 63. num. 38. p. 8 rec. & in dicta Pisauren. Testamenti 31. Martij 1653. coram me.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Meluitana Iurispatronatus.

Ven. 28. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

IVspatronatus fundatum ad vnum Altare ex duplici dotatione an vnum vel plura connotet Beneficia.

SVMMARIVM.

1 *In iurepatronatus tenor fundationis veluti lex semper debet attendi.*
2 *Beneficiorum plurium erectio ex quibus colligatur. & num. 3.*
4 *Beneficium vnum non potest duobus conferri.*
5 *Ecclesia vna sine magna causa non potest duobus Sacerdotibus dispensari.*
6 *Beneficiorum pluralitas ex quibus dignoscatur fuisse à fundatrice desiderata.*
7 *Beneficiorum pluralitas arguitur ex huiusmodi enunciatione emanata in Transactione, & sententia lata inter præsentatos.*
8 *Beneficiorum dualitas probatur ex confessione aduersarij collitigantis. & num. 10.*
9 *Sententiam approbat qui ab ea non appellat.*
11 *Beneficiorum plurium valet constitutio in vno Altari cum spiritualia locum non occupent.*
12 *Iuspatronatus non acquiritur absque consensu ordinarij.*
13 *In iurepatronatus præsumitur interuenisse consensus ordinarij ex decursu longissimi temporis, & ex obseruantia.*



DECISIO LXVII.

IN secunda Decisione in hac causa edita sub die 30. Aprilis præteriti DD. reformando antecedentem in parte firmante vnum esse Beneficium, dixerunt esse duo, & ad illorum alterum nuncupatum Cortin enriu Petrum Antonium Aldanam fore instituendum; eius Decisionis fundamenta etiã hodie placuerunt, reiectis ad aliam disputationem hinc inde deductis super pertinentia de qua in prima decisione, nam stat firmum quod attentis verbis testamenti Smeraldæ fundatricis deprehenditur illam voluisse fundare Animagium, seu Iuspatronatus ad Altare, seu Cappellam sub inuocatione Sanctissimæ Annunciatæ antecedenter de Ordinis Meleuitani licentia constructam, & sub ea plura
construere beneficia, & certum est quod in hac
1 materia tenor fundationis semper vti lex debet attendi, *c. respicimus 8. de priuileg. l. ad probationem C. de probat. Bald. in l. ex hoc iure ff. de iureiurand. Ancaran. in Clement. quia contingit in 9. notab. de religios. domib. Rot. in decis. domib., Rot. in decis. 112. nu. 3., & decis. 155. nu. 1., & decis. 496. num. 2 part. 1. & decis. 403. nu. 1 a p. 4. tom. 2. recent.*

Suadent quidem hoc verba Testamenti, in quo
per hæc præcisa (Smeralda legauit omnia iura, si
2 quæ habet in quadam Petia terræ sitæ in contrada
de Bayda quæ iura sint, & esse debeant Animagium de Præsbytero, in Præsbyterum, qui teneatur bis in hebdomada canere missarum solemnia, & quod d. Animagium concedatur, & esse debeat D. Nicolai de Pedino, quo mortuo concedatur per eius hæredes alij Sacerdoti de cognomine de Pedino, si extiterit, & alijs Præsbyteris ad electionem hæredum, &c.) & prosequendo dispositionẽ, aliudque intendens erigere beneficium voluit, & mandauit quod petium terræ, siue predium positum in Insula Gaudisij vocatum Corsio Enriu fiat Animagium, & quod detur per eius hæredes duobus Presbyteris, vni de Gaudisijs, & alteri Melitensi de cognomine de Budino in Malta tantum, & quod teneatur canere solemnia missarum quilibet eorum missas in qualibet hebdomada vbi in hæres voluerit; Ex eius dispositionis contextu cum assigna-
3 tione diuersorum bonorum pro dote, & onere iniuncto hæredi nominandi plures Præsbyteros quemlibet illorum grauando ad celebrationem missarum; Domini iterum assequuti sunt re vera testatricem non vnum; sed duo beneficia intellexisse erigere, cum vnum non possit duobus con-
4 ferri, vt considerat *Lambert. de iurepatronat. in quinta personali quæstione p. p. lib. p. nu. 5. Ripa de iure patronat. respons. vlt. nu. 11.* dicens non posse vnam Ecclesiam duobus Sacerdotibus esse despon-
5 satam, sine magna, & iusta causa, & respondit *Rota coram s. m. Gregor. XV. decis. 479. nu. 1. & in recent. decis. 79. nu 9 cum seq. p. 3. tom. 2. & decis. 90. nu. 2. ad finem, & seq. p. 7.*

In quorum corroborationem visa sunt quoque subsistere alia ponderata in decisione videlicet Declaratio facta per Antonium Smeraldæ virum, &
6 hæredem de anno 1452 condito, vbi in exequutionem voluntatis illius ex suis hæredibus aperiendo

do Præsbyteros ad huiusmodi Iuspatronatus nominauit, Præsentatior es factæ dum obitus Præsbyterorum præsentatorum successit de annis 1552. 1603. 1504. & 1627. in quibus omnibus duo beneficia sub eisdem nominibus Bayda, & Cortin Enrin exprimuntur, & ad Præsentationem Patronorum conferuntur, vt in præterito, & hodierno summario illorum de Pontremulis; sicque non videtur posse de pluralitate dubitari. *Bald. & Felin. in c. cum Ioannes num. 8. de fide instrument. Alex. cons. 96. num. 6. lib. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 15. nu. 11. Rot. decis. 211. nu. 5. & decis. 534. nu. 30. et 31. p. 4. tom. 2. et 3. recent.*

Transactio vsque de anno 1628. inita inter Io:
7 Baptistam Cagliates, & Horatium Grehc ad præfata Beneficia præsentatos, in qua dictus Horatius Liti cessit, & appellationi renunciauit; ac sententia contra eundem deindè promulgata per Inquisitorem Meliten. Iudicem Commissarium in vim Breuis Apostolici aduersus dictam transactionem vti per vim, & metum factam *dicto summario nu. 17.* & in his etiam semper duo beneficia enunciantur, & ob id non possunt intelligi de vno beneficio, in quo verificari non possunt. *l. fin. vbi Bart. et alij ff. ad Trebellian. Sociu. iun. cons. 171. n. 5. 6. et 7. lib. 2. et cons. 75. nu. 24. lib. 3., alijque adducti in decisione §. constat enim.*

Et demum ipsiusmet Petri Antonij collitigantis
8 instantia facta coram Ordinario pro obtinenda institutione ad vtrumque beneficium, licet contraria lata fuerit sententia, per quam illud de Cortin Enrin solummodo fuit ei adiudicatum, & in alio de Bayda institutus Marcellus Attardus, in cuius locum fuit subrogatus Saluator Pontremulus; dum igitur idem Petrus Antonius Fassus fuit beneficia esse duo; ac sententię id ipsum declaranti acquieuit, ex quo non appellauit *c. quoad consultationem de re iudicat. l. 1. C. de postulat. Abb. cons. 73. n. 2. lib. p. Aymon. cons. 108. Menoch. cons. 100. nu. 15. Magon. decis. Lucen. 67. num. 3. Gratian. decis. 52. nu. 7. Rot. decis. 24. nu. 13. p. 3. recent.* melior pro-
9 batio pluralitatis illorum adduci non potest *ad l. cum precum C. de liberal. causa. Cranett. cons. 61. nu. 3. Duran. decis. 337. nu. 48.*

Nec resistit, quod beneficia fuerint fundata in Altari, seù Cappella Sanctissimæ Annuntiatæ, & talè nominatum, & multoties vni Præsbytero collatum; nam placuit responsio data in *Decisione §.*
11 *non obstat*, quod spiritualia locum non occupant, & ideo valet constitutio plurium beneficiorum in vno Altari; vt sequendo Rotæ sententiam dixit *Lothere de re benefic. lib. p. quæst. 2. nu. 46.* & bene conferunt deducta in *decisionibus 95. et 97. apud Pesth. de manutent.*

Ex quibus etiam cessat iterum obiectus defectus
12 consensus Ordinarij requisiti ad acquirendum iuspatronatus *ad text. in c. placuit p. quæst. 2. c. nobis de iur. patron.* nam cũ a die fundationis sit decursum longissimum tempus, iuncta obseruantia ex deductis iustificata intrat præsumptio interuentus
13 illius ex citatis *in decis. §. vltra, et per Modern. Pisan. de iurepatron. lib. 4. cap. 4. nu. 6. Garz. de benefic. p. 5. cap. 9. num. 74. Rot. decis. 707. nu. 5. p. p. rec. Card. Caualer. decis. 265. num. 5. et in Lunen. Sarzanen. beneficiorum 9. Iunij 1656. coram Reuerendiss. D. meo Decano.*

Et ita modo prælato standum esse in decisis sub die 30. Aprilis 1660. fuit resolutum, vtraque parte informante.

R. P. D. PRIOLO.

Ariminen. Fructuum.

Luna 31. Ianuarij 1661.

ARGVMENTVM.

AN Maritus etiam dissentiente Vxore lucretur fructus tàm dotales, quàm extradotales? Perpenditur articulus tàm inspecto iure communi, quàm aliquo Statuto affirmatiuè disponente.

SVMMARIVM.

1 *Maritus liberè acquirit fructus bonorum extradotalium, si Statutum sic mandet prohibeatque eumdem molestari hac de causa ab Vxore.*

2 *Extende siue fructus fuerint consumpti constante matrimonio, siue eo soluto adhuc extent.*

3 *Statutum correctorium iuris communis quando ab eo recipere debeat interpretationem?*

4 *Statutum mandans, quod generaliter, & indistinctè vir acquirat vsumfructum omnium bonorum dotalium, & extradotalium, procedit etiam, quod mulier dissentiat, vel adhuc soluto matrimonio extent.*

5 *Maritus etiam stante Statuto, quod omnia bona extradotalia mulieris sint affecta eius creditoribus non tenetur de vsufructu extinguere census.*

Maximè si census non debeant nisi à muliere tamquam lege, & inuentario beneficiata num. 6.

7 *Inuentarij beneficium operatur, ut non confundantur bona hæredis cum bonis defuncti perinde, ac si eius hæreditas nunquam fuerit adita.*

8 *Census sors est irrepetibilis ex Constit. S. M. Pij Papæ V. & ideò non potest dici debita.*

9 *Census sors principalis non debetur nisi, vel facta distracta per debitorem, vel facta assignatione bonorum pro sorte, & fructibus.*

10 *Dotis additamentum, & supra dos idem exigunt iudicium quod ipsa dos.*

11 *Dotis additamentum ex quibus æquè colligatur promissum ac dos ipsa.*

12 *Dictio copulatiua (nec non) de sui natura sequentia antecedentibus connectitur cum suis qualitatibus.*

13 *Dictio (cum) iuncta copulæ prædicta fortius inducit continuationem sermonis, & connexionem rerum quæ in eadem oratione copulantur.*

14 *Verbum (alijs) infert identitatem naturæ, & repetitionem qualitatis inter copulata.*

15 *Dotis portio quando sit supradote, seù summa promissa in casum supradotis?*

16 *Dotalia, seù sopradotalia, & non Paraphernalia quando censeantur bona assignata?*

17 *Reseruatio mulieris non potest cadere, nisi in bonis dotalibus, & in additamentum dotis præstitis, non verò in bonis extradotalibus.*

18 *Extradotalium bonorum administratio libera remanet apud vxorem.*

19 *Reseruatio demonstrat concessionem, & translationem in omnibus non reseruatis, & nu. 25.*

20 *Dotis fructus liberè spectant ad virum. Ita etiam fructus percepti ex additamento dotis num. 21.*

22 *Augmentum eiusdem est naturæ, ac principale cui accedit.*

23 Sta-

13 *Statutum concedens marito fructus bonorum extradotalium non comprehendit contractus iuratos in extradotalibus.*
14 *Statutum sortiri debet suum effectum quando inter ipsum, & contractum nulla intercedat contrarietas. & nu. 16.*

DECISIO LXVIII.

SEntentiam Rotalem, absoluentem Grldulphos hæredes Laurentij à restitutione fructuum bonorum extradotalium ab eodem Laurentio, constāte matrimonio cum Portia Battaglina, perceptorum, DD. censuerunt iterum esse confirmandam.

Etenim, vt latè firmatur in decisionibus editis in superioribus instantijs coram R. P. D. Verospio, bo. me. Bichio, & Reuerendiss. D. meo Decano, cum in Statuto Arimini *sub rubr. de vsufructu ver. Vxor*, caueatur expressè, quod maritus lucretur vsumfructum omnium bonorum extradotalium, addita prohibitione, quod nec Ipse, nec eius hæredes super tali perceptione molestentur ab Vxore, fructus bonorum, quæ obtinenent Laurentio pro scutis 11. m. eidem fuerunt liberè acqui-
1 siti, vt respondit *Alexander cons. 42 n. 13. vers. 10. & vltimo, et nu. 16. vers superest ad allegata, Angel. cons. 161. n. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 9. n. 3., Cyriac. contr. 31. nu. 9. Coss. de fact. scient. et ignor. lib. 1. distinct. 47. num. 5. vers. planè diuersum est, Pignatell. ad Statut. Ferrar. rubr. 103. lib. 2., Thesaur. decis. 108. num. 3.*, siue fructus,
2 constante matrimonio, fuerint consumpti, siue eo dissoluto, adhuc extent, vt in terminis Statuti aduertit *Ger. Spir. cons. 24. num. 7. vers. quia respondetur, Rota decis. 93. num. 6. apud Gilian. ad Statut. Perus. cum alijs in decis. huius causæ sub die 7. Iunij 1655. coram bo. me. Bichio*.

3 Nec ex eo, quod sit correctorium iuris communis, ab eo recipere debet interpretationem, vt scilicet fructus debeantur marito, si percepti fuerint, Vxore consentiente, vel fuerint consumpti, & non extent; dum enim generaliter, & indistinctè vsumfructum omnium bonorum dotalium, & extradotalium adiudicat marito, prohibens vlterius mulieri, ne illos à Viro viuente petat, vel eo mortuo, ab eius hæredibus, locum habet etiam vxore
4 dissentiente, vt firmant *Rota in dicta decisione coram bo. me. Bichio, vers sed his non obstantibus*, subdens, inhærendum esse Statuto, quamuis corrigat Ius commune.

Vnde idem Laurentius non tenebatur cum illis
5 extinguere census de quibus agitur: nihil suffragante alio capitulo eiusdem Statuti, in quo disponitur, quod omnia bona mulierum extradotalia sint obligata creditoribus, prout etiam vsusfructus eorundem bonorum; nam id dispositum solùm fuit, ne per capitulum antecedens attribuens vsumfructum viro, censeretur creditoribus ipsius mu-
6 lieris præiudicatum; sed cum dd. census non sint debiti Portiæ, sed spectent ad hæreditatem Ludouici Patris, non intrat dispositio capituli prædicti, quamuis portia fuerit hæres Ludouici: Quoniam, cum adierit cum beneficio legis, & inuentarij bona illi prouenientia ex hæreditate materna, non remanserunt confusa cum bonis defuncti, perinde
7 ac si hæreditatem non adiuisset *ad Text. in l. fin. §. et si præfatam, ibi DD. Cod. de iur. delib., Rota decis. 331. nu. 1. cum alijs relatis in decisionibus sub die 16. Ianuarij 1658. et 8. Martij 1660. coram Reuerendiss. D. meo Decano*.

Præterea verba d. capituli nullo modo apta sunt
8 comprehendere sortem principalem istorum censuum; nam cum sors principalis ex parte debitoris sit irreptibilis ex Constitutione san. me. Pij Quinti, non poterat dici debita, *Gabr. cons. 152. nu. 4. et 5. lib. 2, Rota post Cenc. de cens. decis. 498 n. 10. et decis. 127. sub num. 7. et 9. et tradit idem Cenc. quæst. 70. num. 2.*

Et licèt creditores fint euocati ad concursum,
9 & lata sententia graduatoria, non propterea fuit inducta dissolutio, vel extinctio censuum: tùm quia creditores non comparuerunt, nec sententiam acceptarunt, quinimò se opposuerunt, & numquam petierunt, nisi fructus, tùm etiam quia nulla facta fuit assignatio bonorum pro sorte, & fructibus, vt vtraque necessariò requirebatur *iuxta tradita per Cenc. de cens. quæst. 108 num. 14. et dixit Rota in Romana census 7. Iunij 1639. coram Reuerendiss. Cerratinen. et bene deducitur in vtraq; decisione Reuerendiss. D. mei Decani*.

Verùm hodie visa fuit cessare penitus difficultas ex eo, quia cum dicta scuta 11. m., & bona pro
10 eis assignata fuerint data pro supradote, & additamento dotis, vt cantant verba Instrumenti, de illis iudicandum est, prout de ipsa dote, *vt est Text. expressus in l. inter socerum §. cum interibique gloss. verb. separabitur ff. de pact. dotal., Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 8. nu. 30. et seq. Ruin. cons. 222. nu. 7. lib. primo, Rota coram Seraphino decis. 665. num. 2. et in rec. decis. 300. nu. 7. p. 6.*

Idq; manifestè patet ex vniformi promissione dotis, & supradotis, nec non cum alijs scutis 11. m.,
11 quæ propterea censetur promissa per modum continuati sermonis ad eandem dotem; dictio enim copulatiua, *nec non*, iuxta sui naturam se-
12 quentia antecedentibus connectit cum suis qualitatibus *ad latè tradita per Peregr. art. 16. n. 29. Ias. cons. 228. n. 2. lib. 2., Rota decis. 519 num. 3. p. prima rec.* Præsertim attenta alia dictione, *Cùm*,
13 ex qua fortiùs Inducitur continuatio sermonis, & communicatio eorum, quæ in eadem oratione copulantur *ad not. per Bart. in l. Titiæ textores § nihil ff. de leg. p.* idemque notat *l. si fundum sub nu. 5. ff. de fund. instruct.* & repetit in *ip. nu. 3. ff. de penul. Ligat. Paris. cons. 3. n. 18. lib. p. cons. 19. n. 11. lib. 3.*
14 quod & comprobat verbum illud alijs inferens identitatem naturæ, & repetitionem qualitatis inter copulata, *Rota coram Seraph. decis. 87. n. 2. et Inuocent. decis. 327. n. 7. p. p.*

Et meliùs comprobatur in alijs verbis subsequentibus ibi (Reliqua verò scuta 11. m. in casum
15 supradotis,) ex quibus clarè apparet summam, hæc esse portionem eiusdem dotis *l. post reliquum, ibiq; Rebuff. num. p. ff. de verb. signific. Seraph. decis. 144 num.*

Nec parùm hoc idem suadent pacta, & signanter, quod decedente Portia sine filijs ante obitum Ludouici Patris maritus nihil de huiusmodi quantitate lucraretur, quemadmodum ex dote lucrum esse detrahendum conuentum fuerat; quod pactum procul dubio ostendit, bona pro dicta summa assi-
16 gnata, fuisse tradita pro additamento dotis, & accessoriè

cessoriè ad ipsam dotem, non autem Paraphrena-
lia, ex quo aliàs conuentio fuisset superflua, cum
ex paraphrenalibus marito lucrum non debeatur.
Specin. Iun. cons. 93. num. 6. lib. pr., Surd. decis.
192. num. 7. et 8. Thesaur. decis. 195. num. pr. et 7.
Prout superflua fuisset declaratio, quod ex summa
scut. 4000., quæ tradebantur pro dote fructus pro
rata scutor. 500., ex aliis verò 11. m. supradotali-
bus, quę tradi, & solui viro debebantur post obi-
tum Patris fructus pro rata scutorum 1500. essent
reseruati ipsi Portię. Talis enim reseruatio nullò
17 modo cadere potest in bonis extradotalibus, tan-
quam de illis libera sit administratio penes vxo-
18 rem, vt comprobat, *Viuian. comm. opin. cap. 480.*
nu. 8. & 9., Fontanell. de pact. nupt. claus. 6 gloss. 5.
p. 2. n. 12. Menoch. decis. Lucen. 68 n. 2., Ciarlin.
contr. forens cap. 9. num. 49. sed clarè demonstrat
concessionem, & translationem in omnibus non
19 reseruatis *l. nam quod liquidè §. fin. ff. de penul. le-*
gat. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. gloss. 9. p. p.
nu. 12., Surd. cons. 152. nu. 30. & decis. 163. nu. 18.,
Aymon. cons. 214. n. 13. & 14., Becc. cons. 74. n. 15.
Cephal. cons. 157. num. 6., Mandell. Alb. cons. 256.
num. 20. Rota in Romana Apothecarum 17. Maij
1656. coram R. P. D. meo Celso.
20 Ideo, quemadmodum fructus dotis liberè spe-
ctabant ad vnum *l. dotis fructus ff. de iur. dot. l. pro*
oneribus C. eodem cum aliis per Cyriac. controuers. 29.
21 *num. 69.* Ita etiam spectare debent fructus percep-
ti ex istis bonis supradotalibus, siue pro addim-
mento, cum augmentum sit eiusdem naturæ, cu-
22 ius est principale, cui accedit *l. etiam C. de iure dot.*
Menoch. cons. 246. num. 24. Tiraquell. de retract.
Consang. §. 1. gloss. 19. nu. 39., Vincent. de Franch.
decis. 252. num. 5., Rota in Bononien. Gabellæ 10.
Iunij 1650. coram bo. me. Dunozetto.
Hinc non obstat, quod Statutum concedens ma-
23 rito fructus bonorum extradotalium non com-
prehendat contractus iuratos, quia non versamur
in extradotalibus, sed in dotalibus. Et admisso
etiam quod versaremur in extradotalibus, adhuc
obiectum non applicatur, siquidem fructus, quos
24 maritus consequitur, habet ex dispositione Statuti,
nec in contractu matrimoniali dispositum fuit ali-
quid in contrarium, imò fuit celebratus iuxta dis-
positionem illius, dum expresè conuentum fuit,
quod ex scut. 11m. pro supradote vxor posset li-
berè disponere de scut. 1500. ex hac enim reserua-
tione apertè arguitur, vsumfructum reliquę quan-
25 titatis fuisse delatum viro *argum. Text. in dicta l.*
inter soterum §. Cum inter ff. de pact. nupt. cum aliis
supra alleg. Contraria verò procedunt, quando in-
ter Statutum, & contractum adest aliqua contra-
rietas, cui Statutum deberet, vt in his terminis lo-
26 quuntur, *Innoc. in cap. Inter ante fin. vers. nisi Papa*
de renunc. Bursatt. cons. 183. nu. 1. lib. 2., Rota de-
cis. 391. nu. 4. aliique ex aduerso allegati.
Ex quibus firmata Iustitia, & concurrente vali-
ditate sententiæ Rotalis, quæ non controuertitur,
& resultat ex reuolutione actorum, fuit resolutum
pro illius confirmatione.
Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. TAIA.

Bononien. Prælegationis.

Veneris 11. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

AN Prælegatum Vxori relictum omnium mobilium cuiuscumque conditionis, qualitatis, & quantitatis domi existentium comprehendat etiam mercis causa ibi comparata.

SVMMARIVM.

1 *Legati verba,* quæ domi erunt, *accipi debent videlicet,* quæ esse solebant.
2 *Legatum omnium rerum, quæ in domibus erunt non comprehendit mercis causa comparata.*
3 *Exceptio in legato firmat regulam in non exceptis, eamque extendit etiam ad ea, quæ de sui natura non comprehenderentur.*
4 *Contrar. si exceptio esset de re venali, quia quæ sunt venalia, non videntur esse in domo.*
5 *Legatis rebus, quæ in fundo sunt censentur etiam legata ea quæ in fundum esse solebant.*
6 *Legatum præferens signum vniuersale* omnia, *aut verba,* cuiuscumq; qualitatis, *aut verba,* cuiuscumque conditionis, *extenditur ad omnia, & nullam patitur restitutionem etiam quod non adsint verba* quocumque modo *cum sufficiant verba prædicta cuiuscumq; qualitatis.*
7 *Declar. vt procedant prædicta quando signum vniuersale adiicitur non rebus, sed rerum existentiæ. Et exemplificatur cum* Bart. num. 8.
9 *Verba prædicta* omnia &c. & cuiuscumque &c. *referuntur ad substantiam quantitatem, qualitatem, & essentiam, & faciunt propterea propria esse, quæ propria non erant, & ratione proprietatis venire, quæ non venissent, non verò esse in domo, quæ non erant.*
10 *Verba ratio* quandocumque, qualitercumq; & quoquo modo *ad existentiam formaliter pertinent, & faciunt comprehendi etiam, quæ impropriè erant in loco.*
11 *In legato quid operetur signum vniuersale non adiectum limitationi legati, sed solum legato?*
12 *Dilectio deducta ex verbo* dilectissimam, *quo vsus est testator nominando vxorem quid valeat in legato?*
13 *Prælegatum est delibatio hæreditatis qua Testator alicui quid collatum velit.*
14 *Estque quædam donatio Testamento relicta.*
15 *At esset potiùs dicendum exinanitio hæreditatis, si ita ample ex recitatis signis vniuersalibus rebus adiectis esset intelligendum, vt omnia exhauriret.*
16 *Verba* cum omnibus mobilibus domi existentibus, & cuiuscumque conditionis *prolata ab homine vulgari quid importent?*
17 *Loquendi communis vsus, cum sit facti an debeat probari?*

DECISIO LXIX.

PEr ragione di prelegato, e in ogni altro miglior modo il Testatore lascia alla Sig. Isabetta sua Cõsorte la Casa al presente habitata dal Testatore insieme con tutti i mobili in quella esistenti di qualsiuoglia sorta qualità, e quantità, e siano liberamente per piena ratione in tutti gl'altri suoi beni &c. salue sempre le cose ordinate, e lasciate institu-
tore

tutore la detta Sig. Isabetta sua dilettissima Consorte, e la Sig. Camilla sua carissima sorella, e morendo le dette sue heredi, ò ciascuna di loro nella terza parte della portione di ciascuna della sua heredità instituisse, e constituisse le Madri del Corpus Domini &c.

Cum autem Testator haberet Domi Sericum valoris libr. Bonon. 15229. dubitatum est an contineatur in Prælegato, & Domini responderunt non contineri.

1 Quia in huiusmodi legatis illa verba, (quæ Domi erunt) Sic accipi debent, (esse solebant) §. *vlt. l. penult ff. de aur. & arg. leg. cum alijs apud Prat. vlt. volunt. interpret. 1. dub. 8 n. 9. & seqq. lib. 4.* & in legato Domorũ, & omnium rerum, quæ in his Domibus erunt, quæ mercis causa compara-

2 ta sunt non comprehenduntur § *Vxori l generali 32. ff. de vsufr. leg.* & ibi *Bart.* qui amplius *nu. 3.* notat exceptionem excepto argento firmare regulã in non exceptis nõ tamen eam dilatare, vt fa-

3 ciat sub ea comprehendi, quod sua natura non cõprehenderetur *Menoch. præsumpt. 137. nu. 7. lib. 4. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 6. n 13. Couar. resol. 5. n. 3. lib. 2.* qui *nu. 4.* declarat secus si exceptio esset de re venali ad rationem quia ea, quæ sunt ve-

4 nalia non videntur esse in Domo inquit *Bart. ad §. Vxori in fin. Pinell. ad l. p. C. de bon. matern. p. 2. nu. 46. vers. melius igitur cum alijs apud Pignatell. contr. 65. nu. 30. cent. 2.*

5 Eo quoq; argumento textuali, quod sicut rebus, quæ in fundo sunt legatæ accedant etiam ea, quæ tunc non sunt, sed esse solebant: ita & quæ casu ibi fuerunt legata existimantur §. *vlt. l. quæsitum 76. in fin §. delegat. 13. & ibi Bart.*

Et cum expenderentur verba, (di qualonque sorte qualità, e quantità si siano liberamente, e per piena ragione,) & proponeretur quod quando in legato apponitur signum vniuersale (omnia) tunc legatum non recipiat restrictionem apud *Bart. ad*

6 *d. §. Vxori nu. 4. vers. sed contra prædicta*, & de verbis (cuiuscumque qualitatis) *Ahogr. cons. 70. nu. 24. vers. pr. in casu nostro, & seqq. & in appendice vers addi etiam potest lib. 1 cum alijs & præcipuè Ciarl contr. 87. nu 5. vers. nec refert, & nu 6.* (de verbis similibus, cuiuscumque conditionis,) nec referre, quod hic non adsint illa verba (quocumq; modo) quia hæc alia (cuiuscumque qualitatis) sint æquipollentia, & sufficiant &c. apud *Altogr. dicto cons 70. nu 25. vers. nec refert. Andreol. contr. 102. num. 8. vers. 2. monetur, & satis propter verba omnia mobilia, Dec. cons. 472. nn. 6. vers. finaliter non obstat.*

Tamẽ Decio, & si qui sunt alij similes respondebatur si id sensiffent quidem censuisse contra Textũ *clar. dicto §. vocari*, ibi, (omnium rerum, quæ in his domibus erant,) & *Bart. num. 4.* ibi si Testator reliquit Vxori omnia quæ habet in Domo adeo vt manifesta sit differentia an signum vniuersale adiungatur rebus an verò adijciatur, existentiæ

7 in loco, vt inquit *Pergr. conf. 37. sub nu. 5. lib. 2. Gabr. cons 98. n. 18. vers. minus obstat nu. 29. lib. p. Rimin. cons. 5. num. 34. & seqq.* vbi nuncupatim contra Decium *Couar. d. resol. 5. dicto nu. 3. vers 2. confstat Dilect. de art. testam. tit. 8. cant. 17. num. 1. & 2. Rippoll. var. resol. 13. n. 98. & seqq.* & sensit *Ros. cor. Puteo decis. 20. sub num. 1. lib. & quæ fuit*

edita contra consilium Bart. 44. lib. 2. & senserunt omnes, qui vniuersalem dictionem declararunt nõ in epithetis rerum, sed in aduerbijs verborum *Pur. d. dub 8. sub n. 13. Menoch. d. præsumpt. 137. n. 10. Pacifi. de Salu. interdict. inspect. 3. cap. 5. num. 8. & alij apud eos, & Pignatell. d. contr. 65. num. 16. & præ omnibus Bart. ad d. §. Vxori dicto num. 4.* dum enim sensit eum Testator reliquit Vxori omnia, quæ habet in Domo non venire frumentum,

8 quod ibi erat causa vendendi, & in *Textu secus*, si dixisset, quæ domi quoquomodo erunt clara differentia supradicta.

Et congruit ratio, quia huiusmodi verba (di qualonque sorte &c.) & (breuiter omnia &c.) ad substantiam quantitatem, qualitatem, & essentiam formaliter pertinent, nec faciunt in domo esse, quæ non erant quantumcumq; faciant propria esse quæ propria non erant, & ratione proprietatis veniant,

9 quæ non venissent, sed (quandocumq; qualitercumque, & huiusmodi, & quoquomodo) apud Bart. ad existentiam totaliter pertinent, & faciunt com-

10 prehendi, quæ impropriè erant si propria ipsa sint & si impropria etiã suis verbis vniuersalibus comprehendantur ad *Afflict. decis. 106. nu 6.* si factum sit legatum cum signo vniuersali omnium rerum, quæ quoquomodo sunt in domo &c. cum alijs supracitatis &c.

Nec audiendi visi sunt aliqui moderni apud *Andr. d. contr. 102. ante d. nu. 8. d. vers. 2. monetur,*

11 *& Ciarlin. dict. contr. 87. dicto nu. 5. vers. nec refert*, Instantes veriùs esse procedere, quando signum vniuersale non est adiectum limitationi legati, sed solum legato, vt si dictum sit lego omnia mobilia Domus &c.

Quia visum est contra Textum clarum d. l Vxori vt supra, & contra sententiam Bart. & aliorum non declarando at potiùs declinando d. Textum tanquam agentem de non fructu reis non autem de proprietate legata, si eadem ratio est totius, & partis, & otio suo abutentibus *d. signi delusi omnes, & omni singullatim*, & viderit *Ciarlin. cum fuit allegat. d. contr. 87. nn. 1. vers. nam in præmiss. & num. 2.* consentiens relinquendo omnia, quę in domo sunt propter locum designatum restringi dispositionem vniuersalem precedentem adeo vt non comprehendat venalia *ad d. §. Vxori &c.*

Neq; etiam iuuari dilectione (dilectissimæ Vxoris) prælegatu à marito qui eam dilectissimam, & Dominam vocauerit; vt *Barduzille in l. vxorem 39. ff. deleg. 3.* inquit *Tiraq. connub. leg. 5. num. 11.* & Bardioralius, qui vxorem vocauit Dominã suã *in § Vxor. l. vlt. ff. de aur. & arg. leg.*

Quia Testator dilectissimam vocauit in institutione, & ibidem carissimã sororem quoque pariter

12 instituit, & præcensa vbi in relicto conueniunt venalia non mutatur id ius, quamuis relictum sit libertis quinimò cũ epitheto dulcissimorum *§ item cum quæreretur l. pediculis 34. ff de aur. & arg. leg.* & consequenter patet contra illum Textum loqui Roman. apud *Pinell ad d. rubr. dicto nu. 42. vers. inspecto item littera, & amplius Rim d. cons. 5. n. 39. vers. verum istorum opinio, & seqq. cum alijs apud Pignatell. d contr 65. nu. 35. vers. quoad secundum & seqq. Ros. cor. Put. d decis. 20. nu. 2. & 3.*

13 Et mouit etiam Dominos, quod alias prælegatum non esset delibatio hæreditatis, quia Testator

ex quo emolumentum hæredis foret alicuius quid sol-
14 lutum velut *legatum 119. ff. de leg. 2.* siue quædam donatio Testamento relicta *l. legatum 37. ff. de leg. 2. §. legatum. Instit. de leg.* Sed exinanitio ipsis hæreditatis cum suppositione sericum valoris
15 libr. 15229. & alia bona dedncto alieno ære, circiter 16399 & adhuc bene *Odd. cons. 30. nu. 25. Rot. decis. 453. n. p. 1. recen. ad Text. l. quidam 30. in fin. §. sed & ipse Paplen. in fin. l. quæsitum 12. ff. de fund. instr.*

Nec pariter mouebat aliquem vulgaris hominis
16 vernacula dispositio, & prælegatum (la Casa al presente habitata dal Testatore insieme con tutti li mobili in quella esistenti etiam di qualonq; sorte) ad intelligenda mobilia Domus, & Domum instructam ad habitandum per Vxorem prout vir, & Vxor habitabant, & de mobilibus Domui, & habitationi conuenien. & de his quidem cuiuscumq; speciei, sed de his, & de suppellectile legata *l. 4. ff. de suppell. leg.* cum communiter homines mobilia sua appellent suppellectilem suam non aliter quam non descriptam, vt delegato Regi Franciæ scripsit ad summum Pontificem *Oldrad. cons. 219. in fin. & Io: Andr. ad specul. de fruct. tit. 7. Dec. d. cons. 472. nu. 10 Peregr. dicto cons. 37. nu. 14. & 15. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 3. nu. 8.* & sensit *Rot. coram Ludouis. decis. 257. nu. 10.* vt retulit pro notorio *Pinell. ad d. l. 1. nu. 50. vers. notorium non est cum alijs apud Castill. contr. 38. nu. 24. lib. 1.* & præcipuè *Odd. d. cons. 30. nu. 18. vers. 4. principaliter, & seqq.*

Nec admodum hæsitabant ex eo quod iste com-
17 munis vsus loquendi sit facti, & ideo debeat probari *Dec. dicto cons. 472. nu. 15. Peregr. d. cons. 37. nu. 16. & 17. Mantic. dicto tit. 3. dicto nu. 8. vers. sed huic Rot. d. decis. 257. sub nu. 10.*

Quia vt Oldrad. & alij supradicti de communi sermone agunt; hæc est contradictio non autem declaratio, aut limitatio; Deinde iste communis vsus loquendi Bononiæ satis probatus videtur Authore Io: Andr. Bonon. non obscurè apud Rot. Bonon. *diuers. decis. 51. num. 20. vers. quoad bona mobilia,* ibi, *mobilia, & suppellectilia.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Romana Saluiani.

Veneris 18. Februarij 1661.

ARGVMENTVM.

AN Carcerati obligatio sustineatur? Stellionatus crimen in quibus casibus intret? melioramentorum exceptio ad effectum retentionis quando non competat?

SVMMARIVM.

1 *Carcerati obligatio est nulla quando iniustè carceratus se obligauit.*
2 *Secus si carceratio fuit iusta. Et ratio num. 3.*
4 *Carcerationis iustitia est probenda.*
5 *Carceratio de iure præsumitur iusta.*
6 *Carcerationis iustitia deducitur ex dolo carcerati inducentis creditorem hæreditatis fratris carcerantis, & sic satisfactos ad nouiter petendum ad effectum depauperandi hæreditatem, & præiudicandi creditoribus posterioribus.*
7 *Confessio, & si emissa in criminalibus inter easdem personas probat etiam in ciuilibus.*
8 *Stellionatus crimen committitur ab eo, qui inducit ad petendum debitum iam solutum.*
9 *Stellionatus crimen habet locum quoties facto non est impositum speciale nomen delicti; sed commisit dolus aliquem gerentis.*
10 *Stellionatus crimen vltra actionem pro interesse ciuili competentem parti parat etiam actionem criminalem, & pœnam Iudicis arbitrio statuendam.*
11 *Obligatio conditionalis quomodo pura euadat, & nu. 13.*
12 *Exequutorum relationibus standum est in spectantibus ad officium.*
14 *Instrumenta, & si in actis non producta; sed tantum indicata probant si partes præcesserit obligatio; & declaratio de stando iudicationi.*
15 *Cessionario creditoris stantibus cessionibus non nocet, quod mandatum relaxetur non solum eius nomine, sed etiam nomine concreditorum eiusdem auctorum, cum expressio concreditorum videatur adiecta ad cautelam.*
16 *Melioramenta debent probari ad effectum retentionis. Dicuntur mala fide facta si fiant post monitorium contra meliorantes exequutum num. 17. Compensantur, & soluuntur ex fructibus rei longo tempore perceptis nu. 18. Mala fides in meliorante producitur ex sola monitorij exequutione propter inhibitionem. ibi inferendam absq; eo quod reproducatur à persona legitima nu. 19.*
20 *Melioramentorum ratio prærequirit probationem status rei antequam fuerit meliorata.*
21 *Melioramenta illa solum sunt reficienda ex quibus res est affecta pretiosiue, vel maiores redditus.*
22 *Melioramentorum æstimatio non iustificatur ex partitis existentibus in priuatis scripturis inter alios confectis absq; scientia domini.*
23 *Melioramentorum æstimatio non debet fieri in abstracto, sed in concreto totius rei, quantum scilicet valeant in ædificio.*
24 *Melioramenta compensari debent cum fructibus mala fide consumptis.*
25 *Accollans sibi censum in emptione fundi censiti non potest de eo excipere nisi quatenus ostendat persoluisse.*
26 *Census annui redditus super domos impos. soluendi sunt expensionibus eiusdem domus &c.*

DECISIO LXX.

QVamuis Instrumentum obligationis vigore cuius immissio decreta fuit in Saluiano ad fauorem Io: Taurini factum fuerit à Michaele Angelo Zeccadoro carcerato placuit tamen DD. persistere in decisis sub die 9. Iunij proxim. pręt. quia obliga-
1 tio carcerati tunc demum est nulla quando iniustè carceratus se obligauit; quando autem obligatio prouenit ab eo, qui iustè carceribus detinebatur valida est, & legitima, quia qui carcerationi cau-
2 sam dedit allegare non potest se fuisse coactum, & metus dici nequit iniustus, dum intuitu Iustitiæ
3 aliquid actum fuit *l. si mulier 21. ff. de eo, quod met. carcer. Farin. tom. p. de Carcer. quæst. 35. nu. 29. vers. si vero carceratio Grat. discept. 479. n. 30. vers. vnde valet Cencer. lib. 3. var. resol. cap. 1. nu. 39. Rot. cor. Merl. decis. 506. n. 1. & duob. seqq. decis. 26. nu. 7. 122. nu. 12. p. 6. rec. & in Regien. seù Salernitana bonorum 19. Iunij 1643. cor. Reuerendiss. D. Carillo §. & quamuis.*

4 Carcerationem verò Michaelis Angeli fuisse in-
iustam non solùm non probatur à D. Zeccadoro,
vt probandum erat in contrarium stet iuris præ-
sumptio *d. decis. 122. num 11.* sed iustitiam dedu-
5 citur ex eo, quod dolosè suppoluit conuentinos ad
agendum contra hæredem Francisci sui fratris non
obstante, quod de eorum creditis essent antea sa-
tisfacti, & hoc ad effectum de pauperandi hæredi-
tatem dicti Francisci,ne creditores posteriores pos-
6 sent consequi satisfactionem, vt constat ex propria
eius confessione, quæ licet emissa in criminalibus
inter easdem personas etiam in ciuilibus probae
7 *Bartol. in l. Prætor ait 2. §. hoc edicto nu. 5 ff. de
vi bon. rapt. Dec. in l. 2. nu. 62. vers & concludit
C. de eden. Rot. decis. 193. n. 4. decis. 253. n. 2. post
secundum vol. cons. Farin vi in Romana nullitatis
matrimonij 19. Ianuarij 1645. cor. bo. me. Arguelles
§. Accedit Francisci confessio.*

Ratione cuius dolosæ suppositionis ad peten-
dum debitum iam solutum, intrat crimen Stellio-
natus *l. si fideiussor 29. §. in omnibus ff. mandati
Bald. in l. sub specie 4 n. 4. vers. sed quoniam petit
debitum solutum C. de re iudic. Rom. cons. 105. sub
nu. 1. vers cum ergo in casu Carpan. ad Stat. Me-
diol lo. 2. cap. 42. n. 250. Amat. resol 53 n. 4 & 5.*
quod habet locum quoties facto non est impositũ
9 speciale nomen delicti, sed concurrit dolus actum
gerentis *l. 3. ff. de crim. Stellionat. Gomez lib. 3.
var. resol. cap. 7. n. 1. Ludou. Molin. de iust. & iur.
tract. 2 disput. 532. n. 5. Menoch. de arbitr cas 381.
nu. 4. & seqq. Farin in prax. p. p. quæst. 19. nu. 33.*
in quo quidem crimine vltrà actionem pro inte-
resse ciuili competen. Parti intrat etiam actio cri-
10 minalis, & pæna Iudicis arbitro Statuen. *l. 1. & d.
l. 3. ff. de crim. Stell. Boss. de crim Stell. in princ.
Tholosan. in Syntagm. iur. vniuers p. 3. l. 3. cap.
14. sub n. 4. Farin vbi supra nu. 34. Modern. in la-
byr. cred. p. 1. cap. 14. nu. 99. Ioan. Baptista Spada
cons. 124. nu. 1. & 2.* qui loquitur in eo, qui pe-
tebat debitum iam solutum.

Quod autem obligatio prædicta esset conditio-
nalis in casu scilicet, quod non sufficerent bona
Francisci, vel non remouerent molestiæ aliorum
11 creditorum non releuant. Tum quia Michael
Angelus non fecit consentire omnes personas in-
teresse habentur, nec voluit remouere impedimen-
ta, quæ contra executiones præstabantur, vt con-
stat ex relationibus exequutorum quibus inspe-
12 ctantibus ad eorum effectum standum est *Hon-
ded. cons. 18 n. 56 lib. p. Grat. discept. 507. nu. 10.
Rot. cor s. m. Greg. decis. 402 nu. 2. Buratt. decis.
950. nu. 2. Anconitana Dotis 21. Aprilis 1651. cor.
R. P. D. meo Verospio §. siquidem in cæteris.* Tum
etiam quia antiqua impedimenta non solum non
abstulit, sed non obiecit alienando omnia bona
Francisci ab ipso antecedenter indicata in tertios
possessores, & sic statim commissa fuit stipulatio,
& obligatio in bonis proprijs non secus, ac si ab
13 initio puro fuisset obligatio *l. potior 11. in princ. ff.
qui pot. in pign. hab. Surd. cons 179. nu 11. Rot. de-
cis. 109. n. 1. p. 7. rec Romana cambij 9. Iunij 1549.
§. impleta verò cor. bo. me. Arguelles, & 9. Decem-
bris 1650. cor. Reuerendiss. D Terracinen. §. Vndè
adimpleta*, prout de dd alienationibus constat ex
Instrumentis à Taurino indicatis, quæ cum præ-
cesserit declaratio, seù obligatio de stando indica-
tioni satis probant absque vlteriori illorum pro-
14 ductione *Salust. Tiber. in prax. lib 2. cap. 24. sub
nn. 6 & seqq. Modern. de manu. obser. 97. sub n. 43.
Rot. in Fanen. hæreditatis 30 Maij 1659. coram me
§. & quamuis.*

Nec interesse dictum fuit, quod creditum Ioan-
nis taxatum fuit cor. bo. me. Pirouano in scutis
3076. d. 80. tantum, de quibus satisfactum fuit
quodq; sit illiquid. cum non ipse solus sit creditor:
sed etiam Ludouicus eius frater, & alij litis Con-
sortes, nam respectu quantitatis obligatio Michae-
lis Angeli non est restricta, sed continet quantita-
tem debitam Ioanni, & proinde summa pro qua
decreta fuit immissio postmodum coram eodem
Pirouano, & Reuerendiss. Terracinen. liquidata
sub obligatione prædicta continetur cum ab initio
esset debita, & de liquidationem constat ex calculo
Martelli approbato inter has partes per *Rot. in
Romana pecunia 4. Iulij 1635. in princ. cor. bo. me.
Pirouano, & 27. Martij 1637. & 7. Iunij 1643. co-
ram Reuerendiss. Terracinen* vbi etiam resolutum
fuit d Zeccadorum teneri ad solutionem fructuũ:
quo vero ad creditum Montagutorum constat de
cessione facta ad fauorem Ioannis vsque de anno
1611. quo verò ad aliam ratam creditori Ludouici
fratris eiusdem Ioannis de anno 1627. & sic ante
obligationem Michaelis Angeli. Vndè parum
releuat, quod relaxatio moturum facta fuerit no-
mine omnium creditum, non autem soluis Ioan-
nis, quia stante prædictis cessionibus expressio cō-
15 creditorum facta fuerit potius præsumi debet ad
cautelam, quæ nocere non debet *Rot. cor. Merl.
decis. 5. n. 14. & in Anconitana pecunia 15. Maij
1654. cor. Reuerendiss. Zarate §. Iustitiam vero.*
Prout etiam, quæ dicebantur de dote matris R. P.
D. Zeccadori sublata fuerunt in alia *d. sub §. nec
suffragari potest.*

16 Retentio pro melioramentis à Spigliatis oppo-
sita per DD. reiecta fuit ex tribus rationibus in
dicta consideratis, quod illa non probantur, quod
17 si probarentur mala fide facta fuerunt post moni-
torium contra meliorantes execut. *Gabr. cons. 157
nu. 3. lib. 1. Grat. discept 193. n. 11. Magon. decis.
Florent. 51. n. 8.* & demum quod ex fructibus tan-
to tempore præceptis satisfacti remanent Spigliati
quarum altera non tollitur ex eo, quod monito-
rium non fuit à persona legitima respondendum
18 prout ad causandum in meliorante malam fidem
requiri dicebatur, quia ad effectum de quo agitur
sufficit exequutio monitorij absque alia reprodu-
19 ctione propter inhibitionem ibi insertam, vt in
terminis *Rot. in Romana fideicommissi de spiritibus
12. Decembris 1644. coram bo. me. Bichio § augetur.*

Neq; illa probantur ex testibus datis in summa-
rio illorum de Spigliatis *nu 6* cum non deponant
de statu antiquo Domus, imò fatentur, sed de hoc
non recordari, & signanter primus iuxta septimum,
(Non mi dà l'animo, nè posso descriuer lo stato, e
forma della quale si trouaua la detta Casa quando
io vi andai la prima volta &c.) cum quo idem de-
ponendo concordat tertius iuxta septimum, & ta-
men de eo constare debet, vt cognosci possit quid
20 melioratum fuit *Rot. cor. Seraph decis. 952. nu. 2.
Buratt. decis. 834. nu. 11. & in Bononien fideicom-
missi 1. Iulij 1658. cor. R. P. D. meo Bentiuolo §.
fin.* sed potius in hoc concordant, quod antece-

denter Domus erat commoda, & habitabilis pro honesta familia absque dd. impensis nec tangunt quid impensum, & quod melioratum fuerit cum deponant de ampliatione scalæ, & coquinæ tantùm pro maiori cōmoditate Spigliati cum deualtatione hippoechri, vt vulgò dicitur *Loggia*, quod non sufficit ad hūc effectum ex quo ea tantùm sunt reficiendæ ex quibus res iest effecta pinguior, vel
21 maioris redditus l. *Paulus* 29. §. *Domus in fin. de pignor. Gabr. conf.* 168. *nu.* 131. *lib.* 1 *Rot. coram Merl. decis.* 546 *nu.* 3. *& in Ruuennaten. Domus* 9. *Maij* 1653 *cor R. P. D. meo Beulacqua* §. *nec dicatur*, vbi quod minus reficiendum venit.

Multoq; minùs iustificata remanent ex partitis æstimationis factæ, vt asseritur ab Architecto, & Fabris Murarijs *dicto summario nu.* 8. quia vltra, quod sunt simplices scripturæ inter alios factæ
22 sine vlla scientia Ioannis, quæ illi præiudicare non possunt, æstimantur ibi melioramenta quantum segregata ab ædificio soluuntur quando sunt rudera,
23 & cimenta, & merces solui solita operarijs, & tamen non est hoc modo facien. æstimatio, sed in concreto omnia æstimari debent, quātū scilicet valeant in ædificio, & quid exindè meliorata fuerit Domus *Peregr. de fideic. art.* 50. *nu.* 78. *vers. & hoc casu, & conf.* 76. *nu.* 9. *lib.* 4. *plenè Altogr. conf.* 28. *nu.* 62 *lib.* p. *Cyriac. contron.* 453. *sub nu.* 72 *&* 80. *Rot in dicta Romana fideicommissi de Spiritibus* §. *si quid enim, & in Romana melioramentorum* 16. *Iunij* 1653. *cor. bo. me. Bichio* §. *cum igitur*.

Et demùm firma remanet tertia responsio circa perceptionem fructuum, qui tanquam mala fide
24 consumpti compensari debent cum melioramentis *Rot. in Romana fideicommissi de Zuccaris* 4. *Februarij* 1650. *coram bon. mem. Dunoz*, §. *Postremo*. Quod verò Spigliati extinxerunt census super eadem Domo anteriores credito Ioannis non probatur in facto; licèt enim dicti census in se accollsue-
25 rint in emptione Domus, non constat tamen de extinctione, & quatenus illa probaretur iam essent ex pensionibus eiusdem Domus satisfacti. Immissio vero petitur à Ioanne cū iisdem oneribus quibus grauata reperiebatur Domus, antequam Michael Angelus se obligaret ad eius sororem, adeò, vt si census adhuc vigent, soluendi sint illorum fructus ex pensionibus Domus, & reliquum percipi
26 deberi ex eodem Ioanne prout aliàs ad fecundam æquitatem factum fuit in *dicta Romana fideicommissi de Spiritibus* §. *ceterum cum seqq.*

Cum itaque aliæ exceptiones sublatæ fuerint in vltima decisione cuius fundamenta placuerunt DD. responsum fuit, standum esse in decisis informantibus omnibus &c.

R. P. D. CELSO.

Bononien. Pilsrum.

Veneris 11. *Martij* 1661.

ARGVMENTVM.

AN morte consociorum dissoluatur societas?

SVMMARIVM.

1 Per mortem plurium finitur.
2 Pacto neque transit ad hæredes.
3 Morte etiam vnius dissoluitur.
4 Amplia quoad superstites.
5 Limita, nisi pacto conuentum sit.
6 Ad hæredes non transit etiam cum iuramento.
7 Cum persona incerta non contrahitur societas etiam si maxima fisset aretur persona hæredis.
Reddit rationem ibi.
8 Contrahens societatem certam personam eligit.
9 Limita in societatibus vectigalium.
10 Ad renouationem societatis alíos debent esse certi.
11 Respectu pupilli tacita renouatio est nulla sine solemnitatibus per Statutum Bononiæ.
12 Idem de iure sine tutore & curatore.
13 Nemo cogitur habere in societate quem sibi socium esse recusat.

DECISIO LXXI.

DIxerunt Domini, Iuliam Mariam non teneri stare in societate; nam cum illa contracta fuerit inter Iacobum, & Magdalenam ex vna, & Antonium, & Corneliam ex altera, & ex istis socijs iam ttes obierint, superstite tantū Magdalena, per obi-
1 tum illorum societas dissoluta remansit §. *soluitur Instit. de societ. l. societatem* 4. §. *dissociamur l. socium* 61. *& l. actione* 66. §. *morte ff. pro soc*, *Rot. in Romana participationis* 16. *Iunij* 1614. *coram Vbaldo penes Marchesf. de commiss. tom.* 2. *fol.* 508. *nu* 1. confirmata in hac parte, licèt ex alio capite ab ea fuerit recessum *in decis* 208. *eodem num. par.* 4. *rec.*

Conuentio verò exaduerso adducta nullo modo videtur vrgere, nam pacto fieri non potest, quod
2 societas ad hæredes transeat, vt probat *Text. in l. nemo potest* 35. *l. adeo* 60. *& l. verum* 64. §. *In hæredem ff. pro socio*. *Castr. in l. si non fortem* §. *si centum nu.* 4. *ff. de cond. & demonstr. Dec. conf* 213. *à princ. Menoch. conf.* 12. *nu.* 8. *&* 9 & opinionem contrariam esse falsam dicit *Ioseph Ludouic. concl.* 53. *vers. ampliatur hoc procedere*, & pluribus comprobat *Ossasch. decis.* 76. *nu* 7. *Capic. latr. decis.* 26. *nu.* p. *& seqq.* p. p. *& decis.* 189. *n.* 18. *p.* 2.

Nec contrarium firmat *Text. in l actione* 66. §. *morte ff. pro soc.* in illis verbis, nisi in coeunda societate aliter conuenerit, quia imò expressè dis-
3 ponit, quod morte vnius socij dissoluatur socie-
4 tas, etiam quò ad superstites, nisi aliter conuentum
5 fuerit, vt nempè quoad superstites duret, non autem transeat ad hæredes socij demortui, vt benè explicat, & declarat *Pichard in dicto* §. *soluitur nu.* 4 *Instit. de societ. Bald. conf.* 438. *nu.* 1. *&* 2. *l. b.* 4. *Mant. de tacit lib.* 6. *tit.* 24 *nu.* 28. *& tit.* 25. *nu.* 12. & firmat *Crinell decis Dolan.* 8. *num.* 16.

6 Quæ opinio procedit non obstante iuramento, vel reprobato Fabio, tradit *Alex. in addit. ad Bart. in d. l. adeo* 60. *litt. B. & in conf.* 18. *num.* 1. *& per tot. lib.* 2. *Corn. Sen. conf.* 52. *num.* 12. *Carpan. ad Statut. Medicl.n. p.* 2. *cap* 483. *num.* 89. *Thesaur. decis.* 242. *num.* 3. *Valasc decis* 63 *num* 14 & de communi; & veriori testatur *Grat. conf* 15 *nu.* 27. *& seqq.* & præsertim *num* 26. *Gratian. discept. forens. cap.* 276. *nu.* 8. *&* 9. *& cap.* 852. *à nu.* 4. *Crinell.*

nell. d. decis. 8. *nu*, 17. aliosque cumulat *Michalor. de fratribus par.* 2, *cap.* 49. *n.* 79. in quam sententiam inclinauit etiam *Rota in dicta Romana participationis post Marches. tom.* 2. *fol.* 508. *nu.* 13.

Et rationem reddit *Instit. in dicto* § *soluitur Instit. de societ.* quam prosequitur *glos. in l. si fratres* 53 §. *Idem respondit il p. verb. Ideo ff.*
7 *pro soc.* Quia nempè cum persona incerta societas contrahi non potest, & si manifestaretur persona hæredis, videtur socius se restringere per Contractum ad facien. illum hæredem *Bart. in l. adeò ff. pro soc., Curt. Sen. cons.* 52 *sub nu.* 5. *vers & primo, & nu seq. Rip. de obligat. respons.* 15. *nu.* 4. *& seqq. lib.* 2. *Honded. cons.* 44 *nu.* 82 *&* 83 *lib.* 2. eandemque, & alias rationes adducit *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 24 *nu.* 15. *&* 16. *Capic. decis.* 174. *à nu.* 7. *Rot. in dicta Romana participationis cor. Vbaldo.*

Nec euitatur prædicta ratio sub prætextu, quod in hac societate non fuerit electa industria personæ, vt prætendunt informantes pro Magdalena, nam vltra quod contrarium resultat ex facto, & ex Capitulis initis super ipsa societate, egregiè respondet D. Roncon ius Aduocatus eximiæ virtutis, & à DD. de Rota non satis commendatus, quod implicat contradictionem inire societatem, & non eligere personam certam, nam eo ipso, quod aliquis societatem contrahit, certam perso-
8 nam sibi eligit, vt sunt verba *Text. in dicto* §. *soluitur*, ibiq; *Angel. nu.* 1. *Instit. de societ. Dec. cons.* 213 *sub nu.* 7. *vers. non obstant alia verba*, *Ossasc. decis.* 76. *nu.* 8.

Non obstant authoritates in contrarium adductæ, quia vel communiter reprobantur, vel procedunt
9 in societatibus vectigalium, & publicarum rerum, in quibus viget diuersa ratio, illasq; excipit expressè *Text. in d. l. adeò* 50. *ff. pro soc.* & ita declarat *Ioseph Ludon. d. concl.* 53. *vers. fallit quando*, *Franc. Mor. decis* 211. *nu.* 3. *&* 4 *p.* 2. *Mastrill decis.* 135. *nu.* 76. *& seqq. Crinell. d. decis.* 8. *sub nu.* 19. *vers. Cum igitur*, aliosque cumulat *Gratian. alleg. cap.* 276. *nu.* 10. *&* 11.

Decisio verò in hac causa sub die 7. Februarii 1659. coram Reuerendiss. Papien. non meretur allegari, nam non solùm loquitur ad effectum manutentionis, sed declarat expressè sub his præcisè verbis, quod super hoc articulo tanquam recipiente petitorium, ac merita causæ, nihil Domini voluerunt determinare, prout certè non determinarunt, quia aliàs resolutio esset *contr. Text. expressos in d. l. nemo potest, & in l. adeò ff. pro soc. cum alijs supra allegatis*.

Minus facit, quod post obitum Iacobi, & aliorum Magdalena admissa fuerit ad participationem lucrorum dictæ societatis, ideoq; inter ipsam, & Iuliam Mariam inducta fuerit tacita renouatio, nam cum solutiones factæ possint referri in causam capitalis, nec ex necessitate importent renouationem societatis, illam nullo modo inducere possunt, cum ad dictum effectum actus debeant esse
10 certi, & indubitati, non autem dubij, & æquiuoci, *Bald. cons.* 125. *nu.* 2. *lib.* 5. *Castrens. cons.* 73. *n.* 3. *vers. restat videre lib.* 2. *Surd. decis.* 267 *n.* 6. *&* 7. & firmauit *Rot. coram Millin. decis.* 361. *num.* 1. *& coram Merlin. decis.* 251. *sub nu.* 9. *&* 10

Et cum de tempore obitus Patris Iulia Maria esset pupilla, non poterat saltem tacita renouatio
11 fieri sine solemnitatibus, resistente Statuto Bononiæ, vt tradit *Menoch. de præsumpt. lib* 3. *præsumpt.* 56 *nu.* 10. *& cons.* 121 *nu.* 105. *vers octauo, & vltimo, & numeris seqq. Rot. penes Posth. de manut. decis.* 195. *nu.* 8. & probat *Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 26 *nu.* 25. *vers. cum pupillis autem*, vbi quod nec etiam expressè sine Tutoris, vel Curatoris authoritate de iure contrahi potest societas per *Text. in l. at in conductoribus* 33 *ff. pro soc., Curt. Sen. d.*
12 *cons* 52 *sub nu.* 14. *circa fin. vers sed secus in casu nostro*, & vltrà relatos per *Michalor. fratr. p.* 2. *cap.* 42. *n.* 9. firmant *Ossasc. decis. Pedem.* 150. *nu.* 2.

Ex prædictis igitur responsum fuit ad fauorem
13 Iuliæ Mariæ, cum nemo cogatur habere in societate, quem sibi socium esse recusat *l qui admittitur* 19. *ff pro soc. Mantic. d. lib.* 6 *tit.* 24. *nu.* 14 *Curt. Sen. cons.* 52 *nu.* 8. *vers. & benè facit*, *Crinell. decis. Dolan.* 8. *nu.* 18.

Et ità decisum vtraque &c.

R. P. D. TAIA.

Tirasonen. Iurisdictionis.

Ven. 11. *Martij* 1661.

Argumentum patet ex Summario.

1 *Episcopus Tirasonen. habet omnimodam iurisdictionem in quacumque parte suæ Diœcesis nu.* 1. *&* 3.
2 *Calataiubij Decanatus est intra limites Diœcesis Tirasonen. num.* 2.
4 *Ab actu facultatiuo nullum ius nec possessio potest acquiri num.* 4.
5 *Vicarius, & Episcopus faciunt vnum, & idem Tribunal num.* 5.
6 *Dilatio probatoria quandò denegetur nu.* 6.

DECISIO LXXII.

POstquam 1551. coram Achille de Grassis resolutum fuit, Episcopo Tirasonen concedendam esse manutentionem in quasi possessione exercendi omnimodam iurisdictionem vbique in omnes subditos suæ Diœcesis, vt penes *Verall. decis* 306. *p. p. & die* 5. *Iunij eiusdem anni*, expeditum est mandatum de manutenendo, reassumpta causa super eadem manutentione 28. Iunij 1619. coram Sacrato, denuò esse concedendam Rota decreuit. Deindè verò 18. Iunij 1660 coram R. P. D. meo Verospio. Item proposito dubio super ipsa manutentione, ad fauorem Episcopi fuit resolutum, ac successiuè expeditum mandatum de manutenendo non obstantibus remissorijs sæpè concessis Decano Calataiubij, alijsque litis consortibus, vndè ab eisdem adita signatura Iustitiæ, mihi cum clausula, (sine præiudicio,) rescripsit.

Cupientes autem Episcopus, & Capitulum Tirasonen. nedum in possessorio, verùm etiam in petitorio causam definiri, fuit propositum dubium, an constet de bono iure Reuerendiss. Episcopi super exercitio omnimodæ iurisdictionis ordinariæ
1 vbique, & in quacumque parte suæ Diœcesis in

illos

illos Oppidi, ac Communitatis, nec non etiam Archidiaconatus Calataiubij, hodiè pro informante resolutum.

Siquidèm non fuit dubitatum, Archidiaconatum, eiusque districtum esse intrà fines Diœcesis Tirasonen. & nihilominus verificatur ex pluribus commissionibus, mandatis, alijsq; iuribus Decani Calataiubij, aliorumq; litis consortium, prout de-
2 cisum iam fuit *in dicta decisione coram Sacrato §. diximus*.

Quibus certè positis in facto, supradictum Archidiaconatum, eiusque districtum esse situm in Diœcesi Tirasonen. planè de iure Rota Episcopale ius in omnibus eidem Episcopo Tirasonen adiudicauit In eodem Archidiaconatu,eiusq; districtu,
3 vt inquit ad litteram Summus Pontifex *§ quia verò cap. 7. de except.* cum alijs *in dd. decisionibus ad satietatem*, & præcipuè *coram R P. D. meo Verospio §. dum enim situs Oppidi Calataiubij*.

Nec obstat prætensa, & sæpè articulata vnio Archidiaconatus cum Episcopatu Tirasonen. cum conditione, quod Episcopus in locis vnitis iurisdictionem, vel per se ipsum, vel Vicarium Generalem teneretur exercere, quia nunquam fuit probata, vt inter easdemmet Partes fuit decisum *d. die 28. Iunij 1619 coram Sacrato § non obstat. et coram* R. P. D. *meo Verospio dicta decis. §. neque vrgere*.

Minus obstant Vicarij Generalis deputatio in Archidiaconatu Calataiubij aliquoties subsecuta, & appellationes ad Metropolitanum Cæsaraugustanum factæ; quia ex illa deputatione Vicarij vti actu meræ facultatis, nullum ius, nec possessio fuit
4 Decano Calataiubij, eiusque litis consortibus acquisitum; Et regulariter à Vicario non datur appellatio ad Episcopum, cum Vicarius nomine E-
5 piscopi constituat vnum, & idem Tribunal, quæ omnia resoluta fuerunt penes *Verall. d. decis. 306 nu. 3. coram Sacrato §. vltimo,& coram R.P.D. meo Verospio §. neq; poterit obesse*.

Neque placuit Dominis annuere petitæ dilationi, ad probandum etiam ex causa mortis Episcopi Tirasonen., quia, vt responsum est, cum sit excitata prætensio, & inchoata causa olim à sæculo coram Achille de Grassis anno 1556. & modernus Episcopus iam resideat super septem menses, quo tempore nihil actum apparet, creditum quoque est nihil agendum.

Et ità &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Fulginaten Fideicommissi.

Lunæ 14. Martij 1661.

ARGVMENTVM.

Retentio bonorum hæreditariorum hæredis grauati pro reintegratione fideicommissi ad sui fauorem ex capite illiquiditatis crediti, & incertitudinis status hæreditatis an competat fideicommissario.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publicum rem liquidam, & euidentem inducit.*
2 *De Instrumento sicut de lege iudicandum est.*
3 *Competit retentio ex capite liquidationis crediti, secus è contra.*
4 *Instrumentum continens simplicem, & genericam assertionem bonorum ad liquiditatem non infert.*
5 *Limita si desumptis aliunde adminiculis veritas deprehendatur nisi contrarium probetur.*
6 *Translatio tutta inter partes firmat statum hæreditatis.*
7 *Defalcationes maiores, & minores fieri solent iuxta debitè quantitatem.*
8 *Ex actionis rationem grauatus reddere tenetur.*
9 *Ex omissione inuentarij confusæ dicuntur actiones.*
10 *Satisfactione data cessat retentio.*
11 *Minor factus maior inuentarium conficere tenetur.*
12 *Cohæres erga cohæredem inuentarium conficere nō tenetur.*

DECISIO LXXIII.

Ex capite illiquiditatis crediti, & incertitudinis status hæreditatis Io: Martini fideicommittentis, resolutum fuit 7. Iunij proximè præteriti, non competere Flaminiæ, & alijs sororibus, retentionem bonorum hæreditariorum Rodulphi hæredis grauati pro reintegratione fideicommissi ad ipsarum fauorem iuxta antecedentes resolutiones sub die 27. Martij 1658 & prima Martij 1660 emanatas purificati. A qua resolutione ex nouiter in facto deductis DD recesserunt, & dixerunt competere petitam retentionem Siquidè volentes fratres de Roncallis legitimam eis de iure debitam à bonis dicti Ioannis Martini eorum Patris, & fideicommittentis separare, præuia enuociatiua plurium Instrumentorum, quatuor ex dd. fratribus, & vnus eorum vti etiam Procurator Petri, & Rodulphi aliorum fratrum vnanimiter, & medio iuramento affirmarunt, vniuersam illius hæreditatem ascendere ad libr. 275000 qua confessione attenta; visisq; & consideratis per Iudicem dd. Instrumentis in actis coram se exhibitis, causaq; cognita, legitimam assignauit quoad bona ibi expressa, non comprehensis bonis Bergomi existentibus, & fideicommisso etiam subiectis, & super dicta assignatione publicum fuit confectum Instrumentum, quod etiam à dicto Rodulpho fuit ratifica-
1 tum, eo vtendo, vt in *dicto summario dato d. die decisionis nu. 9.* quod adeò rem liquidam, & euidentem inducit, *Bald in l quoties C. de Iudic Alex. in l interest in v. lt notab. C. de solut. et in cons. 119. nu. 5. lib. 2. et cons. 135. n. 5. lib. 6. Soccin. cons. 89. num. 17. lib. 1* vt non indigeat alia discussione, sed
2 de eo vti de casu legis iudicari debeat, *idem Bald. in l. Imperator col. 4. ff. de stat. hom. et in cons. 233. lib. 1. Modern. de consib. quæst. 43. nu. 8. cum seq. Rot. apud eumdem decis. 125 nu. 10. decis. 133. n. 6. et 179 nu. 2.* & consequenter ex partium confessione ibi emissa liquidò constat de statu hæreditatis, & credito mulierum, eisque proindè competit retentio, quæ sicuti denegatur vbi creditum est illiquidum ex allegatis *in alia decis §. censuerunt tamen Domini*, ita è contra concedi debet, quan-
3 do est liquidum *l. prætensionem C. de vsur. l. creditor in princ. ff. qui pot. in pign. hab.* Gratian. *discept.*

479. nu. 12. *Cyriac. controu. 189. num. 39. & sub num. 42. verf. Vndè obiectum, Rot. coram s. m. Greg. XV. decis. 314. n. 3. Caualer. decis. 539. nu. 5. & 6. & post Merlin. de pignor. decis. 157. nu. 5.*

Non obstat, quod præfatum Instrumentum non nisi simplicē, & genericam assertionem contineat,
4 ex qua ad liquidationem inferri non possit, quoniam ex pluribus Instrumentis solidationum computorum, alienationum, cessionum, & diuisionum inter ipsos fratres stipulatis de nouo productis, & in eo enunciatis, satis depræhenditur veritas assertionis, statusq; hæreditatis remanet, vt supra firmatus, nisi concludentèr de contrario doceatur,
5 *Bald. in dicta l. Imperator in princ. Valensuol. conf. 27. nu. 23. & 24. Cyriac. controu. 263. num. 4. Rot.*
6 *decis. 390. nu. 17. p. 4. tom. 2. rec.* Eamq; præcipuè comprobat transactio inita inter Petrum hæredem Decij alterius ex filijs dicti D. Io: Martini super restitutione ratæ patris fideicommissi, in qua hic scut. 4500. cuilibet soluit, quæ quinquies iuxta numerum filiorum tunc superuiuentium multiplicata, additaq; legitima, portio Decij in totum ascendebat ad scut. 45000 ad quam rationem, cumulatis portionibus aliorum quinque fratrum, fit summa scut. 27000. non refragante summa deficiente vsq; ad integram scut. 275000. vel inter fratres ad effugien. lites condonata, & ideò visus fuit in omnibus iustificatus status totius assis ad effectum, vt non possit denegari retentio bonorum Rodulphi hæreditariorum, vel quia bona fideicommissaria distraxit, vel quia de illis ratio non redditur, ostendendo illa extare, vel sine eius culpa perijsse *Cyriac. contr. 5 nu. 22. 29. verf. Posterior verò inspectio, & nu. 30 Peregr. conf. 35 nu 11. lib. 3.* quem sequuta fuit *Rota in decis. relatis in princ. decis.*

Non officit, quod in liquidanda hæreditate sint compræhensa, & computata nomina debitorum pro scutis 15752.61., quæ tanti non valent, quia ex eo cessat obiectum, quod facta fuit defalcatio ad rationem scutorum 22. & medium pro quolibet centenario, & cum huiusmodi defalco fuit à Rodulpho empta rata Hieronymo obuenta, ex quo efficax insurgit coniectura, quod illa detracta, cætera essent exigibilia, defalcationes enim maio-
7 res, & minores fieri solent iuxta debiti quantitatem, vt dixit *Rota in decis. 388. nu. 7. p. 4. tom. 2. rec.* Eoq; magis quia pro eorum parte exactio iustificatur, & de alijs ratio non redditur, prout gra-
8 uatus de illis reddere tenetur, *Cranett. conf. 295. in fin. Escobar. de ratiocin. cap. 3. nu 14. Capic. latr. consult. 13. nu. 29 lib 1. Randen. decis. Pisana 22. nu. 59. Card. Caualer. decis. 70. num. 1.*

Non obstat, quod Franciscus, & Octauianus auctores mulierum adiuerint hæreditatem Rodulphi patris obligatam ad reintegrationem fideicommissi absq; Inuentario, ex qua omissione con-
9 fusæ dicebantur actiones ob præsumptam existentiam aliorum bonorum ex quibus potuerint satisfieri de credito modo petito, & satisfactione da-
10 ta cessat retentio ex allegatis *in dicto §. In quam sententiam*; nam omisso, quod etiam Hieronymus collitigans, & de prætermissione Inuentarij opponens nedum est Rodulphi hæres, & in simili confectione defecit, cum tamen saltem factus ma-
11 ior illud conficere teneretur *bo. me. Coccin. decis 59. nu. 6.* & proindè non possit dictum defectum alijs cohæredibus obijcere *Rot. decis 519. n. 4. p. 4.*
12 *diuers.* cum cohæres erga cohæredem illud conficere non teneatur, *Porcellin. de Inuent. cap. vlt. n. 17. inter tract. tom. 8. p. 2. fol. 154. Montical. eodem tract. cap. 9. nu. 468. dicto tom. 8. p. 2. fol. 235* sed etiam est hæres eorumdem Francisci, & Octauiani, qui sicuti, si viuerent, de huiusmodi defectu dare non possent, ita nec ipse ab eis causam habet *Rot. coram Penia decis. 974. nu. 5. Add. ad decis. 1. n. 72. p. 8. rec.* Cum ex declaratione facta per eumdem Rodulphum, relata in hodierno *summario mulierum nu. 11.* mobilia omnia ad vxorem Vsufructuariam relictam spectarent, nullaque adducatur alienatio bonorum, cessit omnis occultationis, & satisfactionis præsumptio, & ideò sola omissio Inuentarij non impedit, quin hæres deducat suum creditum aliundè liquidum, & pro eo detur retentio *Castrens. in l. si ita tamen §. si ex Trebell. ff. ad Trebell. Bald in l. debitori num. 4. C. de pact. vbi Alciat. nu. 12. Cranett. conf. 144. nu. 5. Soccin. Iun. conf 179. num. 2. Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 8. num. 15. Rota coram Eminentiss. D. Card. Otthob. decis. 235. nu. 3. In Romana fideicommissi de Marianis 7 Iunij 1650. §. Quæ verò coram Reuerendiss. Terraconen. & in Maceraten Hæreditatis 18 Febr. 1656. § neq; ex sola. Coram Reuerendiss. D. meo Verospio ....*

Nec visum fuit posse retentionem impediri, ac creditum mulierum illiquidum reddi ex retrouenditionibus censuum, & exactione pecuniarum, tam ex Monte Pietatis, quàm ab illis debitoribus hæreditarijs, nam quoad censum scutorum mille per Communitatem Meuaniæ restitutum, ex eodem Instrumento apparet, pecunias peruenisse ad manus matris, & Tutoris, cum pecunijs alterius census habitis à Communitate Assisij fuerit creatus alius census similis summæ cum Iulio Goga. Respectu verò pecuniarum exactarum à Sac. Monte Pietatis, quoad ratam, quæ forsan poterat spectare ad hæreditatem Rodulphi, pariter apparet inuestita in locis Montium vacabilium, & quantum ad scuta 300. liquet exacta fuisse à Iosino omnium filiorum Procuratore, & ab illis omnibus, ac ipsomet Hieronymo quietantia facta à Iosino fuit ratificata, & proinde ad debitum Francisci adscribi non debet ad effectum impediendi retentionem. Prout nec illa potest retardari ex eo, quod à Rodulpho quædam officia empta fuerint in personis Claudij, & aliorum filiorum, nam cum fuerit reseruata dispositio ad ipsius fauorem per obitum dd. filiorum cesserunt in damnum ipsius ementis, non autem in diminutionem crediti eius filiorum *iux decis. Buratt. 863. per tot.*

Et ita cum status hæreditatis ex hodie in facto iustificatis appareat certus in summa expressa, & de distractione bonorum facta per Rodulphum dubitari non possit, & de alijs ratio non reddatur, meritò fuit per DD. à decisis recessum, & firmatum competere retentionem, Vtraque parte informante &c.



R.P.D.

R. P. D. V E R O S P I O.

Romana Cambij.

Mercurij 23. Martij 1661.

A R G V M E N T V M.

QVando locus non sit compensationi? Ex socio particulari non obligatur consocius nisi in ijs, quæ societas cantat. Et societate soluta nullo modo obligatur.

S V M M A R I V M.

1 *Restitutio pecuniæ solutæ sub conditione eamdem reddendi si & quatenus iam fuisset exacta, non est facienda non docto de dicta exactione.*
2 *Societas contracta in expressis & futuris, non expressa, & præterita non comprehendit.*
3 *Solutio pecuniæ societati non debita si fiat socio alterum socium non obligat.*
4 *Societate dissoluta nequit solui vni socio pro alio.*
5 *Societatis dissolutio non est intimanda soluenti vbi in instrumento societatis fuit reseruata facultas vni ex socijs eam soluendi ad placitum.*
6 *Societatis solutio est intimanda solum quando Mercatores sub fide Epistolæ decipi possunt.*
7 *Epistola, etsi tertio conscripta facit plenum gradum probationis contra scribentem; quia de iure Canonico habetur pro confessione saltem extraiudiciali.*
8 *Solutio facta alicui, vt Ministro creditoris non prodest soluenti vbi qualitas ministri non docetur.*

D E C I S I O LXXIV.

PEtrus Lauretanus ab Antonio Francisco Farsetto pulsatus pro Cambio scutor. 542., nec non fructibus decursis, & eo fundamento, decisionem coram me fauorabilem obtinuit, quod alterius virtute contractus coæqualem summam ipse poterat à Farsetto exigere, super quo, iterum proposito dubio, DD. censuerunt decisionis vires omninò corruere.

Siquidem creditum Lauretani, cum quoad inanes circuitus euitandos, cambia debuissent compensationem admittere, ex nouiter deductis, non visum fuit posse subsistere; Licèt enim Farsettus vti Apostolicæ Secretariæ Depositarius scuta 542. à Lauretano receperit sub conuentione expressa restituendi ipsi tantumdem in casu, quo quantitas hæc ab ipsius Ministris exacta foret, exindè tamen non valet Farsettus pro restitutione compelli, dum solutionis, iteratæ conditio adhuc com-
1 probata non fuit, vt notat Bart. *in l. cum de indebito 25. nu. 4. & 5. ff de probat Alex. cons 83 n. 1. lib. 1. Rot. coram bo. me. Merlin. decis. 26. num. 9.* & in terminis similis pacti in *Terracinen pecuniaria 14. Maij 1655. in §. Iustitia verò cum seq. coram R. P. D. meo Priolo.*

Neque exactio à Prospero Pauia Farsetti Consocio perhabita Lauretano poterit suffragari, siquidem societas inter ipsos conuincitur contracta super R. C. Apostolicæ Depositaria, nec non super alijs communi nomine in futurum expediendis, quarum appellationem Secretaria Apostolica Farsetto per annum ante collata nequit includi, vt
2 notat Alciat. *in l. verbum oportebit nu. 6 de verb. signif.* Bero *cons. 53. n 21 lib p.* Menoch. *cons. 97. num. 68. Rot. in Bonon. fideicommissi 5. Maij anni præteriti in §. Hinc obesse, vers: vel quia illud coram me.* Adeòq; cum creditum non competeret societati solutio per Pauiam recepta, Lauretanum soluentem non reddidit immunem, vt tra-
3 dit *Alex. cons. 186. nu. 3. & 4. lib. 2. Rot. Genuen. decis. 26. num. 29.*

Prætereà licèt sub apoca societatis Secretaria inclusa foret, attamen Lauretanus controuersam summam Pauiæ non poterat consignare, ex quo à Farsetto per annum ante solutionem dissoluta fue-
4 rat ipsa societas, vt admittit *Magon. decis. Florent. 105. num. 5. & 6.*

Nec vrget, quod dissolutæ societatis intimatio non præcesserit. Dum enim in ipsamet apoca societatis in publico Archiuio dimissa, Farsettus facultatem sibi ad libitum eam dissoluendi reseruauerat, dissolutio non debuerat Lauretano notificari, sed ipse potius tenebatur exquirere, an facul-
5 tate legitima exactor ipse polleret, vt admittit *Castr. cons 104. lib. 1. Gomez. var. tom 2. cap. 4. de societ. n 6 vers. Item etiam* quidquid dicendum foret in terminis societatis absque temporis præfixione, mediante littera speciali Mercatoribus intimata, sic enim ne ijdem Mercatores sub fide epistolæ decipiantur, dissolutionis intimatio exigitur,
6 vt distinguendo casum vtrumque dicit *Rot in Romana societatis de Rotignis* 10. *Febr. 1648. coram Reuerendiss. Terracinen & 31. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Bourlemont.*

Animaduertebant denique DD. solutionem à Pauia fuisse receptam, non vti socio, sed tanquam Depositario, tunc temporis electo, prout ex epistola per Lauretanum conscripta conuincitur, ibi, (sotto li 2 del medemo mese il Sig Prospero Pauia mi scrisse, che li Secretarij Apostolici li haueuano conferito detta esigenza, che però douessi io farli la rimessa in sue mani, tanto del decorso, quanto di quello, che decorrerà, & in conformità di quest' ordine mandai li mesi à dietro scuti 600 che erano li medemi mandati li mesi adietro al Sig. Farsetti.) Quæ sanè epistola, licèt tertio conscripta, plenum probationis gradum contra Scribentem exinde constituit, quod ea pro confessione saltem extraiudiciali, de iure Canonico suffragante, de-
7 seruiat, vt in specie dixit *Rot. coram Put. decis 12. lib. 2 & in Viterbien. census 7. Iunij 1638. in §. 2. hæc ad fin. coram bo. me. Card. Hieronymo Verospio.*

Hinc pacto repetitionis in sui fauorem adiecto, Lauretanus iuuari non poterit, dum deficit qualitas ibidem requisita, quod scilicet exigens Farsetti
8 minister existeret, *Bec. cons. 62. nu. 5. Surd cons. 179. nu. 39. cum seqq. Caphal. cons. 256 nu. 67. & seqq. Rot. decis. 17. num. 26. p. 4. tom. 2. rec.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Mediolanen. Beneficiorum.

Lunæ 28. Martij 1661.

ARGVMENTVM.

AN & quando vnio beneficiorum locum habeat?

SVMMARIVM.

1 *Clausula* quoad legitimam *tribuit facultatem Iudici* ad quem *procedendi ad executionem quoties apparet esse locum.*
2 *Litteræ Apostolicæ in omnibus iustificatæ habent executionem paratam.*
3 *Sine præcisa necessitate, & vtilitate Ecclesiæ non potest ordinarius ad vnionem deuenire.*
4 *Amplia vt in numero quinto.*
5 *Potest ordinarius construere nouas Ecclesias, & ex defectu eleemosinarum vnire beneficia.*
6 *Vnio conceditur respectu Cathedralium, & Parochialium habentium tenues redditus.*
7 *Ex verbis intentio concedentis declaratur.*
8 *Vnio nulla est ipso iure: nulla etiam sine sententia.*
9 *Annullantur vniones factæ de reseruatis à Cardinalibus indultarijs.*
10 *Titulus exhibitus non æqualis titulo non sufficit ad impediendam immissionem.*
11 *Comprobata eius nullitate titulus reducitur ad non titulum.*
12 *Sub prætextu appellationis non denegatur immissio habenti subrogationem gratiosam.*
13 *Amplia vt num. 12.*
14 *Subrogatio gratiosa reddit vnionem posteriorem prouisione eorum, qui beneficia obtinuerunt.*
15 *Vnio facta Ecclesiæ incapaci sine causa, & solemnitatibus est de reseruatis.*
16 *Per vnionem nullam non est consumpta vacatio.*

DECISIO LXXV.

TRium Beneficiorum, quę à Sanctissimo obtinuit R. P. D Turrianus, gratiam esse iustificatam, sententia Rotali pronunciatum fuit, & causa appellationis interpositę à Fratribus Discalceatis B. M. de Concessia mihi commissa, cum clausula *Quo ad legitimam*; dubium proposui ad formam rescripti, & DD. censuerunt esse procedendũ ad executionem, quia eadem clausula tribuit hanc
1 facultatam Iudici ad quem, quoties apparet esse locum executioni, *Felin. in cap. super litteris 20. num. 10. vers. limita de rescript. Rot. decis. 61 n. 2. apud Postb. de manut.* Prout in pręsenti locum esse visum est DD., quia litteræ Apostolicæ in
2 omnibus sunt iustificatę, & proindè habent executionem paratam *c. si Capitulo §. Vbi glos. verb. exequat. de concess. præb. in 6, Rot. coram Pen. decis. 991. n. 4. & 8. Beneuentana Canonicatus 4. Maij 1654. coram Reuerendiss. D. Zarate in princ. & sæpè in alijs.*

Exceptio enim vnionis in priori instantia latè sublata fuit, erat enim nulla ex defectu pręcisę necessitatis, vel euidentis vtilitatis Ecclesię sine qua
3 non potest Ordinarius ad vnionem deuenire *c. exposuisti 33. de præb.* & notat ibi *Butr. & Zabarell. num. 2. Oldrad. cons. 216. num. 1. Lotter. de re Benefic. lib. pr. quæst. 28. nu. 147. Barbos. de offic. & potest. Episc. par. 3. alleg. 66. num. 105. & seq. Rot. decis. 294. nu. 6. par. 5. rec. & in Mediolanen. Cimiliarcatus 10. Martij 1645. coram bo. me. Peutingerio in princ.*

Et quamuis liceat Ordinarijs nouas construere Ecclesias pro veneratione Imaginum Beatissimę Virginis, & Sanctorum, quibus Populus frequenter accurrat, & pro huiusmodi constructione defectu
4 Elęemosinarum etiam vnire possint Beneficia, vt tradit *Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. nu. 79. Rot. decis. 133. num. 4. par. 2. diuers.*

Hoc tamen non conuenit casui nostro, siuè quia Ecclesia, de qua agitur, iam erat constructa, siuè etiam quia Cardinalis Montius sub diuersa, & ampliori structura eam voluit reędificare, vt efficeretur propria, prout vti talem eam deindè Patribus Discalceatis donauit, cum expressa reseruatione Dominij, & Patronatus, seu Iuris honorifici, *summar. D. Turriani num. 4. & 5.* Hoc enim stante, subsequens vnio Beneficiorum nulla rema-
5 net, & inualida, *iuxt. Text. in c. Apostolicos 12. q. 2. ad fin. & in c. Apostolicos 9. de donat.* vbi *Butr. n. 8. Abb. in c. ad Audientiam num. 12. de Eccles. ædificat. cum alijs alleg. in decis. huius causæ coram R. P. D. meo Celso 18. Maij 1658. & 10. Febr. 1659.* Prætextus autem deficientię Diuini Cultus in facto non subsistit, cum post primeuam Ecclesię cõstructionem ex Piorum elęemosinis factis anno 1623. semper per Parochum viciniorem, aliosq; Sacerdotes administrata fuerit, *eodem summ. nu. 2. & 3.*

Nec vigore Indulti a. m. Vrbani VIII. concessi Cardinali Montio substineri poterat, Tum quia est restrictum ab illa clausula, *Dummodò sint licita, & honesta*, & Decretis S. Concilij Tridentini minimè contraria; Ex cuius dispositione talis vnio pariter non conceditur, nisi respectu Cathedra-
6 lium, & Parochialium habentium tenues redditus, & in *cap. 15. sess. 24. de reform.* respectu præbendarum tenuium existentium in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, *Gratian. disc. 278. n. 33. Barbos. de vniuers. Iur. Eccl. lib. 3. cap. 16. nu. 31. Rot. decis. 565. num. 1. par. 2. rec., dicta Mediolanen. Cimiliarcatus §. Nec refragatur, & in decis. R. P. D. mei Celsi 31. Maij 1658. §. Vigore autem Concilij.*

Tum etiam quia in ea parte indulti, vbi expresse conceditur facultas vniendi Beneficia Ecclesijs, loquitur Pontifex de illis, quarum fabrica cæpta fuerat à Diuo Carolo, & non perfecta, vt constat ex verbis proœmialibus indulti, à quibus intentio concedentis benè declaratur *l. fin. ff. de hæ-*
7 *red. instituend. Surd. cons. 164. num. 32 cons. 240. num. 15. Rot. decis. 156. par. 5. rec. num. 5.* & tamen sufficeret, validitatem vnionis reddi turbidam ad effectum vt subrogationis gratiosę executio retardari non posset, *Rot. coram Coccin. dec. 225. num. 3., Duran. decis. 430. nn. 12. & in Toletana Beneficij 12. Nouembris 1658. coram Reuerendiss. D. Zarate §. fin.*

Nec subsistit, quod vnio veniat annullanda per Iu-
dicis sententiam, quia quidquid sit in vnione fa-
cta ex falsa causa, quoties, prout hic, facta fuit
sine causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis, nul-
8 la est ipso Iure, nec alia requiritur Iudicis senten-
tia, vt probant *Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu.
113. Lotter de re benef. lib. 1. quæst. 28. n. 146. &
seq.*, & distinguendo firmauit *Rot. in recent.
decis. 294. n. 6. & 7. par. 5.* Cumq; duo ex tribus
Beneficijs, de quibus agitur, vacauerint in mense
Apostolico, intrat etiam clara Const. s. m. Vrban.
9 VIII. 163., vbi annullantur vniones factę de re-
seruatis à Cardinalibus Indultarijs, siuè vigore In-
dulti, siuè ordinaria facultate.

Nec aduersatur, quod non sit locus executioni, ex
eo quod fratres ex titulo vnionis, & subsecuta pos-
sessione sint legitimi contradictores, & sic pro-
cessus ad viam ordinariam redactus fuerit, & per
tres conformes sit procedendum, Primo enim res-
ponsum fuit, quod titulus ab ipsis exhibitus non
est omninò æqualis titulo R.P.D. Turriani ad sub-
rogationem gratiosam obtinendam, quia licèt ab
eodem fonte proueniat, non tamen à pari proce-
10 dit, & sic non sufficit ad impediendam immissio-
nem, *Angel. de legitim. contr. dict. q. 15. art. 3. n.
34. & seq, Lotter. de re benef. lib 3 q. 13 nu. 75.,
Rot. coram Eminentiss. D Card. Ottbob. decis. 154.
n. 14. & 15., Lucana Canonicatus pr. Iulij 1647.
coram Reuerendiss. D. Tarraconen. §. & Petrum,
& in Auellina Canonicatus 27. Maij 1651. coram
Reuerendiss. D. meo Decano §. Quia & prædicta.*

Secundò placuit DD. responsio, quod non habet
locum appositio, stante inualiditate tituli ab ijs-
dem fratribus exhibiti, & in priori instantia ple-
nè discussi; Nam comprobata eius nullitate, ti-
tulus reducitur ad non titulum, & possessio habe-
11 tur pro vacua, ad effectum vt possidens non pos-
sit dici legitimus contradictor pro impedienda via
executiua, *Angel. d. tract. de legit. contrad. q. 7. n.
144.* plenissimè *Rot. d. decis. 154. n. 14. 15., & 36.
coram Eminentiss. Card. Ottbob. Melevitana Be-
neficij 25. Iunij 1649. § fin, & in Firmana Bene-
ficij 23. Maij 2653. §. vlt. coram bo. m. Bichio, & Ni-
cien. Prioratus pr. Iulij 1654 coram Reuerendiss. D.
Zarate. § Minusq;, & in Gerunden. Parochialis
3. Decembris proximi præteriti coram R. P. D. meo
Beuilaqua sub §. Cæterum ex eo*, & prius in pun-
cto *in Valentina Decanatus Iulij 1637. coram bo.
me. Coccin §. Quia fuit*; vbi quod sufficit, quod
possessor audiatur, & in iudicio executiuo titulus
eius discutiatur, & si talis appareat, vt in concur-
su cum prouiso Apostolico possideret, eius vi-
gore non esset concedenda immissio, sub præ-
12 textu appositionis denegari non debet immissio
habenti subrogationem gratiosam. Quod proce-
dit etiam stante clausula, dummodò, & amoto,
13 quia ex illis executor fit mixtus in procedendo
tantum, non autem in pronunciando, & exe-
quendo quando titulus possessoris detegitur nul-
lus, & inualidus, *Ancharan. cons. 297. n. 7. & 8.,
Rot. coram Pen. decis. 1453. n. 6. Canaler. decis. 278.
num. 8. & 9. decis. 225. nu. 22. par. 7. rec. & in Ci-
uitaten. Præsbyteratus 24. Martij 1645. coram Re-
uerendiss. D. meo Decano §. Et si quæ probaretur.*

Exceptio regulę de annali non releuat; licèt enim in
termino sex mensium Iudicium non instituerit
R. P. D. Turrianus, hoc tamen fratribus prodes-
se non potuit, dum titulus vnionis ab ipsis exhi-
bitus apparet nullus, & inualidus, & sic possessio
eius vigore capta, nulla remanet, & infecta ob de-
cretum irritans in Concilio appositum *Fælin. in c.
nonnulli nu. 22. vers. 2. conclusio de rescript. Lotter.
de re benef. lib. 2. q. 46. n. 64. Rot. in Mediolanen.
Cimiliarcatus 13. Maij 1645. coram bo. me. Peutin-
ting. § non igitur obstat; & in Valentina Rectoriæ
24. Maij 1647 coram bo. me. Bichio §. sed pro res-
ponsione.* Et subrogatio gratiosa operatur, vt vnio
censeatur posterior prouisione eorum, qui bene-
14 ficia obtinebant, *Rot. decis. 835. nu. pr. & 2. p. 4.
diuers.*

Quæ subrogatio perperam impugnatur, sub prætex-
tu quod cessante reseruatione Beneficiorum, non
detur subrogatio, sed potius noua prouisio cen-
seatur, quæ viam executiuam non indulget; nam
reseruatio deducitur ex eo quod vnio facta fuit Ec-
15 clesiæ Regularium incapaci, sine legitima causa,
& debitis solemnitatibus, contra dispositionē Sac.
Conc. Tridentini, & Beneficia ab Ordinarijs hoc
modo vnita, sunt ipso iure reseruata, vt tradit
*Gonz. ad reg. 8. glos. 51. n. 48. Garz. de benef. par.
5 cap. pr. num. 209. & seqq., Lotter. de re benef.
lib. 2. q. 30 nu. 4.* Vltra quod vacatio duorum ex
tribus Beneficijs contingit de mense Ianuarij, qui
est Apostolicus, & per vnionem nullam, & inua-
16 lidam non fuit consumpta vacatio, *Rot. decis. 559.
n. 32. par. 5. rec., d. Melevitana Beneficij 25. Iunij
1645 § Minus obstat coram bo. me. Bichio, & in
Melevitana Commendæ 19. Iunij 1654. coram
R. P. D. meo Verospio §. Et licèt.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PRIOLO.

Placentina bonorum.

Veneris prima Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

AN stante vltimo rescripto *de manutenendo quem de Iure* debeat mitti in possessionem, qui ex primo decreto fuit immissus, an vero appellans qui obtinuit rescriptum cum clausula sinè preiudicio.

SVMMARIVM.

1 *Bonum ius resultat ex fideicommisso purificato.*
2 *Denominatio bonorum facta in testamento probat bona fuisse testatoris de tempore mortis.*
3 *Amplia, vt hic num. 2.*
4 *Primogenitura, & fideicommissum iustificatur ex inuestitura.*
5 *Bona possessa à successoribus in ijsdem locis in quibus, per defunctum possidebantur præsumuntur hæreditaria.*
6 *Ex cursu temporis mutantur singulorum corporum qualitates particulares.*
7 *Identitas loci probatur per duas demonstrationes.*
8 *Sufficit constare identitatem corporis licèt fines noui dissimilentur antiquis.*
9 *Confessio contra confitentem plurimum vrget.*
10 *Cõtinuata possessio per primogenitum arguit bona subiecta primogenituræ.*

11 Re-

11 *Renunciatio restricta ad certa bona, ad alia non extenditur.*
12 *Vocati in fideicommisso post mortem alicuius agunt ex persona propria.*
13 *Bona descripta in inventario ab hærede tanquam subiecta fideicommisso praesumuntur esse talia.*
14 *Sola diversitas [illegible] non tollit [illegible] identitatem.*
15 *Dictio [illegible] excludit certam quantitatem, & [illegible] operatur augmentum in modico.*
16 *Excessus debet concludenter probari ab allegante.*
17 *Testator potest de bonis hæredis disponere sicuti de propriis.*
18 *Bona in mandato non expressa nisi sub [illegible] universali, [illegible] in actis eorum identitate, possunt particularizari [illegible] ex aequalitate.*
19 *Mandatum de manutenendo [illegible] in possessionem vigore sententiæ, cum [illegible] possessionem [illegible] translatam.*
20 *Clausula sine præiudicio in commissione appellationis apposita præservat exequutionem, & iurisdictionem Iudicis a quo.*
21 *Clausula cum facultate manutenendi quem de iure executioni [illegible] non potest retractare possessionem [illegible] apprehensam.*
22 *Impedit tantum executionem faciendam, non autem restitutionem [illegible] factam.*
23 *Quando [illegible] Rescribentem non fuerit habita [illegible] sententiæ executione, eadem vocatur.*
24 *Conditiones appositæ in sententia, ex quibus infertur adimplementum.*
25 *Pro [illegible] semper solet fieri interpretatio favorabilis.*

DECISIO LXXVI.

VIgore sententiarum Rotalium obtinuit Nicolaus Hieronymus mandatum de immittendo in possessione bonorum Fideicommissariorum Iosephi, & Nicolai seniorum, & stante rescripto in Commissione appellationis interpositæ à Paulo, & fratribus cum clausula *sine præiudicio*, adeptus fuit possessionem prædij nuncupati *della Casa de Gobbi, & Galamenti Roncti*; Verùm quia post modùm supervenerat aliud rescriptũ cum clausula *cum facultate manutenendi quem de iure*, Dubium propositum, An, & cui esset dandum mandatum de manutenendo; & Domini mandarunt, vt videretur de bono iure, etiam ad effectum manutentionis. Super quo hodie assumpta disputatione, ad fauorem eiusdem Nicolai, & Caroli fratris emanauit resolutio.

Eorum siquidem bonũ Ius resultat ex primogenituris & fideicommisso à Iosepho, & Nicolao senioribus institutis, quorum primum in totum, alterum verò pro duabus ex quinque partibus fuisse
1 purificatum per obitum Pauli iunioris sine filijs ad fauorem Nicolai Hieronymi, & fratris, concludunt sententiæ Rotales, & planè firmatur *in decisionibus in causa editis coram Reverendiss. Zarate Episcopo Segobien. die 16. Iunij 1653. &* 16. *Martij 1654. & subinde coram Reverendiss. Domino Cerro Decano 12. Februarij 1656.* quæ semper probant bonum Ius, vt dixit *Rot. decis. 223. n. 8. & decis. 237. n. 16. & seqq. part. 2. rec. coram Peutin. Episcopo Papien.*

Nec vllus fuit obstare defectus probationis identitatis bonorum, siquidem quoad Primogenituram Iosephi, in illa bonorum Ronceti nuncupati *la Gallina, siue la Casa de Gobbi*, in totum pertinentium 230. iustificatur Primogenitura supposita, non solum ex denominatione illorum facta ab ipso Iosepho in eius Testamento, per quam probari contra omnes successores bona fuisse Testatoris de
2 tempore eius obitus firmant *Bald. cons. 80. nu. 3. lib. 1. Decian. cons. 76. n. 16. lib. 3. Grabah. cons. 386. nu. 29. Peregr. de fideic. art. 44. nu. 29. Rot. in Fauentina bonorum 27. Iunij 1650. coram R. P.*
3 *D. meo Decano*; sed etiam ex transactione inita inter Camillam filiam Bartholi hæredis grauati, & Clementem, cui tanquam primogenito fuerunt eadem bona in vim Testamenti ipsius Iosephi fuerunt assignata, vna cum alijs petijs terrarum sub proprietate Ecclesiæ S. Eustachij loci Momeliani iuxta tradita per *Bald. cons. 80. nu. 2. lib. 1. [illegible] cons. 201. sub nu. 8. ex dixit. Rot. in Fideicommissi Castelli 11. Decembris 1615. coram Pamphilio, & decis. 262. nu. 1. coram [illegible].*
4 Prout etiam iustificatur ex illorum inuestitura eidem Clementi facta per Rectorem d. Ecclesiæ, *Peir. de Fideic. quæst. 17. art. 31. & Dan. Fulan. de Iudic. in quæst. 618. nu. 4. Rot. in Romana fideicommissi de Victorijs 13. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Decano, & in decis. 16. Iunij 1653. coram Reuerendiss. Segobien.* nec non ex libro zilium, & solutione Canonis facta per Clementem Rectori eiusdem Ecclesiæ, ac vlterius ex confessione eorumdem Pauli, & fratrum auctorum, Petri, Galparis, ac illius Galparis in Instrumento possessionis, & cessionis dictorum bonorum tanquam subiectorum dictæ Primogenituræ, quæ huiusmodi possessa à successoribus in eisdem locis, in quibus per Iacobum defunctum possidebantur, præsumuntur
5 hæreditaria, eiusque Primogenituræ subiecta, *Fulgos. cons. 145. nu. 2. & Molin. cons. 704. nu. 8. [illegible] Peregrin. cons. 35. nu. 12. [illegible] Rot. coram [illegible] decis. 575. nu. 9. coram [illegible] decis. 77. [illegible] in dicta Fauentina Bonorum coram R. P. D. meo Decano.*

Nec refert, quod idem Prædium tam in Instrumento transactionis, quàm Inuestituræ fuerit descriptum in pluribus corporibus distinctos habentibus confines, & demonstrationes particulares, in Instrumento autem Possessionis captæ vigore mandati Rotalis reperiatur descriptum in vno corpore, quoniam cum in ipsa transactione, & inuestitura concurrant confinia posita in Instrumento possessionis, vt apparet ex eo, quod in transactione verificantur confinia quoad vocabulum Roncti, ibi, (le infrascritte pezze di Terra di Roncetto,) & quoad vocabulum (la Casa de Gobbi,) ibi, (la Casina della Casa de Gobbi,) quemadmodum etiam in Inuestitura, ibi, (de bonis alias sitis in Territorio Momeliani, & nunc in Territorio Roncti,) & ibi (quæ posita sunt in Territorio Momeliani prædicto,) vbi dicitur ad domum Gobbi, sicuti verificantur confinia quoad flumen Tarronis, & bona Gulielmi [illegible] (de vna petia terræ posita in dicto Territorio &c.) cui cohæret ab vno Strata, per viam qua itur ad [illegible], quamuis itaque identitas situs remaneat iustificata, non attenta diuersitate circa situs, & qualitates
6 particulares singulorum corporum ex cursu temporis mutantur, *Decian. cons. 17. nu. 14. & seqq. lib. 3. Rot. in Romana devolutionis 28. Maij 1625.*
7 *coram Bichio, & in rec. decis. 79. nu. 5. & 6.* cum tamen

tamen ad hunc effectum duæ demonstrationes sufficiant *Bart. in l. demonstratio falsa num. 14. ff. de condit. & demonstr. & latè Dec. dicto cons. 17. n. 8. cum seqq. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 12. n. 25. & seqq. Rot. decis. 205. nu. 15. p. 8. rec. & nu. 17.*
8 vbi quod sufficit, quod constet de identitate corporis, quamuis finea noui cum antiquis non conuenlant, idemque comprobat *Natt. cons. 235. sub nu. 15.*

Coadiuuat hanc probationem, quod prædium in eodem numero pertic. 298. deprahenditur fuisse descriptum in Instrumento transactionis, prout in libro æstimi, ac in Instrumento cessionis bonorum, quam fecerunt Paulus, & fratres Patri Gaspari, qui asserunt, quod dictum prædium ad ipsum, & fratres spectabat, & pertinebat vigore primogenituræ non solum Nicolai, sed aliorum de Ferrarijs eorum maiorum, quæ confessio contra ipsum confitentem plurimum vrget ad præsumen-
9 dum bona prædicta esse eadem possessa per Iosephum, *Ruin. cons. 128. num. 16 lib. 2. Marescott. var. resol. lib. 1. num. 53. Rot. coram Merlin. decis. 262. nu. 8. vers. demum. in Bonon. fideicommissi de Amorinis 4. Aprilis 1650. coram Reuerendiss. Papien.* concurrente præsertim continuata possessione eorumdem bonorum de primogenito in pri-
10 mogenitum, vt aduertit *Bart. cons. 235. num. 17.* & dixit *Rot. decis. 374. num. 23. coram Merlino in rec. decis. 87. nu. 12. & 13. p. 5. & in Bonon fideicommissi de Nascentorijs 15. Aprilis 1644. coram Reuerendiss. Royas Archiepiscopo Tarraconen.*

Obiectum verò, quod Clemens renunciauerit primogenituræ, & fideicommisso Iosephi, vt deducebatur ex instrumento transactionis initæ vsq; de anno 1580. inter ipsum Clementem, Camillam. Alphonsum, Nicolaum, & fratres, cum pacto quod vnusquisq; de bonis posset ad libitum disponere, nullo modo subsistit. Nam ex lectura eiusdem Instrumenti, de quo *in summario responsionis pro Nicolao Hieronymo num. 1.* constat non fuisse renunciatum huic fideicommisso, & primogenituræ, sed alteri Primogenituræ Bartholi, ex fideicommisso Manfredi quoad illa tantum, bonaq; obuenerunt Camillæ valdè diuersa à bonis, de quibus agitur, obuentis in portione Clementis, & prouenientibus ex primogenitura, & fideicommisso Iosephi, & consequenter huiusmodi transactio, seù renunciatio tamquam determinata, & restri-
11 cta ad certa bona, ad alia extendi non debet per *Text. in l. si de certa C. de transact., Surd. cons. 418. nu. 11. & seqq., Rot. decis. 361. num. 5. p. 2. recent.* & hic relatis *coram Merlin. decis. 17 nu. 8.* Præterea dictus Clemens non potuisset per dictam transactionem, & renunciationem transferre, nisi ius, quod habebat in his bonis subiectis primogenituræ, & fideicommisso Iosephi, donec vixisset, non autem potuisset præiudicare Nicolao Hieronymo, & fratri, cum ipsi non sint hæredes illius, sed age-
12 bant ex persona propria vti vocati post eius mortem, *ad Text in l. si suspecta § final. ff. de inoff. testam., Natt. cons. 470. num. 12. & 13. Ruin. cons. 138. num. 17. lib. 2. cum alijs alleg. per Peregr. de fideic. art. 52. nu. 81.* & dixit *Rot. in Bonon. fideicommissi 28. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Celso.*

Respectu verò primogeniturarum, & fideicommissi Nicolai, qui alteram instituit super domibus, & ædificijs loci Roueti, & prædij nuncupati *la Cicera* ad fauorem Pauli, eiusq; filiorum, alteram super domo in loco Roueti, & prædio in vocabulo *la Casa de' Gobbi*, & fideicommissum ordinauit super prædio nuncupato *la Casa de Ratti*, nec non super petia terræ in vocabulario *Castagnano*, & super alia nuncupata *Bosco grosso*, ad fauorem eiusdem Pauli, probatio identitatis vltra illam generalem coniecturam, quod dum bona fuerunt possessa ab hæredibus in eodem loco, vbi d. Nicolaus, dum vixit, illa possidebat, eadem præsumuntur, etiamsi confinia non fuerint expressa, nisi intermediæ, & particulares acquisitiones probentur ex deductis, conuincitur ex inuentario facto à Paulo. & Alphonso hæredibus grauatis, in quo bona prædicta sunt descripta tanquam sub dd. duabus
13 primogenituris. & fideicommisso continentur, *Natt. cons. 231. nu. 15. Rot. decis. 407. num. 1. p. 2. rec. coram Merlin. decis. 236. nu. 2. in Bonon. fideicom. missi de Sanctis 17. Maij 1647. coram bo. me. Bichio,* cum alijs adductis *in decisione 16. Iunij 1653. in hac causa coram Reuerendiss. Segobien.*

Non obstat, quod in Inuentario asseratur prædium *della Cicera* perticarum 325. In Instrumento verò possessionis captæ per Nicolaum Hieronymum dicatur esse perticarum 340., nam hoc euenit, quia Nicolaus Testator grauauit Alphonsum tradere, & relaxare Paulo perticas, quas ipse possidebat adiacentes eidem prædio *summario impresso num. 2.*, quod propterea auctum fuit ad d. numerum perticarum 340. Idq; fassi sunt ipsi Pater Gaspar, & fratres in Instrumento possessionis de eodem prædio *dicto summario num. 10.* & in Instrumento supradictæ cessionis *summario nu. 7.* affirmantes vtrobique prædium *della Cicera* esse perticarum 340. & primogenituræ Nicolai suppositum, & nihilominus cum confinia, & demonstrationes concordent, sola diuersitas circa numerum
14 perticarum non inficit probationem identitatis *Petr. de fideic. quæst. 12. num. 1371. Rimin. Sen. cons. 429. num. 4. & seqq. lib. 3. Cephal. cons. 98. nu. 23. & 25. lib. 1.* cum alijs relatis per *Marescott. var. resolut. cap. 12. nn. 28. & 29 lib. 1.*

Ex eadem responsione tollitur obiectum, quod Casamentum Roueti in Inuentario fuerit descriptum in perticis 50. In Instrumento verò possessionis enunciatur pertic. 57., nam id quoque euenit quia illud, vt patet ex eodem Instrumento *summario num. 9.* diuisum fuit inter Alphonsum, & Paulum heredes, & vniuscuiusque portio, scilicet illa obuenta Paulo in perticis 31. & altera Alphonsi pertic. 30. reperitur separatim descripta, & licèt adhuc dictum Prædium non sit perticarum 57., vt habetur in dicto Instrumento possessionis, sed perticarum in totum 61., tamen cum in eodem Instrumento addita fuerit dictio, *circiter*, ista numerum perticarum extendit ad illas tres perticas, quæ deficiunt, dictio enim huiusmodi excludit certam quantitatem, & operatur, vt fieri possit augmen-
15 tum in modico *iuxt. glos. in cap. 1. § penult. verb. circa de offic. ordin. in 6. Rot. decis. 653. nu 2. in fin. p. 2. rec., & in Bonon fideicommissi de Amorinis 4. Aprilis 1650. coram Reuerendiss. Papien.*

Hinc constat, quod executio, & possessio, quam cepit Nicolaus Hieronymus vigore mandati Rotalis, fuerit excessiua; nam excessus non præsumitur,

tur, sed plenè, & concludenter ab allegante pro-
16 bari debet *l. 2. ff. de probat. Posth. de subhast. inspect. 30. n. 16*, Rot. *in Terulen. beneficij 16. Febr. 1545. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Bonon. bonorum 5. Iulij 1649. coram eodem*, *in Romana Domus 24. Maij 1655. coram* R. P. D. *meo Albergato, & in Camerinen. pecuniaria 27. Febr. 1661. coram* R. P. D. *meo Celso*.

Nec talis probatio potest resultare ex eo, quod Nicolaus Testator aliqua ex eisdem bonis possideret in communi cum Alphonso, & Paulo hæredibus grauatis, quoniam cum Testator supposuerit fideicommisso, & primogenituris nedum bona propria, sed etiam bona hæreditaria, vt *dicto summario num. 2.*, ipsique acceptauerint dictam dispositionem describendo in Inuentario eadem bona vti subiecta dd. primogenituris, & fideicõmisso, *eodem summario nu. 9.* frustra opponitur ea non esse subiecta, cum defunctus possit de bonis hæredis dis-
17 ponere, sicut de proprijs *l. cum vnum ex familia 69. §. fin. ff. de leg. 2. & tradit Capic. decis. 175. nu. 15. Cyriac. contr. 160. nu. 82. Grat. cap. 225. n. 77. Rot. decis. 19. nu. 1. & decis. 89. n. 2. p. 5. rec.* & latè firmatum fuit *in Romana legati 26. Iunij 1652. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Bononien. Primogenituræ 26. Maij 1656. coram bo. me. Bichio*.

Minus ex eo, quod in mandato Rotali non fuerit expressum prædium *della Casa de Gobbi*, neque
18 pars Casamenti de Roneto, quia cum mandatum contineat immissionem in omnibus bonis, illa potuerunt exprimi in executione, dum identitas iam fuerat iustificata in actis, Rot. *decis. 161. n. 3. in fine p. 2. & in Reatina successionis 28. Iunij 1640. coram bo. me. Peutingerio, & in Colonien. legitimitatis 13. Maij 1658. coram Verospij f. fed. hunc prætereà*.

Prædictis, vt supra probatis, Domini dixerunt dandum esse Nicolao Hieronymo, & Carolo fratri
19 mandatum de manutenendo, quia constat de eorum possessione apprehensa vigore sententiæ, & mandati Rotalis *dicto summario nu. 9.* quæ propterea est manutenibilis, cum Iudex priuet possessione, illamque transferat in immissum *l. iustè possidet ff. de acquir. poss. Ang. in l. clam possidere §. qui ad nundinas nu. 2. in fin. ibique Ias. nu. 20. ff. eod. Rot. decis. 305. nu. 1. & 2. p. 6. rec. in Bonon. attentatorum 27. Iunij 1757. coram* R. P. D. *meo Celso*.

Nec vrget, quod causa esset appellabilis, quia cum in commissione appellationis signatura Iu-
20 stitiæ rescripserit cum clausula *sine præiudicio*, per illam fuit præseruata executio, & iurisdictio Iudicis à quo, *Lancell. de attent. post inhib. cap. 20. limit. 13 nu. 17. Rot. coram S. M. Greg. decis. 232. nu. 1. ibique Add. nu. 4. in rec. decis. 416. nu. 2. p. 5. & in Romana Palatij 4. Maij 1645. coram Reuer. D. meo Decano, & Romana Societatis de Rogguis 3. Decembris 1660. coram* R. P. D. *meo Albergato*.

Parum referente, quod postmodum eadem Signatura rescripserit cum clausula cum facultate manutenendi quem de iure, nam cum executio
21 iam esset consummata, non potest retractari in præiudicium possessionis apprehensæ, vt *dicit Rota decis. 305. num 4. & seqq. p. 6. rec.* & firmatum fuit *in decis. huiust causa 30. Maij 1659. coram meo* ...

Talis enim clausula impedit tantũ executionem faciendam, non autem retractat, & annullat iam
22 factam, Rot. *decis. 305. nu. 15. & seqq. p. 6. rec. & in Aueniouen. Attentatorum 10. Iunij 1640. coram bo. me. Bichio, in Reginen. attentatorum 12. Decembris 1653. coram Reuerendiss. D. meo Decano*; Præcipuè quia hæc omnia fuerunt ex aduerso exposita in commissione porrecta in plena Signatura, & petita circũscriptio executionis, & nihilominus signatura noluit rescribere nisi cum clausula *cum facultate manutenendi quem de iure*, signum, eui-
23 dens, quod huiusmodi executionem non habuit pro attentata, vt in *d. decis. 305. num. 17. & seqq. p. 6. rec. & coram Buratt. decis. 88. nu. 1. & 2.*

Quod demum obijciebatur de defectu implementi conditionis contentæ in mandato Rotali; vt scilicet Nicolaus Hieronymus, & Carolus prius dimitterent portiones prouenientes ex dicto fideicommisso, & hæreditate Nicolai, & spectantes ad Paulum, & fratres, quia non impleta non potest
24 dici translata possessio; Visum fuit DD. non releuare, ex quo apparet de illius implemento in ipso actu executionis per declarationem, quod ijdem Nicolaus Hieronymus, & Carolus d. possessionem bonorum liberè dimittebant, adeò quod possunt Paulus, & fratres prædicti capere possessionem dictæ portionis dimissæ, vt in *summario num. 8.*, dimissio verò, quæ dicitur facta per 18. menses post executionem fuit de medietate portionis domus, vt patet ex *summario P. Gasparis nu. 5.* quæ ex necessario antecedenti præsumit dimissionem possessionis pro medietate eiusdem domus ad formam mandati Rotalis quod argumentum est validum in iure, maximè ad sustinendum actum, pro quo semper solet fieri interpretatio fauorabilis, vt dicit
25 *Rot. decis. 626. nu. 5. p. 3. rec. & coram Seraph decis. 776. nu. 1.* & quamuis non testificerint medietatem censuum ab ipsis extinctorum in summa librarum 8. m., tamen cum appareat ad manus hæreditariorum peruenisse totidem libras 18. m., & vltra ex pretio domus subiectæ eidem fideicommisso Nicolai, hæc quantitas præponderat pretium dd. censuum.

Et ita vtraque parte informante decisum &c.

R. P. D. PRIOLO.

Aueníonen. Transactionis.

Lunæ 24. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Transactio data dubietate, & incertitudine iuris substinetur etsi læsiua. Matrimonium ex quibus probetur. Filiatio ex quibus probetur prouenire ex legitimo quam ex Adulterino Viri accessu. Ex quibus probari debeat filiatio adulterina. An probetur ex legitimatione?

SVMMARIVM.

1 *Transactio super re dubia, & incerta valet*

2 *Matrimonium cum non habeat determinatam verborum formulam sufficienter contrahitur ex verbis quomodo vtriusque coniugis consensum importantibus.*

3 *Matrimonium non celebratur, sed contrahuntur sponsalia, etsi fuerit in instrumento adiectum verbum (cele-*

bratum; si tamen præcessit in principio instrumenti promissio contrahendi, & verba appellent matrimonium tantum de futuro.

4 *Contrarium sequitur quando cum contractu talia concurrunt, quæ interuenire non solent nisi ad matrimonium de præsenti, quia huiusmodi verba referuntur ad matrimonium de præsenti.*

5 *Tractatus præcedens arguit matrimonium inde fuisse secutum.*

6 *Matrimonium ex quibus inducatur.*

7 *Matrimonij unicum effectum filiationis probatur præsumptionibus.*

8 *Matrimonij validitatem non constituit Parochi interrogatio, sed eiusdem sola præsentia.*

9 *Verba in Instrumento matrimonij emanata quando censentur contrahentium potius quam Notarij.*

10 *Matrimonium sufficienter probatur ex publico Instrumento, & ex Testibus.*

11 *Parochus Viri non requiritur ad validitatem matrimonij, sed sufficit quilibet Presbiter data Vicarij licentia.*

12 *Parochus ex dispositione Sac. Conc. Tridenti debet habere librum in quo matrimonia adnotet, si tamen munere suo non satisfecerit, non ideo adimitur facultas probandi matrimonium aliunde.*

13 *Filiatio præsumitur ex coniugibus probatis, matrimonio eorumque cohabitatione de tempore conceptionis, non obstante quod ad mulierem adulter habuisset accessum.*

14 *Filius semper præsumitur ex matrimonio natus ubi possibilitas non obstat, & contrarium non probatur.*

15 *Filiatio an constituatur per tractationem, nominationem, & bla[illegible] legitimationem.*

16 *Præsumptiones quæ inducunt filiationem ad effectum alimentorum, non suffragantur ad effectum succedendi.*

17 *Filiationis ex matrimonio Præsumptio legalis tolli nequit nisi per probationem impotentiæ mariti, vel illius absentiæ de tempore conceptæ sobolis maxime ubi agitur de succedendo in bonis alterius quam nominantis, & n. 27.*

18 *Coniecturæ ex alijs validioribus posternuntur, & nullius redduntur momenti.*

19 *Filiales actus etsi præiudicare possent agnoscenti, Veritati tamen obesse nequeunt, nec sunt admittendi contra iuris præsumptionem, sed censenda sunt gesta ex errore, credulitate adulteri.*

20 *Legitimatio obtenta sub falsa expressione non releuat.*

21 *Legitimatio non valet nisi exprimatur illa qualitas quæ aliquam naturam comitabitur.*

22 *Matrimonium ubi consistere nequit, neque per immaginationem fingi potest.*

23 *Declaratio prætensi Patris cum quis eidem decessit plurimum confert ad veritatem.*

24 *Legitimatus propter clausulam sine præiudicio venientium ab intestato solitam apponi in legitimationibus excludere nequit legitimum heredem etsi præteritum; immo si ipse prætereatur nequit testamentum redarguere.*

25 *Clausula prædicta quid operetur.*

26 *Testes patientes exceptionem tam in dicto quam in personis non probant.*

28 *Immissio danda non est heredi substituto [illegible] ea viuente.*

DECISIO LXXVII.

DIssidebant inter se Henricus vti filius naturalis Henrici Senioris, & Franciscus à Rabeau super successione bonorum hæreditariorum tàm dicti Henrici, quàm Fideicommissariorum Francisci Aui pro portione obtienta dicto Henrico Seniori, sed lata sententia primò in partibus ad fauorem Francisci, deinde in Rota emanata decisione ad fauorem Henrici pro consequendis alimentis prouisionalibus ambo deuenerunt ad concordiam, in qua Henricus accepta obligatione sibi facta per Franciscum soluendi annua scuta [illegible] eius se renunciauit. Quam tamen concordiam, cum idē Henricus sub prætextu læsionis obtinuerit nullam declarari, sibique debitam esse successionem paternam, auitamque Fideicommissum Dubitaui in gradu appellationis an sententia Rotalis esset cōfirmanda, vel infirmanda, & DD. infirmandam esse responderunt.

Rota enim in prece lenti instantia mota fuit, quia ex probationibus tunc factis apparebat Henricum fuisse filium Henrici Senioris, & cōsequenter renunciationē paternæ hereditatis, & auiti Fideicommissi ab eodem factam pro annua præstatione scutorum dumtaxat 44. tamquam læsiuam sustineri non posse, vt latius in decisione sub die 2. Iunij 1657. [illegible] me Decano [illegible].

Nuper autem ex iuribus pro Francisco exhibitis prætensio filiationis visa fuit non solum dubia, & 1 incerta; Adeout ipse Henricus super ea potuerit validè transigere *iux. doctrin. Bald. in l. si mulier in fin. ff. de condit. causa dat. Rot. coram Merlin. decis. 163. n. 14. & in Perus. Fideicommissi de Rodolphis 14. Iunij 1658. coram Reuerendissimo D. meo Cerro Decano*, sed ulterius, quod ille natus fuit ex Catherina Cas[illegible] de tempore, quo erat matrimonio coniuncta cum Nicolao Poga. De matrimonio inter ipsos docetur fuit ex instrumento publico celebrato corā Parocho cum verba de præsenti *summ. [illegible] num. 1. ibi [illegible] D. Cofati celebrarunt dictum matrimonium per mutuam* 2 *donationem corporum*. Nam cum ad illum effectū non sit determinata certa formula verborum, sufficit quæuis modo constet de vtriusque coniugis consensu *c. sufficiat 27. qu. 2. Card. in clem. vnica num. 10. de consanguinitate & affin. Lep. vll. 41. 52. n. 17. Rot. decis. 74. sub num. 2. par. pr. & decis. 189. num. 4. p. 8. rec.*

Nec refert quod instrumentum in principio contineat promissionē contrahendi, & sic verbū illud *celebrarunt* referatur ad celebrationem sponsalium. Quoniam id procederet si verba essent, tantum apta 3 importare matrimonium de futuro, in quibus terminis loquitur *Carbo. controu. 131. num. 8. & seq.* secus cum matrimonium fuit celebratum ad præsentiam Parochi præuia licentia, & dispensatione Vicarij, quæ non requiruntur, nisi in celebratione matrimonij, tunc enim verba huiusmo-4 di referri nequeunt ad matrimonium de futuro, sed de præsenti *[illegible] despensal. Rot. coram [illegible] num. 2. & decis. 121. num. [illegible] in rec. decis. 89. num. 2. & 9. [illegible]* Iuncto quoque præce-5 denti tractatu, qui plurimum vrget ad præsumendum matrimonium fuisse contractum *Sanch. de matrim. lib. [illegible] n. 27. Nat. cons. 250. n. 3. lib. 4. & rec. decis. 73. nu. 2. p. 4.*

Corroboratur huiusmodi probatio ex testibus re-6 missorialibus *dic. sum. nu. 3.* deponentibus supradictos Nicolaum, & Catherinam se ad inuicem vti coniuges tractasse, & nominasse, & ita semper ab omnibus fuisse reputatos, & habitos, ac etiam, vti tales ab anno 1590. vsque ad annum 1598. insimul habitasse, quibus adstipulantur tres alij testes *eodem summ. n. 4.* quorum vnus deponit de cohabitatione ab anno 1591. alij verò ab anno 1593.

vsque

vsq; ad dictũ tempus, vnde licet non constaret de
matrimonio per instrumentum adhuc illud præ-
sumeretur, quia cum de eo non agatur principali-
ter, sed incidenter ad effectum filiationis satis est
7 præsumptiuè probari *ad tex. in l. vicinis C. de nupt.*
Gemin. cons. 27. nu. 7. Menoch. cons. 490. nu 9. &
seqq. Magon. dec. Lucens. 86. nu. 2. & 3. Rot. *decis.*
79. nu. 1. & 2. p. 1 diuers. & coram Seraph decis.
979. nu. 3. apud *Buratt. decis. 530. nu 13. apud Ca-*
ualer. decis. 79. nu. 1. & in Colonien. legitimitatis
15. Martij 1658. coram R. P. *D. Verospio.*

Minus refert, quod verba prædicta non videan-
tur prolata ad interrogationem Parochi, sed po-
tius esse verba Notarij. Nam vltra quod ad vali-
8 ditatem matrimonij non est necessaria talis inter-
rogatio, sed sola præsentia Parochi Rot *coram Se-*
raph. decis. 1094. nu. 5 & firmatum fuit *in Nea-*
politana matrimonij 13. Martij 1651. coram Emi-
nentiss. D. Cardinali Corrado, cùm Parochus vna
cum testibus in calce Instrumenti se subscripsit,
9 non censentur verba Notarij, sed partium, & ni-
hilominus sufficit matrimonium probari ex publi-
10 co instrumento, ac testibus vt respondit Rot. *in*
d. Colonien. legitimitatis, & in Rom. *seu Sabinen.*
fideicommissi 14. Aprilis 1660. coram R. P. D. *meo*
Verospio.

Cessat pariter aliud obiectum, quod non fuerit
adhibitus Parochus viri, neque matrimonium re-
11 gistratum in libro matrimoniali, siquidem attenta
licentia Vicarij potuit matrimonium coram alio
Parocho celebrari, immo quilibet Præsbyter erat
idoneus ex not. per *Barbos. ad collect.* *Concil. Sess.*
24. *cap. 1. de reformat. matr. num.* 105. & quamuis
Parochus ex dispositione eiusdem Concilij oblige-
tur retinere librum, & in eo matrimonia adnota-
re, non tamen inde adimitur facultas probandi ma-
12 trimonium aliundè per legitimas probationes, vt
declarauit *Rot. in Tullen. matrimonij 26. Iunij*
1648. *coram* Reuerendiss. *Tarraconen. & in decis.*
251. *nu.* 23. *cum seqq. corã* R. P. *D. Cardinali Ot-*
thobono.

Eoq; tempore sub figura dicti matrimonij Hen-
ricum fuisse conceptum, & natum ex Catherina
13 deponunt ijdem testes *summario num 5.* Vndè
esto, quod Henricus Senior habuisset ad eamdem
accessum tamen concurrentibus copulatiuè matri-
monio legitimè iustificato, & coniugum cohabita-
tione de tempore conceptionis præsumitur, quod
illa filium susceperit ex Nicolao marito, non au-
tem ex adultero, vt probat *tex in l. filium, vbi post*
glos. not. Bald. nu. 1. cum seqq. ff de his, qui sunt sui,
vel alie. iur. Quoties enim possibile est filium esse
14 natum ex matrimonio semper ita præsumitur, nisi
contrarium probetur *vulg. l. mil. § defuncto ff ad*
l. Iul. de adult. l. si vicinis ibiq; Bal. n. 3. C. de nupt.
cap. per tuas vbi Dec. nu. 6. de probat. Alex. cons.
88. *nu. 14 vers. præterea lib. 7. Socin. Sen. cons 85.*
nu. 40. lib. 2. Gozzad. cons. 12. nu. 1. Surd. cons 1.
nu. 45. Rot. *coram Buratt. decis. 721. nu 18. & 19.*
in rec. decis. 363. nu. 2. p. 5. alijsq; relatis in Bono-
nien fideicommissi de Victorijs 17. Maij 1655. et 8.
Februarij 1656. coram Reuerendiss. *Zarate Episco-*
po Segobien. in Rom. *seu Sabinen. fideicommissi 24.*
Maij 1658. coram R. P. *D. meo Beuilaqua confir-*
mata 14. Aprilis 1660. coram R. P. D. *Verospio, et*
in Romana *hæreditatis 16. eiusdem mensis, et anni*
coram R. P. D. *meo Celso.*

15 Et licet plura deducantur ad probandum eun-
dem Henricum esse filium Henrici Senioris, & si-
gnanter quod ille tractatus fuerit, nominatus, & bis
legitimatus filius ipsius, vt deducitur *in decis. hu-*
ius causæ edita cor. Eminentiss. D. *Cardinali Cor-*
rado sub die 28. Ianuarij 1647. Adhuc non suffra-
gantur, nam coniecturæ, & præsumptiones huius-
modi sufficiunt quidem vbi agitur de probanda
16 filiatione ad effectum alimentorum, sicuti ageba-
tur coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado; se-
cus ad effectum succedendi, vt præceteris declarat
Bald in cap. per tuas sub nu. 4. circ. medium de pro-
bat. & dixit R*ot. decis. 287. nu. 1. & 8. p. 1. & de-*
cis. 164. nu. 8 p 3. rec. coram Merlin. decis. 457. n.
4. et seqq & 658. num. 24 in Rom *hæreditatis 16.*
Aprilis 1660. & 19. Nouembris eiusdem anni coram
R. *P. D meo Celso.*

Multoque minus in bonis alterius quam nomi-
17 nantis, & agnoscentis in filium, quo casu ad tol-
lendam legalem illam præsumptionem filiatio pro-
bari debet, aut ex impotentia mariti, vel absentia
illius circa tempus conceptæ Sobolis *iux. text. in*
l. filium ff. de his, qui sunt sui vel alie iur. Dec. cons.
557 per tot. Natt. cons. 473. nu. 24. vers. ad con-
traria Pereg. cons. 16. num. 3. cum seqq. lib. 5. Rot.
decis. 164. nu. 3. & 4. p. 3. rec. coram Merlin. decis.
716. nu. 7. & 8. & in Firmana bonorum 23. Ianuarij
1647. coram Eminentiss. D. Cardinali Corrado, &
in Rom. *seu Sabinen fideicommissi 24. Maij 1658.*
coram R. *P. D. meo Beuilaqua.*

Cum præcipuè concurrat, quod idem Henricus
tractatus, & educatus fuit à Nicolao vti proprius
filius *summario nu. 6.* quodque illum consignauit
Nutrici ad lactandum cum solutione mercedis *sum-*
mario n. 7. et 8. Imò quod esset filius Nicolai non autẽ
filius Henrici Senioris deponunt testes partis ad-
uersæ *eodem summario nu. 10.* ex quibus fortius in-
18 erat præsumptio, quod ipse potius ex Nicolao,
quam Henrico susceptus fuerit, non obstantibus
coniecturis, quæ ex præmissis validioribus pro-
sternuntur, nulliusque remanent roboris, & mo-
menti, vt ex hac ratione adducit *Surd. decis. 83.*
nu. 21. Sperell decis. 174 nu. 42. et seqq. Rot. *de-*
cis. 167. nu. 16. p. 8 & dictum fuit in *Bononien fi-*
deicommissi de Victorijs 5. Maij 1653. coram Reue-
rendiss. Zarate, et in Rom. *filiationis 22 Iunij 1657.*
cor. R. *P. D. Verospio confirm. 20.* Februarij 1660.
coram mecum alijs in Rom. *hæreditatis 19. Nouem-*
bris eiusdem anni coram R. P. *D. meo Celso.*

Neque talis nominatio, & agnitio in Filium po-
test suffragari pro successione in bonis Henrici, qui
se gessit ad instar Patris, etenim, quidquid sit, an
actus filiales præiudicent agnoscenti, attamen ve-
ritati præiudicare non possunt, minusuè contra iu-
ris præsumptionem admitti, sed gesti præsumun-
19 tur ex erronea credulitate adulteri, quod filius es-
set ipsius *Dec. in c. per tuas nu. 8. de probat. Petr.*
de fideic. quæst. 12. nu. 261. Sperell. decis. 174. n. 94.
& seq. & dixit *Rot. coram Achill. de Grass. decis.*
vnica, qui fil. sint legit. Merlin. decis. 715. n. 8. vers.
hoc enim casu, & in decis. in Romana filiationis co-
ram R. P. D. *meo Verospio, & coram me editit.* Ex
eadem ratione non releuant legitimationes, cum
20 vtraque fuerit obtenta sub falsa expressione, quod
Henricus natus esset ex soluto, & soluta ex addu-
ctis

ctis per Oldrad. cons. 247. n 2. Lup. de illeg. comm.
3. § 4. nu. 6. In legitimatione enim exprimi de-
21 bet illa qualitas quę alterat naturam concubitus
vt tradit *Hostien. in c. fin. in fin. de fil. Presbyter.*
Rot. *decis. 2. & 4. eod. tit. in antiq. Fœlin. in cap.*
postulasti n. 2. declarat 3. de rescript. & ideo sicuti
inter Catherinam, & Henricum non poterat esse
22 veritas matrimonij; Ita neque poterat fingi per
imaginem vt inquit *Bocc. cons. 149. n. 6. lib 2 &*
firmavit. Rot. in Bononien. Fideic. Bartholomei de
Bologninis 8. Iunij 1648. *coram Reuerendiss. Terra-*
cinen.

Sed cessat difficultas tum quia Henricus qui ob-
tinuit huiusmodi legitimationem declarauit me-
dio iuramento id fecisse admeliororandum Henri-
ci Iun. conditionem in futuro matrimonio, non
autem animo agnoscendi illum in filium, subdens,
cum sit natus ex Nicolao Poge, & Catherina Iu-
galibus *vt in summ. n. 26.* Quę declaratio cùm sub
23 illa decesserit plurimum vrget ad excludendam
pretensam filiationem Rot. *coram Merlin. decis. 684.*
n. 20. & seq. & in Bononien. Fideic. de Victorijs 5.
Maij 1655. coram Reuerendiss. Zarate.

Tum etiam quia idem Henricus in vltimo Te-
stamento instituit heredem supranominatū Fran-
ciscum Nepotem, & ab intestato successurū pre-
24 terito Henrico asserto filio qui propterea nihil
potest pretendere propter clausulam sine preiudi-
cio venientium ab Intestato in legitimationibus
adiectam quę adimit legitimato facultatem reda-
guendi testamentum de nullitate ex causa preteri-
tionis *Ang. cons. 264. n. 3. Soccin Sen. cons. 41. n.*
8 lib. 3. Rot. coram S. M. Greg. XV. decis. 135. n.
7. cum seq. & in Rom. *locorum Montium 21. Iunij*
1660. coram R. P. D. meo Benilaqua. Et preser-
25 uat legitimis omnes successiones bonorum proue-
nientium ex Fideicommisso, & quacumque dis-
positione maiorum *Gabr. cons. 30. num. 30 lib. 1.*
Houded. cons. 64. n. 21. lib. 1. Peregr. de Fideic. art.
23. n. 65. & 77. & 87. & dixit Rot. *decis. 967. n 3.*
per tot. par. 1. rec.

Non obstant testes in contrarium examinati,
quia plures patiuntur exceptiones tam in dicto
26 quam in personis, & præsertim Margarita vxor
Henrici Senioris tamquam habens interesse, &
vbi etiam (addebant Domini) probaretur Hen-
cus filius præfati Henrici Senioris, adhue tamquā
adulterinus esset incapax totaliter hereditatis pa-
27 terne, & Auitæ vt plenè firmat *decis. in d.* Rom.
hæreditatis 29. Nouembris 1660. coram R. P. D.
meo Celso.

Vlteriùs ex altero fundamento venit infirman-
da sententia ex quo concedit immissionem Henri-
co Iuniori in vim penultimi testamenti Henrici
Senioris conditi de anno 1638. nam cùm in eodē
testamento esset instituta hæres Margarita vxor
28 ipsius Testatoris non potest adhuc ea viuente ei-
dem Henrico concedi immissio.

Et ita vtraq; parte informante resolutum fuit.



R. P. D. BOVRLEMONT.

Tiburtina donationis.

Luna 4. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

STatutum Romæ requirens certas solemnitates in contractibus minorum, & mulierum an habeat locum in donatione causa dotis? Matrimonium quando dicatur causa finalis, vel potius impulsiua Donationis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta à muliere non seruatis solemnitatibus Statutarus est nulla num. 1.*
2 *Donatio de sui natura est præiudicialis donanti num. 2.*
3 *In donatione mulieris verisimiliter præsumitur fraus n. 3. & 9. facilius in donatione magna quantitatis num. 4.*
5 *Statutum Vrbis non habet locum in donatione causa dotis, vel pia causa, num. 5. & 6. declara vt num. 7. 10. & 11.*
8 *Matrimonium quando dicatur causa finalis, vel impulsiua donationis num. 8. 9.*
12 *Donatio qua alias ob paupertatem sustineretur sine solemnitatibus corruit non facta mentione paupertatis num. 12.*
13 *Donatio præsumitur potius processisse ex coniunctione sanguinis, amore, & alijs causis expressis, quam ex paupertate non expressa num. 13.*
14 *Cognitio an consanguinei sint diffidentes, & an teneantur interuenire contractui mulieris nec ne spectat ad iudicem num. 14.*

DECISIO LXXVIII.

SEntentiam Rotalem, qua firmatum fuerat, dona-
tionem à Delia factam sustineri non posse ex de-
fectu solemnitatū, confirmandā censuerunt DD.

Validitas non controuertebatur, & iustitia
abūdè apparebat ex duabus decisionibus coram
R. P. D. meo Albergato emanatis; Contractum
enim donationis absq; interuentu proximiorum
celebratum, non seruata forma Statuti, quę pro
validitate actus erat omninò seruanda *Fenzon. ad*
Stat. Vrb. cap. 151. lib. 1. nu. 13 & seq. cum alijs
1 *ibidem relatis*, sustineri non posse passim respon-
dit Rota, *vt in decisionibus penes eumdem Fenzon.*
relatis in Annot. eiusdem cap. 151. fol. 338. nu. 1.
& in allegatis in prima decisione R. P. D. mei Al-
bergati in princ., cum maximè de sui natura dona-
tio damnum, & præiudicium donantis contineat,
Alban. cons 77. nu. 22. & cons. 100. nu. 5. Pic. ad
2 *Stat. Vrb. glos. 7. nu. 17. & Rota penes eumdem de-*
cis. 49. nu. 6. & coram Buratt. decis. 924. nu. 15. &
præsertim à muliere facta, in qua fraus verisimiliter
3 intercessisse creditur, vt consuluit ijdem *Alban.*
cons. 77. nu. 22., Rota decis. 102. nu. 8. p. 2 diu. eò
4 facilius, quia donatricem fuisse non modicę leui-
tatis apparet, vt deducitur *in prima decisione R. P.*
D. mei Albergati § considerabant, & in secunda in
princ.

Nec obstatē visum fuit obiectum denuò acriter
ab informantibus pro sororibus de Sebastianis ad-
ductum, quod uempè in donatione per Deliam fa-
cta non requirebantur solemnitates, ex quo pro-
cesserit

gesseris ex causis dotis dictorum sororum eò magis
attendeuda, quia inspecto earum Statu, sunt pau-
peres, sicque ex duplici priuilegio dotis, & piæ
causæ huiusmodi contractus à requisitis Statuti
solemnitatibus dici debuerit exemptus vt de do-
5 natione dotis contemplatione secuta tradit *Salicet.*
communiter receptus *in l. fin. n. 4. C. de iur. dot.*
Bald Nouell de dot. priuil. 47. *nu.* 48. *Negusant.*
de pign. p. 8. *membr.* 1. *nu.* 23 *Rot. decis.* 490. *nu.* 4.
p. 4. *rec. & coram S. M. Greg. decis.* 563. *nu.* 11. *&*
seq. & admittunt etiam decisiones in hac causa ædi-
6 tæ, & de donatione in piam causam ob pauperta-
tem idem *Bald. Nouell. de dot. p.* 5. *nu* 4 *& p.* 6.
priuil. 48. *nu.* 2. & firmat *prima decisio causæ coram*
bo. me. Dunoz. §. Indubitata.

Quia placuit iterum DD. responsio, quod pri-
ma conclusio procedit, quando dos, seù matrimo-
nium fuit causa finalis donationis. In proposito
7 autem, cum Delia in sua donatione non expresse-
rit solam causam dotis, verùm & affectionis, be-
neuolentiæ, sanguinis coniunctionis, & quia sic
ex sua mera, & pura munificentia, & liberalitate
sibi placuit de rebus suis disponere, quinimò vo-
luerit etiam puellas habere quantitatem donatam,
& si non nuberent, quodque vna moriente, altera
succederet, & vltima liberam haberet disponendi
facultatem de bonis donatis, matrimonium, & dos
non dicitur causa finalis, sed solummodò impulsi-
ua, & exindè donatio dici non poterat priuilegia-
ta, & absque Statuti solemnitatibus valida, cum
aliàs donans etiam absq; dotis consideratione fuis-
8 set donatura, *Castrens. cons.* 345. *nu.* 1. *lib p. Surd.*
cons. 361. *nu.* 19. *&* 33. *Giouagn. cons.* 83. *nu.* 46.
& seqq. Add. ad Buratt. decis. 861. *num.* 9. *litt. A.*
& ponderando eademmet verba apposita in con-
trouersa donatione, ibi, (ad hoc vt decentius ipsę
nubant, & facilius propositum Deo seruiēdi adim-
pleant:) firmauit *Rota coram eodem Buratto decis.*
924. *nu.* 8 & in fortioribus terminis, & verbis ma-
gis efficacibus censuit Rota matrimonium non
fuisse causam finalem donationis, cum aliæ (prout
9 in præsenti) fuerint coniunctim expressæ causæ,
plenè articulo discusso coram *Merl. decis.* 229. *per*
tot. confirmata in decis. 392. *coram eodem.*

Nec in proposito aduersantur iterum allegatę
decisiones *Seraph.* 201. 210. *et* 232., in quibus fuit
firmatum donationem substineri etiam sine so-
lemnitatibus, quamuis aliæ causæ præter dotis, &
matrimonij, fuerint expresęę; Quippè in Illis age-
batur de certo, & determinato matrimonio, & do-
natio facta fuerat ipsi puellę immediatè, non au-
tem eius Patri, vt in pręsenti, ad effectum, vt pos-
sit filias dotare; Tunc enim, licèt facta fuerit do-
natio in d. causam, vt nempè facilius dotet, dici-
tur simplex, & non priuilegiata, vt considerat *Ca-*
10 *strens. dicto cons.* 145. *num.* 1. *circa med.* Nullius
præsertim certi, & determinati matrimonij ratio-
11 ne prohibita *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4 *gl. p.*
nu. 16. 17. *et* 18. *Rot. in d. decis.* 229. *coram Merl.*
sub nu. 12.

Quo verò ad paupertatem eo magis subsistere
visa fuit responsio, quod talis qualitas non proba-
tur, vt aduertunt *decisiones* R. P. *D. mei Albergati,*
prima §. neque donatio, et 2. *§.* Rursus; Quin ad-
huc probata non releuaret; Tum quia nulla facta
fuit de paupertate mentio in donatione, sicq; do-
12 nataria] considerata non fuisse dignoscitur. Tum
etiam quia cum concurrant coniunctio sanguinis,
amor, & beneuolentia, præsumitur donationem ex
coniunctione in Instrumento expressa, potiusquā
13 ex paupertate non expressa, processisse per *Text.*
in c. requisiuisti 15. *de Test.* ibique *Abbas nu.* 8. 23.
et 24. *Barbat nu.* 21 *Cephal. cons.* 216. *n.* 17. *cum*
seqq. & latè firmant *decisiones causæ in §. nuper al-*
legatis.

Nec fortius vrget, quod defectus consanguineo-
rum Deliæ in donatione non sit attendendus, vel
quia tanquam absentes adesse non poterant, vel
quia eidem Deliæ malè affecti non erant vocandi.

Siquidem potencia satis remansit probata ex te-
stibus Felicis datis *in summario primæ decisionis n.* 6.
estque penè in confessis, dum confugitur ad asser-
tam illorum diffidentiam pro euitanda necessitate
eos vocandi, & diffidentia, præter quod non pro-
batur, etiam concessa non releuaret, nisi quando
fuissent citati ad interessendum, cum Iudici, non
partibus, spectet cognitio causę, ob quam citati
14 teneantur, nec ne interuenire, vt aduertit fusè
Pic. ad Stat. Vrb. cap. 151. *gl.* 19. *num.* 10. 14. *et*
15. *et melius nu.* 24.

Et ita vtraque informante fuit resolutum &c.

R.P.D. PRIOLO.

Pisauren. Pecuniaria.

Veneris 29. *Aprilis* 1661.

SOlutio in quam causam facta fuisse pręsuma-
tur?

ARGVMENTVM.

1 *Solutio semper præsumitur facta in vim præcedentis obli-*
gationis. num. 1.
2 *Solutio cessisse præsumitur in illam causam cuius quantita-*
tem constat. num. 2.
3 *Solutio debet cedere in causam debiti proprij potius quam*
alieni. num. 3.
4 *Et in causam adquam tenetur soluens per instrumentum*
publicum, & in causam grauiorem, & duriorum
num. 4.
5 *Item in causam debiti puri, & non conditionalis vel illi-*
quidi. num. 5.
6 *Verbum* per la valuta *appositum in litteris Cambij non in-*
fert per necesse veram, & realem numerationem pecu-
niæ, sed vt plurimum immaginariam, & præsumptam.
num. 6.
7 *Solutio præsumitur facta potiùs in causam debitè necessa-*
rij quam voluntarij. num. 7.
8 *Declaratio causæ facta in litteris Auisi censetur in esse ipsi*
actus declarato. num. 8.
9 *Antidatæ suspicio tollitur ex coniecturis, & alijs admini-*
culis. num. 9.
10 *Solutio in quam causam cesserit probari potest per conie-*
cturas. num. 10.
11 *Solutio in certam causam semel recepta non potest in aliā*
referri. num. 11.
12 *Soluentis declaratio post tempus facta absque consensu*
creditoris non valet refragantibus coniecturis, & præ-
sumptionibus in contrarium.

7

DECISIO LXXIX.

IN solidatione computorum inter Alexandrũ Muscam, & Rodulphum Tullium inita, Rodulphus remansit debitor Alexandri scut. 4000. quæ sub fideiussione Insolidum Antonij, & fratrum soluere promisit ad omne eius beneplacitum, quod debitum deinde Vincentius filius Antonij. & respectiuè nepos Rodulphi in se accollauit, seque obligauit extinguere, paulò post idem Vincentius vigore litterarum cambij Rodulphi soluit Venetijs summam ducat. 4612. & aliorum 936. occasione alterius tractæ Plattis mercatoribus nomine hæredum Pompei Muschæ, quorum vnus est idem Alexander, qui cum prætenderet, quod solutiones cesserint in aliam causam, non autem in extinctionem debiti accollati iudicium contra Vincentium pro consequutione dicti crediti coram A. C. introduxit, & succubuit, vndè causa mihi commissa dubitaui, an & ad quid Vincentius teneretur vigore dicti Instrumenti accollationis? & ad nihil teneri fuit resolutum.

1 Solutio enim semper facta præsumitur in vim precedentis obligationis *Bart in l solutionem §. non verò sub nu. 4 ff. de off. Procons. Aym. cons. 150. nu. 13. Cæphal. cons. 150 n. 15. seq. Rot. decis 456. nu. 10. p. 4 rec.* præsertim quia ex solutionibus,
2 quæ dantur *in summario nu. 7. & 8.* conflatur eadem summa scut. 4000. ex qua fortius intrat præsumptio solutionis in extinctionem debiti controuersi *Aym. cons. 149. nu. 5. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 139 nu. 18 Seraph. decis. 600. n. 4. & decis. 643. nu. 5. inter decis 176. nu. 17. p 2. in rec. decis 31. nu. 3. p. 1. decis. 507. nu. 4. p. 4. & 3. rec. & post Zacch. de oblig. Camer. decis. 152. nu. 3.*

3 Nam illa debet potius cedere in causam debiti proprij, quam alieni *Cephal cons. 198. n. 12. lib. 2. Rot. coram S. M. Greg. decis. 62. n 5. seq. & in Cesenaten. census 18. Martij 1658. coram* R. P. D. *meo*
4 *Celso*; & in causam pro qua quis reperitur obligatus per Instrumentum publicum, vt in causam grauiorem, & duriorem *l. in his, & l. cum ex pluribus ff. de solut. Alex. cons 2. nu. 21. in fin. lib. 4. Rot. decis. 507. n. 7. coram Merlin. in rec. decis 452. nu. 18 seqq. p. 4 & in Romana pecuniaria 18. Iunij 1646. coram Eminentiss. D. Card.* Corrada.

Nec ex eo, quod solutiones, quod debebant fieri Alexandro fuerint factæ hæredibus Pompei dici potest, quod cesserint in executionem alterius debiti, quod habebat Rodulphus cum eisdem heredibus, præmisso enim, quod cùm idem Alexander sit hæres Pompei perinde est, ac si in solutionibus esset expressum nomen illius cum de tempore earumdem solutionum de mense scilicet Septembris, & Octobris 1650. non venisset dies solu-
5 tionis alterius debiti, quod erat soluendum dumtaxat de mense Ianuarij 1651. vt *ex summario eiusdem Alexandri n. 7.* meritò illę referendę sunt ad debitum pro quo Vincentius cogi poterat, non autem ad aliud cuius dies nondũ cesserat *d. l. cum ex pluribus §. vltimo vbi Bart. & al. ff. de solut. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 36. num. 13. Gratian. discept. cap. 234. nu. 26. Rot. coram* S. *M. Greg. decis 521. nu. 7. & 8. & apud Merlin. dicta decis. 507. nu. 1.*

Et licet in litteris cambij exprimatur *per la valuta*, non tamen inde sequitur, quod Rodulphus, qui litteras scripsit, habuerit valorem cambiorum, & consequenter solutiones referri nequeant ad extinctionem debiti huiusmodi, nam vltra quod ver-
6 bum illud *per la valuta* non infert pernecesse veram, & realem numerationem pecuniæ, sed vt plurimum imaginariam, & præsumptam, vt aduertit *Couar. de camb p. 2. quæst. 18 nu. 33.* cessat obiectum tùm ex verbis immediatè sequentibus, ibi, (per la valuta posta in debito à gl'heredi di Pompeo Mosca,) tum ex litteris vt dicitur (d'auuiso) ab eodem Rodulpho transmissis, & directis, ipsi Vincentio, ibi, (à conto dell'estintione dell' Instrumento delli scudi 4000., che mi fete obligato a fauore delli Signori Mosca *summario n 5.* quod eodem modo reperitur ad notatũ in libris eiusdem Rodulphi *summario nu. 4.* ex quibus fit euidens pecuniam valoris cambiorum non interuenisse, & solutiones factas in extinctionem istius debiti pro quo Vincentius tenebatur, & poterat ad illud cõpelli sicuti etiam fecisse semper presumitur solu-
7 tionem potius in causam debiti necessarij, quam voluntarij *Aym. cons 106. n. 8. Menoch. cons. 265. nu. 33. & dixit Rot. decis 94. nu. 2. p. 9. rec.*

Nec releuat, quod debitor in actu solutionis dumtaxat vti possit priuilegio electionis, quia cũ Rodulphus in litteris cambij reseruauerit sibi facultatem admonendi Vincentium in quem causam deberet solutum referre ibi, (ponete come s'auuisa.) declaratio facta mediantibus litteris auisi cen-
8 setur inesse ipsi actui declarato *Riminald Iun cons. 249. nu. 51. Surd. decis. 29 num. 4. Rot. decis. 409. nu. 2. p. 9. rec. Magon decis Florentina 50. nu. 44. & seqq.*

Hinc irreleuans etiã visum fuit obiectũ, quod 15 litteræ auisi, quam partitæ librorum Rodulphi fieri potuerint post illius decoctionem, siquidem attenta reseruatione facultatis eligendi causam solutionis præsumitur ex tunc Rodulphum monuisse Vincentium eamdemque adnotasse in suis libris
9 mercantiliter tentis, & satis est verisimile, quod idem Vincentius non soluisset absq; eo, quod haberet epistolas, & solutio esset voluntaria, & non conformis suæ obligationi concurrentibus autem adminiculis, & coniecturis tollitur suspicio antidatæ ex not. per *Tiraq de retract. conuent. § 1. gloss. 7. nu. 149. Decian. cons 18. num. 117. lib. 1. Rot. coram Seraph. decis. 879. nu. 2. & 3. & decis. 1221. nu. 5. inter diuers. decis. 100. nu. 3. p. 4. Bugatt. decis. 905. nu. 5. & 6. ibiq; add. nu 9.*

Imò ex epistolis eiusdem Alexandri directis Rodulpho, & Vincentio in responsionem aliarum suadetur veritas facti quoniam ex epistola quæ datur *in summario nu. 9.* apparet, quod Vincentius nolebat quidquam soluere ex redditu Amsteredami ducatorum *936* ex complemento scut. 4. *mil.* nisi Alexander cancellaret instrumentum accollationis, quod ipse in alia epistola data *in summario nu. 7.* fatetur. (Esser giusto di far detta cassatione quando resti saldato de suoi haueri) exhortans vlteriùs eumdem Vincentium, vt quietè viuat; nam solutiones fuerunt factæ mediantibus litteris cam-
10 bij, quæ celari non possunt, & in altera sub data 23. Iulij 1651. vt *in summario n. 10.* expressè pollicetur se in futura hæbdomada transmissurum Instrumen-

ftrumentum caſſationis, certum eſt enim, quod coniecturis benè probari poteſt in quam cauſam fuerit facta ſolutio, vt firmauit *Rot. decif. 292. nu. 3. p. 2. rec. in Rom cambiorum 21. Aprilis 1586. coram Bubalo in Anconitana pecuniaria 27. Iunij 1590. coram Card. Hieronymo Pamphil. & in Romana pecuniaria 19. Iunij 1646. coram Eminentiſs. D. Card. Corrado*. Vnde non poteſt Alexander

11 ſolutiones quas in vnam cauſam recepit in aliam referre *l. 1. & l. creditor §. cùm de ſorte ff. de ſolut. Grat. conſ. . . . . num. 58 in fin. lib. 1. Aym. dicto conſ 106. nu. 21. & ſeqq. Rot. decif 366. nu. 4. coram S. M. Greg. apud Cauales decif. 165. nu. 2. & 3. coram Merlin decif. 741. nu. 7. & in Rom. cenſus 13. Iunij 1640. coram bo me. Peutingerio*.

Prætenſio, quod Cancellatio Inſtrumenti ſit referibilis ad inſtrumentum retrouenditionis prædij *dellu Candelara*, nullatenus ſubſiſtit, nam vltra reſpoſiones datas ab informantibus inſtrumentum retrouenditionis apparet celebratum die 6. Iunij 1651 *ſummario num*. 14. Epiſtola vero continens cancellationem inſtrumenti fuit directa ſub die 23. eiuſdem menſis, & ſic poſt ſequutam retrouenditionem dicti prædij.

12 Demùm non obſtat, quod Rodulphus poſtea declarauerit Vincentium nihil ſoluiſſe in cauſam debiti ab ipſo accollati ad fauorē Alexandri, dùm enim tàm ex litteris auiſi, & partitis librorum Rodulphi, quam ex epiſtolis Alexandri, aliiſq; præſumptionibus, & coniecturis præmiſſis conuincitur, quod ſolutiones fuerunt factæ in illius extinctionem Rodulphus ſine conſenſu Vincentij aliter declarare non potuit *iux. tex. in d. l. creditor §. cum de ſorte ff. de ſolut. Rot. decif. 113. nu. 8. p. 1. diverſ. & coram Merlin. decif. 741. num. 7. & 8. cum alijs proximè relatis*.

Et ità reſolutum fuit impleuiſſe Vincentium obligationem ſuam, ideoque ad aliud non teneri vtraque parte informante.

R.P.D. VEROSPIO.

Romana locationis.

Veneris 10. Aprilis 1661.

ARGVMENTVM.

Mandatum non eſt relaxandum vbi docetur de ſolutione. Fructus conuenti non debentur, ſi poſtea ad minorem quantitatem à contrahentibus fuerint redacti. Acceptatio ſcripturæ ex qnibus inducatur? Debitor non eſt moroſus ſi creditor in loco deſtinatæ ſolutionis non exiſtat. Solutio in quam cauſam cedere debeat. Nouatio non fit ſi dignoſcantur contrahentes noluiſſe, nouare. Recambium quando non debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Actio quæcumque extinguitur ſolutione, eius quod debetur.*
2 *Fructus taxati in inſtrumento debitur in ea quantitate in qua poſtmodùm per ſpeciale pactum fuerunt conuenti.*
3 *Epiſtola cenſetur approbata, & ideò impugnari amplius nequit, vbi fuit recepta abſque vlla contradictione.*
4 *Productio inducit etium approbationem.*
5 *Debitor nunquam incurrit moram, vbi creditor non exiſtit in loco deſtinatæ ſolutionis, vel ibidem procuratorem non conſtituit.*
6 *Mora quæcumque incurſa remittitur per receptionem ſolutionis abſq; vlla proteſtatione.*
7 *Epiſtola licèt, tertio tranſmiſſa, de iure canonico indubitum probationis gradum conſtituit contra ſcribentem.*
8 *Scriptura, in concurſu, debet illius potius attendi qui factum proprium refert, quam eius qui de eo non erat informatus.*
9 *Solutio debet cedere in cauſam duriorem. & num. 12.*
10 *Solutio cenſetur facta in normam, & ad ideam ſuſcepta obligationis.*
11 *Mandatum ad exigendum quando oſtendat in quam cauſam ſoluendam foret de voluntate creditoris.*
12 *Solutio nequit conuerti inuito debitore in aliam cauſam præterquam in deſtinatam.*
13 *Nouatio non cenſetur inducta vbi contractus ſe compatiuntur ad inuicem, & vnus ulteri non aduerſatur.*
14 *Neque fit nouatio vbi contraria voluntas contrahentium colligitur.*
15 *Solutio imputari nequit in cauſam vel nondùm extantem, vel iam extinctam.*
16 *Fructus prò recambijs non debentur vbi debitor excluditur ab incurſu moræ ſine qua nullus fructus exigi valet.*

DECISIO LXXX.

POſtquam Rota pluribus deciſionibus firmault iuſtitiam locationis Venę Ferrarię, fuit à DD. Riuuccinis conductoribus petita relaxatio mandati contra D. Plumbini Principem, cùm pro reliquo cambij ſcutor. 175000., ac fructibus tum etiam prò damnis, & intereſſe, exindè reſultantibus, quod locationis tempore nondum expirato ipſos ab affictu excluſerit; Hodiè vero ſuper cambiorum articulo per me propoſito dubio petitam mandati relaxationem exinde DD. denegarunt, quod Conductores à die adſtipulari contractus tertia videlicet Iunij anni 1635 vſq; ad 15. Martij anni 1641. ſummam ſcut. 225000. exegerunt à D. Principe in cauſam Cambij, ex qua ſolutione creditum ſortis, ac fructuum longè excedēte, actio

1 quæcumque ipſis debita extincta fuit *ad tex in l. pro me ff de ſolut. & l. nulla tibi C. eod. tit. Rot. coram bo. me. Merlino decif. 463. num. 14. & decif. 365. nu. 9. p. 9. rec.*

Fructus autem huius cambij non debent ſingulis annis in ſcutis ſeptem pro quolibet centenario taxari, licet quantitas hæc in inſtrumento conuenta fuerit, ſiquidem inter ipſos met contrahentes

2 pactum ſpeciale præceſſit de menſe Decembris anni 1636. vt quoties intra menſem Iunij ſequentis anni ſcuta 6000. Princeps in cauſam cambij conſignaret, ac pretium Venæ pro proprijs officinis vendiræ diſſolueret, cambia ſcuta quinq; non excederent, vt ex eiuſdemmet Principis epiſtola conuincitur, ibi, (Hò inteſo quel tanto ſi è ſtabilito con V. S., e con il Sig. Carlo in materia della riduttione degl'intereſſi, che io pago alle Signorie loro dalli ſette alli cinque, ogni volta, che io per tutto Giugno li paghi li ſcudi ſeſſanta milla, & il prezzo della Vena; il concertato ſi come è vniforme al mio deſiderio, e anche profitteuole, così l'accetto, e ratifico.

Cuius epiſtolæ tenor non valet à DD Riuuccinis amplius impugnari, poſtquam ex illius receptione ſinè vlla contradictione ſecuta, ab ipſis

3 approbatus etiam cenſetur ex theor. *Bart. in l. ſi filius*

filius fam. ff ad Sen. conf. Maced. Bald. in l. Titius 24 nu. 2. post med. ff. de const. pecun. Corn. conf. 319. nu. 5. post med lib. 3 Parif. conf. 91. num. 3. lib. 1. Rot *coram Cassad decif. 3. nu. 2. de restript. & decif. 811. nu. 9. p. 1. diuerf. & in* Rom. *pecuniaria 18. Iunij 1658. in §. adminicula coram* R.P.D. *meo Celso*. Tum etiam ex eiusdem productione
4 speciali, vt not. *Alb. in c. cum Venerabilis nu. 31. de except. Aym. conf. 201. n. 5. verf. nec potest,* Rot. *decif. 153. nu. 5. p. p. & decif. 88. num. 19. ad fin & num. 20. p. 6. rec. & in Pisana damnorum, & interesse 10. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Celso*.

Dum itaque D. Princeps ex sui parte promissa in totum expleuit mediante solutione scutorum septuaginta millium facta Nerlio Procuratori ad hunc effectum specialiter à Conductoribus constituto, debet reductionis beneficio potiri, licet solutio infra mensem Iunij præfixum non prodierit, sed ea dilata fuerit ad mensem Maij sequentis anni.

Siquidem constitutio Procuratoris prius non præcesserat in Vrbe, vbi solutionem contrahentes destinauerant, ex qua causa D. Princeps excusationem à mora consequi debet per debitorem nunquam incursa, quoties creditor de tempore solutionis peragendæ in destinato loco non consistat, vel Procuratorem ibidem non elegerit, vt tradit
5 *Bart in l. item illa 18. nu. 11. ff. de constit. pecun. Bald in l. acceptam nu. 41. C. de vfur. Alex. conf. 92. nu. 9. & 10. lib. 1.* Dec. *conf. 566. nu. 4.* Rolan. *conf. 87. nu. 14. cum seqq. lib. 1.* Rot. *coram Mohed. decif. 15 de locat & decif 806. num. 1. p. 4. diuerf. & decif. 219. num 6. cum seqq. p. 5. rec* cum alijs relatis per *Add. ad decif. Buratt.* 571. *nu. 7.* Quinimò ex receptione pecuniarum absque vlla protestatione subsecuta, mora quæcumque licet incur-
6 sa, remissa censetur, vt admittit *Bald. conf. 108. lib 5. Gratian. discept. foren. cap. 301 num. 58. & 59 & cap. 302 nu. 15. & 16. cum seqq.* Rot. *coram b. M. Greg. XV. decif. 75. nu. 2.* ibiq; *Add. num. 5. & decif.* 148. vbi pariter *Add. nu. 3. coram Caual. decif. 58. nu. 3. & in rec. decif. 577. nu. 10. p. 1. & coram Buratt decif. 640. nu. 17. cum seqq.*

Præterea dubitationem omnem videtur excludere Domini Ioannis met Rinuccini epistola Theodosio Henriquez sub anno 1651. conscripta sub his verbis, (ci obligammo à dare à cambio scudi 175000. à prezzo limitato di sette, che di poi per seruire Sua Eccellenza, che ne fece instanza, fù ridotto à cinque;) Talis quippè litterarum tenor reductionem apertè concludens iuris Canonici æquitate perspecta in dubium probationis gradum
7 constituit contra scribentem, licet tertio transmissus fuerit, vt *not. Abb. in cap. 2. nu. 8. de fide instrum.* Put. *decif. 12. num. 2 lib. 2. Menoch. de arbitr. caf 94. n 9. Genu. defcript. priu. lib. 3 cap. 1. nu. 193 cum seqq.* Rot. *in Viterbien. census 7. Iunij 1638. in §. hæc ad finem coram bo. me.* Card. *Hieronymo Verospio, in rec. decif. 153 nu. 9. cum seqq. p. 8. & in Rom. pecuniaria 18. Iunij 1658. in §. fin. coram R. P. D. meo Celso, & in Rom. cambij 23. Martij præteriti in §. penult. coram me*.

Cùm aduersari non valeat altera epistola ab eodem met Theodosio de anno 1641. Ludouico Rodolpho conscripta, ac continens dumtaxat tracta-
8 tum reductionis, ipse enim non benè informatus ostenditur, dum contrarium omninò resultat ex superius recensitis, & ex epistola signanter D. Ioannis, quæ vti proprium ipsius scribentis factum referens debet attendi ex iuribus supra relatis.

Hinc non vrget, quod conductores de tempore secutæ solutionis ex Venæ causa creditores existerent in summa scutorum 16000. cuius virtute contenditur creditum hoc ex persoluta quantitate prius extinctum extitisse.

Præterquam enim in dubio solutio hæc causæ cambij debet adscribi, tamquam duriori ratione
9 vsurarum, quas continet *ad tex. in l. 1. & 3. & l. cum ex pluribus 97. ff. de solut.* Roman. *conf. 94. n. 2.* Gabr. *conf 151 nu. 3. lib. 1.* Rot *decif. 92. n. 1. & decif. 679. num. 6. p. p. diuerf. coram s. m. Greg. decif. 521. nu. 8 & 10.* cum alijs relatis *in* Rom. *cambiorum 10 Martij anni præteriti §. neque valenti coram me*; Exinde corruit obiectio, quod creditum ex Venæ distractione proueniens scuta decem mille de tempore initæ conuentionis non excedat, quæ proindè quantitas dumtaxat in eam causam præsumitur persoluta; residuum verò in cambij diminutionem cessit ad normam obligationis à D. Principe contractæ in cuius executio-
10 nem censetur secuta solutio iuxt. Doctrinã *Bat. in l. triticum 94. num. 2. ff. de verb. obligat. Aym. conf. 91. nu. 9. Decian. conf. 52. nu. 41. cum seqq. lib. 3.* Rot. *decif. 35. nu. 1. ad med. p. 3. rec. coram s. m. Greg. decif. 468. n. 5. Merlin. decif. 820. n. 1. & decif. 456. nu. 10. & decif. 547. nu. 6. p. 4. rec.*

Cum maximè procuræ mandatum conceptum fuerit sub speciali facultate exigendi scuta sexaginta millia vti debita in maiori summa, quæ expressio pernecesse relationem habet ad cambium dùm præter illud, aliud creditum in maiori quantitate conductoribus non competebat, vt admit-
11 tit *Rimin. Sen. conf. 348. nu. 5. lib. 2. Magon. decif. flor. 13. num. 26.* Rot. *coram Seraph. decif. 643. num. 5. & penes Zacch. de oblig. Camer. decif. 152. pariter num. 5.*

Qui præterea intellectus debet eo facilius admitti, quod locator cum alijs redditibus Venæ solutionem destinauerat, vt expressè conuincit epistola non longè ante actum solutionis conductoribus transmissa, nec non ab ipsis successiuè producta.

Neque poterunt Domini Rinuccini pretium Venæ de quo agitur, nec non alteram successiuè in Dominum Principem distractam compensare pro concurrenti rata cum annuis scutis 22500. occasione locationis Venæ Ferratiæ eidem Domino Principi debitis.

Hæ namque pensiones in causam potius cambij, tamquam duriorem debet accepto referri, quam in alterius crediti dissolutionem nullis vsuris ob-
12 noxij *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 136 nu. 15.* Rot. *coram bo. me. Merlin. decif. 507. nu. 7. & 8. & in Rom. pecuniaria de columna 11. Octobris 1615. coram Cardinali Sacrato*.

Dùm maximè hæc relatio in extinctionem sortis, ac fructuum fuit expressè conuenta in Instrumento locationis, & cambij, cuius virtute patri nequeunt conductores solutionem in hanc causam destinatam conuertere in extinctionem alterius
13 omninò diuersi nullo adhibito D. Principis assensu *ad tex. in l. 1. in princ. & l. creditor § cum de*

sorte

forte ff de solut. Rot. coram S. M. Greg. decis. 366. nu. 4 Cenaler decis. 155. num, 3. & coram bo. me. Merlin decis. 741. num. 7. & 8 cum alijs relatis *in Perusina censuum 23. Martij præteriti in § penult. coram me*. Et licèt pretium Venę idemmet Princeps penes se retinuerit, à precedenti tamen conuentione non videtur recessisse, seu eiusdem cambij dissolutioni impedimentum aliquod præstitisse vt ex aduerso contenditur.

Venæ quippe venditio cùm augmento, ac lucro scutor. decem pro quolibet centeno pondere per acta, contractum omninò nouum, ac independentem à primo constituit, Princeps .n. qui de tempore locationis fucinas non possidebat, non iure locatoris, sed vti tertius contraxit, quem proindè poterant conductores non secus ac cæteros emptores pro pretij consecutione compellere; Quin imo in eorum potestate residebat venditionem Venę D. Principi denegare cuius dominiũ in ipsos translatum fuerat; Hinc cessat pretextus impedimenti, & dùm contractus compatiuntur ad inuicem, nec secũdus alteri aduersatur non censetur
14 inducta nouatio ex theorica *Bald. in l. pactũ nouissimũ num 12.* vbi *etiam Dec. n. 5. C. de pact. Alex. cons. 193. num. 3. lib. 6. Aymon cons. 26. num. 7. Paris. cons. 78. num. 14. cum seqq. lib. 3. Gabr cons. 170. num. 5. lib. 2. Menoch. cons. 562. nu. 2. & 3. Surd. decis. 288. num. 39. & 40. Rot. decis. 571. n. 2. par. 1. diuers. & decis 620. num. 11. p. 4. T. 3. rec.*
15 *& not. Add. ad decis. Greg. 76 num* 8. concurrente præsertim contrahentis vtriusq; voluntate nouationi contraria ac exindè resultante, quod venditores penes principem successiuè institerunt pro huius cõsecutione crediti cuius solutionem idemmet Princeps ex redditibus alijs peragendis demandauit vt superius ostensum fuit.

Non viget, quod D. Princeps sub die 26 Septembris 1636. conductoribus iniunxerit vt ex pretio Venę fructus alterius Cambij persoluerent in scutis 40000. cùm Nerlio contracti, perindè ac si dum huius virtute ordinis scuta octo mille ipsi consignarunt, debeat ex pensionibus locationis quantitas hęc detrahi, licèt in proprij cambij extinctionem destinatis.

Posset equidem admitti obiectio in casu dumtaxat ordinis per Nerlium ac conductores acceptati tempore debito; secus vero dum ille de anno 1639. proprijs in libris descripsit Cambia, tunc vsq; decursa ad debitum D. Principis, & acceptatio cum solutione ex eorumdem librorum inspectione solum in anno 1645. peracta conuincitur, de quo tempore locatio expirauerat.

Hoc sane casu conductores quantitatem persolutam detrahere nequeunt ex pensionibus annorũ 1636. ac trium sequentium, dùm tunc temporis nondum ipsi creditores euaserant, & ex pensionibus ad formam pacti quolibet semestre, & anno extincti fuerant fructus, nec non rata proprij cam-
16 bij quę proindè non valuit reuiuiscere, vt admittit *Ceph. l. cons. 423. nu. 53. lib. 3. Rot. decis. 409. num. 12. p. 9. tom. 2. rec.*

Pro recambijs verò perperam petuntur fructus, preterquam enim maxima difficultas insurgit, an & sortem constituant in cambio limitata itaut valeant, super cambijs transmitti, super quo articulo nihil pro nunc Dñi firmarunt. Dum DD. Rinuccini fructus proprij cambij ad mensem vsq; Iunij 1639. exegerunt ex pensionibus locatæ Venę, quicumq; in Domino Principe more in
17 cursus excluditur qua cessente nulla fructuũ fieri valeat exactio *Aym. cons. 87. ad fin Honded. cons. 50. num. 21. lib. 1. & cons. 39. num. 9. lib. 2. Rot. decis. 622. num. 5. p. 2. rec. & coram S. M. Gregor. decis 148. num. 2.* ibiq; *Add. num. 4. &c.*

Et ità vtraq; &c.

R. P. D. CELSO.

Romana hæreditatis.

Luna 13. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

PVtatiuus hæres tenetur restituere vero heredi quidquid exegit de bonis defuncti. Valor mobilium etiam non existentium probatur medio peritorum. Stylus Curiæ probatur attestatione Notariorum. Retentio, vel cõpensatio non datur pro credito turbido.

SVMMARIVM.

1 Hæres putatiuus tenetur restituere vero haredi, quidquid habuit de bonis defuncti num. 1.
2 Valor bonorum mobilium quæ amplius non reperiuntur in rerum natura probatur medio peritorum, ex quantitate & qualitate in inuentario descriptis num. 2.
3 Circa æstimationem bonorum statur stylo Curiæ num. 3.
4 Stylus probatur attestatione Notariorum num. 4.
5 Iudex potest etiã de stylo se extraiudicaliter informare n. 5.
6 Peritorum iudicio standum est maxime per eum qui citatus ad videndum referre non contradixit num 6.
7 Retentio minusque compensatio non datur pro credito turbidis num. 7. 8.
9 Inuentarium plenè probat contra conficientem num. 9.

DECISIO LXXXI.

IN dispositione habita sub die 10. Decembris anni preteriti 1660. resolutum fuit, mandatum contra bona hereditaria P. Iuliani relaxatum ad instantiam Florauantis Martinelli heredis scripti in Testamento clar. me. Card Hor Iustiniani, esse exequendum super officio Abbreulatorię de Parco Minori, nec non super octo locis Montis Salis hereditarijs eiusdem Patris, hodiè reproposita causa, & suspensa resolutione respectu officij, quoad loca mionti Domini steterunt in decisis.

Cum enim dictus P. Iulianus vti pretensus hæres ab intestato eiusdem Cardinalis se immiscuerit in eius hereditate, & plura bona hereditaria habuerit ascendentia ad scut. 378. 61. tenetur illa resti-
1 tuere Floranantii heredi vero, prout per tres sententias condemnatus fuit, vt probat *Text. in l. si quid possessor 34. § fin. iuncta glos. in figuratione casus in fin. vers. Quod verò solutum est*, ibiq; *Castr. ff. de petit. hæred. &* notat *Marescott. var resolut. lib. 2. c. 17. num. 5. Rot. decis. 384. nu. 2. p. 4. diu.*

Nec mandatum huiusmodi impugnari valet ex eo quia summa scutor. 6803 proueniat ex mobilibus, quę non reperiuntur in rerum natura, nam cum quantitas, & qualitas fuerit descripta in inuentario confecto per eumdem P. Iulianum, & ad æstimum illorum valorem fuerint electi iudicia-

liter

liter periti iuxt. stylum Tribunalium Vrbis, de
quo testantur Notarij, & practici in hac materia,
vtiq; prefatę relationis omninò est standum, quã-
uis mobilia culpa heredis non potuerint subijci
2 oculis peritorum, vt videtur sentire *Angel. in l. 2.
num. 7. in fin. vers. si verò res mobilis C. de rescind.
vend.* & aduertit *Modern. Ridolphin in sua prax.
p. 3. c. 2. num. 170. vers. valor verò bonorum, &
vers. Quod si hæres*, & supponit Eminentiss. Or-
thob *in decis. 199. num. 11. & 12.*. Nam in hac
3 materia stylus attendi debet *iuxt. Text. in c. ex
litteris 11. de constit. Bart. in l. Iurisperitos 33. n. 4
ff. de excusat. Tutor. & in l. 3. § fin. ff. de Testib.,
Surd. cons. 377. num. 36.* Rot. *coram Buratt. decis.
419. num. 6.* & in probatione illius statur attesta-
tioni Notariorum, vt dixit *Rota coram S. M. Greg.
decis. 484. nu. 5. & 6.* vbi quod de eo potest Iudex
5 etiam non vocatis partibus extraiudicialiter se in-
formare, ibiq; *Add. qui plures cumulat num. 8. &
in rec. decis. 101. sub n. 11. par. 3. & coram Merlin.
decis. 309. num. 12.*

Maximè cum talis relatio non solum in plurii-
bus sit conformis pretio retracto à P. Iuliano ex
ijsdem mobilibus, sed etiam tacitè fuerit appro-
bata ab ipso Marco Antonio herede, dum citatus
personaliter ad videndum referre, non appellauit,
nec contradixit, sed passus fuit ad vlteriora in cau-
6 sa procedi, vt latè deductum fuit *in Tiburtina red-
ditionis rationis 9. Decembris 1641. coram bo. me.
Dunoz, in Corduben. Præstimonij 20. Febr. 1660.
coram me, & in Romana Pecuniaria 7. Iunij eius-
dem anni coram R. P. D. meo Priolo.*

Non obstat, quod P. Iulianus soluerit quam
plura debita Cardinalis, pro quibus petitur com-
pensatio, vel saltem retentio, nam vltra quod illa
non absorbent tertiam partem prędictæ summę
scut. 9378. 61., adhuc tanquam turbida, & illiqui-
da, & in substantia, & in quantitate, non admit-
tunt compensationem, neq; retentionem, prout
7 de compensatione est *Text. in l. vltima C. de com-
pens. Alex. cons. 93. nu. 1. lib. 4.* Rot. *coram Buratt.
decis. 880. nu. 5. cum plurib. in* Romana *Pecun. 25.
Februarij 1647. coram Eminentiss. Cardinali Cor-
8 rado.* Et de retentione Rota *coram San. memor.
Gregor. decis. 254. nu. 3.* vbi *Add. n. 8. & post Cenc.
de cens. decis. 498. nu. 15. & in* Romana, *seu Ia-
nuarij locorum Montium pr. Martij 1641. coram Re-
uerendiss. Tarraconen.*. Vndè semper subsistit,
quod dictum mandatum exequi possit super prę-
fatis locis octo Montis Salis, quæ apparent hæ-
reditaria eiusdem P. Iuliani, Tum etiam quia fue-
runt empta ex proprijs pecunijs, Tum etiam quia
fuerunt descripta in Inuentario confecto per Mar-
cum Antonium illius heredem, quod contrà ipsũ
9 conficientem plenè probat *l. fin. ibiq; DD. C. ar-
bitr. tutel., Rota in recent. decis. 491. nu. pr. & 2.
par. 4. tom. 3. coram Merlin. decis. 796. nu. 1. &
in Romana census 4. Iunij 1646. coram me.*

Et ita vtraq; &c.



R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. separationis bonorum.

Mercurij 15. Iunij 1661.

ARGVMENTVM.

BOna à Patre inter viuos donata filio cum onere fideicommisso an imputantur in legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos facta filio regulariter non imputatur in legitimam num. 1.*
2 *Maximè si contineat onus Fideicommissi num. 2.*
4 *Secus tamen si constet de contraria patris voluntate nu. 3.*
Legitima non potest grauari Fideicommisso dicto num. 2.
4 *Filius nunquam sibi præiudicat in legitima nisi de ea fiat mentio expressa num. 4.*
5 *Exceptio eximit rem exceptam à principali dispositione num. 5.*
6 *Bona donata filio licet in legitimam non imputentur sunt calculanda ad effectum constituendi quantitatem legitimæ num. 6. ratio num. 7.*
8 *Ex fideicommisso particulari non detrahitur legitima num. 8.*

DECISIO LXXXII.

IN decisione ædita coram Reuerendiss. D. meo Pa-
pien. sub die 28. Iunij 1658. DD. demandarunt,
vt particulariter discuteretur, an bona titulo do-
nationis irreuocabilis à Iacobo Dondino Paulo
filio elargita sub grauamine perpetuæ primogeni-
turæ in ipsius debeant legitimam imputari? Quo
dubio per me proposito, in negatiuam DD. senten-
tiam inclinarunt.

Quia donatio inter viuos ab initio valida in filij
1 legitimam regulariter non imputatur *ad Tex. in
l. illud C. de collat., Soccin. Iun. in l. in quartam
nu. 147. cum seq.* ibiq; *Rip. nu. 143. & 144. ff. ad
leg. falcid. Aym. cons. 136. nu. 2. & 3., Surd. cons.
75. nu. 11. & 12. Crass. in § legitima, quæst. 22.
nu. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. q. 20. nu. pr. et
quæst. 29. nu. 6.* Mapon. *decis. Lucens. 84. nu. 27.*
Rot. *coram Seraph. decis. 966. nu. 1. coram Gregor.
decis. 566. nu. 1.*, ibiq; *Add. nu. 13. et in* Romana
*legitimæ 22. Iunij 1640. in §. Quia licèt, coram bo.
me. Dunoz.* Quoties præsertim ea concepta fue-
rit sub onere fideicommissi, vel perpetuæ primo-
geniturę; Tunc enim eò minus imputatio admit-
titur, vti apertè repugnans dispositioni Iuris pro-
2 hibentis legitimam à Patre grauari, de qua *in l. quo-
niam in prioribus, et l. scimus §. cum autem C. de
inoffic. testam. Molin. de primog. lib. 2. cap. pr. nu.
28. vers. In secunda specie, et n. 29.* Gratian. *discep.
for. cap. 249. nu. 27. et 31., Rot. coram* Greg. *decis.
421. nu. 8. et decis. 325. nu. 18. coram Eminentiss.
D. meo Cardinali Otthob., et in Perus. successionis
16. Maij 1659. in princ. §. coram me.*

Nec aduersatur, quod ab hac regula Iuris rece-
di soleat quoties concurrit contraria patris volun-
3 tas in casu proprio, exinde desumpta, quod Ia-
cobus Iudici in actu donationis expresserit sibi alia
bona prȩter donata remanere sufficientia pro alio-
rum filiorum legitima.

Dum enim donatio perpetuum continet fidei-
com-

commissi grauamen; expressa mentio legitimæ habenda erat à Patre, nec non exceptatio, seu renunciatio specialis ex parte filij exigebatur, ad
4 hoc vt ea sub donatione comprehensa foret iuxtà *Text. in l. si quando 35. §. Et generaliter C. de inoffic. testam.*, *Roland. cons. 64. nu. 11. lib. 3.*, *Paris cons. 43. nu. 36. lib. 3.*, *Peregrin. cons. 68. n. 14. vers. Sed prior sententia lib. pr.*, *Gratian. discept. 75 1. nu. 20. cum seqq. Ioseph Ludouic. decis. Lucen. 28. nu. 18. Rot. coram Gregor. decis. 489. nu. 41, et 22. et decis. 235. nu. 19., et coram Eminentiss. D. meo Ottobono.*

Hęc prætereà obiectio remouetur ex tabulis Testamentarijs Iacobi post donationem exaratis, in quibus ipse Paulo donatario, ac ceteris filiis, quos sibi scripserat hæredes cum onere fideicommissi fauore descendentium, interdicit quamcumq; detractionem, ac bonorum alienationem, excepto tamen Iure legitimę. Hinc ostenditur præcedens voluntas patris non imputantur donationem in legitimam, dum eiusdem detractio permissa fuit in bonis fideicommissi vniuersalis in vim illius exceptionis rem exceptam eximentis ex corpore dis-
5 positionis *Surd. cons. 416. nu. 9. vers. Quintò cum casus, et nu. 10. Vermigliol. cons. 476. nu. 4.*

Verùm, licèt donatio in causa legitimæ non cesserit, attamen Dñi censuerunt bona elargita æstimanda fore, nec non apponenda in substantia Patris pro constituendam quãtitate legitimæ Paulo debita in alijs bonis perindè ac si eadem in patrimonio ipsiusmet Patris de tempore obitus ex-
6 titissent iuxtà *Text. in Authent. vnde si parens C. de inoffic. Testam. Soccin. Sen. cons 148. n. 7. vers. quæ legitima lib. pr., Corn. cons 190. nu. 8. lib. 2., Gabr. cons. 137. nu. 10. lib. 2., Surd. cons 332. nu. 13. vers. 2. quæsitũ, et nu. 14. Crinell. decis. Dolan. 97. nu. 7.* cuius ea videtur esse ratio, quod dona-
7 tiones tanquam alienationes voluntariæ legitimã non minuunt, vt tradunt *Aym. cons. 141. nu. 5., Roland. cons. 65. nu. 30. lib. pr., Grat. discept. 247. nu. 55. Merlin. de legit. lib. 2. tit. pr. quæst. 21. n. 1. Rot. apud eum decis. 86. nu pr. cum seqq., et coram Greg. decis. 539. nu. 1. cum seqq.* ibiq; *Adden. n. 19*

Hinc non vrget, quod donatio vim obtineat fideicommissi particularis, ex quo regulariter le-
8 gitima detrahi non consueuit *Gabr. cons. 123. nu. 6. lib. 2. Menoch. cons. 401. nu. 136. Rot. decis. 47. nu. 4. cum seqq. par. 5. recent.* Siquidem non prætenditur à creditoribus fieri detractionem ex bonis donatis, sed ex illis dumtaxat fideicommissi vniuersalis, habita tamen ratione bonorum donatorum in determinandam quantitate legitimæ.

Et ita veraque &c.

R.P.D. E M E R I X.

Bononien. societatis.

Veneris 1. Iuly 1661.

A R G V M E N T V M.

SOcietas soluitur morte alterius ex socijs non obstante pacto.

S V M M A R I V M.

1 *Contractus recipiunt legem a partium consensu num. 1.*
2 *Societas dissoluitur per mortem socij num. 2.*
3 *Pactum quod si alter ex socijs decederet superstes continuare debeat, restringitur ad terminationem negotiorum iam ceptorum num. 3., alias tanquam à iure reprobatum non attenditur num. 4.*
5 *Minor sine solemnitatibus non potest renouare societatem per mortem patris dissolutam num. 5.*

D E C I S I O LXXXIII.

SCipio Calcina, & Alexander de Asinellis contraxerunt de anno 1603. societatem nummulariam, aliorumq; negociorum mercantilium duraturam per septemnium, pacto adiecto, quod si interim aliquis ipsorum decederet, nihilominus superstes deberet cõtinuare negocia sub ijsdem nominibus, & quod si quis continuare nollet, teneretur ante finem septemnij id alteri denunciare, aliàs denunciatione non facta, censeretur societas prorogata ad aliud septemnium, *summ. Hieronymi nu. 1.*

Hinc defuncto Scipione die 5. Decembris anni 1615. & orta successiuè lite super diuisione lucrorum inter illius hæredes, & Alexandrum, eaque ad Rotam delata, quæsitũ, An, & pro quo tempore durauerit societas? & DD. censuerunt durasse vsq; ad annum 1615. inclusiuè.

Ratio resolutionis fuit, quia licèt (dum non controuertitur, quin lapso primo septemnio, illa per aliquot annos continuata fuerit) videatur in vim pacti, & ex tacito partium consensu prorogata ad
1 aliud septemnium, & sic vsque ad annum 1617. *per text. in l. pr. § si conueniat ff. de posit. & in l. contractus 23. de regul. Iur. iuncta l. pr. ff. pro soc. Mantic. de tacit. lib. 6. tit. 26. nu. 22.*

Tamen ex quo de anno 1615. superuenit mors
2 Scipionis, societas tunc dissoluta fuit *§. soluitur Instit. de societ. l. societatem §. Dissociamur l. sociũ & l. actione §. morte ff. pro soc.*

Non obstante pacto, quod si interim aliquis ipsorum decederet, nihilominùs superstes sub ijsdẽ nominibus continuare deberet, quia vel per tale pactum censetur tantum data facultas explicãdi, &
3 terminandi negocia per defunctum inchoata *iux. Text. in l. hæres socij ff. pro soc.*

Vel aliàs huiusmodi pactum, tamquam à Iure
4 reprobatum non valet *l. nemo potest, et l. si fratres §. Idem respondit societatem*, & ibi *glos. in verb. idem et l. adeò*, vbi Bart. & Bald. & communiter scribentes *ff. pro soc.* & pulchrè *Cyriac. obser. 25. per tot. lib. 10.* & pluribus allegatis *Rot. in Bonon. Pilorum 11. Martij proximi præteriti coram R. P. D. meo Celso.*

Nec ex actibus gestis per Alexandrum datis *in summario Hieronymi num. 6. et seqq.* existimarunt Domini renouatam fuisse prædictam societatem cum Nicolao filio, & hærede Scipionis, quia nullibi constat, illos fuisse gestos cum consensu Nicolai, seu illius Curatoris, imò *ex summario Alexandri nu. 7.* videtur potius apparere de expresso dissensu, seù contraria voluntate, & tamen, cum de tempore obitus Patris Nicolaus esset minor, non potuit cum eo renouari societas sine solemnitati-
5 bus, & consensu Curatoris, *argum. Text. in l. At in conductionibus ff pro soc. Menoch. lib. 3. præsumpt. 56 nu. 10. Mantic de tacit. lib. 6. tit. 26. num. 25. et Rota in dicta Bononien. Pilorum §. et cum de tempore.*

Et ita veraque &c.

R. P. D.

R.P.D. ALBERGATO.

Bononien. fideicommissi de Cæsareis.

Luna 16. Ianuary 1662.

ARGVMENTVM.

Filiatio ex quibus inducatur, & probetur? Bulla Pij IV. Renocatoria facultatum legitimandi in quibus habeat locum?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario quibus concurrentibus debeatur immissionis manutentio. num. 1.*
2 *Legitimatus in successione fideicommissi habetur pro legitimo, & naturali. num. 2.*
3 *Bonum ius hæredis fideicommissarij ex quibus constet. n. 3.*
4 *Filiatio ex quibus coniecturis, & adminiculis probetur. n. 4.*
5 *Filiatio eiusq; quasi possessio ex varijs actibus inducta sicuti negari nequit à Patre, ita nec ab habente causam ab eo. num. 5.*
6 *Lim. vt non probet contra eum, qui possidet vti vocatus ad fideicommissum ex propria persona, & non habet causam ab hærede grauato. num. 6.*
7 *Filiatio plenè probatur ex coniecturis simul iunctis.*
8 *Legitimatus succedit in fideicommisso ad quod fuerunt vocati nati de legitimo matrimonio, vel quando fuit ad id factus habilis ab habente facultatem, vel quando illa qualitas de legitimo matrimonio fuisset tantum apposita in prima substitutione. nu. 8. & 10.*
9 *Legitimandi facultates amplissimas habent DD. de Campegijs Equites Bononien. nu. 9.*
11 *Bulla Pij IV. reuocatoria facultatum legitimandi in præiudicium legitimorum, his non extantibus non afficit legitimationem in præiudicium tertij possessoris. nu. 11.*
12 *Legitimatio facta sine præiudicio iuris quæsito, non valet in præiudicium iuris præcedentis à tertio quæsiti. n. 12.*
13 *Donatarius vniuersalis tenetur seruare factum donantis defuncti. nu. 13.*
14 *Donatarius vniuersalis is non est cuius author de bonis donatis, & portionem in se retinuit, & vsumfructum. num. 14.*
15 *Cohabitatio Patris cum Matre, & alij actus huic similes probantur per testes qualescumq; cum Nobiles personæ non soleant illis interesse. nu. 15.*
16 *Testium discordia in re leuis momenti non releuat præcipuè vbi alijs adminiculantur.*

DECISIO LXXXIV.

Sine præiudicio legitimæ executionis commissa mihi causa appellationis interpositæ per Gandulphum, & litis consortes à secunda sententia primæ confirmatoria, quas super immissione obtinuerat Ruggerius de Cæsareis in vim fideicommissi à Mattheo ordinati; proposui dubium super manuten-
1 tione, Sed Domini de bono iure videre voluerunt, de quo ad fauorem Ruggerij constare hodie responsum fuit. Non enim reuocatur in dubium
2 identitas bonorum, aut existentia fideicommissi, in quo cum vocentur filij legitimi, & naturales, & vtramq; qualitatem dicatur habere Ruggerius legitimatus *Menoch. cons. 266 Thob Non. cons 69. Berett. cons. 31. per tot. Giouagn. cons. 21. nu. 2. & seq. lib. p. Cyriac. contr. 207. nu. 48. & seq Rot. coram Seraphin. decis. 880. nu. 5. & decis. 500. n. 2.*
3 *& seq. p 3. rec.* De eius bono iure constat ad effectum succedendi in fideicommisso, vt per *Rot. in Romana fideicommissi de Griphonibus 10. Maij 1655. coram b. m. Dunozetto §. & quia mortuo.*

Ioannem autem vltimo loco defunctum, à quo
4 causam habent Gandulphus, & litis consortes filium esse Ruggerium probari visum est Dominis ex pluribus simul iunctis, nam ille domi retinebat Antoniam Ruggerij matrem, & cum illa continuo versabatur, & se immiscebat, in eadem domo natus est, vti filius Ioannis fuit baptizatus cum impositione nominis Auiti, & successiuè tractatus, alimentatus, & publicè habitus vti filius; Quibus accedit transactio inita ab ipso tamquam filio Ioannis simul eum ipso ex vna parte contrahentis cum possessoribus bonorum fideicommisso subiectorum, & cum consanguineis, qui illum pro tali agnouerunt, admissio ad publica officia Ciuitatis tanquam filij Ioannis præuia testium dispositione super eadem filiatione legitimatio à Patre impetrata, in qua procreationem, & omnes alios prædictos actus fatetur, tres demum enunciatiuæ emissæ in Instrumentis celebratis cum authoribus Gandulphi, & litis consortum, ex quibus simul iunctis probari filiationem post antiquiores tradunt *Alex. cons 157. nu. 2. lib. 5. Surd. cons. pr. nu. 43. & seq. Giouagnon. d cons. 21. nu. 2. Spad. cons. 250. nu. 2. & per tot. lib. 2. Nogueroll. alleg. 25. nu. 58 Menoch. præsumpt. 53. lib. 6. Gratian. discept. 562. nu. 59. & seq Merlin Pignatell. contr. 84. nu. 12. & per tot. lib. 2. Rot. decis. 332. nu. 3. post secundum volum. cons. Farinac. coram Seraphin. decis. 1282 nu. 1.* plenè *in Romana de Iacnellis 13 Nouembris 1613. coram Vbaldo*, Romana hæreditatis de Gratianis *7. Febr. 1642. coram* Reuerendiss. *Tarraconen., & 28. Maij 1649. coram Reuerendiss. D. meo Decano, Romana filiationis 27. Iunij 1650. coram Eminentiss. D. Card* Corrado. *Viterbien. fideicommissi 2. Maij 1653. coram* R. P. *D. meo Verospio. § plures autem, & seq. & in Florentina Oratorij 2. Maij 1661. coram dicto Reuerendiss. D. meo Decano §. præterea concurrunt vsque ad fin.*

Quæ fortiora redduntur in præsenti, ex quo agitur cum Gandulpho, & alijs à Ioanne causam habentibus, quemadmodum enim nominatio, tra-
5 ctatus educatio, alijq; actus supra recensiti, adeo filium constituunt in quasi possessione filiationis, vt non possit amplius Pater id negare, ita nec habentes causam ab eo. *Crauett. cons 29. n. 1. Gratian. discept. 633. nu. 72. & seq. Theodor. alleg. 18. nu 48. & seq. Rot. coram Coccin. decis. 120. nu. 2. & decis. 152. n. 1. & seq. Bonon. fideicommissi Bartholomæi de Bologninis 12. Maij 1645. coram Reuerendiss. Terraciuen. & in dicta Florentina §. ex*
6 *quibus.* Non autem contra tertios possessores bonorum ex persona propria vocatos, & non habentes causam à grauato, in quibus terminis procedunt authoritates relatæ *in Bonon. fideicommissi de Victorijs 5. Maij 1655. & 18 Febr. 1656. coram* Reuerendiss. *D. Zarate nunc Episcopo Segobien.* prædictæq; coniecturæ non seorsim, & disiunctim considerandæ sunt, sed coniungi debent ad facien-
7 dam filiationis plenam probationem. *Surd. cons. 1. nu 54. Menoch. de arbitr. cas. 89. nu. 65. in fin. & seq. Pignatell. d. contr. 84. nu. 7.* Rot. *coram Sanmem. Gregor. decis. 247. sub nu. 16. vers. & liter,*

& in

8 *& in dicta Romana filiationis §. ex quibus equidem.*

Neque admissioni Ruggerij obstat voluntas Testatoris, qui vocauit filios de legitimo matri-
9 monio natos, quia omisso quod legitimatus fuit cum clausula, quod comprehenderetur sub quolibet testamento loquente de filijs legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis à Dominis de Campegijs amplissimas facultates habentibus, de quibus *Giouagn. consl. 16. nu. 44. & seq. lib. 2. Rot. apud Comitul. decis. 37. & decis. 832. num. 9. coram Merlin.* & sæpè in alijs responsum
10 fuit, quod qualitas illa de legitimo matrimonio in prima tantum substitutione fuit apposita, non autem in alijs subsequentibus, vnde non obstat Ruggerio ex posterioribus agenti, in quibus prædicta qualitas non censetur repetita, sed consulto omissa *Soccin. Iun. consl. 77 sub nu. 16. vers. maximè, & nu. 22. Pedroch. consl. 10 nu. 28. Giouagn. consl. 22. nu. 33. & 35 lib. 1. Noguerol. alleg. 23. nu 45. Roman. consl. 370. nu. 4 & seq. Spad. consl. 363. nu. 7. lib. 2. & Rot ibidem impress. in Bonon. de Malnetijs 23. Martij 1609. coram Card. Sacratt. §. p. & per tot. coram Eminentiss. D. Card. Ottobon. decis. 252. nu. 7 & seq & in Aueuinen. transactionis 22. Iunij 1657. coram b. m. Dunozetto. §. nec vi let replicatio.*

11 Legitimationi vero præfatæ non resistit Bulla Pij IV. reuocatoria facultatum legitimandi in præiudicium substitutorum. Quia non habet locum hic, vbi non agitur de præiudicio legitimorum, cum illi non extent, nec contra substitutos, sed contra tertios possessores bonorum, de quibus Bulla non loquitur, atque ideo legitimatio suffragatur etiamsi facta fuisset sine præiudicio substitutorum, & venientium ab intestato, vt per *Giouagn. d. consl. 21. d. nu. 10. & seq. lib. 1. Socin. Sen. consl. 63. num. 20. & seqq. lib. 3. Fusar. de substit. quæst. 408. nu. 85. & 87. Rot. in dicta Romana fideicommissi de Griphonibus §. nec denique obstat, quod Bulla.*

12 Prout pariter non releuat, quod legitimatio fuerit facta sine præiudicio iuris quæsiti, quodque Ruggerius in vim donationis sibi factæ à Ioanne Patre illius factum seruare teneatur nam de tempore legitimationis nullum ius quæsitum erat, cum emanauerit 20. Aprilis 1623. asserta verò decoctio post nempe 24 Augusti eiusdem anni secuta fuerit & tamen de huiusmodi iure quæsito creditorum nō constat nisi ex eorum enunciatiuis emissis post legitimationem.

13 Respectu verò donationis non subsistit in facto Ruggerium fuisse donatarium vniuersalem patris, nam hic vsumfructum bonorum donatorum reseruauit, & ad effectum testandi, alteram portionem bonorum, sicque ex hoc capite non tenetur
14 de proprio seruare factum defuncti *Caner. var. resol. p. 3. cap 7. nu 119. Merlin. de pignor. lib. 4. quæst. 144. num. 5.* & alijs relatis dictum fuit *in Romana locorum Montium 3. Iunij 1650. coram Reuerendiss. Papien § fin. & in alia Romana locorum Montium 4. Iulij 1657. coram R. P. D. meo Priolo §. quia non est donatarius vnam.*

Quibus stantibus non officiunt exceptiones cōtra personas, & dicta testium deponentium de re-
15 tentione matris, vt prædictis tractatibus. Quia cum similibus actibus non soleant à communiter accidentibus interesse personæ nobiles admittendæ sunt depositiones testium, qui interuenerunt, & actibus præmissis præsentes fuerunt, vt in terminis dictum fuit *in d. decis. 332. nu. 12. in fine post secundum vol. consl. Farinac. dicta Romana hæreditatis de Gratianis 7. Febr. §. non obstant Romana nullitatis matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram b. m. Argelles §. ex quo nascitur D. Viterbien. fideicommissi §. horum autem, et in dicta Florentina §. prima enim exceptio.* Quo vero ad eorum dicta contrarietas obiecta non est circa substantialia, nec percutit idem tempus, & versatur circa res leuis momenti, proindeque non releuat cum omnis in-
16 terpretatio pro eorum concordia sit capienda, dum præcipuè tot alijs adminiculantur, vt *in dd. decisionibus* responsum fuit, & signanter *in Romana hæreditatis de Gratianis 28. Maij 1649. coram Reuerendiss. D. meo Decano impress. post Modern. in Laberint credit. decis. 83. nu. 13. et in Romana dotis 14. Iunij 1658. §. exceptiones coram me*, & concordant *Altograd. consl. 50. nu. 66. lib. 1.*

Ex quibus &c. responsum fuit constare de bono iure Ruggerij vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Firmana Primogenituræ.

Luna 15. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

HÆres non potest facere dispositionem contrariam voluntati Testatoris, & adeundo simpliciter censetur acceptasse onus sibi iniunctum.

SVMMARIVM.

1 *Bona per Testatorem certo oneri supposita non possunt per heredem contrario oneri supponi.*
2 *Hæres simpliciter adeundo censetur acceptasse onus sibi iniunctum.*
3 *Et propterea super eisdem bonis non potest imponere onus omninò diuersum.*
4 *Mutatio qualitatis ordinata per Testatorem in parte substantiali operatur nullitatem.*
5 *Qualitas ad certum affectum ordinata non attenditur quoties idem sequitur effectus, secus si diuersus.*
6 *Habens facultatem nominandi in vltima voluntate nulliter eligit in vita.*
7 *Electio facta in vita non tenet quoties paratur præiudiciū existentibus de tempore obitus.*
8 *Primogenitura adinucta ad hoc vt bona continuo conseruentur in vna persona sine diuisione.*
9 *Contractus correspectiuus, ex defectu causa finalis debet infringi.*
10 *Et maximè si sit contractus donationis.*
11 *Hæres mediatus quando facilius excipere possit?*
12 *Contractus nominatus non rescinditur, sed præstat actionem contra inobseruantem.*
13 *Fallit quando promissa nequeunt adimpleri.*
14 *Item fallit quando deficit causa finalis.*
15 *Dispositio non debet trahi ad casum, quo deceptio resultet.*
16 *Tacita ratihabitio non potest induci, vbi expressè excluditur.*
17 *Prout non inducitur sine scientia nullitatis actus gesti.*
18 *Ex scientia testamenti nequit inferri ad scientiam oneris in eo contenti.*

DECISIO LXXXV.

RVggetius de Iuliuccis ex causa ingressus in Re-
ligionem Diui Francisci sub ea lege Ioannem
Baptistam fratrem sibi instituit heredem, vt ex
integro hereditatis asse, ac portione bonorum pa-
ternam eidemmet Ioanni Baptistæ debita Primo-
genituram Iure contractus institueret in fauorem
alterius ex fratribus in vltima vitæ periodo ad ip-
sius hæredis libitum nominandi, quorum fratrum
masculina linea extincta primogenitum exortum
ex fęmina primogenita mandauit admitti. In cu-
ius executionem dispositionis à Ioanne Baptista
anno 1621. tum proprio, cum hereditario nomi-
ne Ruggerij, nec non etiam vti Petri alterius fra-
tris donatario vnanimi consensu cum Dominico,
ac Antonio fratribus quoque germania maioratus
Iure donationis inter viuos institutus fuit in fauo-
rem eiusdemmet Antonij, deinde verò, ordine
tamen successiuè pro Dominico, ac Petro, necnon
masculis ex eis descendentibus, facultate quoque
vltimo ex his attributa eligendi aliquem ex natis
à femina Iuliuccia, quorum vocatio expressa pr̨e-
cesserat in casu quo linea fratrum masculina foret
extincta; cum verò nominatio Iulij Cęsaris Mori-
cij virtute predict̨ę facultatis à Marco Antonio vl-
timo masculo habita nullius roboris decreta fuerit,
Eminentissimus D. Cardinalis Azzolinus eiusdem
Marci Antonij hęres ex Testamento nullitatem
Primogenituręobiecit, super cuius proinde exi-
stentia pluries per me proposito dubio, negatiua
hodie prodiit resolutio, ac à decisis fuit idcirco
in hac parte recessum.

Ratio verò resolutionis ea potissima fuit, quod
forma à Ruggerio præscripta in parte substantiali
conuincitur à Ioanne Baptista posthabita, ac in-
nouata; Ille enim in Testamento disposuit, vt
post Ioannis Baptistę decessum Primogenitura à
fratre initiū sumeret, seu a nepote ab ipsomet he-
rede in vltima voluntate eligendo, & fratrum li-
nea masculina extincta admitti mandauit primo-
genitum ex primogenita fęmina descendentem.
Hic verò in vim contractus præelegit Antonium
Quinimo vltimo masculo facultatem detulit no-
minandi masculum ex fęmina Iuliuccia descen-
dentem ad proprię libitum voluntatis; adeoque
portio Ruggerij inclusa censeri non valet sub pri-
mogenitura, de qua agitur, ordine omninò di-
uerso, ac preter sui voluntatem à fratre instituta
1 *ad text. in l. vnum ex familia 69. § sed & si fun-
dum, ff. de leg. 2. & in l. si duobus 3 § sed quia C.
commun. de legat.* vbi quod bona certo oneri ob-
noxia iterū nequeunt ab hærede contraria dispo-
sitione grauari. *Molin. de primogen lib 4 c 1. n.
2. Surd. cons 505. nu. 5. vers. 2. considero. Cyriac.
controu iur 312. nu. 84 Rot. coram Seraph decis.
848. nu. 4 et decis. 855. nu. 2. et 5. cum alijs rela-
tis iuribus in decis 518. nu. 12. par. 4. tom. 3. rec.*

Quinimò Ioannis Baptistę quoque portio ma-
ioratui per Ruggerium ordinato debet subiacere.
2 Is enim eiusdemmet Ruggerij hereditatem simpli-
citer adeundo iniunctum sibi onus dimittendi,
videlicet bona paterna in fauorem Primogenitur̨ę
censetur acceptasse *ad text. in l Titia, cum te sta-
mento 35. § Qui in vita*, ibiq; gloss. *in verb. pe-
titione, ff de legat. 2. Bald. cons. 89. nu. 8. lib. pr.
Surd. cons 7. nu. 5. & cons 361. n. 42. Card. Man-
tic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 11. nu. 9. Rot.
3 coram Seraph. decis. 88. nu. 4. vers quare causa*;
Nec proinde potuit super eiusdemmet bonis eli-
gere maioratum omninò diuersum, *Purpurat. cons.
500. nu. 25. cum seqq. Castrens. cons. 164. nu 6.
lib. 2. Rolan. cons. 10. num. 40. vol. 3. Molin. de
primogenit q. 8. nu. 7.*

Nec subsistit, quod omissio qualitatis per testa-
torem ordinatę nullitatem nequeat operari, dum
Primogenitura executioni demandata fuit in sub-
stantia, posset enim admitti obiectio, si qualitas
præscripta commodum dumtaxat hęredis respi-
4 ceret, vel defuncti voluntas in parte substantiali
innouata non foret, in quibus terminis loquitur
decisio *coram Seraph. decis. 589. nu. 9. & 11.*, &
altera *93. nu. 7. par. 7. rec.* vbi rationem ponde-
5 rat, quod qualitas ad certum effectum ordinata
inspici non debet, quoties idem effectus subse-
quatur, secus verò dum ex variatione nedum ipsa
dispositionis substantia euertitur, sed etiam ex-
clusio resultat primogeniti ex fęmina primogeni-
ta à Ruggerio expressè vocari, Tali quippe casu
non potuit hęres Testatoris voluntate posthabita
substitutiones omninò contrarias apponere, Rota
*in Romana Iurispatronatus 12. Decembris 1659. co-
ram Reuerendiss. D. meo Decano, & coram b. m.
Merlin. decis 348. nu. 8.*

6 Antonij pręterea electio tanquam ante tempus
à Testatore pręfixum expleta omninò improba-
tur à iure *in l. cum Pater 79 § A filia, ff. de leg 2.*
disponente, vt astrictus aliquem ex certis perso-
nis in vltima voluntate nominare, nequeat electio-
nem in vita peragere, cuius ea ratio assignatur,
quod obitu præelecti ante nominationis deces-
sum eueniente, vt contingit in casu proposito
pręiudicium irreparabile ex præuentione infer-
tur existentibus de tempore obitus, vt tradunt
7 *Roman. cons. 452. num. 3. & 4 Molin. de Iust. &
Iur. tom. 3. disput 593. n. 1. Cald. de iur. emphith.
lib. 3 cap. 12. nu. 15. cum seqq. Molin. de primoge-
nit. lib. 2. cap 4. nu. 24. Rot. decis. 263 num 9. &
decis 323. nu. 1. par. 1. & decis. 326 n. 19. & 20.
par. 4 tom. 2. rec.* Hinc interebant DD contra-
ctum ceterorum quoque fratrum respectu corrue-
re, siquidem erectio maioratus exinde ab ipsis pro-
prijs in bonis instituta fuit, quod Ruggerij, suiq;
portionem Ioannes Baptista eidem maioratui su-
biecerat., vt ipsa institutio Primogenituræ suadet
8 ad hoc adinuentæ, vt bona valeant indiuisa in vni-
ca dumtaxat persona continuè asseruari, vt aduer-
tit *Bald. in Authentica ex Testamento nu 39. C.
de collat. Soccin. Sen. cons. 47. nu. 6. vol. 3. Paris.
cons. 72. num. 81. vol. 4. Molin. de primogen lib. 1.
cap. 11. nu. 2. cum seqq. Surd cons. 241. nu. 14. &
cons. 369. nu. 1. Rot. decis. 182. n 22. coram Emi-
nentiss. D. m. Card. Ottobon.* Nam ostendit aper-
tè ratio asseruationis bonorum in primogenitis,
tum in proœmio, tum etiam in parte dispositiua
à contrahentibus pro splendore familiæ expressa.

Detracta itaque ex asse primogenituræ Io: Bap-
9 tistæ, ac Ruggerij portione bonorum voto à do-
natoribus contemplata videtur omnino corruere,
ac contractus proinde veti cor respectiuus ex defe-
ctu causæ finalis fratrum quoque respectu debet
infringi

Infringi ad *text. in l. cum emptor 5. ff de rescinden.*
vendit. Becc. cons. 45. n. 29. cum seqq. Manr. cons.
123. nu. 2. cum seqq. Surd. cons. 68. nu. 21 & decis.
344. nu 19. Cardinalis Mantic de tacit. lib. 3 tit.
12. nu. 54. Faber in suo Cod. lib 6 tit. 5 deffinit.
18. vers. sed tamen negari non poss., Grat. disc. for.
cap. 273. nu. 15. & 16. Rot. decis 233. nu. 3. p. 4.
10 *rec.* idque in terminis donationis probat *text. in*
l. p. C. de donat. quæ sub mod. Curt. iun. cons. 124.
nu. 14. Clar. in § donatio, quæst vlt. n. 1. Molin.
de inst. & Iur. quæst. 584. n. 3. post medium, vers.
quando maioratus, Thesaur. decis 270. nu 22. Cy-
riac. contron iur. 239. nu. 5. cum seqq. Rot. *coram*
Merlin. decis. 229. nu. 1. & decis. 331. num. 10. &
11. p. 4. tom. 2. rec. & penes *Modern Perusinum de*
11 *manutent. decis. 86. nu. 6.* dissolutione præsertim
primogenituræ inspecta à Dominico, & Petro
vnanimi consensu cum Ioanne Baptista de anno
1624 perhabita, cuius virtute D. Cardinali me-
diato hæredi facilius hac se exceptione tueri per-
mittitur, *Rot. coram Buratt decis. 246. nu. 3.*

Et licet contractus nominati rescissio regulari-
ter admitti non soleat, sed actio dumtaxat contra
inobseruantem pro eius implemento à iure tri-
12 buatur *ad textum in l. ea conditione* 14. *C. de re-*
scindend. vendit. Surd. cons 369. nu 26. Rot. coram
Merlin decis 761 nu. 23. & 24. non tamen addi-
13 ta conclusio sibi locum assumit, quoties, vt hic,
promissa nequeant expleri *Soccin. Sen. cons. 26. n. 4.*
vers. ex quibus, & nu. 5. vol 3 Rota decis. 676 n.
7. par. 2. rec & in Romana, seù Veliterna affictus
15. Martij *1652. in §. sed quicquid sit, coram b. m.*
14 *Bichio*, vel concurrat defectus causæ finalis, tunc
enim rescissio, necnon à contractu recessus quoq;
permittitur *iuxta tex. in l. cum te 6.* ibique *post*
glos in verb. conueniat, notat *Castrens. nu. p. ff. de*
pact. inter empt & vendit. Abbas in cap. verum 4.
nu. 2. vers. Vnde concludendo de condit. apposit. Ro-
lan. cons. 69. nu. 40. vol. 4. Dec. *cons. 45. nu. 29.*
Surd. decis. 220. nu 19. & cons. 68. nu 21. Rot. co-
ram Seraph. decis. 591. nu. 10. Merlin. *decis. 229.*
nu. 2. & notat *Add. ad decis. Buratti 640. nu. 28.*
Aliàs enim dispositio trahetur ad casum, quo de-
ceptio fratrum resultaret contra dispositionem
15 iuris id expressè prohibentis *in l. cum Aquilana 5.*
ff. de transact. & in l tres fratres 36. ff. de pact. Alex.
cons. 45. nu. 7. & 8. vol. p. Aym cons. 70. nu. 28.
Rimin. Id. Iun. *cons. 5. nu. 116. et cons. 33. nu. 25.*
Surd cons 431. nu. 46.

16 Tacita denique ratihabitio obesse non valet,
vel quia expressa Primogenituræ reuocatio eam
excludit ex regula *text. in l. cum ex filio 39. § fi-*
lio impuberi, ff. de vulgar. Castr in l. si fundum 83.
§. sticum, nu. 1. ff. de leg at. p. Aymon. cons 32. n. 2.
17 Vel quia sine scientia nullitatis, ac erectionis in-
ualidæ ea induci nequiuit, *Natt. cons 162. nu 3.*
& 4. Gabr. *cons. 36. nu. 60. lib. 1. Surd. cons. 49.*
nu. 31. vers. 2. respondeo, Rot *coram Buratt. decis.*
410. nu. 11. & decis. 191. n. 19. coram Eminentiss.
D. meo Cardinali Otthobon. cum alijs relatis *in*
Romana Testamenti 4. Februarij 1661. in § vlt.
post medium coram me; Quæ sanè scientia desumi
non valet ex habita mentione Testamenti Rug-
18 gerij in contractu donationis, cum ex scientia Te-
stamenti ad notitiam oneris in eo contenti inferri
nequeat, *Grat. discep. foren. cap. 788, n. 11. Ossasc.*
decis. 153. nu. 15. vers. non obstat, Rota decis. 268.
nu. 3. par. 2. & decis. 157. nu. 21. par. 8. rec.

Et ita vtraque &c.

R.P.D. VEROSPIO.

Fulginaten. prædij.

Lunæ 15. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Ægidiana constitutio quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non est locus, quando sententia est iniusta, nu. 1. & 9.*
2 *Fideicommissum non potest institui in præiudicium creditorum nu. 2.*
3 *Constitutiones Carpenses non extenduntur vltra Prouinciam Marchiæ. nu. 3.*
4 *Protestatio præseruat ius protestantis, non autem de nouo tribuit. nu. 4.*
5 *Confessio erronea non attenditur. nu. 5.*
6 *Reintegrationis, & immissionis iudicia tamquam inter se contraria non possunt cumulari. nu. 6.*
7 *Sententia non citatis omnibus possessoribus est omninò nulla nu. 7. nec potest substineri quoad citatos nu. 8.*

DECISIO LXXXVI.

Boncompagnus vti vocatus ad fideicommissum
anno 1584. institutum à Troylo Boncompa-
gno, immissionem seù reintegrationem ab A. C.
super Prædio obtinuit, à fratribus de Gentilibus
possesso, nec non in Territorio Fulginei in Re-
gione videlicet Granarij constituto; Ad quorum
fratrum instantiam, delata mihi causa ad formam
rescripti signaturæ Dubium hodiè proposui,
vtrum Ægidianæ Constitutio appellationis inter-
dictiua in iudicijs possessorijs debeat admitti? &
in negatiuam DD. sententiam ex euidenti Iniu-
1 stitiæ fundamento inclinarunt, ex eo potissimum
resultantis, quod Carolus Boncompagnus tum
proprio nomine, tum etiam vti Procurator Troy-
li fratris de anno 1560. Prædium, de quo agitur,
ex dotalis crediti causa insolutum Nicolę matri
concessit; Hæc verò post possessionem ipsius ap-
præhensam de anno 1571. se obligauit expressè
pro restitutione dotis in scutis mille sibi à Cin-
thia vxore Boncompagni filij persolutæ, cui suc-
cessiuè eiusdemmet Vir, ac Carolus frater nomi-
ne hæreditario Troyli hæredis Nicolæ matris pro
eodem dotis credito prædium assignarunt, vt ex
Instrumento assignationis, nec non altero posses-
sionis adeptæ apertè conuincitur; post Cinthiæ
verò discessum idemmet Prędium in Cataldinum
ipsius filium delatum fuit, debitorem Vincentij
Gentilis, cui Iudex primo suo credito illud adiu-
dicauit.

Dum itaque prædium pro debito distractum
2 ostenditur ad fideicommittentem vti Nicolæ hæ-
redem spectante ex dispositione iuris, eiusdem re-
cuperatio successiuè, vocatis ad fideicommissum
interdicta censetur, *ad Text. In l. filiusfamilias*

1. §. Dini 7. il secundo ff. de leg. p. l. Pater Alium
6ff de leg. 13. Rot. in Romana fideicommissi 7. Iu-
nij 1652. in §. nam quis coram Reuerendiss. D. meo
Zarate.

Nec obligatio Nicolę poterit ex solemnizatum
3 defectu de nullitatis vitio redargui; Quoniam Car-
pensis constitutio certas solemnitates exquirens
in mulierum contractibus in Prouincia dumtaxat
Marchiæ, non antem in cæteris locis admittitur,
vt in terminis Fulginei respondit *Rot. in decis. 304.*
nu. 8. & 9. p. 4. tom. 2. recent.

Diuisio verò inter Cataldinum, ac Herculem
fratres Institutæ obesse non valet, licet præseruata
fideicommissi iura subsequenti verborum contex-
tu ibidem extitisse noscatur, videlicet sine præiu-
dicio fideicommissi in omnibus bonis iniuncti à
Troylo; Talis equidem protestatio posset aliquid
operari, si prædium fideicommisso foret obno-
xium, secus verò dum innotescit omninò con-
trarium, præseruationis quippè natura est ius rea-
liter præexistens asseruare, non autem illud de
4 nouo tribuere, vt notat *Aym. cons. 15. num. 2. ad*
med. & cons. 29. nu. 8. Rot. decis. 157. nu. 9. p. 4.
diuers.

Præterea neque explicita hæredis grauati con-
fessio super identitate bonorum, vel existentia fi-
5 deicommissi solet suffragari, si eadem erronea de-
tegatur, *ad Text in l. non fatetur 2 de confess. Soc-*
cin. Iun. cons. 132. nu. 3 lib p., Menoch. cons. 105.
n. 95. & 96. Rot in Amerina successionis 15. Maij
1656. in §. animaduersum propè fin. coram R. P. D.
meo Beuilaqua.

Neque vrgere potuerunt alienationes bonorum
fideicommissi per Cataldinum, & Herculem per-
habitæ, siquidem ex earum causa Boncompagno
dumtaxat permittitur pro reintegratione fidei-
commissi peragere, non autem immissionis iudi-
cium in vim *l. vlt. C de edict. instit*, quod super
bonis fideicommissarijs solummodò defertur.

Animaduertebant præterea aliqui ex DD. sen-
tentiam vitio nullitatis subiacere, vel quia immis-
sionis, & reintegrationis iudicia inter se vti con-
6 traria insimul nequeunt cumulari *Bero. cons. 61.*
nu. 26 vol. 2. Menoch. de adipisc. remed 4 n. 509.
cum Rot. *in Romana transactionis 11. Febr. 1661.*
in § neq; poterunt coram me; Tum ex neglecta ci-
tatione Pantasileæ sororis fratrum de Gentilibus,
quæ ratione possessionis existentis penes ipsam
7 pro indiuiso citari omnino debuerat, *iuxt. Text.*
in c. licet Episcopus, ibiq; *Glos. not. in verb. de non*
vocato de præben. lib 6. Ruin. *cons. 62 nu. 24. lib.*
5 Rot. in Toletana decimarum de Capilla 12 Iunij
1654. in § releuantia quoque coram me, que sanè
nullitas adeò sententiam inficit, vt ob connexio-
8 nem iuriũ nequeat quoad citatos substineri *Ruin.*
cons. 529. nu. 12. lib. 5. Gabr. *cons. 56 nu. 17. lib. 1.*
Rot. *coram Greg. decis. 319. nu. 1.* ibidem *Add n.*
7. & coram Eminentiss. D. meo Card Otthob. de-
cis. 170. nu. 24. & in Romana, seu Veliterna resti-
tutionis in integrum 25. Iunij 1646. in § est autem
coram bo. me. Bichio, & in Leodien. successionis 14.
May 1660. in § penult. cum seq. coram Reueren-
diss. D. meo Episcopo Papien.

Hinc immissionis sententiam euidenter videtur
9 iniustitiam præseferre, nec executionem proindè
ex vi Ægidianæ Constitutionis consequi debet, vt
tradit *Corn. cons. 10. num. 2. vers. nisi fortè lib. 4.*
Gabr. cons. 49. num. 15. & lib. p. Contard. *de Con-*
stit. Ægid. quæst. 4 num. 6. Rot. decis. 391. num. 5.
p. 2. rec.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Bononien. Fideicommissi de Cataneis.

Veneris 17. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Fideicommissum masculinum feminatum exclusi-
uum ex quibus dignoscatur?

SVMMARIVM.

1 *Sanguinis proximioritas probatur per testes. nu. 1.*
2 *Proximior quis præsumitur vbi alius non comparet. nu. 2.*
3 *Filiæ continentur appellatione legitimorum hæredum. n. 3.*
4 *Lim. quando fideicommissum est masculinum, & fœminæ excluduntur propter conseruationem agnationis. nu. 4.*
5 *Fœminæ regulariter excludunt substitutum, vbi masculi deficiunt. nu 5.*
6 *Lim. quando fuit considerata agnationis conseruatio. n. 6.*
7 *Agnationis conseruandæ ratio ex quibus deducatur. n. 7.*
8 *Agnatio dicitur potissimum considerata quando fœminæ fuerunt exclusæ absolutè, & dispositiuè, non verò consequutiuè. num. 8.*
9 *Lim. vbi non fuisset considerata conseruatio agnationis, & exclusio earumdem respiceret casum peculiarem. nu. 9.*
10 *Fœminæ tunc etiam dicuntur exclusæ quando Testator nec propriam sororem vocauit. nu 10.*
11 *Testamenti identitas probatur ex recognitione iurata Notarij, & ex recognitione manus Testatoris, eiusq; sigilli appositione. num. 11.*
12 *Testamenti validitas ab eo nequit impugnari, qui illud plures probauit. num. 12.*

DECISIO LXXXVII.

Dixerunt Domini constare de fideicommisso ad
fauorem Ioannis Baptistæ de S. Petro, Quia
cum Balthasar de Cataneis instituisset hæredes
vniuersales Alexandrum filium, & Gasparem, &
Bonifacium nepotis ex Arone altero filio præde-
functo cum onere perpetui fideicommissi per hæc
verba, (la quale heredità sia in fideicommisso d'
heredi in heredi maschi, non femine per niente,
perche non manchi la Casa delli Cattanei &c.
& in caso non si trouasse heredi legittimi delli
Cattanei, lasso in quel caso sia tolto vn figliuolo
de Bardi, e farsi chiamare delli Cattanei, acciò la
Casa non manchi, e caso che di questi non ne fosse
sia tolto vno putto più attinente al sangue delli
Cattanei, e sia herede facendosi chiamare delli Cat-
tanei.) Cumque tùm linea Alexandri, tùm etiam
Gasparis, & Bonifacij defecerit, nullusque existat
de Bardis, vtique factus est locus vocationis Io:
Baptistæ tanquam proximioris familiæ de Cata-
neis, qui ex testibus talem se probat, & præsumi-
tur dum alius non comparet *Alex. in l is potest*
num. 15. vers. concludo igitur ff. de acq. hæred Ruin.
cons. 67 num. 14. lib. 5. Corn. cons. 197 num. 1 lib 4
Rot. *decis. 448. num. 8. coram Duran. & decis. 575.*
num. 7.

num. 7. coram Caualer. , *et decis. 845. coram Bu-*
ratt. et in recen. decis. 134. nu. 2. p. 5. et decis 284.
num. 29. p. 6 et in Bonon. fideicommissi, seu domus
10. Decembris 1646. coram bo. me. Bichio , et in
firmana fideicommissi de Natinguerris 22. Martij
1658. §. denique coram R. P. D. meo Taia .
Nec obstare visum fuit, quod vocatio Io: Bap-
tistæ sit conditionata , in casum deficientiæ legi-
timorum hæredum de Cataneis , quam non eue-
nisse prætenditur dùm Hippolitus Cataneus po-
stremò defunctus reliquit post se Sulpitiam, & Hip-
3 politam filias , quæ continentur appellatione legi-
timorum hæredum, vt consuluit *Gran gn conf. 11.*
num. 11. & seq. lib. 2. & tenet *Mantic. de coniect.*
lib. 11. tit. p nu. 10. Fusar de substit. quæst. 342.
per tot. Rot. coram bo. me. Merlin. *decis. 890. nu. 2.*
4 Quia cum Fideicommissum sit masculinum de
hærede in hæredem masculum , & in eadem parte
dispositiua legantur fęminę expressim exclusæ, ad-
dita etiam ratione conseruandæ agnationis, men-
tio hæredum posteà facta in parte conditionali
intelligitur de hæredibus masculis, quos tantùm
priùs vocauerat, non autem de fœminis , quas ex-
cluserat , vt tradit Soccin. *Iun conf 63. n 30. cum*
seq. lib. 3. Peregr conf. 29. nu. 7. vol. 3. Gabr. *conf.*
132. nu. 55. vers tamen puto contrarium nu. 56. lib.
1. & conf. 69 nu 5. & 30. lib 2. Rot. decis. 237.
nu 4. & 5. p r. 5. rec. & in Bononien. fideicomm.
5. Aprilis 1653. coram R. P. D. meo Beuilaqua &
in Bonon. fideicomm. de Amorinis 30. Maij 1659.
coram Reuerendiss. Papien. cum alijs nouissimè re-
5 latis *in alia Bononien. fideicomm. 16. Ianuarij 1662.*
§ penult. coram R. P. D meo Verospio .
Quamuis enim regulariter cessante concursu
masculorum de familia, fœminę excludant substi-
tutum ; hoc tamen cessat , quando fuit habita ra-
tio conseruandæ agnationis , vt tradit *Gabr. conf.*
6 *97. nu 15. vers. 2. casus est lib. pr. & de verb. signif.*
conclus. 6 nu. 54. Peregr. de fideic art. 25. nu. 25.
cum seqq. Rot. decis 801 p. 3. diuers. & decis. 284.
num. 33. & 36. , & decis. 304 num. 10. & seq. p. 6.
rec Quam in præsenti testator habuisse dignosci-
tur , tùm ex quo expressè inquit *accio non manchi*
la Casa delli Cattanei tùm ex onere ibis iniuncto
substitutis se nominandi de domo , & familia Ca-
6 tanea *Rip. in l. centurio num. 164 ff de vulg. &*
pupill. Cephal. *conf. 251. num 5. Menoch. conf. 171.*
num. 23. , & conf. 204. nu. 25 Peregr. de fideicom.
art. 29. num. 27. Thesaur. decis. 270. num. 10. Tunc
enim exclusio fœminarum, etiã in fauorem substi-
tutorum apposita præsumitur *Peregr. conf. 58. nu.*
6. lib. 5. Rot *d. decis. 284 num. 33 & 35. & decis.*
304. num. 10. & seq. p 6 recent. & in similibus
terminis fuit responsum *in Perusina successionis 19.*
Aprilis 1660. §. neque poterit coram R. P. *D. meo*
Verospio .
Quod potissimè procedere visum est Dominis,
quia Testator non exclusit fœminas consecutiuè ,
vel in vno tantum casu, sed per viam comprehen-
sionis generalis ibi *non femine per niuno*, quæ ver-
ba vti prolata ad regulandam totam dispositionem
perpetuam in omni casu, & tempore fœminarum
8 exclusionem important ad tradita per *Bero. conf.*
120 n 41. lib. 2. Menoch. conf 386. Gratian. *discept.*
621. num 18 Molin. de primog. Hispan. lib. 3. cap.
5. num. 62. Fusar. *de subst. 1. q. 403. num. 37. Peregr.*
&c.
de fideicom. art. 27. num. pr. & 2. Rot. *decis. 9. p*
pr. diuers Buratt. decis. 272 num. 15. Quid quid
sit si prefata verba fuissent adiectiuè, & accessoriè
apposita ad casum particularem nec fuisset habita
9 ratio conseruandæ agnationis , in quibus terminis
procedunt *illæ Bonon. fideicom. , pr. coram Reuer.*
Tarraconen. 30. Ianuarij 1640. § quibus conclusio-
nibus , alia 27. Aprilis 1643. coram Reuer. D. meo
Decano in §. ideo nihil refert .
Ponderabat etiam vnus ex DD. admodùm vr-
gere pro exclusione fęminarum quod Testator
considerans deficientiam filiorum Iuniperæ So-
10 roris , eam non vocauerit , sed filium de Bardis ,
indeque faciliùs præsumi voluisse excludere fœmi-
nas remotiores prout sunt Sulpitia , & Hippolita,
si sororem proximiorem , & cognitam noluit ad-
mitti *Menoch. conf. 836. num. 10. Rot. decis. 139.*
num. 7. p. 9. rec. tom. pr. & in dicta decis. 272. num.
15. coram Buratt.
De validitate testamenti Domini non dubitâ-
runt stantibus requisitis solemnitatibus , identitas
verò ad quam se restringebant informantes certa
11 omninò deducebatur, tùm ex recognitione iurata
Notarij, quam in similibus multum releuare dixit
Rot. decis. 181. num. 9. coram Eminentiss. Ottobo-
no, & in Senogallien. successionis 29. Ianuarij 1653
coram Eminentiss. Corrado , tum etiam fortius ex
recognitione manus eiusdem Testatoris , qua sce-
hedula fuit scripta, & subscripta , & ex duplici ap-
positione proprij sigilli, quæ omnem prorsùs sup-
positionem excludunt. *Rot. coram Duran. decis.*
182. num. 5. & decis. 581. num. 5. & seq. p 4. &
decis. 96. num. 2. p. 5. rec. cum alijs per Adden. ad
Buratt. decis. 475. num. 21. in princ.
Et demùm cum primi heredes auctores Sulpitię,
12 & Hippolitæ ex pluribus positiuis actibus, & lon-
geua 130. & vltrà annorum obseruantia idem te-
stamentum approbauerint, eius vigore adeundo, &
transigendo , nunc illius validitas , vel identitas à
successoribus impugnari non potest *Altogr. conf.*
71. num. 5. & seq. lib pr. Peregr. conf. 64. num. 19.
& seq. lib. pr. Coen. *conf. 307 num 7 lib 3.* Ruin.
conf. 7. num. prim. & 2. & num. 6. lib. 3. Menoch.
conf. 202. num. 95. & seqq. Fusar. conf 41. num.
21. & 29. Rot. coram Caualerio *decis. 122. num. 4.*
& seq. & decis 184. num. 32. & seq. p. 5. recent. &
in Romana testamenti 3 Martij 1661. in fine coram
R. P. D. meo Verospio .
Et ita vtraq; &c.

R.P.D. TAIA.

Auenionen. Transactionis.

Merc. 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

Filiatio ex quibus inducatu .

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas conuincitur si fuere seruata omnia ser-*
uanda . num. 1.
2 *Matrimonium probatur per Instrumentum . num. 2.*
3 *Re-*

3 *Recognitio scripturarum nequit controuerti si eas Iudex primæ instantiæ habuit prò recognitis . num. 3.*
4 *Cohabitatio coniugum comprobat coniugij instrumentum . num. 4.*
5 *Filius legitimus is dicitur qui nascitur ex viro, & muliere habilibus ad contrahendum matrimonium, & generandum simulq; habitantibus constante matrimonio . n 5.*
6 *Ampl. etiamsi vxor esset adultera num 6..*
7 *Filius ex ea natus non dicitur ex præsumptione iuris adulterinus . num. 7.*
8 *Filiationis declaratio in præiudicium tertij non valet.n.8.*
9 *Legitimatio non nocet maxime si facta fuit cum clausula (sine præiudicio venientium ab intestato) num. 9.*
10 *Filiationis declaratio non attenditur, si prò exoneratione conscientiæ inde fuerit reuocata . num. 10.*
11 *Delictum seu materia delictum sapiens debet concludenter probari . num. 11.*
12 *Filiatio probatur ex agnitione, & declarationibus ipsiusmet parentis . num. 12.*
13 *Filius adulterinus insuccessibilis est Patri adultero.nu.13*
14 *Transactio est de re dubia incerta, & non finita pactio non gratuita . num. 14.*

DECISIO LXXXVIII.

HEnricus quasi filius naturalis alterius Henrici duas lites mouit Francisco nunc ab Anna Fœlice testamentaria ipsius hærede representato, alteram de immissione in bona Fideicommissaria ab alio Franc. Sen. patre Henrici Sen. alteram de successione dicto Henrico Seniori quasi Patri naturali, & precedentibus de more suo decisionibus per duas sententias, Reus primo in partibus deinde hic in curia fuit absolutus. Deuoluta nunc ad me tertio causa hodie proposui dubium an vltima esset confirmanda, vel infirmanda? & confirman-
1 dam esse DD. responderunt.

Quia validitas incontrouersa erat ad seruata omnia seruanda *inrlsa iam decis. 260 coram Veral.*

Iustitia verificata est ex publico Instrumento 21 Septembria 1591. matrimonij inter Nicolaum,
2 & Catherinam Matrem Henrici iunioris nihil releuantibus exceptionibus contra dictum Instrumentum adductis, & præcipua illa Instrumenti non recogniti cum contrarium appareat ex actis primæ instantiæ in quibus Iudex omnia hinc inde producta, inter quæ est hoc Instrumentum de quo agitur partibus præsentibus eodemq; Henri-
3 co auctore d. Annę Fœlicia consentiente mediante particulari Decreto habuit pro recognitis in processu de partibus *fol. 13. ad finem.* Præsertim quia d. Instrumentum comprobatum est assidua
4 cohabitatione Coniugum multis annis, & publica voce, & fama quibus DD Nicolaus, & Catherina se habebãt, & habebantur pro veris coniugibus vt *in decis. huius causæ 4. Aprilis 1661 §. conditur coram* R. P. *D. meo Priolo*, & satis super
5 quæ ille dicitur filius legitimus, qui ex viro, & vxore ad matrimonium contrahendum ac generandum habilibus simul habitantibus constante matrimonio nascitur ad *text. lib. 6. ff Qui sunt sui, vel alien Iur.* & ibi notat ad litterã *Bart. et alij.* Quin etiam adultera Matre non vtique crimen adulterij quod mulieri objicitur filio præiudicat cum possit, & illa Adultera esse, & filius maritum
6 Matris Patrem habuisse *§. defuncto l. miles 11. ff. ad l. iul. de adult cum ibi not.*

Nec valet asserere Henricũ filium Henrici adul-
7 teri non autem Nicolai Mariti; hoc illi multum expedit, & est lucrosum quo casu (nisi cessat legis præsumptio, & cessat lex, & beneficium non confertur in inuitum) non ità mordicus in hærẽdum est præsumptioni *d. §. defuncto*, & facilius admittuntur in contrarium præsumptiones, &c. ad litteram apud *Rot. decis 409 num. 30. vers. quibus etiam accedit, & num. 31. p. 5. & coram Merlin. decis 488. d. num. & vers*

8 Tum quia vix habemus aliquid contrarium satis reprobatis contrarijs probationibus tum etiã quia quæstio est locupletationis filij Adulterini pronaturali cum aliena iactura, & in præiudicium tertij, repugnantibus omnibus adnotatis ad *Buratt. decis 725. num. 26. et Rot. decis. 645. sub nu.*
9 *4. p. 4. recent.* Et planè legitimationes subsecutæ, tanquam filij ex soluta muliere suscepti manifestę sunt cum clausula *absq; præiudicio venientium ab intestato, in summario Francisci num. 25.* Tamquam filij ex soluta muliere suscepti (inquam) quod falsum erat ex superius indicatis, & vberius declaratur in *d decis coram R. P. D. meo Priolo.* Quin etiam ex declaratione ipsius Henrici qui salutari
10 in pœnitentia ductus *pro exoneratione suæ conscientiæ medio iuramento declarauit fauore suorum hæredum, et aliorum quorum intererit quod etiam si procurauerit Enricum legitimari in curia vti filium suum naturalem nihilominus illud non est verum cum sit natus ex legitimo matrimonio nempe a Nicolao, et Catherina illudq; fuisse ad hoc vt D. Henricus facilius collocaretur in Matrimonium, et pro bono suo, et legitimationem per eum obtentam esse nullam ob narratiuam ipsius natiuitatis ex soluto, et ex soluta quod veritati refragatur, etc. in publico Instrumentu octaua Augusti 1640. dicto summario num. 26.*

11 Nec subsistit obiectio quod dict. Henricus iun. fuerit conceptus ante dictum matrimonium quia in primis pro parte dictæ Annę Fœlicis nunquam fuit probatũ, & tamẽ probari debuerat concludenter presertim tanquam materia sapiens delictum *iux. notata in l. meritò 51. ff pro socio.* Deinde quia visum est reprobatum à Testibus remissorialibus ipsius Francisci attestantibus d. Henricum natum fuisse anno 1593 duobus annis post contractum matrimonium vt in *summario impresso Francisci nu. 5.* quibus consensit etiam nonus Testis denum inter potissimas probationes consideratus, & datus, in respons. *summario nono nu. pr.*

12 Et hanc veritatem agnouit Nicolaus Maritus d. Catherinæ cum sæpè sæpius, dixit, & declarauit dictum Henricum iun. esse filium suum susceptum ex Catherina sua vxore vt in *in summario impresso einsdem Francisci nu. 6* & melius in *dicto summario responsionis nu 2. & 3* quod etiam consideratum fuit in *dicta decis. die 4. Aprilis 1661, §. cum præcipiret concurrat.*

Et denique facili, & solito dilemmate conclusum est: aut Henricus est filius legitimus, & naturalis Nicolai mariti Catherinæ Matris, & extra-
13 neus est ad consequendam hereditatem Henrici & fideicommissum Francisci; Aut est filius adulterinus Henrici, & insuccessibilis est Patri adultero *auth licet in fin. C. de natura liber. auth. ex complexu C. de incest. nupt. sup. de illegit cõment. p. §. 5. nu. 9.* & in puncto etiam si spurius progenitus

tus sit ex Patre libero sed matre coniugata *ibidem vers. quod extenditur.* Et pariter insuccessibilis est Aui ex fideicommisso & conditione filiorum nempè *legitimi, e naturali delli loro corpi ò vero matrimonio procreati &c.* in dicto summario in fin.

Denique ad confirmationem sententiæ multum contulit transactio inter d. Henricum iuniorem, & Franciscum quę planè est de re dubia incerta neq; finita non gratuita pacto *ex lege prima ff. de transact. &c. ad litteram Azor. ad Rub. C. eod. nu.*
14 *pr. &c.* eo magis contulit quia clarum fuit ex suprascriptis & alijs d. Henricum Iuniorem transigentem nullum Ius habere quia tanquam extraneus ad neutram hęreditatem Patris, & Aui potuit aspirare *vt supra &c. in d. decis. 4. Aprilis 1661. §. nunquam autem.*

Et ita vtraq; parte &c.

R. P. D. BEVILAQVA.

Ferratien. Pecuniaria.

Mercurij 22. Martij 1662.

ARGVMENTVM.

AN dos data in primo Matrimonio censeatur tacitè repetita in secundo? Dotis interusuria quomodo sint taxanda.

SVMMARIVM.

1 *Dos data in primo matrimonio censetur tacitè repetita in secundo. num. 1.*
2 *Dos in secundo matrimonio constituta dicitur diuersa à dote primi matrimonij si huius circumstantiæ in secundo fuerunt mutatæ.*
3 *Diuersitas actuum, & rerum desumitur ex diuersa solutione gabellarum. num. 3.*
4 *Gabella debetur pro vno contractu, & actu, semel tantùm & non pluries. num. 4.*
5 *Gabellæ tot debentur quot sunt contractus distincti, & diuersi. num. 5.*
6 *Pater de iure tenetur dotare filiam. num. 6.*
7 Receptitarum *Apocæ probant solutionem num. 7.*
8 *Inducunt debiti confessionem, eiusque causas. num. 8.*
9 *Capitula matrimonialia, & quietantiæ ostendunt quæ quantitas fuerit concordata. num. 9.*
10 *Discretiuus modus loquendi diuersitatem inducit. nu. 10.*
11 *Mediatoris attestatio quando non sit attendenda. n. 11.*
12 *Obliuio actus, & non reminiscentia præsumitur ex multi temporis interuallo. num. 12.*
13 *Memoria hominum labilis est. num. 13.*
14 *Solitum in quo quis se fundat debet cum omnibus suis qualitatibus deducere. num. 14.*
15 *Confessio æquiuoca non probat. num. 15.*
16 *Lucrum dotale debetur vna cum fructibus num. 16.*
17 *Statutum à Principe confirmatum est seruandum vbi concurrunt qualitates ab eo requisitæ. num. 17.*
18 *Statutum potest derrogare iuri communi, & in specie* l. hac edictali num. 18
19 *Confirmatio Statuti sufficit quod sit in forma communi etiam quod habeat in ventre clausulas* dummodo sint hertæ, & honestæ & vsu receptæ *quatenus tamen Statutū dignoscatur rationabile. num. 19.*
20 *Nec opus est expressa. & specifica. num. 20.*
21 *Obseruantia Statuti præsumitur nisi contrarium probetur. num. 21.*
22 *Dotis interusuria taxari debent iuxta morem regionis.*
23 *Statutum Ciuitatis dominantis in concursu quando sit attendendum. num. 23.*
24 *Domicilium eodem tempore retinere quis potest natiuitatis propriæ, & originis Paternæ. num. 24.*
25 *Statutum illud attendi debet in casu restitutionis dotis ad quod initus fuit contractus.*

DECISIO LXXXIX.

HÆredes Francisci Auolij prætendebant dotem Helenæ illius in primis nuptijs vxoris, esse scutorum 10000. & ex his per eiusdem obitum dempta, prius legitima quartam partem à Statuto Ferrariæ *lib. 2. cap. 107.* taxatam Gregorium Secundum virum fuisse superlucratum; Hic autem ad scuta 12000. ascendere contendebat, & iuxta dispositionem Statuti Massæ medietatem sibi deberi, quod etiam Rotæ placuit reformando antecedentes sententiam, & decisiones, eam in scutis 10000. tantum admittentes; nam fundamentum circa dictam dotis quantitatem aliàs in eo factū, quod in constituta per Rodericum, & Lucretiam Parentes, dum Helena nupsit Francisco, & quæ ex iuris præsumptione censetur tacitè repetita in
1 sequenti matrimonio cum Gregorio contracto, *ad l. dotem quæ 31. ex l. diuus seruus 41. ff. de iur. dot. Surd. consil. 397. num. pr. Ruin. consil. 41. nu. pr. lib. 3.*, essent comprehensa scuta 2000. à Seren. Magno Duce eidem Helenæ, tunc eius Aulicæ puellæ pro sua solita munificentia in eamdem causam dotis donata, hodiè visum fuit sublatum ex pluribus nouiter in facto deductis huiusmodi cōprehensionem concludentibus.

Et primo id colligitur ex apocha matrimoniali sub die 5. Decembris 1608. in Terra Massæ confecta cantante de scutis 10. m. monetæ Romandiolæ, & exquietantia die 30. Octobris sequentis anni cum insertione dictæ apocæ per Franciscū facta super receptione medietatis dotis in tot ornamentis, & annuis redditibus in satisfactionem residui assignatis, in quibus cum nulla legatur facta mentio dictorum scutorum 2000. consistentium in aureis Florentinis Iuliorum decem, cum dimidio incontanti exbursatorum, & prima summa ratione temporis dotantium qualitatis, quantitatis, & modi insolutione obseruati sit ab altera contradistincta, vtique sub vnica constitutione dotis venire non potest, sed ex his circum-
2 stantijs resultat diuersitas vnius ab altera, vt *leg. si quis in fund. 4. ff. de legat. in leg. si idem 7. Cod. de Codicill. l. in testam. 2. ff. de condition., & demonstration. Menoch de arbitr. cas. 213. nu. 5., & 19. Gratian discept. 796. nu. 16. Ciriac. controuer. 321. nu. 8. Rot. coram Durano decis. 319. nu. 4.*

Secundò, & quidem euidentius hanc diuersitatem ostendunt partitæ desumptæ in libro gabellæ, seu datij pro dotibus soluendi, ibi enim constat solutam fuisse gabellam pro scutis 2000, separatim ab altera pro alijs scutis 10m contentis in capitulis matrimonialibus, præuia expressione te-
3 noris illorum in partita; inde necessario infertur minorem hanc summam in maiori non comprehendi, nec partes id intellexisse, nam aliàs data illarum comprehensione, non fuisset bis, & separatim soluta gabella, quæ pro vno contractu, & actu semel tantum, & non pluries debetur *Bart. in l. interdictum 16. §. quoties numer. 4. ff. de public.*

4 public. Bald. in l. cum eor num. 5. Cod. si quis alteri,
vel sibi, & in l. cum dotem 10. pariter num. 5. C.
de iur. dot. Alex. cons. 143. num. pr. Caball. consil.
28. sub. num. 9 lib. pr. Ciriac. controuers. 99 n. 20.,
sicuti è contra vbi, vt hic contractus sunt diuersi,
5 & distincti tot debentur gabellæ, quot illi sunt.
Bald. & Angel in l. cum eidem ff. de edil ædic. Dec.
consil. 344. col. 2. versic. 2. casu Gratian. disceptat.
715. num. 11. Cassan. de consuetudin. Burgund. tit.
de gabellis quæst. 4. Less. dec. 22. num. 6. Ciriac. vbi
supra num. 21.

Vrgens quoque argumentum, quod istæ duæ
summæ non sint vnitim accipiendę ad constituen-
dam dotem scutorum 10m. in totum DD. conij-
ciebant ex solutione fructuum ab Auolijs here-
6 dibus Francisci Gregorio facta, tam pro illa pro-
missa per Rodericum hoc onus de iure habentem
l. qui liberos 19 ff. de ritib. nupt l. final. §. vnamqs
C. de dot. promissione, quam pro alia prouenien-
te ex magni Ducis liberalitate, vt liquet in rece-
7 putis relatis in summario Gregorij num. X. quæ,
optimè illam probant Seraph. dec. 1339. num. 20.
Coccin. dec 233. num. pr., & in recentior. dec 572.
8 nu. pr. in fine parte 4., & indicant debiti confessio-
nem pro vtraque summa leg. quinquaginta 12. ff. de
probation. l. 2. C. de acquirend. possession Barthol. in
l. triticum num. 2 ff. de verb. obligat. Cenc. de cen-
sib quæst. 66. num. 66. Rota post eumdem decis.
437. num. pr. decis. 440. num. 5., & in recentioribus
dec. 506 num. pr. p. 3.

Alterum adminiculum supradicta omnia com-
probans insurgit ex eo, quod vbi Rodericus vo-
luit in computum dotis in certa quantitate filia-
bus destinata comprehendi, dono illis datam ex-
pressè dixit, & obseruatum fuit in constituta Isa-
bellæ alteri eius natæ, & in seruitijs Serenissimæ
magnæ Ducissæ commoranti, & cui similiter scu-
ta 2000. assignata fuere, vnde si hoc ipsum sen-
sisset in dotando Helenam, & cum Francisco viro
9 fuisset concordatum, absque dubio specificasset
in capitulis, & Instrumento quietantiæ, nec iste
separatam obligationem restituendi vtramq; fecis-
set argumento leg. vnicæ Cod. de caduc. tollend.
10 § sin autem leg quæsitum §. idem ff. de fund. Instr.
Becc. consil. 12. num. 44. & cons. 21. num. 17. Surd.
consil. 426. num. 18., & cons 466. num 7., & 8.
Gratian. disceptat. 466. num. 9. Seraph. decis. 148.
C. Rota decis. 492. num. 10 part. 4. tomo 3. recent.

Non obstat depositio Ioannis Valdobię media-
toris, vt ipse asserit, matrimonij inter Franciscum,
& Helenam secuti, de comprehensione dictorum
scutorum 2000. in illis decem, & ista totam de tem
11 non excedere, ex cuius assertione, vt dictum est
pendent in hac parte antecedentes resolutiones,
nedum quia patitur exceptionem personalem ab
informantibus modo obiectam, & ex dictis con-
trariorum comprehenditur; sed etiam quia est sim-
plex extraiudicialis attestatio, de gestis iam est
elapsum longissimum tempus, quo casu nihil pro-
bant. Peregrin. consil. 22. sub num. 3. lib. 4. Ciriac.
controuers. 6 num. 6. Buratt. decis. 126. num. 24.
12 Coccin decis. 107. num. 4., & tanto temporis in-
teruallo præsumitur fuisse oblitum, cum labilis
sit hominum memoria Glosa in capit. si testis 4. q.
13 3. Eugen. consil. 25. num. 30. lib. 2. Buratt. consil.
29. num. pr. Menoch. consil. 252. nu. 26.

Nec refert, quod Florentiæ in constituendo do-
tem similibus puellis, consueuit huiusmodi dona-
tiuum in eam imputari, & hoc quoque factum
fuisse Helenam prætenditur desumi, ex litteris ab
ea filio scriptis, vbi illum redarguendo protulit
hæc verba. Sopete bene, che hò messo die-
ci milla scudi in casa vostra, quoniam tale solitum
non probatur extraiudiciali Testium fide, & in
præsenti vltra defectum expressionis concurrunt
aliæ plures coniecturæ supra recensitæ, opposi-
14 tum suadentes, & tamen vbi quis in solito se fun-
dat ad ius suum tuendum, debet illud cum om-
nibus suis qualitatibus deducere Rota decis. 241.
num. 5. part. 4. tom. 2. recentiorum: Confessio au-
tem Helenæ in litteris emissa, cum æquè benè
possit verificari, & referri ad dotem à Patre de suo
proprio assignatam, non est ad alia trahenda ex
15 prędictis facti circumstantijs exclusa. Alex. cons.
183. num. 7. lib. 5. Mohend. decis. 2. de restitution.
spoliator. Rota decis. 21. 2. 18. parte prima diuer-
sorum, & in recentioribus dec. 44. 3. num. 8. p. pr.

Ex qua dote in scutis duodecim mille, vt supra
16 firmata, iterum DD. responderunt medietatem
pro lucro dotali vna cum fructibus Gregorio de-
beri, vt cauetur in Statuto Massæ, à Sede Apo-
stolica confirmato, cum sint verificatæ qualitates
17 ab illo requisitę Bald. in l. pr. quæst. 3. Cod. de inc.
ff. & in l. hac edictali colum. 122. C de secundis nu-
ptijs Curt. Sen. consil 78 colum. 2. in fine Dec cons.
195. num. prim. Paris consil. C. 2 num. 16. lib 4.
Houded consil. 3. num. pr. lib. 2 Roland. de lucro
dotis quæst. pr., per totam etiam, si per existentiam
filiorum primi matrimonij determinet lucrum
huiusmodi contra constitutionem leg. hac edictali
18 Cod. de secundis nuptijs, cum, illi derogari posse
per iura municipalia, non possit in dubium reuo-
cari. Gabriel. consil. 10. num. 16 lib. 2., Bald. de
lucro dotis, quæst. 24. in principio, Rota decis. 121.
num. 30. part. 2 recentiorum, & post consilium 10.
Gionagnon dicto num. 21. in fine, & alij allegati in
præcedentibus causæ decisionibus, coram R. P. D.
meo Celso, & me emanatis.

Non afficit, quod confirmatio Statuti habeat
19 in ventre clausulas, dumodo sint licitæ, & honestæ,
& vsu receptæ, nam cum respectu vitrici Statu-
tum sit fauorabile, & habeat motiuum rationis.
Roland. cons 62. num. 26. lib. 3., & non odiosum
odio irrationabili quoad filios primi matrimonij,
sat est, quod ista confirmatio sit in forma commu-
ni; Rota coram bon. mem. Merlino dicta dec. 853.
num. 8., nec aduersantur Gratian. disceptat. 300.
num. 48, & Rota decis. 261. in fine, versic. pla-
cebat, quatenus dicunt, ad validitatem Statuti
requiri confirmationem ab habente potestatem,
20 quia non loquuntur de expressa, & specifica;
quod autem sit vsu receptum, & in viridi obser-
uantia de iure præsumitur, nisi contrarium fue-
21 rit probatum. Roland. consil. 90. num. 53. lib. pr.
Peregr. cons. 75. nu. 79. lib. 4. Gratian. disceptat.
39. nu. 3. Mascard. de probation. concl. 1332. num. 3.
Rota coram Card. Seraph. decis. 153. num. 2., &
deinde 293. nu. 12. part. 4. Tom. 2. recent.

22 Fructuum verò quantitatem taxandam fore
censuerunt ad rationem septem pro centenario
iuxta consuetudinem Ferrariæ, & Massę, ad quã
in huiusmodi taxatione recurrendum esse probant
cumu-

camulati; per *Gratian. disceptat. 726. num. 15. & ab addent ad Buratt. dec. 73. littera B.*

Non obstat sępè deductum obiectum, quod
admissa prædictæ dotis quantitate, & validitate
Statuti Massæ adhuc Gregorius per prædecessum
vxoris, non potuit illius medietatem lucrari, cum
23 sit attendendum Statutum Ferrariæ Ciuitatis do-
minantis, alias disponens, vbi Franciscus primus
maritus natus fuit, & permansit, quoniam visum
fuit remoueri ex duobus responsionibus datis in
antecedentibus decisionibus, altera, quod cum
contrahentes fuerint Ciues originarij Massæ, &
non solum non constet illos deseruisse domicilium
nec ad Ciuitatem Ferrariæ transtulisse intentione
ibi *semper permanendi*, sed doceatur antecessores
Francisci, ipsum, & Onuphrium filium illud ibi
24 *retinuisse, & officia sicuti alios Ciues exercuisse*, se-
quitur, quod etiam considerari debent vti Ciues
loci originis, quod sufficit ad hunc effectum, ex
quo est compatibile quod quis in duobus locis do-
micilium retineat, tam vbi nascitur, quam originis
paternæ ex allegatis *in dec.* R. *P. D. mei Celsi* 15.
Martij 1660 *§. non obstat, & coram me prima Iu-
lij anni præteriti §. non obstat, quod quantitas do-
tis Vrsill. ad afflic. dec.* 384. *num.* 2. Altera, quod
contractus matrimonialis inter Franciscum, &
Helenam celebratum fuit Massę cum expressa re-
25 latione ad Statum ibi vigens, eueniente casu re-
stitutionis dotis, obquam expressionem ex mente,
& pacto contrahentium illud venit attendendum
capit. prim., & cap. qualiter de pacto lib. primo ff. eodem, &c.

Et ita modo, quo supra fuit resolutum, con-
firmandam, & respectu reformandam esse deci-
sionem 5. Iulij anni præteriti emissam, vtraque
parte informante, &c.

R.P.D. TAIA.

Firmana Fideicommissi.

Mercury 23. Martij 1661.

ARGVMENTVM.

IMMISSIO ad Fideicommissum quibus concur-
rentibus detur. Obreptio & subreptio ex quibus
resultet. *Auth. resque* an locum habeat in Fideicom-
misso quando mulier consensit alienationi bonorum
liberorum?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissario debetur immissio docto de Fideicommisso, eiusq; purificatione, & de identitate bonorum, etiam contra tertium mediate vel immediatè habentem causam ab hærede grauato. num. 1.*
2 *Rota Romana supponit prò vero quidquid aliàs decidit n.2*
3 *Identitas bonorum Fideicommisso subiectorum ex quibus probetur. num. 3.*
4 *Identitas in antiquis leuius probatur? num. 4.*
5 *Fideicommissi vinculum tollit licentia Principis. nu. 5.*
6 *Licentia huiusmodi obreptitiè extorta eiusq; forma non seruata non suffragatur. nu. 6.*
7 *Obreptio regulariter resultat ex falsa narratiua contra facti veritatem. nu. 7.*
8 *Obreptio ex quibus inducatur. nu. 8. & 10.*
9 *Identitas rei nò diuersificatur ex diuersa denominatione, & probatur duabus tantum concurrentibus demonstrationibus licet aliæ tractu temporis fuerint immutatæ. n.9.*
11 *Subreptio inducitur ex reticentia eius quod si fuisset narratum Principem aliter disposuisset.*
12 *Forma præscripta in licentia alienandi bona fideicommissaria si indiuidua sit, integrè & præcisè est seruanda. aliàs actus est nullus etiamsi in parte seruaretur num. 12.*
13 *Mulier renuncians iuri hypothecarum non transfert iura dotalia, sed ea sibi reseruat super alijs bonis. nu.13.*
14 *Auth. res quæ beneficium amittit mulier in bonis fideicommissarijs, quæ consensum præstitit alienationi bonorum liberorum. nu. 14.*
15 *Dos constitui non potest super bonis particulari fideicommisso subiectis. nu. 15.*

DECISIO XC.

PRoposito dubio, An sit danda immissio fratribus
de Natinguerra Actoribus in duabus ratis præ-
dij Gammaretti possessis per Luattum, Domini
affirmatiuè respōderunt, quia docto de Fideicom-
misso, eiusq; purificatione ac de identitate bono-
1 rum Immissio denegari, non solet *ex remedio leg.
fin C. de edict diu. Adr. toll.* etiam contrà tertium
possessorem habentem causam ab hærede grauato
mediatè, vel immediatè *Rimin. Iun. cons.* 190. *n.*
35. *Gabr. cons* 44. *num.* 3. *lib. pr. Peregr de fideic.
art.* 44. *num* 6. *Greg decis.* 194. *num* 1. *ibiq. add.
num.* 24 *Merlin. decis.* 186 *num.* 8 *Rota in recent.
decis* 408. *num.* 8. *par.* 5., & in his terminis *in
Bonon. fideicomm. de Rubeis* 30. *Maij* 1646, *coram
Eminent.* D. *Card. Corrado sub. § pr.*

Fideicommissum Petri Simonis, & purificatio
In dubium reuocari non possunt, cum de eis satis
2 appareat ex tribus decisionibus coram me emana-
tis 22. Martij, & 28 Iunij 1658. ac 9 Maij 1659.
iuxtà stylum Rotę modò supponendis, de, quo
Buratt. decis 596. *num.* 2 *& decis* 857. *num.* 4.

Identitas verò concludenter probata est ex te-
3 stamento ipsius Petri Simonis Fideicōmittentis in
quo specificè d. prædium suo Fideicommisso sub-
iecit *summario num. pr.* ex Instrumento adeptæ
possessionis per hæredes grauatos *num.* 2. ex in-
uentario confecto per eosdem *num* 3. ex instru-
mento diuisionis de eodem Prædio facto per DD.
hæredes *num* 4 & ex licentia obtenta à Sede Apo-
stolica per Dominicum alterum ex dictis hæ-
redibus vendendi ratam partem eiusdem Prędij
cum subsequuto instrumento venditionis *num* 5.
& 6. ex quibus sufficientissime ad hunc effectum
identitas iustificatur, cum valdè leuiores proba-
4 tiones sufficiant præsertim in antiquis *cap. cum
causam de probat Rim. iun. cons.* 254. *num.* 11. *cum
seqq lib.* 2. *Rota decis* 360. *num.* 7. *par.* 5. *& decis.*
164 *num.* 35 *p.* 6. *rec.*

Nec obstat, quod altera ex controuersis duabus
ratis partibus obuenta Dominico, & Bernardino
filijs Brandimartis vendita fuerit per Domini-
cum, & Antoniam Matrem Mutio Iardino prędia
5 prædicta licentia Apostolica, vt propterea à vin-
culo Fideicommissi libera videatur *ad tradita per
Rot. decis.* 336. *num.* 8. *&* 9. *& decis.* 426 *num.* 11.
par 4. *tom.* 2. *rec.*

6 Quoniam huiusmodi licentia obreptitiè, ac
subreptitiè extorta fuit eiusque forma minimè ser-
uata, & consequentèr alienatio eius vigore per

acta non officit Fideicommissarijs super dicta rata
petentibus immissionem, vt benè in terminis re-
spondit *Rota in dicta Bonon. fideic. de Rubeis* 30.
Maij 1646., *&* 5. *Aprilis* 1647 *coram Eminentiss.*
D. Corrado, & 18. *Iunij* 1649. *coram bon. mem.*
Dunozetto ac in alia Firmana fideic. 31. *Ianuarij,*
7 *&* 20. *Iunij* 1653 *coram bo.me. Peutingerio &* 18.
Maij 1657. *coram* R. P. D. *meo Priulo.*

Obreptio enim, quæ regulariter resultat ex
falsa narratiua contra facti veritatem *cap. dudum*
il 2 de elect. & cap. si proponente de rescript. ex du-
plici fundamento in casu nostro euidenter educi-
tur, & Primo ex quo Papæ expositum fuit quod
8 loco dictæ ratæ partis vendendæ per Dominicum
ipse subrogasset vnam propriam Domum ad eum
legitimè spectantem, & sic Papa dictam licentiam
concessit sub expressa clausula. *Dummodò Domus*
integre subroganda ab omni Fideicommisso caducita-
te, ac quocumque alio onere libera esset summario
dicto num. 5., & tamen Domus, quam Domini-
cus supposuit est illamet pars sibi obuenta ex Do-
mo Petri Simonis, seù Buccolini Testatoris, &
eidem Fideicommisso suppolita super qua fuit
capta resolutio pro immissione 14. Maij 1660. &
7. Febr præt. coram me.

In instrumento namque venditionis Prædij in
quo subrogatur Domus ea describitur cum Corti-
le, ac Cisterna ab Aqua intus terram Ciuitatis
Nouæ in Quarterio Zoppæ iuxta bona Francisci
Natinguerræ ab vno, & hæredum Dorothei Na-
tinguerræ ab alio, & retro, & strata publica ab
vno, & alio, quæ demonstrationes ac confines
conueniunt cum Domo Testatoris, vt in supra-
dictis instrumentis adeptę possessionis per hære-
des grauatos, & diuisionis factæ inter eosdem hæ-
redes *dicto summario nu.* 7.

Non obstat quod Domus P. Simonis in eius te-
stamento enuncietur posita in Quarterio Portæ
Pauli Domus verò in venditione subrogata posita
describatur in quarterio Zoppæ, quia quarterium
Portæ Pauli esse vnum, & idem cum quarterio
Zoppæ optimè verificant publica documenta
relata *in dicto summario num.* 8. ac proinde diuer-
9 sitas dictæ denominationis non diuersificat iden-
titatem rei, quæ vlterius satis iustificata diceretur
concurrentibus duabus tantùm demonstrationi-
bus, quamuis ceteræ excursu temporis immutatæ
fuissent *text. Theor. Bart. in l. demonstratio falsa*
17. *num.* 14 *ff. de condit. & demonstr. quam com-*
probauit Rota coram Eminentiss. D. Ottobono decis.
102. *nu* 4, *& decis.* 143. *nu.* 11., *&* 12.

Secundò quia narratum fuit, quod Dominicus
præmebatur pluribus debitis, & signantèr in scu-
10 tis 100. ad fauurem dicti Mutij, quodq; contra
eum relaxata erant mandata executiua pro scutis
200., tam ad instantiam eiusdem Mutij in scutis
100, quam ad instantiam aliorum Creditorum in
alijs scutis 100. & tamen exceptis scutis 100. pro
sorte personali, quæ ex parte Creditoris irrepeti-
bilis erat, exceptisque alijs scutis 43. pro fructi-
bus eiusdem census per eum venditi Mutio reli-
qua debita aliena sunt a veritate, cum nullatenus
iustificentur prout nullo penitus modo iustificata
11 fuit relaxatio mandatorum pro assertis scutis 200,
contrà eum facta.

Subreptio verò probatur ex quo non fuit nar-
ratum quod Prædium controuersum subiectum
erat, speciali, & particulari Fideicômisso cum one-
ribus perpetuis particulariter illi iniunctis, quod
si Pontifex sciuisset, aut licentiam supplicanti de-
negasset, aut saltem illam difficilius concessisset,
quæ propterea ex dicta taciturnitate redditur
subreptitia, vt latè firmatur *in dictis Bonon fideic.*
de Rubeis, & firmana fideicomm. suprà allegatis.

Forma autem in eadem licentia per conceden-
tem præscripta in pluribus seruata non fuit, &
Primo in ea dicitur Dominicū venditionem facere
pro pretio partim concordato, & quoad terrenum
della Costa in giu secundum æstimationem à Pe-
ritis factam, & quoad Domum iuxta æstimatio-
nem faciendam à Peritis communitèr eligendis
d. summ. num. 5. Dominicus verò in instrumento
venditionis donauit emptori pretium dicti terre-
ni, & medietatem Pretij Domus *summ. num.* 6.

Secundo Pontifex in ipsa mandauit, quod in
ipsa solutione facienda per emptorem desalcaren-
tur floreni 600. eidem debiti occasione census,
eiusq; fructuum, & certæ quantitatis olei, in in-
strumento autem fit solutio in contanti scut. 100.
& 80., & computantur solum scuta 38. & 30, vti
mutuata pro obtinenda, & expedienda dicta li-
centia, & alia pauca bonifacantur dilata satisfa-
ctione scutorum 100. sortis personalis dicti cen-
sus ad alias paghas *summ. dicto nu.* 6.

Et tertio Idem Pontifex ibidem expressè vo-
luit, & mandauit quod facta solutione dictorum
florenorum 600. totum residuum pretij conuer-
teretur vnico contextu in emptionem bonorum
stabilium liberorum, non autem censuum *dicto*
num. 5. & tamen id in nihilo fuit obseruatum, ex
quo in dicto venditionis instrumento recepta so-
lutione dictorum scutorum 100. & scut. 80., &
facta præfata excomputatione pro residuo fuit da-
ta dilatio trium annorum *dicto num.* 5, & nun-
12 quam factum fuit vllum etiam minimum inuesti-
mentum in stabilibus.

Forma enim ibi præscripta indiuidua erat, ac
præcisè, & integrè seruanda, alias nihil dicitur
actum etiam si in parte seruata fuisset *vt ex Text.*
in auth. de non alien. aut permutan §. *emphyt* cum
pluribus concordantibus punctualitèr respondit
Rota in dicta Bonon. fideicomm. de Rubeis, & fir-
mana fideicommissi.

Nec suffragari possunt reo conuento iura
dotalia Antoniæ Matris Dominici, & vxoris
Brandimartis. Tum quia Antonia solùm renun-
13 ciauit cuicumq; iuri sibi competen. in bonis ven-
ditis. omne suum ius sibi reseruando super alijs
bonis ad Dominicum filium spectantibus, vt *in*
summar. nu. 6., & proindè nullum ius transtulit
in emptorem, sed simpliciter remisit suam hypo-
thecam, & adhibita censetur ad cautelam, ne sci-
licet super bonis venditis molestaret emptorem
l. lucius titius, & l. Paulus vti Bart. ff. quib. mod.
pign hypoth. solu. Roman. cons 140. *num. pr. &*
cons. 187. *num. pr. &* 2. *Natt. cons.* 552. *sub nu.* 6.
vers. venditor autem Aym. cons. 91. *sub nu.* 2. *Tho-*
mat. decis. Macerat. 109 *num.* 7. *&* 10. *tom. prim.*
Rota in Tiburtina Saluiani 8. *Iunij* 1646. *&* 7.
Iunij 1649. *coram Reuer. D. meo Decano.*

Tùm etiam quia cum Antonia præcedenter
consensum præstitisset anno 1594. alienationi bo-
norum

norum liberorum *summario num. 9* nullum ius
propterea habebat pro suis iuribus dotalibus *ex*
4 *remedio auth. resq. e C. comm. de leg.* super bonis de
quibus agitur f.deic subiectis cum ex dicto côten-
su benef..um d. auth. totaliter amiserit, vt ibi-
dem tradunt *Curt. iun. num. 11. & Ias. num. 14.*
vers., quia intellige Bursat. cons. 180. num. 45. lib.
2. Paris. cons 43. num 45 lib 2. Cephal. cons 344.
num. 35. Pasar cons. 23. num. 11. & 15. & de sub-
stit. qu. 532. num. 3. Peregr. de fideic. art. 42. nu.
16. Rota apud Zacch. de oblig. cam decis 189 n. 31.

Et demum non obstat respectu alterius portionis dicti Prædij, quod data fuerit in dotem anno 1615. per Franciscum Ersiliæ filiæ, ex Floris Elisa prima vxore; Quia cum pro soluenda hac dote in scutis 600. constituta adessent bona libera, nempè census scutorum 100. cum concepto Marcuccio prouenientе ex pretio Vinearum, quæ eidem Ersiliæ fuerant assignatæ pro legitima Dotis maternæ, & per Franciscum respectiuè venditæ Dominico Prentæ vt *summario num. 10, et 11.* legatum aliorum scutorum 100. eidem Ersiliæ relictum à Iacobo Auo, & possessio in Contrada Pitignani liberè relicta Ceccho Patri Francisci per P. Simonem, & reperta in hæreditate eiusdem Francisci tempore sui obitus vltrà plura mobilia *summ. dicto numer. 10 cum quattuor seqq.* Non poterat vtiq; dos constitui super bonis particulari fideicommisso subiectis *Buratt. decis 641. num. 23.*
5 *Rota in recent. decis. 245. num. 14. p. 8. apud Zacch.*
de oblig. Camer. dicta decis. 189. num. 30. & n. 35.
in fin. vers vndè quatenus, & in Romana fideic.
de Mutie 15. Iunij 1654. coram Reuerendiss. D. meo
Decano §. verum.

Et Ita, &c.

R. P. D. BOVRLEMONT.

Leodien. Beneficij.

Lunæ 24. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

Remissoria an, & quando sit deneganda? Regulæ Cancellariæ de Annali Possessione quæ sint Requisita?

SVMMARIVM.

1 *Remissoria denegatur in beneficialibus non dato fumo veritatis materiæ articulatæ, num. 1.*
2 *Denegatur etiam quando articuli etsi veri sunt tamen irreleuantes. num. 2.*
3 *Bonum ius cessat vbi gratia non iustificatur. num. 3.*
4 *Bonum ius eliditur vbi obstat exceptio Regulæ de annali, & biennali possessione. num. 4.*
5 *Regula de Annali quid requirat? num. 5.*
6 *Gratia etsi iustificetur dicitur semper nulla vbi non fuit seruata forma Regulæ de annali gratiam irritantis in defectum obseruantiæ. num. 6.*
7 *Regula de annali non attendit ius possessoris, sed in odium negligentiæ impetrantis fouet in illo solam facti detentationem. num. 7.*
8 *Regula de triennali disponit quod nequeat molestari in beneficio qui illud per triennium pacificè possederit. n. 8.*
9 *Titulus coloratus præsumitur ex longa possessione. nu. 9.*

DECISIO XCI.

Postquam dictum fuerat coram me sub die 20. Iunij 1661. non constare de bono Iure Andreæ fiefue ob non iustificationẽ suæ gratiæ propter obstaculũ duplicis regulæ de annali, & triennali possessione: Is institerat pro remissoria ad probandam consuetudinem Collatatiorum Leodien. describendi in libris Capitularibus collationes, & possessiones beneficiorum quodque de controuerso be-
1 neficio non fuerit prouisus Petrus Renerius Procnen, sed Petrus Procnen eius frater, aliaque in articulis contenta sed Rota censuit hodie remissoriam esse denegandam.

Quia præterquod deficit fumus veritatis materiæ articulatæ hic non exhibitus, & tamen omnino requisitus, dum agitur in beneficialibus, & de titulo beneficij *Mandos. in prax. com. form. 19. in verbo remissoria vers. non tamen Rota decis. 23. & decis 28. vtrobique num 4. coram Buratt.*

Quando etiam Andreas probasset omnia in articulis contenta, non exinde resultaret eius bonum
2 Ius, & ideo Domini probationes tamquam irreleuantes de more noluerunt admitti *ad text. in l. ad probationem C. de probat.* quod notat *Bald. in cap. cum contingat num. pr. post med. de off deleg. Rota coram Verall. decis 68. num. 2 part. 3. & coram Caualer. decis. 87. num. 4. & aliæ passim.*

3 Nam bonum ius Andreæ non solum cessare potuit ob non iustificationem gratiæ, vt in antecedenti resolutione huius causæ dixit *Rota §. quoniam, & tribus seqq.* quæ possent forsan suppleri per probationem articulatam, sed fortius elidi ex obstaculo duplicis regulæ de annali, & triennali,
4 fuit firmatum *in præcitata decis. coram me § fortius etiam, & duobus seqq.*, & quoad hunc vltimum defectum probatio semper erit prorsus irreleuans.

Cum enim regula de annali requirat quod impetrans infra semestre trahat possessorem in iudicium & infra annum causam per sententiam ter-
5 minari procuret sub pœna nullitatis gratiæ Ibi *Alioquin impetratio præfata, & quæcumque inde secuta nullius existant firmitatis*, idque adimplere neglexerit Andreas non potest allegare ius vali-
6 dum ex sua gratia, quæ licet iustificaretur ex probationibus faciendis, tamen semper esset nulla ob non seruata huius regulæ requisita, vt fuit latè deductum *in alia decis. § nam illa* nulla habita ratio-
7 ne quod forsan nullum ius habeat in beneficium Rainerius possessor, vt pro parte Andreæ probari prætenditur, quia regula attendit quoad possessorem solam facti detentationem, non respiciens illius ius, sed solum odium impetrantis *Gonz. ad reg. 8. glos. 31. num. 26. cum aliis relatis in Mediolanen. beneficiorum 27. Februarij præteriti coram R. P. D. meo Albergato, & in dicta decis. huius causæ coram me.*

Deducebant similiter DD. irreleuantiam ex obstaculo alterius regulæ de triennali, quæ militat pro Rainerio, qui cum habeat possessionem pacificam, & continuatam nedum spatio decen-
8 nij, sed per 24. annos cum perceptione fructuum præsumitur habere titulum saltem coloratum,

9 adcout nullo modo possit ab Andrea molestari, & fuit *in alia decis.* firmatum, & dixit *Rota in Gerunden. prioratus 9 Decembris 1644 coram bo. me. Bichio, & in alia Lerdien. personatus de Asinnes 4. Maij 1650 coram Reuerend. D. meo Decano.*

Sicque cum huiusmodi probationes peritæ ab Andrea, licet ab eo fierent, tamen essent irrelevantes, ex quo aliunde excluditur eius bonum ius, DD. denegarunt remissoriam, vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CERRO DECANO.

Romana Cambij.

24. Aprilis 1662.

ARGVMENTVM.

CAmbia debentur vsque ad integram sortis restitutionem quoticscumque tempus adiectum cambiorum instrumenro non parit assumptum cambiandi onus, & dum taxat commodum respicit debitoris.

SVMMARIVM.

1 *Debitor recepto in se cambiandi onere, eoq; non adimpleto tenetur ad damna, & interesse perinde ac si pecuniæ verè cambiatæ fuissent.*

2 *Tempus respiciens solummodo debitoris fauorem non limitat, neq; restringit promissionem absque vlla temporis præfinitione conceptam: & num. 5.*

3 *Quando concurrit identitas rationis semper oratio indefinita æquipollet vniuersali, & includit omne tempus.*

4 *Ex temporis lapsu contrahitur mora, eaq; indubitata.*

6 *Verba cura, opera ac diligentia in Instrumento Cambiorum important susceptionem oneris, & cambiandi obligationem.*

7 *Per vnum ex cumulatiuè adiectis non innouatur seù extinguitur alterum.*

8 *Obseruantia debitoris declarat ac interpratatur pacti, ac per eum initæ obligationis verba.*

DECISIO XCII.

SVb diebus 9. Aprilis, & 4. Decembris 1658. coram me decisum fuit cambia post biennium à D. Francisco non deberi, eo precipuè fundamento quod onus cambiandi in se ipsum assumptum, elapso biennio expirauerit. Verum hodie reproposita causa, Domini recesserunt à decisis existimantes cambia deberi etiam post biennium, quia diligentius perpensis verbis instrumenti hodiè per extensum exhibiti, visum fuit onus cambiandi per Franciscum susceptum, non esse restrictum, & limitatum ad biennium, sed indefinitè cōceptū vsque ad integram restitutionem scutorum 500. Quapropter vel Franciscus huiusmodi onus impleuit vere & realiter transmittendo pecunias super cambijs, & sic constat de realitate cambiorum, nec potest illorum solutionem impugnare; aut verò illud non impleuit, & adhuc tenetur ad damna, & interesse proinde, ac si pecuniæ verè cambiatæ fuissent. *Rot. post 2. vol. cons. Farinac. decis. 168. & decis. 229. vtrobique num. 2. cum pluribus alleg. in Rom. pecuniaria 6 Iulij §. quia cum Peregrinus, & 31. Iulij 1648 §. quia certum est coram Eminent. D. Card. Prodatario.*

2 Non obstat quod onus cambiandi à semetipso fuisset restrictum ad solum biennium. Quia huiusmodi præfixio temporis respicit dumtaxat dilationem ad fauorem debitoris, ne scilicet eodem biennio durante possit ad restitutionem sortis compelli, ibi *quæ num scuta 500. monetæ idem D. Francisc. soluere, seù restituere prom. sit arte dictæ D. Gineuræ absenti me etc. præsenti, &c. infra duos annos ab hodie proximos vnica solutione hic Romæ, &c. alias &c.* & sic non limitat, neque restringit subsequentem promissionem absque vlla temporis præfinitione conceptam, vt omissis generalibus in his terminis benè vidit *Rot. in Rom. cambij 14. Febr. 1648 coram bon. mem. Penting. § pr. in fin. & §. seqq.*

Idque colligitur non solum ex verbis Instrumenti latis amplis, & generalibus, ibi, continuare semel, & plurics, ac toties quoties opus fuerit, sed etiam ponderãdo rationem expressè adiectam *ne saltem D. Iunipera damnum patiatur* cum non
3 sit solita tenere pecunias otiosas, &c. quæ æqualiter, & eodem modo conuenit vtrique tempori: quando enim conuenit identitas rationis semper oratio indefinita æquipollet vniuersali, & includit omne tempus *Bart. in l. si pluribus num. 6. vers. in dubio qualiter ff. de leg. 2. Menoch. cons. 97. num. 35. & 36. & cons. 220. num. 65. & seq.*

Immò si Franciscus habebat in se onus cambiãdi durante biennio, quo tempore propter dilationem sibi concessam nulla in eo poterat considerari mora, multo magis dictum onus debet dici eidem iniunctum post biennium, cum eo elapso illius mora non fuerit indubitata *iuxta doctrinam. Bald. in l. inuitus in fin. C. de procurat. quam alijs adductis sequuta fuit* Rot. *decis. 274. sub nu. 13. par. 5. recentior.*

Non obstat quod assumptio oneris cambiandi non fuerit repetita in secunda parte Instrumenti, vbi agitur de tempore decurrendo post biennium quod que ibidem fuerit concessa facultas solummodo D. Iuniperæ continuandi pecunias super cambijs.

5 Quia respectu repetitionis illa non erat necessaria, attento quod obligatio Francisci non erat restricta ad solum biennium, sed generalis, & indefinita ex superius deductis sed quatenus etiam fuisset necessaria animaduerterunt DD. illam resultare ex eadem oratione incipiente (quod si elapso biennio, ibi, omnibus ipsius D Francisci cambijs, & recambijs cura opera, & diligentia, prouisionibus damnis, & interesse, (quæ verba cu-
6 ra opera, & diligentia) nihil aliud in substantia videntur importare nisi susceptionem oneris, & obligationem cambiandi in debitore *Rot. in Rom. seu Ianuen. pecuniaria 1 Iulij 1644. coram bon. mem. Bichio, & in Rom. cambior. 28. Aprilis 1651. vers. ab eo vero tempore coram R. P. D. meo Verospio.*

Facultas vero ibidem attributa D Iuniperæ non tollit obligationem debitoris antecedenter, & eodem tempore factam; Immò cum dictæ creditrici fuerit quoque data eadem facultatas in primo biennio pro quo tempore Franciscus debitor non controuertit onus cambiandi in se suscepisse paret aliam esse cum dicti oneris assumptione compati-
7 bilem, & ideo cum sit adiecta cumulatiuè pro maiori cautela, & securitate creditricis, ex vna non inno-

innouatur, seù extinguitur altera vt tradit *Rot coram Merlin. decis. 636. num. 19. & 20. coram Duran. decis. 405. num. 14. et in recent. decis. 150. nu. 35. 20. et 21. et in dicta Roman. pecuniaria 5. Iunij 1648. coram Eminentiss. D. Card Prodatario vers. primo quia*.

3 Prædicta corroborantur ex obseruantia subsequuta ex quo Franciscus persoluit cambia etiam pro tempore decurso post biennium; licet enim huiusmodi obseruantiam nullo pacto sit admittenda pro iustificatione cambiorum quæ in hac materia non desumitur ex verbis, seù factis partium, benè tamen facit pro declaratione, & interpretatione verborum pacti, & obligationis per debitorem initæ, vt in his terminis dictum fuit *in dicta Rom. pecuniaria 31. Iulij 1648. coram D. Card. Prodatario §. fin. circ. med.*

Et ita vtraque parte informante resolutum fuit, &c.

R.P.D. VEROSPIO,

Bononien. Fideicommissi de Bonfilijs.

Veneris 5. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

TRansactio super Fideicommisso an obliget successiuè Vocatos? Quę lęsio in transactione attendatur? Transactio quę requirat?

SYMMARIVM.

1 *Transactio ex causa litis bona fide contracta repellit successiuè vocatos ad fideicommissum ab eiusdem consequutione, etiam quod non sint hæredes transigentium. n. 1.*
2 *Ampl. quando per 45. annos fuisset obseruata. nu. 2.*
3 *Transactio non omni læsione rescinditur sed ea quæ in magna quantitate excedit dimidiam iusti pretij. num. 3.*
4 *Læsio ex dubio litis euentu excluditur. num 4.*
5 *Debet concludenter probari. nu. 5.*
6 *Transactio sustinetur ex quolibet litis timore nulla habita ratione an lis iusta esset vel iniusta. num. 6.*
7 *Transactio non tenet super causa iniusta quando eiusdem lis instituta foret ex euidenti calumnia. nu. 7.*
8 *Calumnia litis excluditur non solum ex qualitate personarum, sed ex qualibet litigandi causa. num. 8.*
9 *Litis euentus dubietas deducitur ex alijs causis, licet vna non subsisteret. num. 9.*
10 *Litis euentus dubietas attenditur solùm de tempore transactionis. num. 10.*
11 *Transactio nedum super dubio iuris articulo, sed benè etiam contrahitur super facto. num. 11.*
12 *Nec reuocari potest sub prætextu instrumenti nouiter reperti. num. 12.*
13 *Transactio impugnari nequit nisi priùs restituto omni eo quod fuit datum. num. 13.*
14 *Hæres cum benef. l. & inuent. non potest impugnare transactionem vsquedum inuentarium discutiatur. num. 14.*

DECISIO XCIII.

PEtrus Bonfilius Andream sibi vniuersalem hæredem instituerat cui filios suos, ac ex masculina linea descendentes substituit eaque deficiente Angelum, & Hieronymum ex Germano fratre Nepotes, nec non ipsorum filios, ac descendentes legitimos, & naturales; ex Andrea verò Paulus originem traxit, per cuius obitum sine liberis lis à filijs Hieronymi ac Angeli ad Petri fideicommissum aspirantibus instituta fuit contra Monasteriū S. Marię Angelorum Andreę fideicommissarium hæredem; ex laudo tamen, & transactione successiuè extincta, in qua Monasterium bonorum omnium possessorum exceptis Domo magna, ac quatuor Domunculis valoris librarum 35. m penès se integrè retentis ijsdemmet filijs Hieronymi, ac Angeli cæterorum bonorum partem dimidiam relaxauit vnam cum libris 3600. pro fideicommisso inuestiendo; Transigentibus vero defunctis Antonius Camillus, ac Hieronymus ipsorum filij, ac respectiuè nepotes iudicium immissionis super bonis à Monasterio possessis intentarunt coram D. Archiepiscopi, Vicario à quo reportata sententia omnino contraria causam mihi committi curarunt: Vnde dubium hodie proposui vtrum ipsis laudum, atq; transactio obesse debeat? à DD. resolutum affirmatiuè.

Ea siquidem transactio ex causa litis bona fide contracta super dubijs iuris articulis successiuè vocatos ad fideicommissum ab eiusdem consequutione repellit, transigantium licet hæredes non
1 existerent *ad text. in l. Præses 12. C. de transact. & l. cum hæreditas 36. ff ad Trebellian. Cephal. cons. 231. nu 35. lib. 2. Card Mantic. de tacit. lib. 26 tit. 4. nu. 20. Peregr. de fideicom art. 52. n. 88. Rot. decis. 253. nu. 11. post Zacch de oblig. Camer. & in Romana fideicommissi de Barisanis 27. Iunij 1650 in § Immò coram R. P. D. meo Celso cum alijs relatis in Ferrarien. fideicommissi 22. Iunij anni præteriti in §. iustissima coram R. P. D. meo Bour-*
2 *lemont*. Cum maximè quadraginta quinque annorum cursu obseruata noscatur *iuxta text in cap. contingit tertio de transactionibus Decian cons. 28. nu. 11. lib. 3. Paris. cons 3 nu. 26. lib. 4.* Card. *Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. nu. 47. Rot. coram Caualer. decis 407. nu. 9. & decis. 175. n. 11. cum seqq p. 8. rec.* Vbi præterea concluditur ex temporis cursu præsumi necessaria quæcumque interfuisse.

Nec læsionis prætextus visus fuit obesse: non
3 enim cuiuscumque generis læsio pro rescissione transactionis admittitur, sed quę dumtaxat iusti pretij dimidiam partem in magna quantitate excedit, vt tradit *Dec. in l. cum se n. 1. Cod. de transact. & cons. 303. nu. 4. post. Med. versic. sed concludendo Gabriel. cons. 154. nu. 48. lib. 1. Card. Mantic. de tacit. lib. 26. tit. 9. nu. 29 Rot. coram Merlin. decis. 92. nu 8. & 9. & in Romana transactionis 11. Decembris 159 in §. sententiarum verò coram me*, respectu quoque perhabito ad dubiū litis euentum qui pro excludenda læsione inspici
4 consueuit *ex Theorica Bartol. in l. cum aliter n. 5. ff. de verb. oblig Cagnol. in l. 2. nu. 8. Cod. de rescind. vendit. Aymon. cons. 151. nu. 27. Menoch. cons. 1111. nu. 77. cum seqq. Gratian. discept. forens cap. 861. nu. 4. Rot. coram Caualer. decis. 407. nu. 3.*

5 Hæc vero læsio concludenti probationum genere ex aduerso probanda *iuxta text. in l. si circumscripta 6. Cod. solut. matrim. Nat. cons. 610. n 8. ad mod.* Rot. *coram Buratt. decis. 538. nu. 1.* non concurrit in casu proposito, siquidem portio dimidia preter domos Monasterio assignatas conuincitur pro ære alieno testatoris ab Andrea dissolu-

to;

ta, tum pro acquisitionibus peractis ab ipsomet Andrea, ac ex causa detractionis legitimæ, atque dotium in fideicommissi paterni bonis eidem cõpetentis, cui moniales debitam quoque contendebant partem dimidiam bonorum olim suppositorum emphiteuli, quæ Testator tum proprio, tum nomine Andreæ filij à Canonum præstatione immunia reddiderat.

Duarum præterea domorum legatum, ac trium appothecarum vna cum prædio à fideicommittente relictum Bartholomeo, ac Petro sub onere reuersionis ad Andream in casu quo sine filijs ipsi decederent, ex purificata huiusmodi conditione moniales asserebant vllo absque onere fideicommissi ad Andream Reuersum extitisse quæ omnia cum dimidiam hæreditatem possent absorbere lęsionem quamcumq; penitus excludunt licet alięs
6 ex prætensionibus prædictis in puncto iuris non subsisterent, etenim pro transactione substinenda timor litis, nec non occasio quælibet dubitandi sufficiens reputatur nulla ratione perhabita vtrum litis institutio Iustitiam, vel iniustitiam præseferat *ad Text. in l. 2. Ibique Glos post princ. versic. notat. pr. & in verbo aulla, & Salicet. n. 5. & 3. de transactione Berca. cons. 176. num. 29. lib. p. Card Mantic. de tacit. lib. 26. tit. pr. nu. 16. Osasc. decis. 57. nu. 15. & decis. 91. num. 23. Rota coram bon. mem. Merlino decis. 163. num 4. 5. & 6 cum seqq. & decis. 263. num. 2. part. 3. & 348 num. 4. p. 4. recent.*, Et iniustitia causæ posset contractus
7 nullitatem dumtaxat operari in casu quo lis ex euidenti calumnia instituta foret, vt præter auctoritatem *Glos. ac Card Mantic. superius recensitam* tradit *Castrens in l. fr post rem indicatam 11 nu p. & 2. ff. de transact. Rot. coram Buratt. decis. 927. nu. 10. & 11.* Vbi quod pro calumniæ exclusione
8 nedum qualitas personarum deseruit sed quęlibet quoq; litigandi causa.

Hinc obesse non valet falsitas causæ exinde desumpta quod Andreæ legitima ex compluribus alienationibus ab eo perhabitis consumpta extiterat præterquam enim aliqui ex DD. estimarunt
9 alienationes, valorem legitimæ non æqualle, remoueri visa fuit obiectio, vel quia ex alijs *dubijs iuris articulis* superius recensitis valet substineri
10 transactio, vel quia *dubietas* de tempore transactionis dumtaxat inspicitur secundum *Menoch. cons. 155. nu. 35. Rot. decis. 25. num. 12. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Ottobono, & decis. 134. nu. 18. post Zacch. de oblig. Camer.* ac satis proinde esse censetur, vt transigentibus alienationes tunc temporis non innotescerent ad hoc vt ne-
11 queat infringi transactio quæ super facto dubitabili legitimè quoque contrahitur, vt tradit *Curtius iun. cons. 150. nu. 15. ad finem Surd. cons. 554. nu. 4. Rot. decis. 25. num. 14 & 15. coram Eminen-*
12 *tiss D. meo Card. Ottobono*, nec ea sub Instrumenti nouiter reperti prætextu reuocari, vt probat *Text. in l. Lucius 58. §. fin ff. ad Trebellian. cum & in l. nec intentio 23. Cod. de transact. Castrens. in l. post rem iudicatam num. 4. ff. de transact. Berou. cons. 178. nu. 51. lib. pr.*

Animaduertebant præterea DD. à Bonfilijs non posse transactionem impugnari nisi bonorum re-
13 stitutio præcedat, ac summæ florenorum 3600. à transigentibus receptę iuxta *tex. in l. si diuersa 14. Cod. de transact. Paris. cons. 96. num. 112. libr. pr. & cons. 26. nu. 72. lib. 2. Rot. coram Gregor. decis. 354. nu 7* dum maximè restitutio hæc in transactionis Instrumento contenta expressè conuincitur.

Quod admitti debet licet à Bonfilijs Patrui, ac
14 Patris hæreditas cum beneficio leg. ac inuentarij adita fuerit, vel quia Testantium factum coguntur approbare donec insufficientiam bonorum descriptorum in inuentario exhibeant, vt in specie dixit *Rot. in Romana fideicom. de Barisanis 27. Iunij 1650. in §. nec obstat coram R.P.D. meo Celso*, vel quia ad ipsas bona ex transigentium personis fuere delata.

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. VEROSPIO.

Romana Cambiorum.

Veneris 10. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

CAmbiorum continuationem de platea ad plateam non esse prohibitam à constitutione Pij V. 118. §. 2. etiam vltrà primas nundinas per viam noui cambij, secus per viam vnius cambij pro pluribus nundinis. De facultate accipiendi pecunias cambio concessa creditori an ea vti possit, & repræsentare personam creditoris, & debitoris, & quomodo debeat vti, & an requiratur intimatio tam ante contractum cambium cum se ipso quàm post. De cambio cum recursa an licitum sit, & quomodo differat à cambio continuato; Deque excessiuo lucro in continuationibus cambiorum ad æquitatem reducendo Magistralis Decisio.

SVMMARIVM.

1 *Cambia platealia iusta sunt.*
2 *Cambiorum platealium decursui non repugnat constitutio Pij V. 118. §. 2. etiam vltra prima nundinas.*
3 *Campsori cui in causam non soluti cambij debitor concessit facultatem recambiandi cum se ipso non est prohibitum iterum super cambijs pecunias transmittere.*
4 *Cambium omninò nouum constituit continuatio super cambijs quam creditor facit in odium debitoris morosi.*
5 *Cambium ab initio non potest fieri prò pluribus nundinis & si fiat vsuram sapit.*
6 *Cambij continuationem admisit Rota non solum in limitato, sed etiam currenti, & quomodo.*
7 *Cambiorum continuatio permissa censetur concessa facultate cambiandi, & recambiandi.*
8 *Cambij sicci lucrum quomodo fuerit reductum à Regio Consilio Neapolis.*
9 *Cambij exercitium per Plateas vbi illius pretia publica authoritate statuantur carent suspicione fraudis.*
10 *Mandati verba quæ sint sufficientia prò continuatione cambiorum.*
11 *Cambia continuandi per quaslibet plateas, & mundi partes creditori concessa facultate poterit creditor ea continuare per plateas quæ maius præiudicium inferunt debitori.*
12 *Creditor vigore facultatis sibi datæ ritè accipit pecunias cambio à se metipso, & repræsentat duas personas creditoris, & debitoris.*
13 *Cambium cum recursa an illicitum, & quomodò differat Cambium continuatum cum creditore, à cambio cum recursa.*

14 Cam-

14 *Cambium cum recursu licitum, & ab omnibus Italiæ mercatoribus admissum. Intellige cum distinctione ut num. 15.*

16 *Creditor ante usum facultatis sibi datæ de accipiendo pecunias cambio à se ipso, non tenetur intimare debitori si intimatio remissa est.*

17 *Creditor si uti pro curator debitoris acc pit à se ipso pecunias debitas cambio non est necessaria intimatio.*

18 *Ampl. ut nec necessaria sit intimatio quæ requiretur ex æquitate post contractum cambium.*

19 *Facultate accipiendi à se ipso pecunias cambio concessa creditori potest is absque ulla intimatione aduento termino uti.*

20 *Debitor liberatus tenetur subire interesse cambiorum à die liberationis; intellige ut ibidem.*

21 *Creditores post acceptatam solutionem relinquentes in banco pecunias eis solutas nouum depositum contrahere intelliguntur.*

22 *Cambiandi facultas in casu cuiuscumq; solutionis adimpletur licet solutio sit impropria.*

23 *Dictio cuiuscumque continet maiora expressis.*

24 *Cambiorum continuatio de platea in plateam aliquibus ex DD. non placuit, & de ratione.*

25 *Lucrum excessiuum quod resultat ex continuatione cambiorum debet reduci ad lucrum quod ex cambijs nundinalibus retrahere potuisset creditor.*

DECISIO XCIV.

CОntinuatio cãbiorũ de platea in plateã à Phi-
lippo Valẽte exercita validitati innixa atq; iusti-
tiæ corã me decreta fuerat Hodie verò repropoſi-
to dubio pro reformatione decisionis iuxtà mo-
dum inferiùs exprimendum Domini responde-
1 runt. Ea constitutione enim *S. M. Pij V. la 118.*
§. 2. in fin. resultere admittebant Platealium cam-
biorum iustitiam in ijs verbis, (pro primis Nun-
dinis vbi illæ celebrantur, vbi verò non celebran-
tur pro primis terminis iuxtà receptum locorum
vsum exercere.) Idque in terminis scripserunt
*Nauar. cons. 31. tit. de usur lib. 5. col. 11. vers. oc-
corre molte volte fol. mihi 540. Reginal. in prax for.
pænit. lib. 25. nu. 456. cum tribus seqq. Filiucc. oper.
moral tit. 2. tract. 33. p. 2. de cens. & camb. n. 378.
cum seqq. Leotard. de usur. qu. 25. nu. 70. vers.
denique Giballin. eod. tract lib. 5. cap pr. art. 8 nu.
5. fol. mihi 315. Candid. oper. moral. tit. 1. disput.
20. art. 12. dub 4. vers. dico tamen fol. 231. Card.
de Lugo de Iustitia & iur. tit. 2. disput. 28. nu. 116.
vers aduerte 5., & nu. 117. Turr. de camb. disp pr.
qu. 4. nu. 24. & qu. 13. num. 80.*, & receptum in
praxi Veneti ac Neapolis Mercatores concludunt
nec non quamplura similium cambiorum exem-
pla in Vrbe secuta.

2 Cui sane cambiorum decursui non repugnat ea-
demmet constitutio, licet pro primis dumtaxat
terminis cambium plateale permittat. Siquidem
exercitium etiam cambij nundinalis, pro primis
solum nundinis in ipsa constitutione indulgetur,
& nihilominus intra præfixum tempus debitore
cambium non dissoluente, campsori in vim facul-
3 tatis recambiandi sibi à debitore attributæ, ite-
rum super cambijs pecunias transmittere non pro-
4 hibetur. Hæc quippe continuatio ex culpa debi-
toris contingens cambium omninò nouum con-
stituit à constitutione non improbatum, vt de-
clarat *Duard. de camb. §. 1. qu. 42. num. 20. cum*
5 *seqq. Turr. eod. tract. disp. 3. qu. pr. nu. pr. & 5. &*
num. 23. quidquid dicendum foret in cambio
pro pluribus nundinis ab initio contracto, illud n.
ex quo debitor cogeretur pecunias sub vsuris post
primas quoque nũdinas retinere vsurariam saperet
prauitatem, vt distinguendo casum, vtrumque
respondit *Rot. in Rom. pecuniaria, seu cambiorum
10. Iunij 1616. coram Cardin. Sacrato & decis. 304.
nu. 3 p. 4. recent. & in Rom. seu Ianuen. cambij 26.
Iunij 1652. in §. sumetue qu. coram bon. me. Bichio*
6 Haneque cõtinuationem de platea in plateam ad-
misit *Rot. in Roman. cambij 11. Maij 1635. coram
bon. mem. Pirouano impress. post Turr. dec. cambio
decis. 33.* quæ nedùm loquitur de cambio limitato,
sed etiam currenti post aliquod temporis spatium
ad scuta sex pro singulis centenarijs à contrahen-
tibus reducto, vt ex princip. decisionis, nec non
ex num. 4 aperte conuincitur, ibiq; propè finem
ad notationis tradit *idemmet Turr.* vbi quod con-
7 currente facultate cambiandi, & recambiandi pro
qualibet platea, & Mundi parte, *continuatio per
plateas permissa censetur in quibus pretia taxan-
tur, & disput. 3. qu. pr. nu. 7. & latius nu. 9. vers.
pro qualibet platea.*

Neque vigere visa fuit authoritas *Iustiniani de
continuatione cambiorum disput. 4. nu. 2 Molphes.
in summar. tract. 12. cap. 7. nu. 100. cum seqq. ac
Duard. de camb §. 2. qu 9 nu. 2.* hanc cambi spe-
ciem improbãtium Ipsi enim de cambio dumtaxat
Sicco tractant transmisso videlicet ad loca, in qui-
bus realis litterarum solutio contingere nequit
8 nec pecuniarum pretia taxantur, cuius nihilomi-
nus cambij lucrum, vt ipsimet *Molphes. ac Duard.*
attestantur Regium consilium Neapolis ad sc. 12.
pro singulis centenarijs reduxit; adeoque casui
proposito non videtur conuenire, quo agitur de
9 reali cambio nec non exercito per Plateas Vene-
tiarum atque Neapolis alteri Vrbi correspõdentes
in quibus cum singulis hebdomadis pretia pro
cambijs publicè sanciantur, fraudis quæcumque
suspicio remouetur ac decursus proinde cambio-
rum debet sustineri vt not *Ferr. de camb disput. pr.
qu. 26. nu. 36. & qu. 28. nu. 10. Rot. decis. 45. ad
fin. p. 4. t. 2 recent.*

Facultatem vero trahendi cambia de platea in
plateam Philippo extitisse à D. Marchione Ray-
10 mundo delatam ostendit amplissimum procuræ
mandatum, ibi (liberam, & absolutam facultatem
propria auctoritate, & de facto sumendi, vel dam-
ni faciendi, & continuandi summam pecuniarum
occasione dictæ cedulæ solutarum, seù illarum va-
lorem per quascumq; nundinas, Ferias, plateas, &
Mundi partes etiam à quibusuis mercatoribus, &
personis, & à semetipso) Hic quippè effrenatus
verborum contextus restrictionem nullam admit-
tit *ad Text. in leg. pluribus ff. de acceptilat. Hond.
cons. 49. nu. 14 lib. pr. Rolan. cons 27. nu. 15. &
16. cum seqq. lib. 4. Turr. in specie disput. 3. qu. pr.*
11 *nu. 9.* Vbi quod ea verba *pro qualibet Platea, &
Mundi parte* Creditoris potestatem adaugent, ita
vt cambia continuere valeat etiam per plateas
maius interesse debitori inferentes, & in fortiori-
bus terminis *Rot. penes eum decis. 33. nu. 4.* Dùm
maximè à Marchione Philippo procurator in rem
propriam conuincitur constitutus cuius virtute
ipse vtilocum veri Domini repræsentans *iux. tex.*
in

in l. sed si tamen 14. ff. de pact. & in leg. sicut 8. §. si procurator ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solu., potuit cum maiori quoque principalis detrimento platealia cambia eligere; Quod etiam à quamplurimis Vrbis mercatoribus atque Notarijs comprobatur attestãtibus de stylo Romæ vigenti, cui in concursu alterius alibi existentis debet omninò deferri vt not *add. ad Greg. decis. 474. vers. ita illud cum alijs in prætensa decis. relatis §. nec vrget*.

Hinc non obstat q Philippus à se metipso pecunias ad cambium receperit, quia hic cambiandi
12 modus concurrente facultate neq; a iure neque à constitutione improbatur, quinimò duplicis personæ repræsentatio creditoris scilicet, & debitoris expressè permittitur.

Ita vt quis sibi met ipsi soluere valeat *ad Text. in l. fistulas 78. §. fundum ff de contrah. empt. l. debitor meus 14. ibique Glos. ff. de neg. gest.*, & tradunt in puncto *Filiuc. oper. moral. tract. 35. cap. 8. nu. 439. cum seqq. Rot. Genuen decis pr. num. 27. & decis. 32. nu 4. Gait. de cred. cap. 2. tit. 7. num. 1393. cum seqq. Card Delugo de iust. & iur. disput. 28. s. 7. num. 85.* & plenè discusso articulo tradit *Rot. in Rom. seù Florentina cambiorum 11. Ianuarij 1515. coram Dnnoz. seniori, et in Rom. pecuniaria 14* Maij 1615. *coram Card. Vbaldo, et in recent. decis. 274. nu. pr. et 5. p. 5. cum alijs relatis in decis. 636. nu pr. coram bon. me. Merlin.* & tradit *Turr. de Camb. disput. pr. qu. 15 nu. 13.* vbi quod stylus cum semetipso cambiandi apud mercatores adeo inoleuit vt tota cambiorum praxis eo deficiente subuerteretur, licet propè finem contrariam opinionem ipse in puncto iuris veriorem existimet.

13 Nec releuat quod cãbia cum recursa illicita reputentur *à Soto de iust. et iur. lib. 6. qu. 10. art. pr. Comitulo lib 3. qu. 15. Leotard. de iur. qu. 26. n. pr. cum seqq., et nu. 42. Duard. de camb. §. pr. quæst. 42 num. 35.*

Siquidem cambium cùm se metipso contractũ communi DD. calculo admissum continuatum nuncupatur *Duard. de camb. adducta qu 42. nu. 6.* non autem cùm recursa quod tunc contrahitur quoties debitor conrespõsali destitutus, ac modo dissoluendi cambium in nundinis, ab initio cum creditore conuenit, vel postmodum recurrit ad ipsum, vt suo corresponsali scribat adhoc vt litteras acceptet, ac debitum mediante solutione sibi metipsi per agenda extinguat, illudque remittat successiuè sub cambijs *iux. normam relatã à Salm. in tit. de camb. quæst. 4. art. 2. contr. 11. et 12. Lotard. adducta quæst. 26. in princ. nec non à Cardinali Delugo de iust. et iure disp. 28. sess. 7. nu. 76.*

Soti præterea & sequacium opinio suos habet contradictores, eaq; impugnatur apertè *à Nauar. cons. 31. lib. 5. de vsur.* vbi quodlicet ab initio ipse
14 contrarię opinionis sectator existeret, re tamen maturius discussa ab ea recessit *Salon. tit. de camb. q. 4. art. 2. contr. 11. nu. 2. et contr. 12. nu. 5., et 6.* vbi quod hęc cambiãdi species ab omnibus Italię Mercatoribus est vsu recepta, & ea si de iure permissa non foret à SS. PP interdicta extitisset *Less. de iust. et iur. lib. 2. cap. 23. dubit 7. nu. 70. Bonac. de contract. disput. 3. q. 5. propos. 5. nu. 11.* & hanc sententiam alijs relatis auctoritatibus latè comprobat *Scacc de camb. quæst. 6. glos. 1. nu. 4. cum plurib. seqq.* innixus presertim capitulis à S. M. Pio V. Bononiensibus Mercatoribus super cambiorum materia præscriptis, nec non resolutioni Congregationis Cardinalium à s. m. Greg. XIII. deputatæ similem cambij speciem approbanti sub ijs verbis (Possa ogni persona dar denari à cambio, e fare, che siano recapitate le lettere sopra essi Datori,) *Gait. de credit. cap. 2. tit. 7. nu. 1393. cum plurib seqq.* asserens cambium huiusmodi in tota Europa exerceri, *et nu. 1505. cum quatuor seq.* de veriori, & magis communi attestatur, eidemq; *Scacciæ in terminis cambij*, cum se metipso celebrati adhæsit *Rot. coram bo. me. Merlin. decis. 636. nu. 1.*

15 Quorum opiniones inter se certãtes hac distinctione conciliantur à *Cardinali Delugo de iust. et iur. tit. 2. disp. 28. sess. 7 à nu. 87. vsq; ad nu 93. Giballin. de vsur. lib. 5. cap. 1 art. 9. §. 2. ad fin. fol. mihi 316* Vel enim corresponsalis proprias obtinet pecunias, vel alienas ex quibus litterarum solutio saltem virtualiter fieri valeat, & tunc debet cambium sustineri, quod etiam sensit *Duard. in contrarium adductus quæst. 40. §. 1. a n. 21. vsq; ad n. 38.* referens determinatum ita fuisse in Congregatione per s. m. Vrbanum VIII. deputata pro decidendis dubijs à Republica Genuensi transmissis vel Campsor penes eundemmet corresponsalem pecunias detinet, vel nomina debitorũ exigibilia in Nundinis habet, & tali quoq; casu cambium exinde licitum reputatur, quod ex pecunijs, seù nominibus debitorũ pretio ęstimabilibus virtualis litterarum solutio contingere potest, nec nõ nouum cambium constitui. Aut denique vterque Campsor scilicet, & corresponsalis effectibus, & pecunijs carent, nihilq; aliud habent in nundinis præterquam primi cambij remissam, & tunc tale cambium omninò improbatur.

Vnde licet de cambio cùm recursa, vel simili ageretur, perspectis tot DD. auctoritatibus, ac Mercatorum stylo nequit inficiari, quin Philippus bona fide contraxerit, quæ eidem excusationem præbet legitimam, vt tradunt in specie sententiæ contrarię sectatores *Azor. videlicet instit. moral. p. 3. lib. 10. c. 9. vers. cæterum Filinc. oper. moral. tom. 2. tract. 35. cap. 8. nu. 438.* vbi quod quamuis ipsi cambium hoc non consulerent, illud tamen factum non damnarent. Cùm maximè ex plurium attestatione doceatur publicos Mercatores, atque Campsores corresponsales extitisse.

16 Intimatio verò nulla requirebatur, dum ea à D. Marchione claris omninò verbis remissa conuincitur *Rot. decis. 379. p. 2 et decis. 274. vtrobiq; n.*
17 *2 p. 5. rec.* Præsertim, quia Philippus vti eiusdemmet Marchionis Procurator cambia cum se metipso contraxit, cuius virtute vti repræsentans ipsum Principalem, nullo intimationis onere astringebatur, vt dixit *Rot. decis. 304 nu. 4. p. 4. et decis. 274. pariter nu. 4. p 5. rec. et coram bo. me. Merlino decis. 636. nu. 10 et 11.*

Hinc vrgere non poterit, quod ea intimatio
18 dumtaxat remissa censeatur, quam Philippus explere cogebatur adhoc vt pacto vti posset, non autem altera post contractum cambium ex ęquitate requisita ad effectum, vt debitor certo sciat

debi-

debitum suum sub vsuris retineri. Hęc enim con-
clusio casui proposito applicari non valet, tum
quia Marchio intimationi cuicumque tam ab ini-
tio quam postmodum peragendę renunciauit, tũ
ex quo cambia à Philippo vti Procuratore Mar-
chionis contracta noscuntur, quidquid dicendum
foret si eadem ab ipso tanquam simplici creditore
ob moram debitoris in soluendo celebrata extitis-
sent, vt pręter authoritates supra relatas distinxit
etiam *Rot. in Rom. cambij 1. Iulij 1658 in §. quia
tale obiectum coram Reuerendiss. D. Episc. Papien.*
Hæc obiectio prętereà exindè remouetur quod
D. Marchio in solutione quacumq; per Philippum
per acta intimatus conuincitur. Inde enim dum
19 facultas, cambiandi in casum cuiuscumq; solutio-
nis concepta fuit, valuit ipse apertè desumere,
casum euenisse, quo Philippus pecunias ad cam-
bium poterat assumere, quinimo cogebatur ob
inopinatam solutionem ingentis summæ ex qua
parum defuit quin ipse decoctioni subiaceret, pa-
ria quippè sunt scire vel scire debere *l. quod te ff.
si cert. pet.* Rot. *coram Caualer. decis. 3 nu. 2. et. 3.*
tum ex intimationibus ac protestationibus reali-
ter subsecutis, die videlicet 19. Octobris 1646 nec
non prima Februarij anni sequentis in qua Procu-
rator Philippi solutiones in summa scutor. t2t.
mille peractas repetijt, vt Marchio censeretur in
mora constitutus.
Neque Philippo valet obesse quod in solu-
tionibus ab eo seruata non fuerit forma mandati
Thesaurarij sancientis pecunias in actu solutionis
vel debere inuestiri, vel in Sacro Pietatis Monte
sub eodem onere inuestimenti deponi, ex quo
defectu contendit D. Marchio à die dumtaxat sub-
secuti Inuestimenti non autem solutionis debe-
re cambia decurrere.
Dum enim ex quietantijs in actu solutionis à
20 creditoribus peractis extinctio debiti resultat nec
non liberatio Marchionis ex necesse ab eo tempo-
re quo ipse commodum reportauit, tenetur cam-
biorũ vsuras subire, licet creditores pecunias rela-
21 xauerint in Banco Valentie, cum hęc dimissio no-
uum cõtractũ depositi videlicet pręseferat, vt not.
*Afflict. decis. 353. nu. 5. 6. Altograd. cons. 6. nu.
46. cum seqq. lib. 1.* Rot. *coram Seraph. decis. 1419.
nu. 3.* Potissimè quia facultas cambiandi in casu
cuiuscumque solutionis Philippo attributa fuit,
22 itaut quælibet solutio, licet impropria, & absq;
vllo inuestimento ipsi debeat adhunc effectum
suffragari ex vi illius verbi cuiuscumque maiora
quoque expressis includentis *Soc. Sen. cons. 150.*
23 *nu. 12. vers. ponderò etiã verba illa quacumq; vol.
1. Rimin. Iun. cons. 84. nu. 39. lib. 1. Surd. cons.
453. nu. 8.* Rot. *decis. 7ℓ4. nu. 5. par. 2. et decis. 36.
n. 4 par. 5. rec.* Et posset conquęri Marchio si in-
uestimentum expletum non foret, quod non lon-
gè post solutiones secutum conuincitur.
Aliqui tamen ex Dominis continuationem cã-
biorum Platealium vti excessiui lucri producti-
24 uam non admittebant innixi auctoritati Iusti-
niani, Molyhesij, ac Duardi superius recensitę:
Quinimò Cambiũ de loco ad locum à constitu-
tione approbari asserebatur pro itinerantium dũ-
taxat commoditate vel transmittentium pecunias
suis creditoribus, non autem ad hoc vt illud va-
leat de Platea in Plateam successiuè continuari,
Verum licet perspecto iuris rigore cõtinuatio
cambiorum Platealium valeat substineri, eamq;
ex rationibus, & auctoritatibus superiùs deductis
duę partes ex Dominis approbauerunt, cum tamẽ
25 lucrum inde resultans visum fuerit de magno ac
intollerabili excessu posse redargui, Domini de-
creuere ea fore ad instar lucri reducenda quod ex
nũdinalibus Cambijs Philippus retrahere potuis-
set. Nulla quippè Æquitas patitur, vt D. Mar-
chio grauioribus vsuris quam nundinalibus præ-
matur, & in hoc fuit reformata decisio.
Et ita vtraq; &c.

R. P. D. PRIOLO.

Fulginatensis bonorum.

Veneris 26. Maij 1662.

ARGVMENTVM.

Renunciatio omnium bonorum à fęmina facta patruo pro dote ab ipso assignata an valeat?

SVMMARIVM.

1 *Ad effectum lęsionis deducto ęre alieno debet firmari statuã hęreditatis.*
2 *Dicuntur deponere eorum Iudicio qui pretium deponunt imaginarium.*
3 *Pretium rerum immobilium ex fructuum perceptione probatur.*
4 *Deponens antè, & post contractum per aliquod tèmpus valorem, non concludit.*
5 *Renunciationis rescissio vt locum habeat, requiritur vt certum sit bonorum pretium.*
6 *In concursu aliorum peritis in arte standum est.*
7 *Amplitur vt numero septimo.*
8 *Ad rescindendum contractum non attenditur pars pretij suprapluris, si est cum ourre.*
9 *In modico excessu non probatur læsio enormissima.*
10 *Ad rescissionem requiritur læsio enormissima, quæ est vltra dimidiam.*
11 *Diuisio non probatur nisi bona sint assignata, & possessa pro diuiso.*
12 *In concursu probationum illæ præualent, quæ fauent reo, & possessori.*
13 *Expedit mulieri potius habere dotem in quantitate, quam in bonis.*
14 *Testis vnicus, interessatus nihil probat.*
15 *Læsio ab allegante probanda est.*
16 *Renunciatio in dubio præsumitur ritè facta cum adsit decretum Iudicis, & præsentia consanguineorum.*
17 *Testis de auditu nihil probat.*
18 *Donatio potest fieri in præsentia Iudicis vel trium consanguineorum.*
19 *In alternatiuis sufficit quod compleatur vna pars.*
20 *Consensus adhibitus ad cautelam non nocet.*
21 *Renunciantes liti, & prætensionibus sub obligatione Camerali non possunt contradicere etiamsi adsit læsio.*

DECISIO. XCV.

Perpensis hodie rationibus, quæ in discursu sub die 20. Iunij superioris anni pro faciliori causæ intelligentia fuerunt hinc indè deductę, DD. dixerunt, obstare laudum, & renunciationem contineri; fundamentum fuit, quia in renunciatione bonorum hæreditariorum Crispoliti facta ab Vr-

suis tunc ætatis annorum 16. ad fauorem Iosephi
Lilij Patrui pro dote libr. 5000 læsionem interue-
nire non constat; firmatus enim non fuit status
1 hæreditatis Crispoliti, deducto ęre alieno, vt requi-
ritur, ad effectum læsionis, nec lęsio huiusmodi de-
ducitur, vt prætenditur ex testibus asserentibus
valorem bonorum stabilium excedere quantita-
tem dotis prædictæ, quia cum non deponant de
illorum pretio, quod communiter reperiri potuis-
set de tempore renunciationis, dicuntur deponere
2 eorum credulitate, & iudicio *contra Textum in l. pret. rer. ff ad l. falcid.* Cagnol. *in l. 2. nu. 25. & 162. & 228. C. de resind. vendit. Rota post Mangil. de substit. decis. 40. nu. 3. in rec. p. 1. decis. 648. nu. eodem, apud Burate. decis. 583. nu. 11. & in Romana Domus 24. Nouembris 1642. cor. bo. me. Dunozetto.*

Nec refert, quod deponant de valore, habita ra-
tione fructuum, quos eadem bona ferebant, ex
3 quibus licèt probari soleat pretium rerum immo-
bilium *l. 11 fundum per fideic ibique glos. ff. de leg. p., Bart. in l. 2. nu. 23.* Cagnol. *nu.* 133. C. *de rescind. vendit.* Nihilominus quia loquuntur ante,
& post contractum per aliquod tempus, valorem
4 pernecesse non concludunt, vt fieri debet. *Bart. in dicta l. pretia rerum § p. nu. 2. in fin. & ibidem Alex. nu. 10. ff ad leg. Falcid.*, Idem *Bart. in dicta l. 2. n. 23. C. de rescind. vendit. Rot. vbi supra post Mangil. de subhast. decis. 40. nu. 1. in rec. p. p decis. 648. sub nu. 4. cum alijs per Add. ad Buratt. decis. 538. sub nu. 22. vers. secundus casus est.*

Præcipuè quia dicta eorum eliduntur ex testi-
bus pro Iosepho examinatis deponentibus, præ-
dium della Pasciana conficere stadia 150., cum
quibus concordat liber æstimi Communitatis,
existimatiq; communiter potuisse de tempore an-
te, & post obitum Crispoliti ad rationem floreno-
rum 24. aut 25. pro quolibet, & sic in totum libr.
1700. prædium della Chiona stadiorum 80. fuisse
valoris florenorum decem pro quolibet, & sic in
totum scut 400 prædium dell'Olíueto stadiorum
20. inspecto tempore obitus Crispoliti, valere po-
tuisse floren 25 27. aut 28. pro quolibet, & sic
in totum sumpto medio scut 280 Prædium
delle Fornaci stadiorum 11. ante quàm Ioseph in
eo faceret melioramenta, fuisse valoris dumtaxat
flor. 40. 45. aut 50. pro quolibet, & sic in totum
scut. 192. 50. prædium della Pera totidem stadio-
rum 11. semper communi existimatione fuisse
pretij, & valoris florenorum 25 pro quolibet, &
sic in totum aliorum scutorum 192. & 50. Aliud
prædium della Pasciana paritèr stadiorum 11. cō-
muniter valere potuisse ad rationem florenorum
20. pro quolibet, prout re vera ad eamdem ratio-
nem fuisse vendita nonnulla bona sita in eodem
loco apparet ex publicis Instrumentis, & sic in
totum scut. 140.

Calculatis his omnibus, vna cum pretio alterius
prędij in vocabulario lo capo d'acqua, venditi pro
scut. 140. ac pretio domus existentis in Ciuitate
scut. 1000. sicuti in hac quantitate fuit eius valor
articulatus pro parte Vrsulæ valor omnium bo-
norum stabilium ascendit tantummodò ad scut.
4015.

Vndè cessat suppositum, quod ista dos scuto-
rum 5000. quam Vrsula ex causa renunciationis
habuit, sit admodum exigua; licèt enim testes
pro vtraque parte examinari diuersimodè depo-
nant; Attamen his deferendum esse dicebant DD.
non solum quia deponunt de communi pretio
bonorum, quod ea tanti communiter valerent, vt
requiritur ad effectum rescissionis contractus iux-
5 tà doctrinam *Bart. in d. l. pretia rerum § p. nu. 2. in fin. ff ad l. falcid & seqq. & in l. 2. nu. 23. C. de rescind. vendit. Soccin. Iun. cons. 73. nu. 2. 3. lib. 2. Giurb. decis. 305. nu. 2. Rot. cor.* San. *mem.* Greg. *decis. 570. nu. 5 cum alijs suprà relatis.*

Sed etiam quia reddunt causam scientiæ, & me-
liorem afferunt rationem, ex quo nimirum vti
Coloni plurium annorum optimè norunt quali-
tates bonorum, quibus propterea in concursu
6 aliorum standum est *Bald in l. test. nu. 21. C. de testib. Rot. apud Mantic. decis. 317. nu. 13. & in Ferrarien pensionis 21. Iunij 1660. coram Reuerendiss.* D. *meo Cerro Decano*, maximè cum sint nu-
7 mero plures, & adminiculati ex libro æstimi, &
ex pluribus Instrumentis alienationis corporum
vicinorum, vt probat *Text. in cap. licet causam § ex præmissis de probation.* Rota *apud Merlin. decis 70. nu. 13. & in rec. p. 8. decis. 315. nu. 8. & in Perusina bonorum S. Archangeli 17. Martij 1659. coram R. P. D. meo* Celso.

Nec læsio aliqua potest considerari etiam addi-
tis pecunijs retractis ex effectibus hæreditarijs;
sunt enim pecuniæ huiusmodi creditum exactum
ab Alexandro Linio scut. 1057. creditum occa-
sione restitutionis dotis Fælicis alterius filiæ Cris-
polti pro rata scutorum 367 creditum ex causa
duarum societatum officij in totum scutorum 75.
Alterum ex causa census scut. 15. in sorte princi-
pali in totum scut. 90.

Hæ summæ adiectę prioribus augent quidem
valorem hæreditatis in libr. 5673. sed excessus iste
scutorum 673. vel non sufficit in hac renuncia-
tione facta etiam ob decorem familiæ, & pro con-
seruanda agnatione cum onere fideicommissi, in
8 qua nulla potest considerari læsio, vt firmauit
Rota in Camerinen. bonorum de Othonibus 17. Februarij 1623. coram Remboldo, *& in rec. decis. 74. nu 18. & 23. p 5. coram Eminentiss. D. Cardinali Otthob. decis. 182. nu. 24. confirmata coram Reue-*
9 *rendiss. D. meo Decano 23. Martij 1650.* vel mo-
dicus est saltem ad effectum, vt intret læsio ęnor-
missima, quæ in magno excessu, & vltra dimidiam
10 probari debet in iudicio rescissorio contractus,
ad Text. in l 2. C. de rescind ven l l. cum te sub n. 1. C. de transact. Rot. decis. 552 n 2. p. 4. rec. & decis. 20. & 318 vtrobique nu. 1. p. 4. tom 2. & in Melruitana Bonorum 20. Iunii 1653 coram Reue-*rendiss. D. meo* M*eltio Episcopo Papien.*

Vel absorbetur ex detractionibus, quas addu-
cunt informantes pro Iosepho, & signanter, quod
quinque ex corporibus contentis in calculo spe-
ctabant pro medietate dumtaxat ad Vrsulam, sinè
Crispolitum ipsius Patrem, ex quo altera medie-
tas debebatur Isabellæ in bonis Iosephi Senioris,
vt latius deductum fuit in secunda parte discursus.

Non attenta asserta diuisione, tùm quia de ea
deponit vnicus testis, cui plures obijciuntur ex-
ceptiones, tum quia affirmat, diuisionem fuisse
solum initam inter Crispolitum, & Iosephum, &
quamuis addatur, fuisse assignata nonnulla bona
Isa-

Isabellæ, ea tamen non specificat, minusuè assérit,
assignationem factam fuisse ad portionis illi de
bitæ quantitatem, sed pro eius alimentis, tum etiã
quia non dicit, an Isabella bona assignata possede-
rit pro diuiso, vt necessariò requiritur ad hunc ef-
21 fectum, *Cæph. cons. 396. nn. 8. & 9., Thesaur. de-
cis. 205. nn. p. Seraph. decis.* 1318. *n.* 8. Quinimò
constat de contrario, quod ipsa permanserit in
eadem domo, & in communione cum nepotibus,
& tamen sufficit Iosepho habenti renunciationem
& laudum, pro se reddere turbidam intentionem
Vrsulæ actricis, cum in concursu probationum il-
læ præualere debeant, quæ fauent reo, & posses-
22 sori, *iux notata per Din in c. cum sint partium
& ibidem Franc. nu.* 1. *de reg. iur. in 6. Dec., & Ca-
gnol. in l. fauorabiliores nn.* 1. *&* 2. *eod. tit. Surd.
cons.* 505. *nu.* 6. *& dixit* Rot. *coram Merlin. decis.*
597. *nn.* 34.

Nec potest dici, quod Patruus in hac dote ni-
hil dederit de suo, cum enim dederit incontanti
scut. 2500. dedit de suo scut. 989. dum ex effecti-
bus hæreditarijs non constat ad ipsum peruenisse
nisi scut. 1514. vt ex calculo supra relato; summa
verò residua scut 250 in pluribus vicibus promis-
sa esse, quod solui potuisset ex fructibus bonorum;
quod pro hac parte omninò negatur, nullũ tamen
potest considerari præiudicium Vrsulæ, sed potius
commodum, & vtilitas, cum mulieri magis expe-
diat habere dotem in quantitate, quàm in bonis.
13 ex notatis per Honded. *lib. p. cons.* 14. *nu.* 58. *&
cons.* 41. *nu.* 30.

In rebus mobilibus, & frumento, alijsq; credi-
torum nominibus vis aliqua fieri non potest, quia
respectu frumenti scut. 300. quæ Vrsula contendit
exacta à Iosepho, nulla datur probatio, nisi per
14 depositionem supradicti Testis vnici, & interes-
sati, qui nihil probat; Respectu verò mobilium,
& creditorum, illa peruenisse ad manus eiusdem,
nullo modo iustificatur, prout concludenter pro-
bari opus esset in materia læsionis, quæ probanda
15 est ab allegante, qui in ea se fundat *l nam postea
§. si minor, vbi Bart. & communiter DD. ff. de iur.
iur* Cephal *cons.* 467. *nn.* 68. *Rot. decis.* 201. *n.* 3.
& decis 539. *nu.* 2. *in fin. p. p. rec. & coram Bu-
ratt decis.* 538 *nn.* 1.

Obstat itaque non solum renunciatio, in qua
cum interuenerint decretum Iudicis, & consan-
guineorum præsentia pro illius iustitia etiam in
16 dubio præsumendum est *Cæph. d. cons* 467. *nn.*
66. *& seqq.* & dixit *Rot. in Romana renunciatio-
nis* 23. *Martij* 1650. *coram Reuerendiss. D. meo
Decano.*

Et inanis est responsio, quod consanguinei, qui
fuerunt adhibiti, non essent proximiores, nam
Testes ad hoc probandum adducti, vel deponunt
17 de auditu, vel non loquuntur per gradus distin-
ctos, prout necessarium esse, quando adest inter-
uentus aliorum, firmauit *Rota decis.* 284 *nu* 1.
p. p. rec. & decis. 241. *nn.* 24. *p.* 7. Denique Statu-
tum Fulginei *rub.* 48 *de donat.* loquitur alterna-
18 tiuè, quod scilicet donatio fiat in præsentia Iu-
dicis, vel trium consanguineorum, vndè cum in
huiusmodi contractu interuenerit decretum Iu-
19 dicis, sufficit fuisse hanc partem impletam *c. in
alternatiuis de reg. iur. in* 6. *Rot. coram Duran. de-
cis.* 265. *nu.* 25. *Merlin. decis.* 178. *nu.* 5. *& in rec.
p.* 9. *decis.* 47. *nn.* 7. *& decis.* 463. *nu.* 1. & consen-
sus consanguineorum, vti adhibitus ex abundanti,
20 & ad cautelam, non nocet, *Rot. coram s. m. Greg.
decis.* 267. *n.* 3. *cum alijs per Eminentiss. D. Card.
Otthobonum decis.* 141. *nn* 43.

Sed etiam obstat laudum æditum vigore com-
promissi, in quo expressè fuit hinc indè renun-
ciatum liti, & prætensionibus sub obligatione Ca-
merali de non contraueniendo, quæ operatur; vt
21 laudum sortiatur effectum suum, non obstante
prætextu læsionis, & petitione etiam reductionis
ad arbitrium boni viri, vt latè comprobat *Zacch.
de oblig. Camer. quæst.* 19 *nn.* 22 *cum seqq.*

Et ita vtraque, &c.

R.P.D. TAIA.

Auenionen. Transactionis.

Lunæ 5. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

INstrumenti sumptũ ex nota originali a Patre cõfe-
cta quid requirat? Statutũ Auenionen. quid exi-
gat in confectione Instrumenti? Rogitus an præsu-
matur in antiquis? Transactio quæ requirat?

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non probatur ab exemplo informi facto abs-
que Inuocatione Diuini Nominis absque indictione, &
Pontificatu. num.* 1.
2 *Instrumentum sumptum ex nota originali Patris, quæ re-
quirat adhoc, vt probet? nn.* 2.
3 *Instrumentum quibus concurrentibus dicatur perfectum.
num.* 3.
4 *Statutum* Auenionen. *mandans Instrumentum subscribi
a Partibus, impletur si Notarius memoret in Instru-
mento partes non subscripsisse quia nesciuerant. nn.* 4.
5 *In nomine lis non est trahenda, vbi de substantia constat.
num.* 5.
6 *Notarij rogati subscriptio ex quibus inducatur. nu* 6.
7 *Rogitus Notarij præsumitur interuenisse in antiquis, & ad
fauorem matrimonij. nn.* 7.
8 *Matrimonium ex quibus resultet. nn.* 8.
9 *Testis* 12. *annum circiter agens potest validè testificari.
num.* 9.
10 *Transactio adeo fauorabilis est, vt nec Principis rescrip-
to tollatur. nn.* 10.
11 *Transactio valet vbi non quæstio, sed litis timor de facto,
& non de iure concurrit. nu.* 11.
12 *Ampl. vbi diu fuit obseruata.*

DECISIO XCVI.

CVm 22. Martij proximepræteriti DD. confirmã-
dã esse sent. Rotalem responderint, in qua Frã-
ciscus iterùm post aliam sententiam in partibus
fuerat absolutus à petitis ab Anna Fælice Vidua,
& hærede Testamentaria Henrici quasi filij natu-
ralis alterius Henrici, vt in decisione 22 Martij
1562. & DD. pro solita benignitate non acquie-
scentem, immò reclamantem Annam Fælicem
iterum audierint in decisis quoque standum esse
DD. responderunt.

Neq; obstare visa sunt repetita præcipua, qui-
bus Anna Felix petijt audiri.

instabatur itaq; pro Anna Felice non probari matrimonium Catherinæ matris Henrici Iunioris cum Nicolao, vndè facilè, & solitum dilemma conclusum fuerat; aut Henricus est filius legitimus, & naturalis Nicolai mariti Catherinę matris, & extraneus est ad consequẽdum fideicommissum Francisci Aui, aut est filius adulterious Henrici,
1 & insuccessibilis est Patri adultero vt *in decis. 22. Martij § & denique*, & dicebatur matrimonium nõ probari ex quodam exemplo cuiusdam Natalis informi absq; inuocatione Diuini nominis absque indictione, & Pontificatu facto ab eodem Natali de nota originalis instrumenti, vt ipse asserit rogati à Hieronymo suo Patre defuncto, cum ad hunc effectum duo necessaria deducerentur. Pri-
2 mùm, vt nota contineret omnes solemnitates necessarias ad confectionem Instrumenti ad hoc, vt ex ea sumi, seù releuari posset instrumentum validum, & in forma probanti *ad § vlt Auth. de tabell.* & ibi *Glos. in talibus cum alijs apud Surd. cons. 187. nu. 11.* & præcipuè quod debeat esse scripta de manu eius, qui scripserit *ad § hoc autem dict. auth. de Tabell.* & ibi *Glos. ipsis per se, Surd. dicto cons. 187. nu. 15. & seqq. Dician. respons. 24. nu. 35. & seqq. lib. p. Menoch. cons. 42. nu. 9. & seq. Mascard. de probat. quæst. 6. nu. 91. vers. istire quisito cum alijs allegat.*

Secundum requisitum vt filius in translatione, seù exemplatione dictæ notæ seruasset illa multa requisita *in cap. cum P. Tabellio 15. de fide instrum.* & ibi *Abb.* & præcipuè vt fiat authoritate ordinarij, *Abb. ibidem nu. 1. vers. secundo aut hoc*; & ibi *Add.*

Sed paucis pro Francisco respondebatur ex fa-
3 cto instrumentum esse perfectum cum sua clausula etiam expressa (Actum Auenione in Aula inferiori domus habitationis &c & in præsentia &c Testibus subscriptis partibus, vt asseruerunt scribere nescientibus &c.) ad Statutum Auenionen. quod nempè non aliter valeant instrumenta, & matrimonia, quàm si illa fuerint à partibus, & te-
4 stibus subscripta, & partibus scribere nescientibus Notario de hoc mentionem faciente, prout hæc omnia fecit Hieronymus Notarius rogatus, cui originali descripto, & à dicto Hieronymo Notario publico Patre suo rogato Natalis filius custos, & Commissarius scripturarum ipsius debita collatione facta cum originali subscripsit, vt apparet *in summario impresso Francisci num. pr.*
5 Nec obstare visum est nomen notæ, quia nihil refert nomen vbi substantia constat, & præcipuè vbi nota pro instrumento est, & ibidem id ipsum dicitur, (nota originalis, & præsens instrumentũ.

Deniq; nec visus obesse defectus aliquis scriptionis, aut subscriptionis Hieronymi Notarij, quia
6 cuiuscumq; manu fuerit scriptum instrumentum Hieronymi, quod non declarauit Natalis; & potiùs præsumitur manu ipsius Hieronymi rogati, tamen subscriptio Notarij constat ex ipso instrumẽto matrimonij in processu de partibus fol 84 à tergo ibi, (Et à me Hieronymo Martino Notario) sic in nota originali præsentium subscripto, & nos
7 de instrumento satis antiquo agimus, & septuagenario ab anno 1591. & de fauore matrimonij, multisque concurrentibus, quæ faciunt præsumi dictum Notarium fuisse rogatum, vt alias respondit *Angel. cons. 400. nu. 5. ad fin.*

Et ad hæc, & per se concurrere visi sunt Testes eorumque testimonia, videlicet dictos Nicolaum, & Catherinam coniuges se se inuicem tra-
8 ctasse, vti tales, & pro tal bus ab alijs habitos fuisse, & de continua cohabitatione dictorum coniugum ab anno 1591. vsq; ad annum 1598. *in dicto summario nu. 2. 3 & 4.*

Quin etiam Testes deponentes Henricum Iuniorem natum fuisse ex dictis coniugibus in figura matrimonij, & tempore quo simul habitabant, eumdemq; Henricum fuisse habitum, tractatum, educatum, nominatum, à dictis coniugibus pro suo filio naturali, & legitimo *in dicto summario nu. 6. & seqq.*

Et contra nonum de tot Testibus, nec vlla obstitit exceptio, quod examinatus de anno 1658. dixerit se d'anni 72, & sic anno 1591. fuerit annorum vix quatuor circiter, aut quinq; quo tempore non potuerit ea cognoscere, quę nunc voluit contestare.
9 Quia, vt in summario responsionis facti restificatio, & verba referuntur, dixit, (che hà conosciuto Nicolò, qual Nicolò esso Testimonio l'hà conosciuto dall' anno 1593. fin l'anno 1598. e che nell'anno 1598. il detto figliuolo Enrico poteua hauere 4. ò 5. anni, perche già caminaua, e che la Madre del detto figliuolo si chiamaua Catherina,) atque adeò, in quo est fundamentum testificationis, & cognitionis Testis agebat annum circa 12.
10 Et hæc eo magis congruere visa sunt DD. in re transacta, & pro sustinenda transactione inita die 4. Aprilis 1649. quæ causam denominauit
11 Auenion. Transactionis, quæque non minorem authoritatem habet, quam res iudicata *l. non minorem 20. C de transact.* cuiusq; tantus est fauor, vt neq; rescripto Principis tollatur *l. causas 16. C. eod.* & ibi notat. *Alex. Bald. cum Salicet.* cuique non solùm sufficit, quæstio, sed timor etiam de facto, & non de iure *l. 2. C. eod.* & ibi notant *Salicet & Alex* maximè quando transactio seruata est tàm diù quando maximè constat ex litteris Francisci eidem obiectis, quando cognominauerit nobilius Henricum cognomine proprio benè
12 retortis à Francisco, quando id fuerat post transactionem iam secutam ex hoc ipso eidem Henrico non ampliùs, & maximè indulto: ex quibus siuè intentionem Francisci claris rationibus, siuè transactionem dubijs, & longè minùs dubijs pro parte Francisci, quàm pro parte Annæ Fælicis DD. facillimè censuerunt standum in decisis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VICECOMITE.

Eugubina Donationis.

Mercurij 7. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Mandatum de associando donatario concessum contra defuncti donantis hæredem pro summa in donatione reseruata ab intestato venientem est exequendum pro quantitate ex bonis per donantem alienatis in donatione tamen compræhensis resultante.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clausula constituti transfert possessionem, itaut constitutarius assequi debeat associationem.*
2 *Clausula constituti remanet inefficax si apponatur super re particulari incerta; secus verò si super omnibus bonis, quia tali casu concurrit certitudo respectu vniuersi.*
3 *Hæres ab intestato lucratur ea, quæ donans sibi reseruauit ad effectum testandi, non autem donatarius.*
4 *Lim. si disposuerit de rebus donatis, quia earum pretium imputandum est in causam quantitatis reseruatæ.*
5 *Inuerisimile est donantem voluisse distrahere propria bona libera in solutionem legatorum si ea soluere poterat de reseruatis.*
6 *Præsumptio est, quod testator tacitè disponat de reseruatis in donatione ad fauorem hæredis venientis ab intestato.*
7 *Legatum dotis expirat, si dos persoluatur in vita legantis.*
8 *Reseruatio in donatione facta non debet cedere beneficio Donatarij.*
9 *Attentata non intrant vbi causa est diuersa.*
10 *Et diuersitas infertur etiam ex discretiuo Principis rescripto.*

DECISIO XCVII.

BAlthassar Lanellus de anno 1643. instituto hærede Io: Baptista Balduccio ex sorore nepote legauit Lucretiæ, & Sueuæ pariter neptibus in causam Dotis scuta 2830 nempè 2000. Lucretiæ, alteri verò residuum, successiuè de anno 1649. intuitu certi, & determinati matrimonij contracti inter dictum Io: Baptistam, & Franciscam Brunam, donauit eidem (præuia tamen promissione de donando) omnia eius bona reseruato sibi vsufructu, donec vixerit, nec non scutis 3060 ad effectum de illis disponendi, & precipuè soluendi dotes in Testamento legatas. Defuncto donante Io: Baptista illius hæreditatem repudiauit exindè delatam prædictis Lucretiæ, & Sueuæ proximioribus ab intestato succedentibus, quibus Instantibus corã A. C. Bulgarino pro immissione ad prędium hæreditarium nuncupatum Ronticelli pro dictis scutis 3000 vt supra reseruatis, fuit ea decreta cũ subsequuta possessionis assecutione; Verum Io: Baptista adeundo A. C. Areostum obtinuit mandatum de associando ad idem prædium in donatione comprehensum, vndè interposita appellatione pro parte mulierum, causaque mihi deuoluta dubitaui, an mandatum prędictum esset exequendũ, & placuit DD. affirmatiuè respondere iuxta modum inferius exprimendum.

1 Docet etenim Io: Baptista de donationis Instrumento continente clausulam constituti, cuius
virtute transmittitur possessio in constitutarium,
qui propterea associationem ad bona donata assequi debet *Bart. in l. 3. in 4. qu. princ. C. de pignor.*
Tiraquell. de iure constit. p. pr. nu. 21. Conar. lib. 2.
cap. 19. num. 2. Gallef. de oblig. Camer. qu. vltima
num. 41. vers. vel etiam si sit formido Duran. decis.
2 *49. num. pr. Merlin. decis. 104. num. 6.* In nihilo
refragante, quod dicta clausula tanquam apposita
super re incerta remanserit inefficax, nam
obiectum procederet, vbi adiecta esset super re
particulari incerta secus autem quando prout in
proposito casu generaliter super omnibus bonis,
tali quippè pacto concurrere videtur certitudo
respectu vniuersi, sub quo omnia comprehenduntur *Ias. in l. incertam nu. 16. limit. 6. ff. de acquir.*
possess. Tiraquell. de iure constit. limit. 19. nu. 2. & 4.
Duran. decis. 49. num. 13. Rot. decis. 59. num. 6. p.
2. diuers., & coram Eminentiss. Corrado in Bisuntina census 27. Nouembris 1645. §. nam obiectum,
& coram Reuerendiss. D. meo Decano in Interamnen. bonorum 7. Februarij 1659.

Non obstat, quod Balthazar in donatione sibi
reseruauerit (præter vsumfructum) scuta 3000.
3 ad effectum disponendi, & sic dispositione non sequuta, ea acquiri debeant venienti ab inrestato,
non donatario, nam idem donans soluendo dictis
Mulieribus summam legatam eisdem assignauit
duos census constituentes summam scutor. 1250.
in donatione inclusos, ideoq; pro dicta quantitate
dixeruot DD. associationẽ non posse denegari, &
4 consequenter mandatum A. C. esse exequendum.

Nec in facto subsistit, quod census acquisierit
5 Balthasar ex fructibus reseruatis, quin imò pręsumptio contraria concurrit; non est siquidem
verisimile, quod voluerit propria bona libera distrahere in solutionem legatorum, dum scuta tria
millia de donatis sibi reseruauerat *ad tradit. per Bart. Angel. & alios in l. fin. ff. de pet. hæred. & in l. Nesennius ff. de neg. gest.*

Pro residuo vero vsque ad summam scut. 3000.
DD. denegarunt mandati prędicti executionem;
donans etenim expressè sibi reseruauit dict. quantitatem ad effectum disponendi, de quibus cum
non disposuerit censentur ea acquisita hęredi ve-
6 nienti ab intestato, ad cuius fauorem dicitur tacitè disposuisse, ac ordinasse id quod ex lege disponitur *iuxta l. conficiuntur in princ. ff. de iure codicill., & l. codicillis §. mane de leg 2. Bald. in cons. 121. nu. 2. libr. 4. Curt. iun. cons. 4. num. 4. vers. eamdem opinionem Natt. cons. 216. num. 10. Cocc. Sen. cons. 252. col. vlt. vers. ista conclusio probatur libr. 2. Decian. cons. 38. num. 23. libr. 3. Menoch. cons. 210. num. 10. vsque ad finem*, Alias enim si
donatario acquirerentur, reseruatio nil operaretur *Alex. in l. fin. C. de pact. Crauett. cons. 228. per tot. Franc. decis. 168. Duran. decis. 349. nu. 9., &c.*
7 Hinc non vrgent ea quæ allegantur de dote legata in testamento Patris, scilicet quod ea in vita
persoluta expiret legatum *ad tex. in l. filia legatoris 11. C. de leg. & l. pater inter filios ff. de adim. leg.*,
Nam Mulieres hodiè non agunt ad consecutionẽ
legati, sed tanquam donantis hæredes petunt
summam reseruatam in donatione, & licet reseruatio fuisset restituta ad præcisam causã legatorũ,
8 tamen sicuti legata reuocando, quantitas reseruata non caderet sub donatione, ita pariter ea
persoluendo ex alijs bonis, non debent cedere beneficio donatarij, sed hæredis ab intestato *Marcus Ant. Peregr. cons. 76. nu. 18. lib. pr. Castill. de coniect. vlt. vol. lib. 4. cap. 53. sub num. 29. & 30.*
9 Demùm mandatum A. C. ab attentatorum vitio visum fuit immune quamuis Io: Baptista post
concessam immissionẽ mulieribus à R. P. D. Bulgarino, associationem ex superius dictis sibi de iure
debitam, decerni obtinuerit à R. P. D. Areosto,
10 nam ob causarum diuersitatem cessant attentata
Greg. decis. 345. nu. pr. Buratt. decis. 4. n. 3. Merlin. decis. 91. n. 2. quam sanè diuersitatẽ agnonit ipsamet
signatura, rescribendo vt Bulgarinus procederet in
Iudicio immissionis, & Areostus in art. donationis.

Et ita vtraque, &c.

R. P.

R.P.D. PRIOLO.

Esina Fideicommissi.

Veneris 23. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

Fideicommissario hæredi quibus iustificatis debeatur immissio?

SVMMARIVM.

1 *Immissio ad fideicommissum quibus extremis probatis debeatur ex remed. l. fin. C. de edic. D. Adr. toll. nu. 1.*

2 *Substitutus in locum instituti capit totum id quod habebat institutus. num. 2.*

3 *Identitas bonorum fideicommissariorum probatur per testes deponentes cum expressione qualitatum, & confinium. num. 3.*

4 *Testis examinatus non intimata die, & hora ad effectum conducendi interpretem probat si fuit examinatus cum interrogatorijs partis aduersæ. num. 4.*

5 *Intimatio diei, & hora prò examine testium non est necessaria vbi Iudex præfixit terminum ad examinandum. num. 5.*

6 *Exceptio respiciens nullitatem seù iniustitiam primæ sententiæ est discutienda coram Iudice Appellationis. n. 6.*

7 *Fideicommissum non censetur remissum per diuisionem bonorum, maximè si nondum erat purificatum. nu. 7.*

8 *Hæres fideicommissarius non potest præiudicare vocatis ex propria persona. num. 8.*

9 *Sententia declaratur a libello.*

10 *Enunciatiua si sit vnica, & prolata ab habente interesse non probat. num. 10.*

11 *Conditio quæ non purificatur nihil ponit in esse. nu. 10.*

12 *Exceptio de iure tertij non releuat excipientem tertio non opponente.*

13 *Ius tertij allegari non valet vbi non est exclusiuum iuris agentis.*

DECISIO XCVIII.

Dixerunt DD. Immissionem dandam esse prò dimidia Francisco, quia concurrunt requisita ad illam obtinendam *ex remedio l. per finalis Cod. de edict. Diu. Adr. tol. & Saluiani* nempe existentia
1 Fideicommissi, purificatio ad fauorem Francisci prò medietate, & identitas bonorum *Bart. in d. l. fin. nu. 9. cæteriq; scribentes Gab. cons. 46. nu. 20. lib. pr. & cons. 44. nu. 14 lib 2. Rota coram Seraph. decis. 628 nu pr. in recent. decis. 237. nu. pr. parte pr. & decis. 358 nu eodem, & coram Merlino decis. 212 nu pr. & 2.*

De Fideicommisso illiusque purificatione non potest dubitari nam Petrus Testator instituit Io: Mattheum Simeonem Rainaldum, & Ioannem Laurentium Nepotes. & moriente vno aut pluribus ipsorum sine filijs vocauit superuiuentes, & eorum filios. Cum itaque Mattheus, & Simeon obierint sine filijs, Fideicommissum pro dimidia apertum fuit in fauorem Petri filij Rainaldi nec
2 non Francisci filij Ioannis Laurentij pro alia dimidia. Verba enim illa moriente vno aut pluribus ex nepotibus institutis, substituit superuiuentes, & eorum filios continent adeo expressam vocationem vtriusque, vt non admittant interpretationem in contrarium *iuxtà Text. in l. ille aut ille ff. de legat. 3. & dixit* Rota *in Roman. fideicomm. 8. Iunij 1644 coram bon. mem. Arguelles.*

3 Identitas bonorum iustificatur ex Testibus deponentibus illa fuisse possessa à Petro Fideicommitête dum vixit cum expressione qualitatum, & confinium qui sufficiunt ad hunc effectum *Petra de fideicomm qu. 12. a nu. 45. Peregr. eodem tract. art. 44. nu. 13 & 14. Rota coram Merlin decis. 600. nu pr. in Cesenaten. fideicomm. 3. Iunij 1661 coram R. P. D. meo Celso.*

Quibus non refragatur nullitas deducta ex eo quod fuerint examinati non intimata die, & hora ad effectum conducendi interpretem. Nam vltra quod illa cessat dum examen factum fuit cum interrogatorijs partis aduersæ *Rot. post secundum volumen cons. Farin. decis 122. nu. 3 in Veliterna Cappellæ 19. Ianuarij 1622. coram bon. me.*
5 *Mansanedo* cum Iudex in decreto admissionis partium præfixerit terminum pro faciendo examine non erat necessaria intimatio, vt dixit *Rota in Toletana hæreditatis 3. Iunij 1628. coram Andrea* vbi firmatum fuit contrarium stylum seruari solum in Curia, *& not. add. ad. San. Mem. Greg. decis. 331. num. 23. & Scac. de Iudic. lib 2. cap. 8. num. 925.*

6 Nec refert quod Franciscus sit hæres Ioannis Laurentij Patris qui omnia bona vna cum alijs Cohæredibus diuisit cum clausulis amplissimis, & promissione euictionis; etenim deducta hac prætensione coram A. C. Petrus retulit sententiam contrariam, & illius appellatio fuit particulariter commissa in Rota vnde huiusmodi exceptio erit discutienda coram Iudice appellationis *Franc. in cap. vt debitus sub nu. 4 de appellat. Scac. eodem tractatu quæst. 3. nu 13. cum seqq.*, & nihilominus cessat obiectum quia cum adhuc viueret Semidea vxor Testatoris primo loco instituta, nec adhuc ad fauorem diuidentium esset purificatum Fidei-
7 commissum non potest dici quod de eo habita fuerit ratio in diuisione per quam in dubio Fideicommissum non censetur remissum *l. cum Pater § hæreditatem ff de legat 2. leg. qui Romæ §. duo Fratres ff. de verb. signif vbi communiter Don. d. de renunc. cap. 38. nu. 29. & Rota decis. 73. nu. pr coram San. Mem. Greg. ibique addentes num. 5 in rec. decis. 624 per tot. p 2 in Cataten. hæreditatis 28. Aprilis 1653. coram R. P. D. meo Cerro Decano, & nuperrimè in Bononien. fideicom. de montarensis 22. Iunij 1661., & 27. Ianuarij coram me.*

Prout non refert quod in instrumento diuisionis consenserit Ioannes Laurentius; quod residuum bonorum existentium in Territorio Castri Musciani prò dimidia spectaret ad Rainaldum Patrem Petri, prò quartà verò parte ad ipsum Io:
8 Laurentium Patrem Francisci adeout immissio concessa pro medietate sit excessiua, nam vltra quod dicta bona non sunt Fideicommissaria Petri Testatoris, Ioannes Laurentius non potuisset præiudicare Francisco Filio agenti ex propria persona vti vocato post eius obitum *Nat. cons. 470. nu. 12. & seqq. & nu. 26. Ruin. cons 138. nu. 10. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 52. num. 81. cum alijs in Placentina Bonorum prima Aprilis 1661. coram me.*

Quod immissio Decreta fuerit super predio delle Guastaglie contra formam diuisionis non subsistit

sisti, quia concessa fuit pro dimidia vnius Salmę,
quæ in diuisione obtigit Ioanni Matthęo, & Si-
meoni, non autem super integro pretio, prout ita
petitum fuit in libello à quo sententia declaratur
9 vt notat *Castr. cons. 376. in princ. lib. pr. Cresc de-*
cis. 6. de sent. & re iudic. Rota coram San. Mem.
Greg. decis 470. num. 6. in Cæsaraugustana Cathe-
dralitatis 27. Maij 1658. coram Reuerendiss. D.
meo Decano.

Quodq; Ioannes Laurentius ex pręcepto Te-
statoris deberet bonificare scuta 40. non releuat,
10 dùm nec illa fuerunt petita nec probatum huius-
modi Creditum nisi ex enunciatiua eiusdem Te-
statoris, quæ non sufficit cum sit vnica, & pro-
lata à persona habente interesse *Aret. in cap. cum*
causam num. 13 & 17. de probat. Soccin. cons. 266.
nu. 12., & seqq. lib 2. Achil. decis. 8. de iur. patron.
Rota in Esina Saluiani 20. Iunij 1661. §. vlterius
non probatur coram me.

Legatum scutorum 300 relictum Semideę vxo-
11 ri pariter non releuat quia fuit conditionale, qua-
tenus ipsa secundo nuberet ibi *se detta Semidea si*
maritasse, all'hora li lascia scudi 300, quod cum
non fecerit legatum non potest dici debitum cum
conditio nihil ponat in actu nisi purificetur *cap.*
verum verbo conditione de conditionibus appositis.
Abb in cap consituit nu. 8. de rescript. l. si quis
fundum ff. de contrahen. emptione Roland. cons. 58.
n. 14. & seqq lib 3.

12 Exceptio circa existentiam Sororum Francisci
est de Iure Tertij quæ non competit Petro ipsis
non opponentibus iuxta notata per DD *in l. 2.*
ff. de except. rei iudic. Bart. in l. qui cum herede nu.
pr. ff. eodem Rota diuersorum p pr. decis. 482. nu. 3.
in recent. p. 9. decis. 256. nu. 7. cum alijs peradden.
ad. S. M. Greg decis. 415. nu. 7.

Nec alicuius est releuantiæ cum istæ Sorores
13 sint moniales, & in actu æditæ professionis re-
nunciauerint ad fauorem fratris adeout eo minus
possit hodie Petrus de hoc excipere ad effectum
redarguendi immissionem Francisci de excessu cũ
allegari non valeat ius tertij nisi sit exclusiuum
iuris agentis *l. loci corpus competit, & l. vti frui ff.*
si seruitut vendicet. Natta cons. 419. in fine Surd.
cons 557. nu. 2. Rota apud Buratt. decis. 76. nu. 19.
& decis. 200. num. 10.

Et ita vtraque, &c.

R. P. D. ALBERGATO.

Firmana Domus seù Fideicommissi.

Mercurij 28. Iunij 1662.

ARGVMENTVM.

FRVCTVS an sint taxandi habita ratione ad rei reddicum? Fructus an debeantur etiam antè diem cœptæ litis si interpellatio interuenerat, & malæ fidei? Quid si sententia nihil definiat de fructibus petitis?

SVMMARIVM.

1 *Fructus rei in quanam quantitate debeantur concludenter ostenditur per instrumentum locationis num. 1.*
2 *Fructus debentur etiam ante diem contestatæ litis si interpellatio praecesserat, & sit mala fides inducta. n. 2.*
3 *Liquidatio pensionum in vim rescripti habentis clausulam (sine praeiudicio trium conformium) non intrat vbi prima, & secunda sententia non continent condemnationem ad pensiones. num. 3.*
4 *Rescriptum cum clausula (sine praeiudicio trium conformium) debet intelligi prout de iure. num. 4.*
5 *Fructus si in principio litis fuerunt petiti, & sententia nihil de eis definit non debentur, cum ab his censeatur reus absolutus. nu. 5.*
6 *Lim. vbi non fuerunt petiti in principio litis, nu. 6.*
7 *Debent tamen peti in nouo iudicio, & non in executionem primi. nu. 7. & 11.*
8 *Fructus in interdictis veniunt etiam non expressi, nu. 8.*
9 *Declara vt procedat quandò Iudex prouidet per Decretum vel per viam manutentionis, quia fructus sunt pars seu commodum possessionis. num. 9.*
10 *Contrarium quando fuit pronunciatum per cedulam.*
12 *Fructus etsi expressi in tertia sententia non debentur si in duabus praecedentibus fuerunt omissi. num. 12.*

DECISIO IXC.

DIsputato primo dubio sub die 23. Maij 1661.
liquidatæ fuerunt pensiones domus controuer-
sæ pro parte locatæ Raccamatorio in scutis 6. pro
quolibet anno à die 5. Nouembris 1605. Et pro
alia parte à die litis contestatæ anno 1620. ad ra-
tionem quinque pro centenario, sed deinde Do-
mini existimantes pensiones partis locatæ deberi
solum à die 15. Aprilis 1620. qua domus ad fra-
tres de Montibus peruenit, dixerunt in hac parte
reformãdam esse decisionem sub die 15 Maij pro-
ximè præteriti. Hodie igitur hanc vltimam de-
cisionem reformandam esse responsum fuit. Non
quidem respectu partis locatæ, quia licet fratres
de Montibus contendant non deberi in hac sum-
ma nihilominus ex eodem instrumento locationis
1 satis constat de quantitate percepta, vt per *Rotam*
coram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono decis.
126. n. 3. & decis. 139. n. 4 part 8. recentiorum,
& firmatur in § p. vtriusq; decis. & in Litien. census
5. Iulij 1660. coram R. P. D. meo Priolo §. & de
insufficientia.

Non obstat, quod anno 1632. tantum lis cœ-
perit, vt constat ex monitorio eo tempore trans-
misso, quia per illud non excluditur præcedens
lis, & mala fides illorum de Montibus resultans
2 ex actibus gestis pro parte Rainaldi anno 1620. ex
interpellatione scilicet, citatione cum inhibitione,
protestatione, & alijs, vt in præterito eius *sum-*
mario nu. 3. lit. B. qua ratione debeatur pensio-
nes à prædicto anno 1620. quo introductum fuit
judicium, & fratres de Montibus in mala fide con-
stituti *l vbi DD. ff. de interd. l. certum 22. C. de*
rei vendicat. Rot. coram Cardinali *Seraphino decis.*
835. coram Buratto 184. nu. 1. decis. 165. nu. 3. co-
ram Eminentiss. D. Cardinali Otthobono in Medio-
lanen. bonorum 19. Ianuarij 1650. coram bon. mem.
Arguelles § Nec delet, & in Perusina reintegratio-
nis 15. Aprilis 1652. coram bon. mem. Peutingerio
in principio.

3 Sed respectu partis datæ insolutum reformata
fuit Decisio, quia cum agatur in præsenti super
liquidatione pensionum in vim rescripti Signatu-
ræ habentis clausulam sine præiudicio trium con-
formium non est locus liquidationi, ex quo in pri-
ma

ma, & secunda sententia non continetur condemnatio ad pensiones *Dec. cons. 43. num. 4. Rot.*
4 *coram Seraph. decis. 1255. num. 2. coram Merlino decis. 330. nu. 4.* Et ideo in hoc sententiæ non possunt dici conformes, & tamen rescriptum prædictum intelligi debet, prout de iure, in eo, scilicet in quo sententiæ sunt conformes *Surd. cons. 101. nu. 15. cum pluribus relatis per Rot. in Bononien. fideicommissi Io. Mariæ, & Bartholomæi de Bologninis* 27. *Februarij* 1654. *coram* R. P. D. *meo Celso §. & licet.*

5 Vnde inferebant Domini quod vel initio litis petiti fuerunt fructus, & dum in sententijs condemnatio omissa fuit censeri potius deberi illi de Montibus à Iudice absoluti *Baldus in leg. cum propria 5. nu. 4. C. si quis altius, vel sibi Peregr. de fideicomm. art. 49. nu. 147., Surd. decis. 69. nu. 3. vbi latè Hodier. num. 2. Camil. de med. cons. 152. nu. 94. Rot. decis. 393. nu. 9. & 10. part. 4. recent.*
6 *tom. 2.* Aut non fuerunt petiti, & licet ex omissa condemnatione Rei non censeantur absoluti non potuit Raynaldus in executionem sententiarum, & rei Iudicatæ super negotio principali pensiones petere, sed nouum pro illis consequendis Iudicium instituendum est *Gabr. cons. 35. num. 7. lib. 2. Couar. var. resol. cap. 3. sub nu. pr.*
7 *in fin. lib. pr. Rot. decis. 807. nu. 6. & seqq. part. pr. diuers. dicta decis. 1255. sub nu. 2. coram Cardinali Seraphino, & coram Merlino d. decis. 330. n. 5. & in terminis in Eugubina Emphiteusis 15. Februarij 1650. coram R. P. D. Priolo §. nunc ex eo.*

8 Non releuat quod interdictis veniant fructus etiam non expressi, & quamuis de illis facta non fuerit mentio. Quia hoc locum habere visum est
9 Dominis, quando Iudex procedit per Decretum, vel per viam manutentionis in qua cum fructus sint pars, seu commodum possessionis debentur etiam sine illorum mentione, vt per *Posth. de manut. obseruatione 74. nu. 14. Rota coram Eminentiss. Domino Cardinali Ottobono dicta decis. 166. nu. 6. & seqq. & in Romana beneficiatus S. Petri 15. Iunij 1657. coram R. P. D. Benilaqua*
10 *§. Postremum*, Secus autem quando pronunciatum fuit per cedulam, tunc enim fructus non possunt venire in executionem trium conformiū, sed nouo Iudicio petendi sunt, vt declarat *Rota coram Buratto decis. 558. nu. 4. & decis. 330. coram Merlino* vbi responsum fuit fructus peti non pos-
11 se quia in sententijs non continebatur illorum condemnatio; *Decius cons. 43. nu. 4. & alij supra relati.*

Hinc postremo ius fieri nequit quod in vltima sententia à me lata contineatur condemnatio ad dictas pensiones partis in solutū datæ, quia in hac parte sententiæ non sunt conformes dum priores
12 duæ condemnationem non continent *ex relatis per Adden. ad Buratt. decis. 567. nu. 8.*

Et ita vtraque, &c.



R. P. D. BEVILAQVA.

Vrmellen. seu Toletana Iurisdictionis.

Veneris 21. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Ordinatius in sua Diœcesi habet iurisdictionem ea iuris assistentia, & præsumptione. Exemptionem à iurisdictione Episcopi ordinarij, quæ constituant? Titulus putatiuus ex actibus iurisdictionalibus induci an possit? An & quæ præscriptio valeat in huiusmodi actibus? An & quando manutentio debeatur.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus intra fines suæ Diœcesis habet de iure communi, & ex dispositione Sac. Conc. Trid. plenissimam iurisdictionem.*
2 *Eique ex huiusmodi iuris præsumptione competit manutentio, etiam alio non probato.*
3 *Exemptio quasi Episcopalis à iurisdictione ordinarij, quæ requirat.*
4 *Interpretatio fieri debet ab adiunctis.*
5 *Titulus putatiuus tum de iure, tum etiam ex consuetudine induci non potest in actibus iurisdictionalibus; quia daretur monstrum, nu. 5. Sed requiritur, vt inferior Episcopo allegans titulum, ostendat Priuilegium exemptionis, num. 6.*
7 *Pontifex solus Territoria diuidit, & Diœceses assignat.*
8 *Titulus putatiuus deduci non potest ex Priuilegio ex cuius lectura intrat mala fides.*
9 *Referens debet secundùm relatum in omnibus interpretari.*
10 *Sententia reuocata nullius est momenti.*
11 *Sententia reuocans contrariam, ipsa sola facit veritatem inter partes si transitum fecit in rem iudicatam.*
12 *In mala fide constitutus non præscribit: & mala fides inducitur ex defectu concessionis.*
13 *Præscriptio quadragenaria non suffragatur vbi deficit titulus omninò necessarius propter iuris resistentiam.*
14 *Præscriptio non inducitur ex actibus turbatiuis, num. 14. Et requiritur, quod de actu præiudiciali notitiam habeat aduersarius, & taceat, num. 15. Nec notitia illata Vicario afficit Episcopum, num. 16.*
17 *Præscriptio interrumpitur etiam actibus extraiudicialibus.*
18 *Manutentio super actibus particularibus debetur; secus vero vbi ventilato iudicio principali repertum fuit titulum deficere.*
19 *Archiepiscopatus Toletanus à S. Apostolo Zebedæi filio fundatus fuit anno 36. à Christo Domino Nostro nato.*
20 *Religio autem S. Ioannis fundata fuit Hierosolymis anno 1130.*

DECISIO C.

Agentes pro Serenissimo Magno Priore S. Ioannis Hierosolymitani in Regnis Castellæ, & Legionis, qui petierunt iterum audiri aduersus resolutionem sub die 9. Maij anni præteriti captam super bono Iure, & manutentione Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi Toletani non controuertebant ampliùs situationem Oppidorum Prioratus intra Diœcesim Archiepiscopatus latè probatam in principio Decisionis, quæ operatur, vt ipse habeat

beat de Iure communi, & ex dispositione Sacri
Concilij Tridentini fundatam intentionem exer-
1 cendi omnimodam Iurisdictionem quòad omnes
Ecclesias,& Subditos in illis tanquam in suo Ter-
ritorio existentes *per Text. in cap. conquerente 16. de Offic. Ordin. c. cum Episcopus eodem tit. in c. omnes Basilicæ 16 quæst 7. Mandos. ad reg. 13. qu. 4. in fin.* Rota coram *Card. Seraph. decis. 948. & 1278. num. 1. Coccin. decis 448 num. 1.* Cuius vigore
2 competit manutentio etiam alio non probato, *Marescot. var. resolut. lib 1. cap. 11. num. 3. Verall. decis 306. num. 2. par. pri. & decis 201. par. 2. alijque allegati in Decisione, §. Iustificat. ex his, & per modern. Perusin.* de Manuten. *in obseru. 45. num. 7. cum seq.*

Minusque insistebant super immemorabili, nec
super eo quod ex Priuilegijs Apostolicis concessis
Religioni Hierosolymitanæ constitutum dicatur
Territorium separatum cum translatione Iurisdi-
ctionis quasi Episcopalis, quorum alterutrum re-
3 quiritur pro acquirenda exemptione quasi Episco-
pali contra loci Antistitem habentem assistentiam
Iuris super Iurisdictione in locis Ecclesijs, & per-
sonis eo ipso quod existunt intra limites Diœce-
sis sibi assignatæ, quemadmodum vltra cumulatos
in Decisione, § non obstat, & seq. *probant Text. in c. si Papa 10. de Priuileg. in 6. Cardin in Clem. 2. § simili quæst. 4 eodem tit. Rulan. à Valle cons 33. nu. 27. & 28. lib 3 Gratian. discept. Forens. cap. 212. nu 7. & per tot. & responsum nouissime fuit in Nullius, seu Sancti Seuerini Parochialis 12. Ianuarij præteriti coram me, §. Moti ex indulto, & prius in Beneuentana Iurisdictionis 13. Maij 1652. §. Nec magis, & 27. Ian. 1653. § Siquidem coram Reuerendissimo Præside Vallisoletano, & in Acerren. Vicarij 1. Iulij 1654. §. quod enim terra coram bo. me. Bichio.* Et licet in Priuilegio Pij IV sub §. 36. nó
solum exempta fuerint bona, ac loca quæcumque
Monasteriorum, sed etiam illorum Subditi, Vas-
salli, & Coloni, id tamen non intelligitur de Sub-
ditis occasione dominij, sed ratione seruitij per eos
4 præstiti in conuentibus recipiendo interpretatio-
nem ab adiunctis, vt fieri debet per ea, quæ in ter-
minis tradit *Io: Baptista Spada cons. 157. num. 19. & 22.* Præsertim attentis declaratione Pij V. &
Gregorij XIII. de quibus meminit Ciaceon. in
Apostill. ad dictam Constitutionem Pij IV. ac
Breue Clementis VIII. cum alijs in decisione pon-
deratis.

Sed fundamenta, quibus potissimum, nitebantur, posita erant in titulo putatiuo desumpto siuè ex dictis Priuilegijs, siuè ex duabus sententijs, prima de anno 1528. altera verò de anno 1544. ad fauorem Magni Prioris latis, & relatis in hodierno eius summario num. 1. & 2. ac in quadragenaria præscriptione elicita ex pluribus actibus Iurisdictionalibus, vt prætendebatur gestis ab eodem Magno Priore ab anno 1491. vsque in præsens, de quibus in eodem sum. nu. 4. & seq. Neutrum tamen visum fuit reuelare ad effectum recedendi ab eadem resolutione.

Non enim subsistit titulus putatiuus, quia omis-
so, quod nec de Iure, neque de consuetudine in-
duci potest quod inferior ab Episcopo habeat in
eadem Diœcesi Territorium, ne sint ibi duo Ca-
5 pita quod est Monstrum *c. quoniam 14. de Offic. Ordin. Gratian. discept. forens. dicto cap. 212. nu. 16. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24 nu 207. & 208. Rota decis. 324. num. 11. par. pri. recent.* Et ideò
talis inferior allegans titulum pro sua Iurisdictio-
ne quasi Episcopali tenetur exhibere Priuilegium
6 continens separationem. Diœcesis sibi à Papa con-
cessum, ad quem tantum pertinet Territoria di-
uidere, & Diœceses assignare iuxta authoritates in
alia decisione adductas dicto §. non obstat, quod
7 hæc cessent, quibus addi possunt, *Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 11. num. 1. & seq. & dicta quæst. 24. numer. 155. & 156. Rota apud Buratt. decis 578. num. 2. & decis. 50. num. 10. & decis 55. nu. 2. apud Tambur. de Iur. Abbat & in dicta Beneuentana Iurisdictionis coram D. Præside Vallisoletano 27 Ianuarij 1652. § siquidem, in dicta Acerren. Vicarij prima Iulij 1654. coram bon. mem. Bichio § quod enim.*

Priuilegia sicut respectu Territorij separati, &
Iurisdictionis quasi Episcopalis expressum titu-
lum non continent, ita neque ex eis potest dedu-
ci putatiuus propter malam fidem, quæ ex ipso-
rum Lectura resultat concedens solum exemptio-
8 nem pro bonis, & personis actu inseruientibus ad
tradita per *Gemin. cons. 96. nu. 4. versic. sed quotiens legunt.*

Prima verò sententia anni 1528. nullo modo ad
istum effectum deseruire potest. Tum quia in ea
habetur expressa relatio ad Priuilegia concessa Re-
ligioni Hierosolymitanæ à Summis Pontificibus,
& signanter per Clementem VII. restrictæ ad Mo-
nasteria, Ecclesias, & Religiosos intra eorum septa
permanentes, ibi, *Iuxta Priuilegium dictæ Religioni à Sanctissimo Domino Nostro concessum* Sum-
mario Magni Prioris num. 1. Quapropter nil po-
test comprendere vltra in dictis Priuilegijs con-
tenta, ad quæ se refert, sed secundùm ea debet in-
9 terpretari *l. asse toto de hered instit. Rota decis. 735. num. 5. & decis. 752. num. 4. par. 3. recent. & coram sanct. mem. Greg. XV. decis. 522. num. 9.* Tum &
cessat omnis difficultas, quia fuit anno sequenti
in gradu appellationis reuocata, tanquam nulla
per Iudicem Conseruatorem Archiepiscopatus
Toletani Summario Archiepiscopi num. 1. Vndè
10 nullum in ea potest fieri fundamentum *Rota decis 390. num. 12. par. 4. tom. 2. recent.* Et, quod
magis est, idem Iudex illam reuocando, aliam fa-
uore Archiepiscopi latam confirmauit, & istæ
duæ transitum fecerunt in iudicatum. itaut prop-
terea ipsæ, non autem contraria nulla, & reuoca-
11 ta pro veritate inter Partes habeantur *l. ingenuum 25. ff de Stat. homin. l res Iudicata 208 ff. de regul. Iur. cap. inter Monasterium 20. de re iudic. Bero. cons. 108. num. 1 lib. 3 Roland. cons 83. nu. 13. lib 1. Rota decis. 60. num. 5. par 6. recent.*

Secunda autem promulgata de anno 1544 non
solum suffragari nequit ad inducendum titulum
ex responsione data in Decisione § Nec aduersatur, quod emanavit in Causa personæ particularis
per appellationem suspensa, & per concordiam
multò posteà initam terminata. Verùm attentius
modò illa considerata penitus dictum titulum ex-
cludit, & mirificè comprobat Archiepiscopi in-
tentionem; nam in verbis dispositiuæ explicitè
loquitur, *de consuetudine, de possessione Priorum Religionis, & Vicariorum visitandi* Clericos, & Reli-

gioso

giosos tàm Ordinis Sancti Ioannis, quàm S. Petri, qui degunt, & morantur, vel inseruiunt Ecclesijs prędictis Prioratus Sancti Ioannis. Hinc enim ex ipsa sententia conuincitur assertam Iurisdictionem Magni Prieris non extendi ad Clericos extra sępta Monasterij degentes, illique non inseruientes, & multò minus ad Populum secularem, sed restringi ad solos Ministros, & inseruientes Monasterio, ac intrà eius sępta permanentes, vt loquuntur Priuilegia, & consequenter cessat omnis alius titulus, ac prætendens vltra illorum limites præscribere contra Ordinariam Episcopi Iurisdictionem constituitur in mala fide, ob quam non potuit inci-
12 pere aliqua præscriptio, vt dicunt *Gemin. in cap. cum personæ, §. quæ si tales ante fin. vers. & sic inspecto, & dict. cons. 96. num. 4. vers. sed quoties Rota dicta decis. 324. num. 7. par. 1. & decis. 458. num. 70. par. 5. recent. & in Nouarien. Ecclesiæ 17. Iun. 1552. coram R. P. D. meo Celso, & in istis terminis Gratian. discept. 918. nu. 41. & 49.*

Excluso ex prædictis titulo putatiuo nulla vis fieri potest super quadragenaria præscriptione, quod est alterum motiuum in hodierna disputatione adductum; ea enim non suffragatur cessante titulo necessariò ob Iuris resistentiam, vt notatur
13 *in cap. eum personæ, & ibi glos. verb. Canonice in de Priuil. in 6. cap. 1 de præscript. eodem lib. 6. Abb. in c. auditis 15 num. 23. de præscript. Letter. de re benefic. lib. 1. quæst. 24. nu. 214. & seq. Gratian. dicta discept. forens. 918. nu 43. Rota coram bon. mem. Cocc. decis. 448. nu. 12. et dec. 628. nu. 3. et 4 apud Modern. Perusin. de Manuten*

Cæterùm nec in facto visa fuit probari hęc quadragenaria præscriptio; nam quatenus initium temporis prætendatur capi ex duabus Visitationibus, vna de anno 1491. & altera de anno 1500 & istæ, vt pariter aducttitur in alia decisione, § fin. apparent factæ à Deputatis per capitulum Prouinciale bonorum, & domorum Religionis, iuxtà illius Statuta. Vndè allegari non possunt pro pręscriptione contra Archiepiscopum, quo minùs ipse suam exerceat Iurisdictionem in Populum Laicum, Ecclesias, & Clericos Laicos extra Monasteria, & domos Religionis commorantes. Cęteri autem actus relati in dicto hodierno summario Magni Prioris à num. 4. cum seq. & præcipuè litteræ requisitoriæ ab illius Ministris expeditæ, & directæ, vna ad Vicarium generalem, & aliæ ad foraneos huius Diœcesis num. 13. vtpotè omnes gesti, & incipientes ab anno 1527. & 1591. respectiuè, & sic post annum 1503. quo controuersiæ super Iurisdictione motæ fuerunt in Iudicium deductæ, & fauore Archiepiscopi compositę per cõcordias anni 1510. & 1516. quibus illius Iurisdictio ordinaria firmatur dicto summario impresso num. 2. veluti turbatiui, non sunt habendi in con-
14 sideratione *c. licet causam cum ibi not. de probat. Rota decis. 19. num. 1. part. 2. diuers. Card. Cavaler. decis. 521. num. 10 & decis. 244 nu. 10 penes Posth. de Manuten.* vel quia non constat, Archiepiscopos de illis notitiam habuisse, qua non probata, actus non suffragantur, nec acquiritur Abbati, & inferiori Pręlato aliqua possessio Iurisdictionis in pręiudicium Episcopi, ad quem spectat illam exercere
15 *l. 2. Cod. de seruit. & aqua, bene Abb. in c. olim il 3. num. 8. & 12. de restit. Spoliat. Lotter. de re benefic. dicta quæst. 24. num. 209. cum seq. lib. 1. Gratian. dicto cap. 918. num. 20. Rota decis. 560. num. 1. par. 3. recent. & decis. 567. nu. 14. apud Posth. de Manut. Mantic. decis. 40. num. penult. & final.* vbi quod, nec actus gesti cum Vicario inferunt pręiudicium Episcopo ad acquiren. contra eum Iurisdictio-
16 nem, à quo non est commissum Vicario male agere.

Nec subsistit, quod lis non priùs quàm de anno 1610. mota fuerit, quia licet tunc etiam fuerit Rotæ commissa super omnimoda Iurisdictione Ecclesiastica vigore commissionis iactationis à Magno Priore prætendente se molestatum impetratæ summario Archiepiscopi nu. 2. in partibus tamen pluries fuit agitatum super huiusmodi omnimoda Iurisdictione ordinaria, & prętensione Magni Prioris, nempè anno 1503. quo lata fuit sententia à Conseruatore Archiepiscopatus contra Alphonsum Sanchez Prætorem de ipsius Prioris Ordine impedientem Fiscali Archiepiscopi executionem faciendam in Oppidis Prioratus, vt patet ex dicta sententia, & litteris Magni Prioris eodem summ. num. 3 & 4. post quam emanarunt concordiæ anni 1510 & 1516 & deindè iterum agitatum de anno 1523 anno 1527 1542 & 1554. quæ durauit vsque ad 1683. quo emanauit etiam alia concordia summ impresso præteritę positionis num 4. 5. & 6. Ex quibus negari non potest, quin huiusmodi controuersiæ iudicialiter motæ, & tot actibus reiteratæ sufficientes sint ad impediendam, imò etiam cæptam interrumpendam hanc quadragenariam præscriptionem, ad quem effectũ
17 extraiudiciales quoque actus sufficiunt *argum. cap. final. de præscript. Butr. in c. grauis nu. 11. in fin. de restit. Spoliat. Rota decis. 191. nu. 18. & 19. & decis. 226. num. 47. par. 7 recent. & coram bon. mem. Merlin. decis. 702. nu. 33.* Concurrentibus etiam in contrarium actibus gestis ab Archiepiscopo relatis in alia decisione, per quos tollitur quoque præscriptio *Gratian. dicto cap. 918. num. 44*

Hinc quoque cessat, quod saltem Magnus Prior potuerit præscribere aliquos actus, & quoad illos debeat manuteneri. Quia omisso quod agitur de totali, ac omnimoda Iurisdictione debita Archiepiscopo Ordinario, non autem de aliquibus actibus particularibus, eo ipso, quod deficit titulus, & quadragenaria, nec minus possunt dicti particulares actus allegari, maximè quia causa ventilatur super exercitio Iurisdictionis, & de bono Iure admissa situatione Prioratus in Diœcesi Toletana, non autem ad effectum simplicis Iudicij ma-
18 nutionis, in quibus terminis procedere possunt allegata, vt explicant *Lotter. de re Benefic. d. qu. 24. num. 211. Rot. decis. 324. num. 11. par. 1. recent. & cumulati per Posth. de Manuten. obseruat. 45. num. 20.*

Responsio tandem data irrefragabili motiuo in præcedenti decisione adducto in § Tum & euidẽtius, quod Melitæ, vbi residet Magnus Magister totius Ordinis Caput Episcopus suam ordinariam Iurisdictionem exerceat, neque ab illo controuersam. Atque ideò multo minus valeat impediri Archiepiscopo Toletano per Magnum Priorem diuersa Priuilegia à Religione non habentem, id eueniat ex eo, quia tempore, quo Carolus V. Imperator Religioni Insulam concessit, iam aderat

Epis-

Episcopus, nullo pacto subsistit, & militat eadem
ratio, immò Maior in Archiepiscopatu Toletano,
19 fundato anno 36. à Natiuitate Domini Nostri
Iesu Christi, vt tradit *Iul. Perez in Chronic. nu 5. ibi, Vt traditio constans est ab Apostolorum huc usque ducta temporibus multorum etiam veterum Torquati &c. aliorumque Testimonijs anno Domini 36. satis honorifica Causa S. Apostolus Zebedæi Filius Hispanias adijt, Vrbes omnes eius Lustrat, Toleti primam Sedem collocat, Metropoles distinguit &c. Toletique primos Episcopos constituit, cum quibus Archipresbyteros, & Archidiaconos constitutos reliquit*, quem Iul. Perez refert, & sequitur post alios *Episcopus Tirasonen. in Primat. Toletan. par. pri. cap. 6. per tot* & quoniam temporibus Diui Petri Ecclesia Toletana etiam Romæ Primatum à Diuo Petro obtinuerit, refert Garz. *de Locaisa in collect. Concil. Hispan. fol. 256. ibi, quia accurati ius Ecclesiæ Toletanæ Primatum profecuti sunt Romæ a Diuo Petro Apostolorum Principe, totiusque*
20 *Ecclesiæ Catholicæ Pontifice, Summoque Sacerdote institutum, ortumque affirmant*; Religio verò Sancti Ioannis fundata fuit Hierosolymis anno 1130. *Garibay in Histor. Castellæ lib. 12. cap. 2. § final.* In Castella autem Prioratus fuit anno 1183 quo Oppidum de Consuegra illius Caput fuerat donatum eidem Religioni ab Alphonso IX Rege Castellæ, vt tradit *Roderic. Mendez in tractatu Populationum Hispaniarum cap. 173 incipien. Vill. de Consuegra*, & sic post 1157. annos ab existentia Archiepiscopatus.

Ex quibus cum cæteris repertis fuerit satis responsum in decisione, in ea Domini persstiterunt vtraque Parte informante.

F I N I S.

SAC. ROT. ROM. DECISIONVM ELENCHVS.

Fir-

Roma-

INDEX

Rerum, & Verborum, quæ in præcedenti Decisionum Centuria Continentur.

A

in

cretariæ

D

De-

attende

ducunt

G

H

stet

habent

N

O

 § Gra-

S

tioni

Sta-

T

C. cum

∫ Sub-



FINIS.

REGESTVM.

¶ † †† ††† †††† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vv Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Mmm Nnn Ooo.

Omnes sunt duerniones præter ¶ qui est quaternio, ac Qq quæ sunt sex vniones, ac etiam præter Frontispicium, ac Indicem Opusculi de Augmento quorum primum constat medio folio, alter verò integro: Excepto etiam Frontispicio Centuriæ Decisionum cuius etiam vnum est folium: Nec non exceptis Ooo quæ sunt terniones, quales itidem sunt †††



Quæ potui patientia menda hic curaui, quibus ex aliena incuria præsens hoc scatet Ratiociniorum Opus, ac Monetæ augmenti. Reliqua vel quæ magis leuia existimaui, vel quæ mea prætermisit impatientia, Tua Lector humanissime, supple benignitate.

Pag.	Columna.	Linea.	Errata	Corrige.
2	1	8	debeat	debet
6	2	42	sit	fit
7	1	26	operatur	op retur
ead.	2	11	sua	suam
8	1	9	cum illius	cum ex illius
9	1	29	siqua	si quæ
ead.	2	8	scripturæ	scriptum
14	2	45	huiuismodi	huiusmodi
15	2	29	remisisse	remisisse
17	2	2	Iannucu.	Ianuen.
ead.	2	24	iactura	iacturæ
20	1	19	cepisse	cœpisse
32	2	29	perinde &	perinde est
33	2	26	dicatur	dicantur
42	1	37	contrauerti	controuerti
43	1	26	aget	egere
46	1	24	dicetur	dicatur
58	1	36	81.	VIII.
61	2	27	Pontuficium	Pontificum
66	2	17	mon	non
74	1	2	augmento	augmentum
94	1	18	declarationem	declarationem
124	1	1	quia	quin
ead.	ead.	17	creditore	creditario
136	2	4	Frauentini	Fauentini
ead.	ead.	40	præstiterit	perstiterit
137	1	36	cansa	causa
143	2	1	de iure	de iure
149	2	29	nolint	velint
160	1	41	edq; agnita	eaque agnita
195	2	2	quacumque	quamcumque
209	2	33	decennalis	decennalis
216	1	12	decennij	decennij
ead.	2	55	Iannensi	Ianuensis
219	1	15	melius	melior
224	1	40	Adaggium.	Adagium
ead.	2	33	Illustriss.	Illustriss.
225	2	40	Iudicio	Illatorio

Pag.	Columna.	Linea.	Errata	Corrige.
226	2	3	factæ.	facta
ead.	2	38	dedent.	debent
230	2	28	porrigere	porrigi
232	2	28	nimis ara	nimis cura
235	1	24	sed temporis	sed non ita
ead.	2	42	fundamento quo	fundamento quamquo
236	2	17	temporiali	temporali
238	2	28	violent	violenta
239	1	11	hanc	hunc
ead.	ead.	20	hunc	hoc
ead.	ead.	21	habet vim iure	habeatur in iure
ead.	ead.	39	nostram	nostra
ead.	2	8	Casnii	Cæsaris
ead.	ead.	12	de tando	de fando
243	1	32	quadragintarum	quadringentarum
ead.	2	40	vt que	vt quæ
248	1	13	consulerit	consuluerit
261	2	33	quandiu	quamdiu
270	2	2	commuai	confirmari
273	1	21	Crimi.	Criminis
275	1	35	ex Doctor.	ex doctrina
279	2	32	Monatchi	Monarchia
280	2	27	Fortia	Sfortia
281	1	11	flamas	flammas
288	2	12	Fersen.	Farfen.
ead.	ead.	26	ex iustus	extinctus
289	2	16	fœmina	fœminas
290	2	14	pluris	plures
ead.	ead.	40	frigendo	fingendo
292	2	11	deducitur	deducitur
300	2	27	fanxerat	fanxerat
310	2	34	acquiescunt	acquiescunt
312	1	30	breue	Breue
ead.	2	31	repræsentatio	repræsentatio
317	1	6	hæ	hæc
311	2	6	Idolatræ	Idololatræ
321	2	39	extrinsecus	extrinsecus.

